eſt Iohanne. Miniſter.n Eccleſiæ dum ſa-
cramenta adminiſtrat, baptiſmum, pœni-
tentiam, euchariſtiā & c. ſimul quoq; gra-
tiam dei cōnfert ut miniſter Chriſti. Quod
tamen Iohan. non fecit, qui utut fuerit ſan
ctus, officium tamen in Eccleſia nullū ha-
buit: unde nec baptiſmo ſuo gratiā contu-
lit, neq; miraculum operat⁹ eſt ullum, ſed
dixit: Me oportet minui, illum creſcere.

4. Cæterum nunc quoq; de morte ſua
Chryſo. nōnihil dicam⁹, de qua uidere potes Chry-
ſoſt. in proprio ſermone de decollatiōe Io-
han. Tomo. 5. Nam quum ille Herodem
Math. 14 corriperet de adulterio, q̄ Herodiadē du-
xiſſet fratris ſui Philippi uxorem: ſiquidē
Aretha rex Arabiæ uidens Herodem po-
tentiorem eſſe Philippo, filiam ſuā ei abla-
tam dedit Herodi: nō potens autē hoc per-
Mar. 6 ferre Herodes, Ioannem coniecit in carce-
rem, in caſtello quodam, quod uocabant
Macherunta, poſt decollationē tamen ipſi
us diſcipuli eius corpus ſublatum ſepelie-
runt in Sebaſte ciuitate, quę antea dicta e-
rat Samaria, urbs regia in Iſraël inter Iudę
am & Gallilæam poſita. Ciuitas ea ab He
rode renouata in Auguſti gratiā dicta eſt
Græce Sebaſte, latine Auguſta, ut author
Euſebius. eſt Euſebius in nominibus locoꝝ ex actis
apoſtoloꝝ, & de locis Hebraicis, atq; Hie
ro. ſuper Abdiam. Caput tamen eius dein
Hierony. de translatum eſt Hieroſolymā, qua de re-
uide Scholaſticam Hiſto. in Euangeli. ca.
Scho. hiſt. 73. quæ Hiero. ſequitur, q̄ Ioannes ſepul-
tus ſit inter Heliſęum & Abdiam. Sed hic
recenſenda mihi ſunt uerba Hiero. in epita
Hierony. phio Paulæ ſic dicentis: Inde diuertens, ui
dit duodecim patriarcharum ſepulchra &
Sebaſten. i. Samariam, quæ in honorē Au
guſti ab Herode Græco ſermone Augu-
ſta eſt nominata. Ibi ſiti ſunt Heliſæus &
Abdias prophetæ, & quo maior inter na-
tos mulierum non fuit, Iohannes baptiſta:
ubi multis intremuit conſternata mirabili
bus, namq; cernebat uarijs dæmones rugi-
re cruciatibus, & ante ſepulchra ſanctorū
ululare homines more luporum, uocibus
latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſer
pentum, mugire taurorum. Miſerebatur
omnium, & per ſingulos effuſis lachrymis
Chriſti precabatur clementiam. Et ſicut e-
rat inualida, aſcendit pedibus montem, in
cuius duabus ſpeluncis, perſequutionis &
famis tempore, Abdias propheta centum
prophetas aluit pane & aqua. Ecce quo-
modo Paula uidit torqueri dæmones iu-
xta ſepulchrum Iohannis. Quomodo aūt
impetus ſit in eius ſepulchrum factus im-
perante Iuliano, iam ſupra cōmemoraui-
mus. Vide tu & hiſtoriam Eccle. li. 11. ca.
28. & Tripar. li. 6. ca. 15. Vbi Monachi oſ Euſebius
ſa S. Ioan. attulerunt Philippo Epiſcopo
Hieroſolymitano, qui ea deinceps per Iuli-
anum diaconum miſit patriarchæ Alexan
drino, ea deinde ſucceſſor ipſius Theoph.
conſtituit, & poſuit in templo Serapis:
ubi tamen illud prius conſecraſſet in hono
rem dei ſanctiq; Ioan. quo tempore Theo-
doſius Imperator præcepit omnia templa
idolorū aboleri. Inde putant nōnulli con-
ſuetudinem ortam in ijs ferijs S. Iohannis
ſuccendi undiq; ignes, q̄ idololatriæ oſſa
illius cōcremarint. Præterea refertur S. Io-
annem quibuſdam Monachis orādi cauſ-
ſa Hieroſolymā profectis apparuiſſe tem-
poribus Marciani imperatoris, eiſq; caput
ſuum reuelaſſe, ac deinde illud rurſus amiſ
ſum, donec iterum manifeſtarit S. Iohan.
cuidam pio & religioſo abbati Marcello
in quadā ſpelunca Phænitiæ, quod & de-
inceps Conſtantinopolim eſt translatum.

Id quomodo contigerit, Sozomen⁹ cō
memorat in hunc modum: Valens Impe- Hiſt. tri.
rator pro eo miſit in Ciliciam, ſecundum li. 9. c. 43
alios in Phœniciam, quumq; impoſitū eſ-
ſet currui, & allatum uſq; Pantichiū, cur-
rus ultra promoueri nō potuit: pręcepit er
go Imperator, ut daretur ibi cuſtodiendū
in quodam uico Coſilai. Deinceps quum
rogaſſet Imperator Theodoſius uirginem
illam quæ caput ſanctum cuſtodiebat, ut
ei traderet, conſenſit illa ſed rata ſic futu-
rum eſſe ut tempore Valentis factum fue-
rat, ut caput immobile loco amoueri non
poſſet. Verum aliter euenit: Imperator
enim ipſe purpura ſua circūdedit illud, ſe-
cumq; detulit miliaribus ſeptem ante Con
ſtantinopolim, ubi ædem ſacram extruxit
in honorem dei, & ad cōmemorationem
S. Ioan. baptiſtæ. Sunt tamen hodie qui
dicant, oſſa Ioan. Genuæ eſſe, caput uero a
rege Pipino in Galliam ad Pictauium eſſe
deportatum. Supereſt, ut aliquantulum
inueheremur aduerſus ineptos luſus, uana
q; & turpia gaudia quæ tam ſancto die ex
erceri ſolent: quæ iam olim prohibuit uir
Auguſt. ſanctus, & doctor eximius Augu. in li. de
rectitudine catholicæ cōuerſationis. Tur-
pe eſt hodie impudicas ſaltationes, cantile
nas impuras, & neſcio quæ nō ludibria ex
hibere, quum potius debeamus recolere q̄
miraculoſe S. Iohan. adnunciatus, natuſq;
in ipſo adhuc matris utero agnouit Chri-
ſtum, factuſq; propheta, ſanctificatus inſu
per & impletus ſpiritu ſancto, in circumci-
ſione ſua parenti reſtituit loquelam, paruu
lus adhuc fugit in deſertum, cibo cōtinēs,
ueſtitu ſeuerus, ſedulus in oratione, & diui
narum rerum contemplatione altiſſimus:
unde cæpit deinceps baptizare, prędicare,
ubi dignus habitus eſt, qui Chriſtū & ba-
ptizaret, & digito demonſtraret agnum
tollentem peccata mūdi, idem etiam teſti-
monium perhibuit Chriſto, Iudæorum ui
tam emendauit, propter ueritatem captus
atq; ad extremum occiſus eſt: ſicq; unus il-
le emeruit aureolā ſiue corollā uirginū, do
ctorū & martyrū, ſimulq; coronā fœlicita-
tis æternæ. Quā nobis etiā largiri dignare
dn̄e Ieſu Chriſte, per magni amici tui Io-
annis interceſſionem, Amen.



Euangelium in die ſancto, ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, Matthæi XVI.

IN illo tempo-
re: Venit Ieſus in par
tes Cæſareæ Philip- Marc. 9
pi, & interrogabat di Lucæ. 9
ſcipulos ſuos, dicens:
Quem dicunt homines eſſe filium
hominis? At illi dixerūt: Alij Iohan
nem Baptiſtam, alij autem Heliam,
alij uero Hieremiam, aut unum ex
prophetis. Dicit illis Ieſus: Vos au-
tem quem me eſſe dicitis? Reſpon-
dens autem Simon Petrus dixit: Tu
es Chriſtus filius Dei uiui. Reſpon- Iohā. 6
dens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es
Symon Bariona, quia caro & ſan-
guis non reuelauit tibi, ſed pater me-
us, qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi:
quia tu es Petrus, & ſuper hanc pe-
tram ædificabo Eccleſiam meam, &
portæ inferorū nō pręualebūt aduer
ſus eam. Et tibi dabo claues regni cę- Iohan 20
lorum. Et quodcunq; ligaueris ſu-
per terram, erit ligatum & in cœlis.
Et quodcūq; ſolueris ſuper terram,
erit ſolutum & in cœlis. Tunc præ-
cepit diſcipulis ſuis, ut nemini dice- Marc. 8
rent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Luc. 9
Exinde cæpit Ieſus oſtendere diſci-
pulis ſuis, quia oporteret eū ire Hie-
roſolymam, & multa pati a ſeniori-
bus, & ſcribis, & principibus ſacer-
dotum, & occidi, & tertia die reſur-
gere. Et aſſumens eum Petrus, cæ-
pit increpare illum dicens: Abſit a te
domine, non erit tibi hoc. Qui con-
uerſus, dixit Petro: Vade poſt me Sa
thana, ſcandalum es mihi, quia non
ſapis ea quæ dei ſunt, ſed ea quæ ho-
minum.

LOHVS THEBCIVS

HOMILI

ARVM

DE SANCTIS

.2.1.

Iste liber est acquisitus pro loco
Bydgostien per frēm paulum
de Wągrowiec. Año domi .1·5·2·1

B 298 (v)

Paweł z Wągrowca († 1549)
wybitny bernardyn, za jego gwar-
diaństwa spłonął 10. sierpnia 1545 r.
Klasztor, sama biblioteka ocalała.



QVINTAE PARTIS IOHANNIS ECKII IN LVTHERVM ET ALIOS.

Tomus Tertius Homiliarum de Sanctis.

Homiliæ V. de ſperanda uictoria ex Turca: Ad Reuerendiſſimum Cardinalem Tridentinum, additæ.

Cum gratia & priuilegio Cæſareo, ne quis proximo ſexennio denuo excudere, aut excuſa uendere præſumat, ſub pœna X. marcarum auri.

M. D. XXXVI.



S·D·N·CLEMENTI VII PONT. MAX. POST OSCVLA PEdum beatorum Dei gratiam ac fœlicitatem.

QVOD ſuperiori anno, beatiſſime pater, ſum pollicitus: En tertium Tomum Homiliarum de Sanctis, aduerſus Lutherum & alios Eccleſiæ hoſtes, emittimus, potiſſimum ad honorem dei ac cœlitum omniũ: & ut qui abſq; cortice, ut in prouerbio eſt, natare nequeunt, in promptu & ad manus habeant, quod plebeculam doceant, & lupis ac canibus ſchyſmaticis reſpondeant: Opus, ut arbitror, animarum ſaluti nõ inſalubre. Ideo ſupremo animarum curato, Chriſti in terris Vicario, potiſſimum labor iſte erat dedicandus, ut ſub illius nominis auſpicijs centuplum afferret fructum in ſancta Eccleſia catholica D.O.M. ſeruet S.T. diu incolumem Ingoldſtadij 7. Februarij, Anno gratiæ 1534.

S.T.

ſeruitor

a pedibus

Iohannes Eckius.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PAtri & domino, D. Bernhardo S.R.E.tt. S. Stepha. in monte Cœlio Card. & Epiſcopo Tridentino, Principi digniſſimo ac Mecœnati ſemper obſeruando, Iohannes Eckius S. D.

FACIT ingenij tui Candor: Reuerendiſſime pater, celebris clementia, atq; animus ille tuus in eruditos omnes ac ſtudioſos propenſiſſimus, ut non dubitem, quin & beneuolenter, ſi qua in re mihi poſſis gratificari, uotis meis reſpondeas. Hinc mihi in mentem uenit: Tomum tertium Homiliarium de Sanctis aduerſus hoſtes Eccleſiæ elaboratũ, atq; S.D.N. dedicatũ, R.P.T. tranſmittere, quæ labores nrõs ſanctitati ſuæ commendet. Magnus reuera fuit labor in edendis Homilijs Germanicis: at profecto maior iam fuit in deſcribendis ac reſtituendis ubilibet ſanctorum patrum ſententijs: ut niſi, feſſo mihi, ac pluribus negotijs obruto, aliquis ſubſidiarius ſuccurriſſet, uelut Hercules Athlanti, Iohannes Mentzingerus, qui diligentem operam uertendo nauauit, adhuc in medio mari, longe a portu fluctuarem: Fateor opus eſſe minus leuigatum & politum, quod ſi non in plures annos, ſaltem in plures menſes fuerat præmendum, & Ariſtarchi uirgula plæraq; enotanda: Verum cum plures improbe inſtarent, ut ederetur: Iudicaui ſatius etiam præmaturo eis morem gerere libro, quã ſuo eos fraudare deſyderio. Perge itaq; bonis auib9, optime princeps, & literatiſſimus ipſe, literas ac literatos foueas ac tuearis, Ingoldſtadij 7. Februarij, quæ eſt Richardo Angelorum Regi ac Sueuiæ duci ſacra: Anno reſtitutæ ſalutis 34. ſupra ſeſquimilleſimum.

Index Homiliarum Tomi Tertij ſecundum ordinem feſtorum.

IN die S. Andreæ apoſtoli, Euangeliũ Matth. 4. Ambulans Ieſus.
Homiliæ II fol. 1
De S. Barbara, Euangelium Matth. 25. Simile eſt regnum cœlorum &c.
Homilia I fol. 4
De S. Nicolao, Euangelium Lucæ 19 Homo quidam nobilis,
Homilia I fol. 7
De Conceptione Mariæ, Euangeliũ Matthæi 1. Liber generationis.
Homiliæ IIII fol. 10
De S. Thoma, Euangelium Iohannis 20 Thomas unus ex duodecim.
Homiliæ II fol. 16
In die natiuitatis Chriſti, Euangeliũ Lucæ 2. Exijt edictum. Et Euangelium: Paſtores loquebantur ad inuicem.
Homiliæ V fol. 20
De S. Stephano protomartyre, Euangelium Matthæi 23. Ecce ego mitto.
Homiliæ III fol. 28
De S. Iohanne apoſtolo & euangeliſta, Euange. Iohannis 21. Dixit Ieſus Petro.
Homiliæ IIII fol. 33
De Innocentibus, Euangelium Matth. 2 Angelus domini apparuit.
Homiliæ II fol. 39
In die Circunciſionis, Euangelium Lucæ 2. Poſtq̃ conſummati ſunt.
Homiliæ V. de nomine Ieſu. fol. 43
De Epiphania domini, Euangelium Matthæi 2. Cum natus eſſet Ieſus.
Homiliæ V fol. 51
De S. Sebaſtiano, Euangelium Lucæ 6 Deſcendens Ieſus de monte.
Homiliæ II fol 58
De S. Agnete, Euangelium Matthæi 25 Simile eſt regnum cœlorum decem uirgi.
Homilia I fol. 61
In die purificationis Mariæ, Euangelium Lucæ 2. Poſtq̃ impleti ſunt
Homiliæ III fol. 64
De Cathedra Petri.
Homilia I fol. 69
In die Cinerum.
Homilia I fol. 69
De S. Matthia lectio Act. 1. Exurgẽs Pe.
Homilia I fol. 71
De Sancto Ioſeph.
Homiliæ II fol. 73
In die annunciationis Mariæ, Euangeliũ Lucæ 1. Miſſus eſt angelus.
Homiliæ V fol. 76
In die Paſchæ.
Homiliæ III fol. 86
De S. Georgio, Euangelium Iohannis 15 Ego ſum uitis uera.
Homiliæ II fol 92
De S. Philippo et Iacobo apoſtolis, Euã. Iohannis 14. Non turbetur cor ueſtrum.
Homiliæ IIII fol. 96
In die aſcẽſionis domini, Euangeliũ Marci 16. Recumbentibus undecim.
Homiliæ VI fol. 102
Contra parabaptiſtas fol. 106
In die pentecoſtes, Euangelium Iohannis 14. Si quis diligit me.
Homiliæ II fol. 114
De S. Trinitate.
Homilia I fol. 118
In feſto corporis Chriſti euangelium Iohãnis 6. Caro mea uere eſt eſt cibus.
Homiliæ III fol. 120
De S. Iohanne Baptiſta, euangelium Lucæ 1. Elizabet impletum eſt tempus.
Homiliæ VI fol. 125
De S. Petro & Paulo apoſtolis, Euangelium Math. 16. Venit Ieſus in partes.
Homiliæ V fol. 135
In die uiſitationis Mariæ, Euãgelium Lucæ 1. In diebus illis exurgens
Homiliæ II fol. 147
De S. Margaretha, euangelium Matt. 13 Simile eſt regnum cœlorum theſauro,
Homiliæ II fol. 151
De S. Magdalena, euangelium Lucæ 7 Rogabat Ieſum quidam,
Homiliæ III fol. 153
De S. Iacobo apoſtolo, Euang. Math. 20
Homiliæ II
De S. Anna.
Homiliæ II

De S. Laurentio martyre, Euangelium Io hannis 12. Niſi granum frumen.	
Homiliæ II	fol.167
In aſſumptionis Mariæ feſto, euangelium Lucæ 10. Intrauit Ieſus.	
Homiliæ V	fol.69
De S. Bartholomæo, euangelium Lucæ 22. Facta eſt contentio.	
Homiliæ II	fol.181
In natiuitatis Mariæ feſto, Euangelium Matthæi 1. Liber generationis.	
Homiliæ II	fol.185
De S. Matthæo euangeliſta & apoſtolo, Euangelium Mat.9. Vidit Ieſus hominē.	
Homiliȩ II	fol.189
De S. Mauritio & ſotijs, Euangeliū Mat thæi 5. Videns Ieſus turbas.	
Homiliæ 2	fol.194
De S. Michaele principe eccleſiæ, euange lium Matt. 18. Acceſſerunt ad Ieſum.	
Homiliæ 8	fol.198
De S. Symone & Iuda, euangelium Ioan nis 15. Hæc mando uobis.	
Homilia 1	fol.214
De omnibus ſanctis, euange. Matthæi 5	
Homiliæ 2	fol.216
De animarum commemoratione, euange. Iohannis 5. Venit hora & nunc eſt.	
Homiliæ 6	fol.222
De ſ. Martino epiſcopo, euangelium Lu cæ 12. Sint lumbi ueſtri præcincti.	
Homiliæ 3	fol.233
De ſ. Catharina, Euangelium Matth. 13 Simile eſt regnum cœlorum theſauro.	
Homilia 1	fol.238
De ſanctis apoſtolis	
Homiliæ 3	fol.140
De martyribus & confeſſoribus.	
Homiliæ 2	fol.246
De dedicatione Eccleſiæ, Euangeliū Lu cæ 19. Ingreſſus Ieſus perambulabat.	
Homiliæ 3	fol.251
In proceſſionibus & lætanijs.	
Homiliæ 4	fol.256
De ſperanda uictoria ex Turca.	
Homiliæ 5	fol.262
In deſpoſitione diui Cæſaris Maximiliani	
Homilia unica & ultima	273 (272

Homiliæ omnes 147

Index ex ordine Alphabeti notabilium Tomi Tertij, numerus, folia, literæ, columnam indicant.

AGnes martyr & uirgo	63 b
Alleluia	86 c
Annæ genealogia	164.165
Annæ quatuor	164
Annæ defenſio, ꝙ multinuba, et plures ha buerit filias	165
Andræas apoſtolus	4
Angelus angeli	
Confortant timidos	23 a
Sunt in cœlo & in terra	24
Monuit Ioſeph	39 d
Orant pro nobis	218 c
Eſtimati eſſe homines	78 a b
Aperuit ſepulchrum Chriſti	89 d
Lętati in aſcenſu Chriſti	112 c
Interrogabant Maria aſcendente	179 c d
Eorum natura, numerus, cuſtodia, motus locatio &c.	203 uſq; 212
Ante omnia ſunt creati	203 c
Sunt perfectiores hominibus	203 d
Tertia pars eorum cecidit	204 b
Creati ſunt in multis donis	ibidem c d
Vires tres angelorum	205
Eorum hierarchiæ & ordines	206
Cuſtodiunt nos decenter	209
Vtilitas cuſtodiæ	210
Animarum commemoratio inſtituta	229
Antichriſtus cito ueniet	62 a
Apoſtoli ſæpe uocati	1 b c
Apoſtoli uarijs linguis locuti	117 c
Apoſtolorum eccleſiæ ceciderunt dem pta Petri	138 b c
Apoſtoli interfuerunt morti Mariæ	176 c
Apoſtolorum contentio	181 a
Non omnium apoſtolorum uocatio ſcri pta	191 d
Apoſtolorum dignitates multę	242 b
Apoſtoli diſpenſarunt temporalia & ſpi ritualia	30 a b
Apoſtolorum miracula maiora ꝙ Chriſti	99 c d. 109. per totum
Arrianorum hæreſis	98 c
Auguſtus & Ioſeph idē ſignificant	21 a

Aureolæ tres ſanctorum 248 d

B

Baptiſmus non æqualiter operatur in pu/eris 9 a
Baptiſmus puerorum ſemper fuit in Ec/cleſia 103. uſq; 106
Barbara uirgo & martyr 6 b
Bariona 136 b
Bartholomæus apoſtolus 184 b
Eius dies agitur Romæ ibidem
Baldaſar Hiebmair reſuſcitator hæreſis pa/rabaptiſtarum 108 d
Beati qui non uiderunt & crediderunt. (19 b
Beatitudo eſt inæqualis in beatis 96 c
Beatitudo paratur triuariam 96 d
Beatitudo duplex 217 b
In beatitudine ſunt tria 207 c d
Beatitudines ſunt octo 194 c. 220. (221
Benedictus canitur in matutinis 128
Bethlehem 21 b c
Benedicere cæreos 67. 68

C

Caro in ſcriptura ſignificat 154 c
Caro non prodeſt, ſic intelligitur 122 d a
Calix in ſcriptura 160 d
Charitas dei laudatur 156 b c d
Capharnaitæ negant Euchariſtiam 120 (c d
Cœlorum regnum mercari 3 d
Cereos & lumina benedicere 67. 68

CHRISTVS

Non ſolum uerbo docuit, ſed & opere. (171 c
Simile incarnationis ſuæ 85 d
Deſcendit ad inferos 86 d
Deſcendit in purgatorium 87 a
Etiam diu fuit in inferno 87 c d
Anima eius leta in reſurrectione 89 a b
Leo eſt & agnus 90 b
Quatuor uicit 90 b
Eius aduentus 62 a
Eius apparitiones paſchæ 91 a b
Conſolatus eſt apoſtolos 96 b c d
Venit ad mortem apoſtolorum 97 b
Eſt uia, ueritas, & uita 97 d
Aſcenſionem diſtulit 102 a
Figuræ ſuæ aſcenſionis 110 c
Hiſtoria aſcenſionis ſuæ 111
Portas cœli aperuit 112 a
Sedet ad dexteram patris 112 c d
Eſt in cœlo & in ſacramento 123 b
Interrogat non ex inſcitia 160 d
Apparuit multis in morte 177
Eſt flos 187 c
Eum ſequi 3. a. 190 b
Cur aſcendit in montem 194
Comedit cum malis 192 b c
Non habuit angelum cuſtodem 208 d a
Sed angelum confortantem 209
Plus fructus attulit mortuus ꝙ uiuens hic (167 a
Eſt iudex 223 b c
Retinuit cicatrices 17 d a
Natus in ſumma pace 20 b c
Primogenitus 22 a
Natus in paupertate 22 a b
Natiuitas eius myſtica 22 c. 26 a
Natiuitas eius gaudij plena 26. 27
Aſſimilauit ſe gallinæ 29 b
Stat & ſedet in cœlo 31 b
Fugit in Aegyptum 40 c d
Cur fuit circunciſus 45 a
Eius præputium 46 a
Exiuit ab eo uirtus 59 b
Ipſe eſt Meſſias 67 a
Conceptus eſt in inſtanti 82 d
Conceptus eſt in Martio 85 a
Chriſtiani grauius peccant cæteris 155 c
Chriſtiana anima eſt uirgo 4 d a
Cinerum benedictio in capite ieiunij 69 b
Circunciſio Iudæorum 43 a b
Significatus eius b c. 45 b c
Circunciduntur etiam gentiles 43 d a
Non fiebat ante octauum diem 44 b
Fiebat cum cultello petrino 44 d
Circunciſio eſt euacuata 45 a b
Ciuitas dei myſtice 171. 172
Claues primo ſoli Petro promiſſæ 138 c
Concordia neceſſaria 171 b c
Conceptio eſt natiuitas infantis 12 a
Corporis Chriſti feſtum ſolennæ 123 c d
Credere & uidere 19 b
Crux multiplex 161 a
Culpa dimittitur abſq; pœna 224 d

D

Danielis ebdomades 51 a
Dauid præponitur Abrahæ 10 b c
Dauidis ciuitas 21 c
Dauidis ſepulchrum apertum 21 b
Dedicatio eccleſiæ per totum
Deſcriptio orbis uniuerſi 20 c d
Deus trinomius in tribus legibus 46 b
Deus ſolus iuſtificat 94 a b
Deus pater eſt in filio & filius in patre. (99 a
Deus non apparuit patribus in eſſentia. (211 c
Diaconi ordinati 30 b
Diabolus cur inuidet homini 206 d
Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum 157 d
Diſputare contra Hæreticos 30 c
Diuites non ſequuntur Chriſtum 2 a b
Dominica dies, ſabathum & feria 6. dies priuilegiati 89 c
Dominica dies ſancta 88 b (115 a
Dona dei uaria 16 a b
Dona die duplicia 115 c d
Duodecim tribus Iſraël ex undecim fratribus 64. 65

E

In eccleſia ſunt boni & mali 238 c
Eccleſia nominatur ciuitas 8 b
Eccleſia audienda in exponendis ſcripturis 224
Eccleſiaſticus ſtatus 8 a
Eccleſiaſticus ſtatus habet ſuam uirgam. (182 b
Eleemoſina 57 b
Elizabeth plena ſpiritu ſancto 149 b
Elizabeth prophetauit ex Iohanne 129. (130
In Electione non aſpicere perſonam 2
Epiſcopi non promoueant indoctos cognatos 161 c
Epiſcopis non adimatur regimen 182. (183
Epiſcopi antiqui etiam ſancti fuerunt diuites 182 d
Euangelium ex creaturis cognitum. (249 a
Euangelium ubi in inſulis non prædicatum 103 b
Euangelium tertium ab angelis allatum. (23 b
Euangeliſtę de gloria Chriſti breuiter, de ignominia prolixe ſcripſerunt. (248 b
Euangelium primum in mundo 26 c d
Euæ triplex maledictio 79 d
Euchariſtiæ ueritas, adoratio, & cæt. 120 uſq; 124.

F

Famam bonam tenere debemus 135 d
Feſtum luminum 67 a
Fides ſola non iuſtificat 103 a (157 a 217 c
Filij patiuntur pro parentibus 13 c d
Filij obediant parentibus 76 a
Filij habent nomina parentum 127 a b
Filius dei eſt uerbum dei 25 b
Fragilitas humana 12 c d

G

Gabriel annunciauit natiuitatem Chriſti, Mariæ & Iohannis 189 a
Gabriel 212 d
Gabriel ſæpe apparuit 84 c d
Cur apparuit Mariæ & non Elizabeth. (78 a
Eſt de ſupremo ordine 76. 77
Gallilæa ſignificat 77 b
Gallina ſymbolum Chriſti 29 b
Gaudium patrum de aduentu Chriſti. (86 d
Gaudium mundanum 217 a
Georgius martyr 96 b
Glorificatum corpus poteſt ſe occultare. (18 b
Granum tritici Chriſtus 167 a b

H

Hæreticos comburi 95 d
Hæreticus quilibet arrogat ſibi Chriſtum 123 d
Hæreſes ſunt portæ inferorum 138 a b

Herodis malicia 41 c d a
Herodes diligens & aſtutus 55 b
Herodum genealogia 163
Herodis mors 162 d
Hieronymus mortuus in Bethlehem, Romæ ſepultus 22 d
Hieruſalem in medio terræ 20 d
Hieruſalem ciuitas Dauid 21 b c
Hieruſalem minatus eſt Chriſtus 29 b
Hieruſalem ciuitas Iudæ & Beniamin. (148 a
Homo eſt omnis creatura 103 c d
Humilitas 23 d a

I

Iacobus minor & ad eum ſpectantia 100
Iacobus maior 162
Ieiunij 4. dies unde 69 c
In ieiunio mutare ueſtimenta 70 d

IHESVS

De nomine illo ſanctiſſimo a folio 46 uſq; ad folium 50
Imago dei in homine 119 b c
Imaginum euerſores Iconoclaſtæ 92 b
Infantes ſanctificãtur 8.9
Infantes inæqualiter ſunt beati ibidem
Innocentes pueri 41.42
Inferni partes quatuor 87 a
Inſulæ ubi euangelium non prædicatum (103 b
Iob ſcripta deſeruiunt defunctis 223 d
Iohannis baptiſtæ conceptio, natiuitas, mors, laudes &c. a folio 127 uſq; 135
Iohannis euangeliſtæ priuilegia, a folio 33. uſq; ad folium 39
Ioſephus dat teſtimonium baptiſtæ 132 b
Ioſeph fuerunt quatuor 73 c d
Ioſeph fuit iuuenis & ſanctificatus in utero, & reliqua uſq; ad folium 76
Ioſeph comitatus Mariam per montana (148 b
Ioſue tres figuræ Chriſti 47 d
Iubilei annus 114 d
Iudas Thaddeus frater Iacobi non filius. (166 a
Iudas Iſcarioth quando ſe ſuſpendit. (72 b
Iudæi cœci 52 d
Iudæi cum Herode 54.55
Iudæi deſcripſerunt genealogias per familias 186 b
Cum Iudæis negotiari periculoſum. (191 a b
Iudicium extremum quando fiet 62 a b
Iudices molles inutiles 202 b

L

Lampades & oleum uirginum ſignificant (62 c
Laurentius leuita & martyr 169
Legati Papæ olim Apocriſarij 18 c
Lex Moyſi data cum timore 98 d
Lex Moyſi uſq; ad Iohannem 133 d
Liber generationis Chriſti 9 d
Libri conſcientiæ 20 c
Liberum arbitrium aſſeritur 29 b c
Libellus repudij 55 a
Lumina & cereos ardere in Eccleſia. (67 c
Lupanaria tollerare 154 a b
Luther negat tres magos fuiſſe Reges. (51 b c
Luther neſcit ubi ſit Saba 51
Luther ſæpe confeſſus eſt in purgatorium 228 b
Alia uide in dictione Neochriſtiani.

M

Magdalenæ dixit Chriſtus, noli me tangere, aliter Thomæ 18 d
Magdalenę uita & reliqua 154 uſq; (159
Magnificat canitur in ueſperis 149 d a
Magi tres fuerunt reges 51 b c
Magi primitiæ eccleſiæ gentium 51 d
Magis ſtella apparuit non angelus 52 a
Magi cognouerunt ſtellam & reliqua uſq; ad folium 58
Magiſtratus periculoſus 54 c d
Magiſtratus puniat delicta 45 d
Magiſtratus a Chriſto non prohibitus. (182
Magiſtratus non ſemper ſeueriter puniat (200 c d
Mali quærunt excuſationem ex ſcripturis (98 d. 181 a
Manducare in cœlo ſpiritualiter 184 a

MARIA

Eius conceptio gaudioſa 11 c
Facta ſine peccato originali 15 a
Virgo in partu 21 d
Gaudebat Chriſto nato 27 c
Deſponſata Ioſeph 74 a b c
Diſpar Euæ 77 c
Interpretatur nomen eius 77 c
Annunciatio ei ab angelo facta a fol. 77 uſq; 86
Eius uiſitatio 148 per totum
Habuit perſonam Marthæ & Magdalenę (173
De morte & aſſumptione eius, a fol. 174 uſq; ad fol. 180
Eius natiuitas, a fol. 183. uſq; 189
Martius primus menſis 85 a
Marcus ſcripſit Euangelium Rhomæ (142 b
Marcialis diſcipulus Petri 198 d
Margaretha uirgo & martyr 152
Margaritas quærere ſignificat 152 a
Martha ſollicita 171 a b
In martyribus manebunt cicatrices 17 d
Martyrum aureolæ, palmæ 249 c
Martini Epiſcopi laudes 237 b
Matthæus genealogiam Chriſti deſcripſit deſcendendo, Lucas aſcendendo (10 c d
Matthæus unde habuit nomĩa patriarcharum 186 b
Matthæus non ex leuitate ſequutus dñm 189. & reliqua de eo
An prius fecerit calculum ibidem
Matthæi Euangelium Hebræum perditum 193 b
Mauritius martyr cum ſocijs 196
Manichæi hæretici 94 b
Mendicantium ordines expoſiti periculis (172 d
Meremur etiam in re ineuitabili 14 d
Meretrices publicæ Iudæis, ꝓhibitæ 154 a
Michael archangelus 212, 213 per totum
Miſſæ tres in natali domini 27 a
Miſſio filij & ſpiritus ſancti 115 ibi de miſſione ad longum.
Miracula ſanctorum 110 b (99 c d
Quis illa operatur 59 a b
Monaſtica uita placet deo 172
Monaſteria habentia redditus liberiora ſunt a ſcandalis 172 d
Multa ibi de religioſis
Mors martyrum meritoria 14 d
Mortis nexus 177 b
Moriturus prius uideat natos 176 d
Mortuis proſunt ſuffragia uiuorum 227 per totum
Mortui reſuſcitabuntur uoce dei 223
Mulieres non doceant 25 d (128 b
Mundus eſt magnus liber dei 92 b

N

Natalis ſanctorum dicitur dies mortis eorum 187 d a
Natales dies celebrare 187 d
Nazareth patria Chriſti 77 b
Nazaræi dicti ſunt Chriſtiani ibidem
Nicolaus Epiſcopus 8 d a
Nomen dei ineffabile 46 c
Nominis mutatio non ſine cauſſa 49 a (156
Nomen Dei non in uanum inuocandum (46 d
Nomen Chriſtianorum cæpit 50 b
Nox natiuitatis domini 27 a
Nuncij malorum ciuium ſignificant (8 b

Neochriſtiani

Quærunt de Chriſto ſicut Herodes (5 a b
Non inclinant ſe coram Chriſto 57 a
Volunt aſcendere montem 58 d
Puerperæ eorum non benedicuntur (64 b c
Permiſſa ob pecuniam, licentioſe uolunt facere 65 b
Cereis non utuntur in templis 67. 68
Blaſphemi ſunt filij Iudæ 68 c
Mulieres eorum ſtultæ & temerarię (72 c

Index

Aſpernantur ſalutationem angelicam (83b
Aiunt omnes dies eſſe æquales 88b
Negant liberum arbitrium 14b.94b
Reliquias ſanctorum contemnunt 99d
Solam fidem extollunt 103a
Inhoneſti ſunt libellis famoſis 135d
Pœnitentiam non ſuſcipiunt 156c
Rebelles ſunt & ſeditioſi 181.282
Scandalis ſunt pleniſſimi 202a
Fides eorum noua ac recens 215b
Sanctis ſunt iniurioſi 218ab

O

Oblatio trium magorum 57
Oblatio puerperæ 65c
Octauas celebrare feſtorum laudabile (17b
Oecolampadius corrupit Theophylactũ (209ab
Officiales nunc omnia habent uenalia (189da
Omnis ſignificat plures 16b
Opera bona 217c & meritoria
Oratio generalis intelligenda eſt 16b
Orare in nomine Ieſu 49bc
Orando procidere 57a
Orare pro temporalibus licitum 60abc
Orare in uarijs formis 79ab
Orando non ſemper aliquid petitur, ibidem
Orare pro defunctis pium & aliquando neceſſarium 227.per totum

P

Paleæ ſunt omnes peccatores 167a
Panis qui de cœlo deſcendit 124b
Papæ nomen cur mutatur 136bc
Parabaptiſtarum hæreſis 103 per totum
Paſtoribus cur nunciatus ſaluator natus (22cd
Paſche dies ſanctiſſimus' 88bc
Cur habet ueſperas inſolitas d
Pauli uita, peregrinatio & omnia quæ ad eum attinent a fol. 143 uſq; 147
Pauperes fuerunt liberatores Iſraël 23d
Pax hominibus bonæ uoluntatis 24bc
Pax inter Deum & hominem 157b
In pace mori 66cd
Peccatum originale 12.13.14.per totum
Peccatum agnoſcere magnum 154b
Peccator peccatorem non contemnat (155
Peccare occulte minuit peccatum 200 (ab
Pedatura 186b
Pœnitentiam iniungere 156c
Pœnitentia ſita eſt in dei miſericordia & hominis humilitate 69cd
Pentecoſte feſtum Iudæorum & Chriſtianorum 114.115
Pelagij hæreſis 94ab
Perſecutio Chriſtianorum 28d
Petere in nomine Ieſu 49bc
Petra eſt Chriſtus & Petrus 137.139
Petri apoſtoli omnia 139 uſq; 143
Philippus apoſtolus 98.uſq; 100
Piſcatores ſpirituales 1d
Plebanus ſit piſcator 3a
Plenitudo gratiæ uaria 80ab
Portæ inferorum Hæretici 138ab
Prædicatores faciunt retia 3ad
prædicatores paſtores 25cd
Prædicator aduertat auditorum capacitatem 58d
Prædicantes quæſtus cauſſa 171b
Prædicator quando poteſt tacere 201c
Prædicatores audiantur humiliter 170c
Prædicatores aliqui religioſi uolebant ab initio parcere Luthero 214b
Prædicator non murmuret, ſi ſermo ſuus non acceptetur 214d
Pregnantes nõ ſe temere moueant 147d
Prælati curent ſpiritualia 30a
Prælati mali Iudæ 72a
Prælati non ſint duri ſubditis 172d
Prælati ſint honeſti ibidem
primogenitorum priuilegia & eorum permutatio 64cda
proceſſio cum Euchariſtia laudabilis (124cd
proceſſiones cum letanijs laudabiles, & reliqua quæ huc pertinent 257 per totum

prophe

Index

Prophetizat quis opere 129 d
Prophetæ poſt Iohannem 133 d
Publicani ſunt officiales noſtræ tempeſtatis 189 d
Pueros educare 41 a
Pueri efficiamur innocentia 198 d
Purgatorium probatur ex ſcripturis, & reliqua quæ huc attinent 226
Purificatio puerperarum 64
Purificationis feſtum quomodo incepit (67 b

R

Rachel plorans filios ſuos 42 b
Raphaël archangelus 213 a
Rationem reddere de donis acceptis 8 a
Regnum cœlorum eſt præſens Eccleſia (5 a
Regnum cœlorum mercari 3 d
Regnum cœlorum eſt nouum uocabulũ noui teſtamenti 60 b
Regnum Chriſti 5
Reges olim eligebantur ex magis 51 d
Regularis perſona habeat regulam pro muro 171 d
Regula cuiuſq; ordinis ſeruanda per uouentem 172. per totum
Regula, q̃ dictum de una perſona, intelligatur de alia 41 b

S

Sadai nomen dei ab initio mundi 46 b
Sanctorum interceſſio 218. per totum
Sanctos inuocare contra infirmitates licitum 59.60
Sanctorum uaria dona 61 ab
Sancti iam ſunt beati 97 c
Sancti multi cum corpore & anima in cœlo 178 ab
Sanctis multis reuelata eorum mors (176 b
Sancti ſunt patroni ciuitatum & prouinciarum 197 d
Sanctos dei uenerari 169 cd (218 a
Sancti qui ſint in hac uita 217
Sanctorum pro nobis interceſſio 218
Scandala fieri neceſſe eſt, & quicquid ad ſcandalum attinet 198.200 (201
Scripturas quærere, & eis non credere (55 d
Scripturam oportet impleri 71 d
Scriptura eſt ex ſpiritu ſancto 71.72
Scribæ qui fuerunt apud Iudæos 55 b
Sebaſtianus martyr inclytus 61 b
Sectarum & Schyſmatum malum. (103 bc
Seruos conducere Hæreticos malum. (199 c
Sequi Chriſtum 33 da
Serui fideles bene tractandi 254 c
Sigillare pro pecunia illicitum 189 d
Symbolum apoſtolorum 246 a
Symeonis uirtutes 65.66
Siniſtra male interpretatur 160 c
Symon & Iudas apoſtoli 215 d
Somnus decem uirginum 61 d
Sors electionis Matthiæ 72 d
Societas mala fugienda 56 b. 192
Spiritus ſanctus datus hora tertia 115
Miſſio eius cum attinentibus 115.116 per totum
Stapulenſis error 142 c
Stella magorum 52.53. per totum
Stephanus protomartyr 30.31 (32.33
Steriles olim contemptæ 126 c
Steriles miraculoſe conceperunt 163

T

Talenta quæ Chriſtus dedit ſeruis 7.8
Theſaurus abſconditus ſignificat 151
Thomas in Hebræo ſignificat dubium. (16 d
Et ea quæ ad Thomam pertinent, ibidem.
Thomas Cantuarien. martyrio coronatus propter bona Eccleſiæ 182 d
Tetragrammaton nomen dei ineffabile. (46 c
Tranſubſtantiatio in Euchariſtia 122
Trinitas operata eſt incarnationem 85 d
Trinitatis feſtum 118
Trinitas difficilis intelligentiæ 118

Index

Turcæ circunciduntur 43 a
Ex Turca ſperanda uictoria 261 (per totum

V

Venia non datur dimidiata 156 c
Veſpera plena myſterijs 149 c
Via anguſta ad cœlum 198 d
Vigiliæ quatuor noctis 235 a
Viri dominentur mulieribus 188 b
Vitis Chriſtus 92 c d
Vitis proprietates 92. per totum
Vita contemplatiua melior actiua 172 (173
Virgines prudentes & fatuæ 5 a
Virginitas comparatur theſauro 151
Virgines quæ aureolam recipiunt 259
Virginum laus 258
Verbum dei eſt filius 25 b
Viſitat nos Chriſtus 128 d
Vnitas neceſſaria 171 b

Z

Zacharias pater Barachiæ 28 d
Zacharias pater Iohannis peccauit dubitando 81 d

FINIS.

In nomine

IN NOMINE TVO DVLCIS IESV.



In Ferijs S. Andree Apoſtoli, Euangelium Math. IIII.

Mar. 1. *Luc. 3.* IN illo tempore, Ambulãs Ieſus iuxta mare Galileæ, uidit duos fratres, Simonem ꝗ uocatur Petrus, & Andream fratrẽ eius, mittẽtes rete in mare, *Mar. 1* Erant enim piſcatores, Et ait illis, uenite poſt me, & faciã uos fieri piſcatores hominũ, At illi cõtinuo relictis retibus ſecuti ſunt eum.

Homilia prima.

QVum iam Chriſti Baptiſmũ, ieiunium & tentationem, & quomõ poſt uincula Ioannis a Nazareth ſeceſſerit ille in Capharnaum, & ibidem cæperit predicare atqꝫ adnunciare regnũ cælorum, ex ordine deſcripſiſſet Matthęus, Euãgelium hinc ſequitur hodiernum qđ ſic habet. *Ioan. 1* Ambulãs Ieſus iuxta mare Galileæ uidit duos frẽs: frẽs ij duo iam antea diſcipuli fuerunt Ioannis baptiſtæ, cuius doctrina iã præparati inſtructioresqꝫ redditi erant ad ſuſcipiendam Chriſti fidem. Contendit quoqꝫ hic Chriſoſt. non idem eſſe quod hoc loco & Ioan. 1. cõmemoratur, idqꝫ ex tempore, loco, perſonis, ordine etiam & modo uocationis, quib. omnib. maxima arguitur utriuſqꝫ facti diuerſitas. Atqꝫ ut res hæc magis pateat, docent hic doctores apoſtolos illos in ſacris literis ter a Chriſto fuiſſe uocatos. Primum omnium, quũ Baptizatus iam erat dominus die 6. Ianuarij, non ita multo poſt ſtabat Ioãnes & ex diſcipulis eius duo, reſpiciẽſqꝫ Ieſum ambulantem dixit, Ecce agnus *Ioan. 1* dei: Et audierunt eũ duo diſcipuli loquẽtem, ſequutiqꝫ ſunt Ieſum, Quorum alter Andreas extitit, is quum inueniſſet fratrẽ ſuum Simonem dixit ei, Inuenimus Meſ- *Luc. 5.* ſiam, quod ẽ interpretatũ Chriſtus. Vocatio autem hęc nihil minus quam quod ad apoſtolatum ſit facta, ſed ibi tm̃ in cognitionem ipſius uenerũt, ſiquidem & illum tantum diem remanſerunt cum eo, deinceps reuerſi in ædes ſuas. Similiter & ſecũda uocatio contigit, quãdo ſedente in Petri nauicula domino & prædicante, magnam piſcium multitudinem ceperũt, relictiſqꝫ omnib. ſequuti ſunt illum. Ea quoqꝫ uocatio ante hanc noſtram facta eſt, & tamen tunc paulo longius remanſerunt apud dominũ, illumqꝫ partim miraculis cõmoti, partim doctrĩa, ſequuti ſunt, cꝗuis tandem redierint ad ſua, iuxta cõmunem doctorum ſentẽtiam: Namqꝫ & Theoph. *Teoph.* ſic ait, ꝙ ubi iam Ioannem uiderunt uinctum reuerſi ſunt ad piſcatoriam, ſicqꝫ ue- *Math. 4.* niens Chriſtus piſcatus eſt eos uocans ad apoſtolatum, non ꝙ hic apoſtolos conſtituerit ipſos, ſed quia officium apoſtolatus tãtum promiſit eis inquiens, Venite poſt me, faciam uos piſcatores hominum. Tan

tum uoluit conſtituitqꝫ apud ſe facere illos
piſcatores, neqꝫ ſtatim hic fecit, ſed uocauit
ſolum, ut ſe ſequerentur, nec ita porro re-
linquerent ut fecerant antea, facti ſunt igi-
tur hoc die diſcipuli & ſequaces tantum do
mini, eouſqꝫ dum conſtituerentur apoſto-
Math.10 li, idqꝫ tandem. Math. 10.
Beda. 2. Ait Euangeliſta ambulaſſe Chriſtũ
iuxta mare Galileæ, idipſum ſane ſiue ma-
re ſiue ſtagnũ, quia delectabiles aquas ha-
bebat & copia piſcium redundabat, ideo
multitudinem incolarum circa ſe contine-
bat, quod & dñs idcirco frequenter trãſna
uigabat, ſicut in Euãgelio legimus, ut po-
pulis circuniacentibus miracula ſua oſten
deret, atqꝫ uerbo prædicationis eos ad uiã
ſalutis inuitaret. Quamuis & alias expoſi-
tiones multas habeat, quibus nunc ultra
ſuperſedemus. Exiuit itaqꝫ dominus ad
ſtagnũ ſeu mare, iuxta idioma linguæ He-
braicę, & exitus huius cauſa fuit, quoniam
in ijs quæ patris ſui erãt, oportebat ipſum
eſſe, illius autem uoluntas erat, ut uniuer-
ſum redimeret genus humanum, illuſtra-
Luc.2. retqꝫ luce legis Euangelicæ: Atqꝫ ad id
placuit auxiliatores ſibi adiungere, qui in
plantanda ędificandaqꝫ eccleſia adiutores
1.Cor.3. ſibi eſſent, iuxta illud Pauli. Dei ſumus
adiutores, dei agricultura eſtis, Dei ædi-
ficatio eſtis. Quando igitur operis ſuſcepti
adiutores habere uoluit, eoſdem ut quære
ret, conduceretqꝫ, ipſum exire oportuit, qđ
ſane hic eum feciſſe apertum eſt, non igna-
rus (ſiquidem omniſcius erat) fratres illos
duos iam tum in mari eſſe. Ab initio autẽ
inquit Chryſ. prædicationis ſuæ uocauit
Chryſ. apoſtolos dñs, ut ſic nihil uerborũ, & fa-
ctorum Chriſti eos lateret, & cum gaudio
dicere poſſent, ſicut Petrus ante conciliũ
Iudæorum dixit, Non poſſumus quæ uidi
Act.4 mus & audiuimus non loqui. Egreſſus
inquam eſt ad mare ſiue ſtagnũ Galileæ
dominus, non temere utiqꝫ nec fortuito
ſed diuina illa, quam habebat, preſcientia,
Ambulans itaque iuxta mare uidit duos
fratres, ſane non tam oculis corporis quã
miſericordiæ, dicente ſapiente, Reſpectus
Sap.4 in electos illius, & Dauide canente, Ocu-
Pſal.13 li domini ſuper iuſtos, & aures eius in pre
ces eoꝝ. Fratres ij duo Andręas & Simon
erant, qui etiam Petrus dictus eſt, non ta-
men adhuc iam in hac uocatione, ſed ali-
quanto poſt, quum permiſſum illud no-
men indidit ei dominus ad confeſſionem
ſuam, qua de re plura dicturi ſumus in fe-
ſto S. Petri. Sequitur hic, Mittentes rete *Math.16*
in mare, erãt enim piſcatores: Magna hæc
& eximia fuit operis illius ſignificatio, ad
quod miniſterio eorum uti uoluit domi-
nus, ſicut enim in ſtagno iam hic eijciebãt
retia ſua, ita uoluit quoqꝫ ille eos rete uer-
bi diuini & ſermonis ſancti ex uarijs ſcrip-
turarũ locis hinc inde contextum eijcere
in mare mundi huius, ſicqꝫ capere piſces
hoc eſt homines, ut hoc modo ad uitam
piam deoqꝫ bene placitã puenirẽt, ſiquidẽ
hoc illud rete eſt ꝙ pdicatores iſti hoim pi
ſcatores piſces extrahũt e mari mũdi hui⁹,
& perducunt in portum æternæ fœlicita- *Math.16.*
tis. Atqꝫ de iſtiuſmodi piſcatoribus dixit
dominus per prophetam, Mittam piſcato- *Hier.16*
res multos, & piſcabuntur eos. Externum
itaqꝫ illud piſcatorum officiũ, alterius ad-
huc futuri officij ſignum euidens erat, Ho
mines autem piſcium quoqꝫ appellatione
intelligi, teſtem enim habemus prophetã
Abacuc dicentem, facies homines qua- *Abac.1*
ſi piſces maris.
3. Quęrũt hic doctores quur dominus
prædicatores gratiæ noui teſtamenti ele-
gerit non regum filios, non doctores aut
ſcribas, ſed homines & facultatibus pau-
peres & opificio piſcatores, cuiuſmodi fue
runt Andręas, Petrus, Ioannes, Iacobus
&cę. Reſpondet Hieron. & ait, Piſcatores *Hier.*
& illiterati mittuntur ad prędicandum, ne
fides credẽtium nõ uirtute dei ſed eloquẽ-
tia atqꝫ doctrina fieri putaretur. Eodem fa
cit quod Beda inquit, Ad noui teſtamẽti *Beda.*
gratiam in mundo prędicandam non filij
regum, non ſcribæ, primo eliguntur, nimi
rum ideo, quia quæ infirma ſunt apud ho- *1.Cor.1*
mines fortia ſunt apud Deum, & Deus q̄
dem quæ ſtulta ſunt mundi elegit, ut con-
fundat ſapientes, & infirma quoqꝫ mundi
elegit, ut cõfundat fortia, & ignobilia mũ-
di & contemptibilia elegit deus, & ea quæ
non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut nõ
glorietur omnis caro in conſpectu eius:
Profecto, niſi per potentes & optimates
fidem

fidem ſuam in mundũ hunc diſſeminaſſet, poterant inde gloriari iſti & extolli, quaſi per eos fidem præſtare non potuiſſet: Nũc autem humilientur omnes & docti & ſapientes, cogitent quoq; ſalutem noſtram uniuerſam a ſimpliciſſimis (ſi mundum reſpicias) & indoctis hominibus toti orbi adnunciatam eſſe, quod illi ſane niſi diuina uirtute adiuti præſtare neutiq; ualuiſſent. Hoc ipſo tamen quod neq; diuites neq; nobiles nec doctos neq; potẽtes ad id muneris elegit Deus, uerum fecit illud, quia quod
1. Cor. 1 ſtultum eſt dei ſapientius eſt hominib. & quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Videte igitur, inquit Paulus, uocationem ueſtram fratres. Nos quoq; hic docemur quãto facilius dominũ in Euangelio ſequãtur pauperes quam diuites, nã ideo quoq; pauperes ad apoſtolatum elegit, & alibi dixit dominus: Si quis uenit ad me, &
Luc. 14 non odit patrem ſuum & matrem & uxorem & filios & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus: Id quum difficile admodum ſit diuitib. fit ut minus expedite uacare poſſint officio Euangelico, quum is remuneratio magna & merces eximia eos maneat iam parata qui illi obſequũtur, iuxta hoc quod
Mar. 10. dominus dicit: Amẽ dico uobis, nemo eſt qui reliquerit domum aut fratres aut ſorores aut patrem, aut matrem, aut filios aut agros propter me & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantũ, nunc in tẽpore hoc, et in ſęculo futuro uitam ęternã. Magna quidem hæc eſt merces, ſed diuitibus ad merendum operoſa admodum & laborib. plena, cuius rei exemplũ ſatis magnum de ſe adoleſcẽs ille prębuit, qui quũ interrogaſſet dominum dicens: Quid fa-
Math. 19. ciens uitam æternam poſſidebo, & audiſſet reſpondere eum ſibi de præceptis legis, ſubiunxit: Omnia hæc cuſtodiui a iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Et ait illi Ieſus: Si uis perfectus eſſe uade, uẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & ueni ſequere me: Quum audiſſet autem adoleſcens uerbũ abijt triſtis, erat enim habẽs multas poſſeſſiones: At Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Amẽ dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum: Et iterum dico uobis, facilius eſt camelũ per foramen acus tranſire quam diuitem intrare in regnum cœlorum. Neq; uero mirum cuiq; uideri debet diuitias magnum eſſe impedimentum in Euãgelica doctrina, quãdo & Crates ille Thebanus aurum abiecit in mare, eo quod in diſciplina philoſophica ipſum ĩpediret. Quodque plurimum nos in uia ſalutis offendant diuitiæ: Parabola iſta Euangelica ſatis arguit, ubi ſpinis comparantur, quę ſuffocãt Math. 13
uerbum Dei, & item alia quædam, quæ Math. 22
ex multis ad nuptias inuitatis, unũ ad negotiationem ſuam abijſſe cõmemorat: Alibi quoq; legitur quia quum paterfamilias Luc. 14
ad cœnam magnam plurimos inuitaſſet, excuſantib. ſe omnib. dixit quidam, Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa, rogo te, habe me excuſatũ: Et quid ijs immoror? tota undiq; plena eſt ſcriptura, quomõ diuitiæ homines auocent a regno dei, ſicuti dominica 21. a ferijs pẽtecoſtes per longũ 2. Tomo fol. 80.
recenſuimus.

4. Diſcant hic penes quos ſtat electio epiſcoporũ, prępoſitorum, parochorum, prędicatorum, ne ita temere perſonarum tantum habito reſpectu diuites, potẽtes & nobiles eligant, nihil aut certe parũ attendentes, doctrinam cęteraq; ad huiuſmodi functiones pertinentia: quod nunc proh dolor in magna Chriſtianiſmi parte fieri cernimus, unde uix dici poteſt quantum detrimenti fidei noſtræ & eccleſię ſanctæ acceſſerit: Nam laborante & ægrotante capite, quomodo non & membra male habeant: Sunt qui huius mali cauſſam in Curiam referant Romanam, & uerum id quoq; eſt, non raro uideas ibi nonnulla utcunq; ſuccedere, quæ forent emendanda: Interim tamen attendant & noſtri principes, nobiles, & optimates ciuitatum, quibus, & ipſi ſacerdotia conferant, uenatoribus nimirum ſuis, aucupibus, & qui teloneis præfecti ſunt: Videas non raro in urbibus ſic agi, ut conſulis alicuius cognato aut qualicunq; amiculo conferatur Sacerdotium, neglecto interim alio præſbytero magis idoneo, ſed pauperculi ciuis filio. Quid multa? neceſſarium admodum foret huiuſmodi abuſus in omnibus omnium

hominum ordinibus reformare, ſed quan-
do fit hoc? quis eſt qui tẽtare audeat? Chri
ſtus ad apoſtolatum electurus nonnullos,
neqꝫ diuitias, nec nobilitatem neqꝫ poten-
tiam reſpexit, ut poſſit hic uere dici, quod
Acto.10. Petrus ait: In ueritate comperi, quia non
eſt perſonarũ acceptor deus: Quid quod
grauiter prohibitus nobis eſt ille perſona-
rũ reſpectus teſte Iacobo: Fratres mei no-
Iac.2 lite in perſonarum acceptione habere fidẽ
domini noſtri Ieſu Chriſti, & inde: Si per-
ſonam accipitis, peccatum operamini, re-
darguti a lege quaſi tranſgreſſores: Eodem
Col.3 reſpexit Paulus quũ dixit nõ eſſe acceptio
Rom.2 nem perſonarum apud Deum: Quod &
prædixit de Chriſto Euangelicus prophe-
Iſa.42 ta Iſaias: Non clamabit neqꝫ perſonã acci-
piet: At qui unum eſt quod hic obſeruan
dum uenit, quoniam homines in electio-
nibus ſuis non quidem debent perſonam
inſpicere, hoc eſt externam conditionem,
ſed interim conſyderare eos oportet erudi-
tionem, doctrinã, honeſtatem, diligentiã
& id genus alia: Hoc enim Moyſen quoqꝫ
feciſſe legimus, iuxta conſilium Iethro di-
centis ſibi. Prouide de omni plebe uiros ſa
pientes & timẽtes Deum, in quibus ſit ue-
ritas & qui oderint auaritiam, & conſtitue
ex eis tribunos, Centuriones, Quinquage-
narios & Decanos: Ecce quomõ & Moy
Exod.18. ſes conditionem & diſpoſitionem illorum
reſpexit. Verum hic dominus homines in
doctos, & rudes, piſcatores nimirũ elegit,
exemplũ nobis largitus, ut ſequamur non
attendentes perſonas hominũ: Rurſus in
eo ꝙ imperitos illos homines ad tam ſubli
mem excelſi muneris functionem euexit,
eum imitari non debemus: ipſe enim indo
ctos illos doctos reddere, & ex malis pote-
rat facere optimos: nec quicqꝫ illã ſuam ele
ctionem minus bona electorum diſpoſitio
impediebat, norat ſiquidem præficere eis
magiſtrum, ex quo etiam omniſciȷ fierent,
Ioh.14 iuxta illud quod dixit eis: Paracletus ille
quem mittet pater in nomine meo docebit
uos omnia & ſuggeret uobis omnia q̃cun
qꝫ dixero uobis: Nec abſimile eſt quod in
Paulo operatus eſt, quem ſi purus homo
elegiſſet, minus recte feciſſet, utiqꝫ Lupum
Act.9 ouibus præficiens: At utcunqꝫ ille malus
erat & perſequutor eccleſiæ: poterat eum
dominus facere agnum & ex perſequuto-
re uas electionis: Et hoc quidem eſt quod
dicunt doctores, immenſum quid intereſſe
inter electionẽ Dei & Hominum: Homo
enim quum quid eligit oportet bonitatẽ
antea in re eligenda inueniat, aut ut mini-
mum credat eſſe in ea bonum, cuius gra-
tia rem iſtam eliget: Diuerſum autem acci
dit in electione diuina, ubi eſt opus adeſſe
bonitatem, ſed ipſa dei electio rem bonam
efficit (ſiue ut alias dicimus), nos eligimus
quia res eſt uere bona uel apparenter, Deꝰ
autem ſua electione facit rem eſſe bonam)
Ita Paulus inquit, quos uocauit, illos & iu Rom.8
ſtificauit, & quos iuſtificauit, eos & ma-
gnificauit (iuſtificatio per gratiam, magni
ficatio per gloriam) O Fœlicẽ uereqꝫ Bea
tum hominem quẽ hoc modo elegerit do-
minus electione finalis gratiæ, nõ quomõ
elegit Iudam de quo & dixit: Nonne duo Ioan.6
decim uos elegi: & unus ex uobis diabo-
lus eſt? ſed ſicut Petrum & Andręam hic
elegit per gratiam & illic ad gloriam, & ſi-
cut de ſe ſuiqꝫ ſimilibus loquutus eſt Pau- Ephe.1
lus dicens, elegit nos ante mundi conſtitu-
tionem, de quibus Dauid quoqꝫ ait: Bea- Pſal. 64.
tus homo quem tu elegeris & adſumpſe-
ris, inhabitabit in atriȷs tuis. Deus ille mi-
ſericos & miſerator dominꝰ dignetur nos
quoqꝫ eligere, hic per gratiam ſuam, & illic
ad gloriam æternam, idqꝫ per ſuffragia &
interceſſionem ſanctorum apoſtolorum
Andręæ &c.

Homilia ſecunda
eiuſdem diei.

TOta in uniuerſum eccleſia Chri-
ſtiana, fratres dilectiſſimi, hodier-
na die laudat ueneraturqꝫ deum
in ſuo ſancto apoſtolo Andręa, paucis ex-
ceptis Neochriſtianis, qui malũt in gratiã
uicini alicuius diem facere feſtũ in nuptiȷs
ipſius, qꝫ in honorẽ uirginis matris omniũ-
qꝫ ſanctorũ: Quomodo autem ad apoſto-
latum peruenerit S. Andræas hodierna
nobis refert lectio Euangelica: Ambulans
enim Ieſus iuxta mare Galilæę, quum ui
diſſet Petrũ & Andræam dixit eis: Venite
poſt

poſt me faciam uos piſcatores hominum.
Verbi huius meminerint quotquot uel epi-
ſcopos eligunt uel parochos, ut & ij piſca-
tores fiant hominum, non cenſuum tantũ
& redditũum, non piſcatores prębendarũ,
quarum unã ita ſuper alia congregant, ut
aſinus ſaccum ſacco tantiſper adcumulat,
dum ipſe tandem ſub pondere ſuccumbat
2.Cor.12 Non ſic Paulus fecit quum ait ad Cor. ſe
non bona eorum ſed ipſos quęrere: Quam
obrem uerus etiam ille piſcator extitit ho-
minum, ſequutuſq; eſt dominũ, homines
quoq; reti ſermonis inde capientem: Quiſ
quis ergo piſcatione ſua multitudinẽ attẽ-
dit prębendarum, magnitudinem honoris
& bonorum, is ſane piſcator hominum nõ
Sequi Chriſtum eſt: Atq; idipſum hoc eſt quod tã proprie
hic dominus ait. Venite poſt me, nimirum
quia poſt Chriſtũ uenire debẽt oẽs anima
rum curatores, ipſumq; ſequi, iuxta illud
Iob.23 Iob: Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus,
uiam eius cuſtodiui & nõ declinaui ex ea.
Sic Paulus & Chriſtum ſequutus eſt ipſe,
& ad ſequendum illum alios quoq; cohor
1.Cor.11. tatus eſt dicens, fratres imitatores mei eſto
te ſicut & ego Chriſti, quũ interim alij con
cupiſcentiam ſuam, complures etiam pe-
cuniam tantum ſequantur, contra iſtud ſa
Eccle.31. pientis: Beatus uir qui poſt aurũ nõ abijt:
Venite, inquit dominus, poſt me, ſignifica
re uolens præcedere ſe oportere, tam uita
ꝙ doctrina: quia quicunq; aliud fundamẽ
1.Cor.3. tum ponit præter id quod poſitum eſt, ni-
hil ædificabit: In multis alijs locis docet
imo præcipit dominus ueniendũ eſſe poſt
ſe: quoniam quiſquis poſt ipſum non am-
bulat, procul a uia aberrat: Si quis ait ille,
Mar.16. uult uenire poſt me, tollat crucẽ ſuam & ſe
quatur me, & alibi: Si quis poſt me uult
Luc.9 uenire, abneget ſemetipſum & tollat crucẽ
ſuam quotidie ſuper ſe: Vnde præclare hic
dicit dominus: Venite poſt me, ſiquidem
quicunq; ingrediũtur & ueniunt aliunde,
Iohan.10 fures ſunt & latrones: Omnes igitur tum
prædicatores, tum epiſcopi, tum parochi
præ omnib. & ſuper omnia Chriſtum an-
te oculos habere debẽt & animarum curã,
ut ſic ueri ſint hominũ piſcatores, & huiuſ
Math.13 modi quidẽ, de quibus dominus ait, quia
ſagena mari immiſſa capiant omnis gene-
ris piſces, impletaq; illam attrahant ad lit-
tus, bonos collecturi in uaſa ſua, malos au-
tem eiecturi, quod demũ per angelos con-
ſtat eſſe futurum.
2. Ait porro Euangeliſta, piſcatores
illos duos ſtatim relictis retibus ſequutos
eſſe dominum, ubi Theoph. Vide, inquit, Theoph.
obedientes homines, ſtatim ſequuti ſunt,
unde manifeſtum, ꝙ hæc ſecunda uocatio
ſit, antea enim docti erant a Chriſto, dein-
de reliquerunt eum, nunc autem uiſo ipſo
ſtatim ſequuti ſunt eum: Hic nos feſtina
tam & pręproperam illam conſyderemus
obedientiã, horum duorum diſcipulorum
ſimul & fidem, ſine qua obedire non pote-
rant domino: Quamobrem ſuauẽ admo- Chryſoſt.
dum & iucundam piſcationẽ oportet ha-
buiſſe dominum, ſiquidem in medio ope-
ris conſtituti, quum illum audijſſent iubẽ-
tem, nihil diſtulerunt, nihil omnino cun-
ctati ſunt: non dixerũt reuertemur domũ,
loquemur propinquis, ſed cuncta illico re-
linquentes fecerunt, quod Hæliſeus quo- 3.Reg.19
q; ſub Helia legitur impleſſe, qui ꝗuis cũ
duodecim bobus araret, tamẽ ꝗ primũ pal
lium ſuum ſuper illũ inieciſſet Helias, reli
ctis bobus cucurrit poſt Heliam: ꝗuis tex
tus illum antea parentes ſuos oſculatũ eſſe
commemorat. Talẽ quippe, inquit Chryſ. Chriſoſt.
a nobis obedientiã Chriſtus efflagitat, ut
neq; pũctum temporis differamus, etiam
ſi nos aliquid neceſſarium urgere uideatur:
quando nihil cuiq; charius eſſe debet ani-
mæ ſuæ ſalute: Atq; ideo iuueni iſti peten- Math.8.
ti a domino, ut abiens prius ſepeliret patrẽ
ſuum, ꝗuis ſepultura parentis opus bonũ
ſit, reſpõdit tamẽ, tu me ſequere, & ſine ut
mortui ſepeliant mortuos ſuos. Admira
tur hanc diſcipulorum fidem & Greg. di- Grego.
cens. Nulla Petrus & Andręas Chriſtum
miracula facere uiderãt: nihil ab eo de præ
mio ęternæ retributionis audierant, & tñ
ad unũ domini præceptũ hoc quod poſſi-
dere uidebantur, obliti ſunt: Et quãta nos
eius miracula uidemꝰ, quot flagellis affligi
mur: quantis minarũ aſperitatibus deterre
mur, & tamen uocantem ſequi contemni
mus: In cœlo iam ſedet, qui de conuerſio-
ne nos admonet: Iam iugo fidei colla gen-
tium ſubdidit, iam mundi gloriam ſtrauit,

iam ruinis eius crebreſcentibus diſtricti iu-
dicij ſui diem appropinquãtem denũciat,
& tamẽ ſuperba mens noſtra, nõuult hoc
ſponte dimittere, quod quotidie perdit in
uita. . Diceres, pauperculus fuit Petrus pi
ſcator, nihil habuit diuitiarũ, uictũ manu
& arte quærebat, quo facilius qui parum
habuit, quicquid habuit relinquere potuit,
Chryſ. ſicut & ſocij ſui Ioannes & Iacobus, quo-
rum inopiam bene ſignauit Euangeliſta
dum ait: Inuenit eos reficiẽtes retia ſua, tan
ta erat ægeſtatis grauitas, ut uetera cõtexe
Hieron. rent, quia emere noua nequibant. Hieron.
ad hoc reſpondens quoq;: Omnia, inquit,
relinquit qui uoluntatem habendi deſerit
(quod etſi non legatur in Hieronymo Ba-
ſileæ impreſſo, tamen in antiquis codicib.
ſcriptis hoc legitur) Eſtq; hæc perfecta &
deo beneplacita paupertas, abijcere ani-
mum uoluntatẽq; ſuam coërcere in eo, ne
quid ſingulare priuatim poſſideat, quod
facere debent religioſi, qui paupertatẽ uo-
uent domino (qua de re alias) Idem porro
Greg. ſentit & Grego. hic in homilia dicens: In
hac re fratres chariſſimi adfectum potius
debemus penſare ꝙ cenſum: Multum re-
liquit qui ſibi nihil retinuit, multum reli-
quit qui quantumlibet paruum, totum tñ
deſeruit: Certe nos & habita cum amore
poſſidemus, & ea quæ minime habemus
ex deſyderio quærimus: Multum ergo Pe-
trus & Andręas dimiſit, quãdo uterq; etiã
deſyderia habendi dereliquit: Multũ dimi-
ſit, qui cum re poſſeſſa etiam concupiſcen-
tijs renunciauit: Tunc enim demum illud
acceptabile Deo & gratum eſt, qui animũ
nõ bona reſpicit, nec quantũ ſibi offeratur,
ſed ex ꝙ magno & feruenti animo conſy-
derat.

3. Relictis, inquit Euangeliſta, retib.
ſequuti ſunt dominum: Duo hic cõmemo
Hierony. rat Matthæus, alterum quia reliquerunt,
retia, alterum ꝙ & inſuper dominũ ſequu-
ti ſunt: Illud prius multi etiam ex ethnicis
uiri clariſſimi ſtrennue preſtiterunt Socra
tes, Bias, Thales, Crates Thebanꝰ, qui etiã
aurum proiecit in mare: Fabricius Roma-
nus & plærìq; alij: Sequi autem dominum
Chriſtianæ perfectionis eſt, & ad bonos fi-
Iob.23 deleſq; tantum pertinet, teſte Iob, uiam
eius cuſtodiui & non declinaui ex ea, ſic
ſequuti ſunt dominum tres illi pueri in for
nace ignis, in captiuitate Babylonica, quũ Daniel. 3
dicerent: Sequimur te in toto corde, & ti-
memus te, & quærimus faciem tuam. Ita
uidemus ꝙ exiguo precio regnum cœlo-
rum ſibi iſti comparauerint apoſtoli, ſ. re-
tibus antiquis uix dum bene conſutis, quę
etiam regni cœlorum proprietas eſt, quã
deſignauit Greg. quũ ait: Regnũ Dei tan- Greg.
tum ualet quantum habes: Valuit namq;
Zachæo dimidium ſubſtantiæ, ualuit Pe- Luc.19
tro & Andreæ dimiſſis retibus & naui, ua- Math.10
luit & uiduæ duobus minutis, ualuit alte-
ri calicem aquæ frigidæ: Regnum itaq;
dei ut diximus tantum ualet quantum ha
bes, uſq; adeo exiguo dat uitam æternam
precio Deus hominibus pijs, ut etiam la-
tro iſte in crucem ſuffixus, quum iam nil
poſſet, ac ne membrum quidem corporis Luc.23
ſui aliquod mouere præter linguam, eme-
ruerit apud deum uno uerbo paradiſum,
eo quod apud deum nunq; uacua eſt ſine
munere manus, modo pectoris ſcrinium
bona repletum ſit uoluntate. Quumq; om
nes in uniuerſum Chriſtiani ſuperfluã iſtã Grego.
eamq; malam rerum temporalium concu-
piſcentiã abijcere debeant, tum uero maxi
me hoc ꝑdicatores facere addecet, qui ꝓxi-
mos ſuos perfecte diligere tenẽtur, idq; ut
faciant expeditius, ſtudeant in hoc ſæculo
nihil amare, nihil unquam appetere, nihil
etiam uel cum appetitu poſſidere: Atq;
ideo de Euangelicis & apoſtolicis prædi-
catoribus recte dixit propheta: Qui ſunt Iſa.60
ij qui ut nubes uolant, & quaſi columbæ
ad feneſtras ſuas: Vidit nimirum ille quo-
modo ij terrena omnia cõtempturi eſſent,
ſuoq; pectore appropinquaturi ad cœle-
ſtia: ut ſic depluerent uerbum dei, & mira
culis coruſcarẽt, hoc enim eſt quod eos uo
lare perhibet, nubeſq; appellat, quoniam
per uerbum ſuum ſanctum, doctrinamq;
ſanam & uitam incontaminatam, procul
ab omni rerum terrenarum immũdicia ab
ducerentur: Sed & ſicut columbæ tum
ſimplices ſunt, tum felle omni carent, ita
apoſtoli quoq; huiuſmodi uirtutibus erãt
præditi. Cæterum Euãgelium hoc adhuc
doctores myſtice exponũt, quod ultro hic
præterij

[..]erimus. Quum enim Simon obediẽtem ſignificet, & Andręas uirilẽ, Chriſtianos omnes adcurare decet, ut duorũ iſtorum nominum ſignificationem in ſe habeant, ſintqꝫ mandatis diuinis obedientes, & propria agnoſcant peccata, fortiter quoqꝫ & uiriliter ſuggeſtionibus reſiſtant diabolicis, unde fiet: Vt fœliciter Chriſtum ſequantur.

4. De ampliſſima apoſtolatus dignitate, alias in communi de apoſtolis dicturi, nunc hiſtoriam & uitam S. Andreæ breuiter explicabimus. Neqꝫ hic quicquã me mouet, ꝙ Neochriſtiani nullam huic rei fidem habent, id enim ſine omni fundamento & aduerſus rationis dictamen faciunt uniuerſum. Nam quum recipiamus hiſtoricos tã recentes ꝗ ueteres, Romanos etiã Græcos & Perſas, qui tamen p̄terꝗ quod ethnici fuerunt, in multis quoqꝫ turpiter aberrarunt: Qua fronte fidem negare audent hiſtorijs de uita ſanctorum, a ſancta eccleſia receptis: O hoĩes p̄uerſos & degeneres filios, q̃ matris ſuæ eccleſiæ catholicę rejjciunt hiſtorias, & ethnicorũ ſcripta obſeruant: Nihil itaqꝫ uos inſtabiles iſti & inconſtantiſſ. homines a ueritate dimoueant

Ioan. 1 Sanctus Andræas in Bethſaida Gallilææ natus, frater Sancti Petri extitit, & S. Ioannis Baptiſtæ diſcipulus, quumque Ioannes Chriſtũ digito monſtraret, & ipſe

Luc. 5. ſequutus eſt illum, & ad eundem Petrum

Math. 4. quoqꝫ adduxit, bis ille cum Petro etiã uo-

Mat. 10. catus eſt a domino quum piſcarẽtur in ma-

Luc. 6 ri, hic ipſe cum cæteris etiam ad apoſtola-

Mar. 3 tum accitus eſt, ſecundũqꝫ apud Matthæũ & Lucam obtinet locum a Petro in catha-

Ioh. 6 logo apoſtolorum, ꝗuis Marcus ei quartum tribuat: Andræas ille teſte Ioanne in-

Ioh. 11 terfuit, quando quinqꝫ millia hominum pauit dominus quinqꝫ panib. hordeaceis & duobꝰ piſcibus in deſerto, ratus tantillũ ciborũ nihil ſuffecturũ in tanta hominum multitudine: Andręas quoqꝫ in die palmarũ inſinuauit dño eſſe quoſdã ex gentib. q̃ ſe uidere cuperent: Poſt diuiſionem autẽ apoſtolorꝫ iuſſu dñi, Andręas, autore Sophronio, uenit in Scythiam & Sogdianã, prædicauitqꝫ ibidẽ & Saccis ſimul ac Aethiopibus in magna ciuitate Auguſta capto hinc a Mirmidonibus Matthęo & excecato, mirabiliter illuc dñs miſit Andræã qui Matthæo uiſum reſtitueret, quo facto quũ p̄dicaret Andræas in Achaia multoſqꝫ ad Chriſti fidẽ cõuerteret, præfectus regis Ediſſenorum Egeas eũ crucis adiudicauit ſuſpendio, quã ille magna cum lætitia & ſuſcepit & ſalutauit, in eaqꝫ uſqꝫ ad alterũ diem pepẽdit, prædicauit, & ad fidẽ conuertit multos: Egeas porro quũ illum propter populi clamorẽ deponere uiuum uellet, orauit apoſtolus dñm ut in pace ſpiritũ ſuũ ſuſciperet, ſicqꝫ lux ipſum circũfulſit, & in eius ſplẽdore, ſpiritũ deo tradidit, atqꝫ in ciuitate Patras a nobili matrona Maximilla ſepultus eſt, unde reliquiæ illius Conſtãtinopolim uſqꝫ deductæ ſunt, tẽporib. Conſtantini, die 8. Maij. Deinde quũ Gręciã totã ſuæ tyrannidi ſubijceret Turcarũ imperator, Chriſtianus quidã & catholicus princeps Thomas dux Moreæ caput S. Andręæ ablatũ inde in Romam tranſtulit & Pio ſecundo dedit, qui ſacellũ pulcherrimũ in honorẽ S. Andręæ erexit in eccleſia S. Petri, ubi reliquię illæ adhuc quieſcunt: Vos iam dominum deum deprecemini, & cæt.

Vide philaletũ epiſtolã cleri recenſentẽ de Martyrio, S. Andreæ.



In feſto S. Barbare uirginis & martyris, Euangelium. Math. xxv.

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Simile eſt regnum cœlorum decem uirginibus, quę accipientes lampades ſuas, exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ, qnq; autẽ ex eis erãt fatuę, & quinq; prudẽtes. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus non ſumpſerunt oleum ſecum. Prudentes uero acceperunt oleum in uaſis ſuis cũ lampadibus, moram autem faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus uenit, exite obuiam ei. Tunc ſurrexerunt omnes uirgines illę & ornauerũt lampades ſuas. Fatuę autem ſapientibus dixerunt. Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades noſtrę extinguuntur. Reſpondẽtes prudentes, dicentes, ne forte nõ ſufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere: Venit ſponſus, & quæ paratę erant, intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua, nouiſſime uero ueniunt & reliquæ *Luc. 19* uirgines, dicentes, Domine domine *Mar. 13.* aperi nobis. At ille reſpondens ait, Amen dico uobis, neſcio uos, uigilate itaq; quia neſcitis diẽ neq; horã.

Homilia vnica.

Hierony. PArabolam hanc, inquit Hierony. quidam ſimpliciter in uirginibus interpretantur, quarũ aliæ iuxta apoſtolum & corpore & mente ſunt uirgines, aliæ uirginitatẽ tñ corpore ſeruantes. Vel cætera opera bona nõ habent propoſito ſuo ſimilia, uel parentũ cuſtodia reſeruatæ, nihilominus mẽte nupſerunt: ſed mihi *1. Corin. 7* alius ſenſus uidet, & nõ ad uirginalia corpora, ſed ad omne hominũ genus comparatio ptinere: Sicut enim dicit dñs duos fore *Math. 24* in agro uno, quorũ altero adſumpto relinquatur alter, & duæ molentes in mola, una adſumetur & una relinquetur &c. ibiq; uniuerſum genus hominũ ſignificatur, qui ſunt in eccleſia, & extrinſecus uelut arare & molere uidẽtur, quæ tñ omnia ficto ſimulatoq; animo per hypocriſin faciunt: Ita hic denario uirginũ numero omnes intelliguntur Chriſtianorum turbæ, ꝗ apparẽt quidẽ hominibus credere in deũ, ipſi quoq; ſcripturarũ iactant ſcientiã: & tñ in illis fatuę interim aliquot ſunt uirgines, fidẽ nimirũ rectã nõ habẽtes, neq; eam pijs operib. exercentes. In eadẽ porro ſentẽtia eſt & Auguſt. quũ ait: *Auguſt.* Non uidet mihi iſta parabola ad eas ſolas ptinere, quæ proprie excellentiori ſanctitate uirgines in eccleſia nominantur, quas etiã uſitatiori uocabulo ſanctimoniales appellare conſueuimus, ſed ad uniuerſam hæc parabola pertinet eccleſiã: ſiquidẽ ſi ad religioſas tantum modo pſonas referenda eſſet, maior eſt earum numerus, ꝙ ut cũ denario conueniat, quãuis ex decẽ iſtis qnq; adhuc fatuę exiſtant. Cæterũ ſanctæ animę uirgines iccirco *Hierony.* appellant, quia gloriantur in unius dei notitia, & mens earũ idolatrię turbine nõ cõſtupratur, in ſacris enim literis idola uenerari adulterari eſt & fornicari, teſte Dauid qui ait. *Pſal. 72* Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te, *1. Par. 5* & de Manaſſe quoq; legitur in hunc modum: Reliquerunt Deum patrum ſuorum, & fornicati ſunt poſt Deos populorum terræ quos abſtulit dominus coram eis: *Oſe. 4* Sed & Oſæas propheta ſic ait, fornicati ſunt & non ceſſauerunt, quoniam dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo, & deinde: Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt a Deo ſuo: ſuper capita montium ſacrificabant: & ſuper colles accendebant thymiama, ſubtus quercum & populum, & therebynthum. Quid

multa

multa: plerisq; adhuc aliis ſcripturæ locis ydololatria fornicationis nomine exprimitur: & quum quis relictis Diis multis in cognitione perſeuerat & cultu unius ueri Dei, eius hominis anima uere uirgo dicitur, quod nullum committat cum diis alienis adulterium. Theoph. paulo diuerſa ſententia. Sub perſona, inquit, uirginum proponit Parabolam de eleæmoſina: ut quoniã magnum opus eſt uirginitas, ne quis illud unũ curãs alia negligat, ſed diſcat quod abſq; eleemoſina etiã uirgines cũ ſcortis eiiciantur: Et merito quidem, nam quod homo uirginitatem amittit, fit illud eo quod a natura, & innata iſta concupiſcentia mala adficitur: is autem qui miſericordia nulla mouetur, ab externis diuitiis ſuperatur: Grauius igitur eſt, aliquem a leuioribus & uilioribus uinci, ut auarus habẽdi ſtudio occupatur, quam a libidine ſuperari: Imo ſtolidus & fatuus admodum eſt, qui quum ardẽtem uicerit naturalis concupiſcentiẹ fomitem, inſuper ab exigui lucelli cupidine ſuperatur.

Teoph. *Chryſoſt.*

2. Simile ergo eſt regnum cœlorum, decem uirginib. & cæ. Regnum cœlorum ait Greg. preſentis temporis eccleſia eſt in hac uita, id ille declarat, ſicut & nos ſuperius in quadam homilia fecimus: Decem uirginibus ſimile eſt regnum cœlorũ, quæ omnes ſunt piæ & ſanctæ Chriſtianorum hominum animẹ, uirgines enim illæ ſunt in fide quotquot in eccleſia catholica exiſtunt, dicente Paulo, deſpondi uos uni uiro, uirginẽ caſtã exhibere Chriſto: Quod uerbum apoſtolus, teſte Auguſtino, nõ ſolum ſanctis monialib. ſed uniuerſæ eccleſiæ dixit: Virginitatis huius deſtructor & hoſtis diabolus eſt, quem procul fugere & euitare debent omnes Chriſtiani, ſicut ibidem ſequitur. Timeo ne ſicut ſerpens Euã ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſermones ueſtri & excidãt a ſimplicitate (ubi Auguſt. legit caſtitate) quæ eſt in Chriſto Ieſu, quamuis ergo pauci uirginitatem ſeruant in corpore, omnes tamẽ eam cuſtodire debent ſpiritualiter in pectore, ſicut infra latius explicabimus. Quid autem ſibi uult quod regnum cœlorum dominus uirginibus decem cõparat, quarũ, quinq; prudentes & quinq; fatuæ erant? In quinq;, ait Grego. ſenſibus corporis unuſquiſq; ſubſiſtit: geminatus uero quinarius denarium perficit, & quia ex utroq; ſexu fidelium multitudo colligitur, ſancta eccleſia decem uirginibus ſimilis denũciatur: Neq; diſcedit ab hac ſententia Auguſt. quum dicit: Omnis omnia in corpore ideo quinario numero cẽſetur, quia ſenſibus utitur: nihil enim eſt quod ſentimus ex corpore, niſi ianua quinq; partita, aut uidẽdo, aut audiendo, aut odorando, aut guſtando, aut tangendo, qui ergo ſe abſtinet ab illicito uſu iſtorum, propter ipſam integritatem uirginis nomen accepit: Iam uero ſuccurrit hic dubiũ, quo tandem modo uirgines quinq; fatuæ dicãtur, ſimulq; uirgines exiſtant, neq; id tantum, ſed & lampades inſuper ſecum acceperint: Reſpondeo & dico uarias quidem eſſe eius rei expoſitiones, quas hic eo maxime uobis cõmemorare libet, ut inde prẹparetis animos ueſtros, ſitiſq; in numero uirginum prudentum, quæ cum ſponſo Chriſto introierunt ad nuptias fœlicitatis æternæ: Chriſtiani, inquit Auguſt. uirgines ſunt, propter abſtinentiam ab illicitis ſenſibus, lampades habẽtes propter bona opera, de quibus dominus ipſe dicit: Sic luceat lux ueſtra corã hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificẽt patrem ueſtrum qui eſt in cœlis: Duo ecce hæc ſunt quæ Chriſtianum decent, neq; tamẽ ſufficiunt: ſiquidem & ſi lampades habeant bonorum operum, uirgines tamen adhuc fatuæ eſſe poſſunt: Quod ſi ergo nõ omnes illi ad nuptias conueniunt, qui & ab illicitis ſibi cauent & opera bona habent, quid ſpei erit iis qui nec animam ſuam ab illicitis rebus auocant, neq; opera bona faciunt ſed in atra tenebrarum uerſantur caligine? Non enim aliud hic fatuarum & prudentum uirginum cernitur diſcrimen, niſi quod illæ oleum non habebant: quod & ideo magnum quiddam ſignificare oportebit, quid igitur deſignabit? charitatem nimirum, iuxta illud Pauli: Adhuc excellentiorem uiam uobis demonſtro: Si linguis hominum loquor & angelorum, charitatem autẽ nõ habeam, factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tinniens: Palam

Greg. *2. Cor. 11.* *Auguſt.* *Greg.* *Auguſt.* *Mat. 5.* *1. Cor. 13.*

ergo hic eſt Paulum excellentiorem uiam
dicere charitatem, quam eodẽ loco ille ſu-
Auguſti. per alia dona ſpiritus extollit. Auguſtinus
quocꝫ idipſum ex olei natura & ſimilitudi
ne colligit, ſupernatat enim in cæteris hu-
moribus, quomodo & charitas ſuperat re-
liquas uirtutes & dominationem dei.
Greg. 3. Grego. hanc parabolæ partem pau-
lo diuerſius exponens, docet nos oleum in
cordib. noſtris habere, ut placeamus deo,
Sunt plæricꝫ continentes qui ab exteriori
appetitu ſe cuſtodiunt & ſpe ad interiora
rapiuntur, carnem macerant, & toto deſy-
derio ad ſupernam patriam anhelant, æter
na pręmia expectãt, pro laboribus ſuis re-
cipere humanas laudes uolunt, hi nimirũ
gloriam ſuam nõ in ore hominum ponũt,
ſed intra conſcientiam contegunt: Hæ uir
gines prudentes ſunt, quoniam in lampa-
dibus, hoc eſt cordibus, ſuis ſplendorem ge
2. Corin. 1 ſtant gloriæ ſuæ, dicente Paulo: Hæc eſt
gloria noſtra teſtimonium conſcientiæ no
ſtræ: Fatuæ autẽ uirgines oleum nullum
habent, dum gloriam non quærunt in ſua
ipſorum conſcientia, ſed coram hominib.
ideocꝫ & mercedem ſuam omnem, iuxta
Math. 6 uerbum domini, receperunt. Sed uirgines
illæ quæ ad ſponſum perueniunt, omnem
gloriam ſuam intus ſolummõ inquirunt,
Pſal. 44 dicente Dauide. Omnis gloria eius filiæ
regis ab intus: Necꝫ multum diſſimilis ſen
tentiæ ſunt, qui dicunt lampades ſignifica-
re fidem, quia ſicut lampades domum, ita
fides illuminat animam: Lampadẽ porro
iſtam recipiunt fideles a deo per ſacerdotẽ
in baptiſmo, & licet iſtiuſmodi lampadem
diu ſecum circunferat aliquis, necꝫ in ea ſit
oleũ charitatis diuinę & meritoriorũ ope-
Iac. 2 rum, fides illa tota mortua eſt, uana, inuti-
lis & otiſa: cuiuſmodi fides iſta eſt Neo-
chriſtianorum, qui fidem ſuam omnẽ quũ
habeant in ore, nihil interim boni fouent
ſub pectorę, & operibus carent in manib.
Necꝫ enim oleum habent in lampadibus
ſuis, ideocꝫ uirgines tantum fatuæ exiſtũt,
nec quiſquã horũ Chriſtianoꝝ cũ Chriſto
ingredi poterit ad nuptias ſalutis æternæ.
4. Ex iſtis iam rationibus, ſatis manife
ſte liquet, quur dominus regnũ cœlorum
uirginib. compararit, quarũ quincꝫ fatuæ
& qncꝫ ſint prudentes &c. quod Auguſt.
& Greg. de 5. ſenſibus nõ incõmode expo-
ſuerunt: eorum enim diligens cuſtodia ad
prime neceſſaria eſt ĳs, qui uirginalem ca-
ſtitatem ſeruare uolũt: Et quãuis in ſacris
literis denarius numerus uniuerſitatem re
rum plærumcꝫ ſignificat, tamen peculiari
non caret ratione, quod ex utracꝫ parte uir
gines quincꝫ cõiunxit, ꝓpter ſenſus quin-
cꝫ, quos in ſedula cuſtodia quum omnes
habere debent, tũ uero maxime eam quæ
mulieres & uirgines pudicas decet diſci-
plinam, niſi enim oleũ adhibuerint ſapien-
tiæ ſalutaris, perierint: Idipſum in prima *Gene. 2*
uirgine fatua cernimus Eua, quæ non ſa-
tis cuſtoditis fuit auribus, dum locum de-
dit diabolo & ſuggeſtioni ipſius, qui noxiꝰ
extitit abuſus, qm̄ audire malum, quid fa-
ciat boni: unde & ſapiens dixit. Sepi au- *Eccleſ. 28*
res tuas ſpinis, & linguã nequam noli au-
dire, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus
tuis: Vbi primũ fœminæ aut uirgines cœ-
perint ex pręſumptione ad omnia auſcul-
tare, bonam amiſerunt pudicitiæ partem,
ita enim Euæ etiam cõtigit, quæ nõ prius
perĳt q̃ ſerpentem audiſſet, ſic Paulus ait:
Corrumpunt bonos mores colloquia pra- *1. Cor. 15.*
ua: Adhæc oculis eſſe parum præmuni-
tis, fatuas quocꝫ efficit uirgines, quomõ &
in Eua factũ eſt, q̃ cũ uidiſſet, ꝙ bonũ eẽt *Gene. 3*
ad ueſcendũ & pulchrũ oculis, aſpectucꝫ
delectabile, tulit de fructu illius, & come-
dit: Necꝫ diſſimili exemplo etiã accidit Di
næ filiæ Iacob: ea enim quum temeraria *Gene. 34*
quadã præſumptione exĳſſet, uiſura mu-
lieres regionis illius, rapta a Sichem & ui-
tiata eſt: Plęruncꝫ etiã ſpectatũ (ut ille ait)
ueniunt, ſpectentur ut ipſæ, quod in ruinã
eis cedit: quamobrẽ Dauid admonẽs ait. *Pſal. 118*
Auerte oculos tuos ne uideant uaniatem:
Expertus hoc ille dixit, norat. n. quõ uiſus
nõ cuſtoditꝰ fatuas reddat uirgines, qñ ui-
derat ipſe Bethſabee lauantem ſe, unde &
adulteriũ cum ea & homicidiũ conſequu-
tum eſt Vriæ: Quo etiã reſpiciẽs dñs p̄mo *2. Reg. 11*
nuit nos dicẽs: Quicũcꝫ uiderit mulierem *Math. 5.*
ad cõcupiſcẽdũ eã, iã mœchatus eſt cũ ea
in corde ſuo: Sic ĩfatuati ſunt in Sara uxo *Gene. 12*
re Abraham, Pharao & Abimelech: ſic
uxoris Phutiſaris laſciuos & impudicos *Gene. 20.*

oculos ſuos petulanter coniecit in Ioſeph,
Gen.39 petitq; ab eo adulterium, quod quum ab-
nueret ille, mendacio impudentiſſimo ipſa
eum detulit ad dominum ſuum, quaſi ipſe
uim pudicitiæ ſuæ inferre uoluiſſet, quo
mendacio quid queſo ut fucatius, ita & ini
Num.25 qui⁹ & turpius? Sic filij Iſrael quū uiderēt
filias Moabitarum & Madianitarum, præ
cepit dominus principes populi in cruces
ſuffigi aduerſus ſolē, plenaq; eſt iſtiuſmo-
di exemplis uniuerſa ſcriptura, quæ uolēs
hic prætereo. Quod ſi autem quilibet ho-
mo ipſum Iob imitaretur, ſane in album
prudentum uirginum referretur, ſic enim
Iob.31 Iob ait, Pepigi fœdus cum oculis meis, ut
ne cogitarem quidem de uirgine. Ad hæc
tertio quoq; ſenſu odoratus infatuātur uir
gines, quoniam & in ipſo uoluptatem con
quirere abuſus magnus ſimul & euidens
eſt laſciuiæ ſignū: ſicuti grauiter minatur
dominus filiabus Hieruſalem, eo q ambu
larent extento collo & nutibus oculorum
irent, plauderent inſuper & cōpoſito gra-
Iſa.3 du incederent: ideo inquit propheta, de-
caluabit dominus uerticem earum, & cri-
nem earum nudabit: Deinde ex omni mū
do muliebri & inter ornamenta uniuerſa
ait ſe eis etiam ablaturum olfactoriola, &
huiuſmodi quidem uirgines fatuæ erāt, de
Sap.2 quibus ſapiēs dixit: Venite & fruamur bo
nis quæ ſunt, & utamur creatura tanq; in
iuuentute celeriter: Vino precioſo & un-
gentis nos impleamus, & non prætereat
nos flos temporis: Coronemus nos roſis
anteq; marceſcāt: Iſtiuſmodi fatua & illa
fuit mulier laſciua ac petulans, quæ allice-
re & decipere uolens adoleſcentem dixit:
Prouer.7 Intexui funibus lectulum meum, ſtraui ta
petibus pictis ex Aegypto, aſperſi cubile
meum myrrha, aloë & cynamomo: In ijs
naq; ſuperfluitatem querere & abuſum ad
peccandum, res longe iniquiſſima eſt.

Fatuæ inſuper redduntur uirgines gu-
ſtu & tactu impudico, qui omnem corrū-
pit mundiciem cordis, oleumq; gratiæ di-
Prouer.6 uine effundit, iuxta illud ſapientis: Turpi-
Oſe. tudinem & ignominiam congregat ſibi &
opprobrium illius non delebitur, & iſtud
item Oſeæ: Omnes calefacti ſunt quaſi cli
banus: Nimius etiam in cibo & potu ex-
ceſſus peccandi pronitatem inducit, quo- Vinum
niam luxurioſa res uinum eſt, quo Paulus Pro.20
quoq; nos admonet inebriari non debere, Eph.5
ſiquidem in eo luxuria eſt: Eodem perti- Hiero.
net illud Hieronymi. Si experto creditur,
hoc primum moneo, hoc obteſtor, ut ſpon
ſa Chriſti uinum fugiat pro ueneno. Hæc
aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt
dęmonum: Vinum & adoleſcētia duplex
incēdium uoluptatis, ubi primum mulier
aut uirgo temulētiæ aſſueuerit, pudor om
nis perijt, diſciplina quoq; & honeſtas ui-
tæ uniuerſa, quoniam ebrius ſcelerum om
nium eſt uile mancipium, nec uitium ali-
quod eſt quod uincere poſſit, qui hoc cri-
mine eſt detentus, tota enim hic emoritur
ſapientia, totuſq; homo e ſapiente ſtultus,
ex ſtulto inſanus redditur, mores omnes
corruunt, & homo in porcum uerſus uide
tur, ſiquidem ille tunc linguæ ſuæ magi-
ſter non eſt, nec quicunq; celat archanum
nihil loquitur honeſtū: Loth ſi inebriatus Gen.19
non fuiſſet, proprias filias ſuas duas nec ui
tiaſſet, nec impregnaſſet, uereq; adeo dictū Oſe.4
a Propheta: Vinum & ebrietas auferunt
cor. Sed de ijs alias copioſius. Sicut autem
pro fatuo habetur, qui ſenſibus abutitur
exterioribus, ita non paulo etiam ſtultior
eſt, qui internis male utitur, puta qui tur-
pia imaginatur, qui obſcœna uanaq; con-
cupiſcit & in ijſdem exęſtuat, ſiue id fiat ad
luxuriam, ſiue gulam, ſiue ſuperbiam, ſiue
ad auaritiam, aut iram, inuidiā, & odium
quicquid id genus eſt malorum, adſectare
& imaginari turpiſſimum eſt, ſicut domi-
nus dixit mulieri impudicę, feciſti tibi ima
gines maſculinas: Poſſent hæc omnia ad Ezech.16
longum per ſingula membra extendi, ſed
hic iam finis & modus eſto: Vos cōmuni-
bus uotis orate dominum deum &cæ.

De S. Barbara:

Barbara Dioſcori filia in ciuitate
Nicomedia uirgo fuit ſapientiſſi-
ma, oleumq; charitatis diuinæ ſe-
cum ſumpſit in lampade animæ ſuę: Eius
pater infidelis in turri munitiſſima ipſam
concludi curauit, in qua feneſtras tres pa-

rari iuſſerat, quoniam tres eſſent qui mun
dum hunc illuminarent uniuerſum, deus
pater, filius, & ſpiritus ſanctus: In eadē tur
ri illuminata illa fuit diuinitꝰ & a S. Ioan
ne baptizata, ſuoqꝫ digito crucem im-
preſſit in lapidem. Pater autē quum nul-
lo modo a fide Chriſti auertere eam poſſet
præfecto ipſam obtulit, qui eam uerberib.
primum cędi iuſſit, & uiſcera, uulnera quo
qꝫ recentia cilicio confricari, uerum illa ſi-
cut in fide ab angelo iam ante informata,
ita nunc q̊qꝫ ab eodē ſanata eſt: unde in fu-
rorē uerſus tyrannus pedibus eam ſuſpen-
di fecit, mamillaſqꝫ ei præſcindi, latera etiā
facibus uri, nudamqꝫ per urbem duci, ubi
tamen ab angelo cōtecta eſt. Ad extremū
parenti illam ſuo reſtituit, qui eductam eā
decollauit, ibiqꝫ ipſa pro omnib. qui me-
moriam ſui habituri eſſent orauit ad domi
num: pater autem in itinere iam reuertēs
domum, igne cælitus demiſſo, miſere pe-
rijt. Virgo hæc ſanctiſſima cultores ſuos
abſqꝫ uenerabili ſacramento mortem obire
non ſinit, idqꝫ multis exemplis comproba-
tum eſt, poſſet per longum probari: Do-
lorqꝫ hic ei fuit, longe acerbiſſimus, ꝙ eun
dem habuit & parentem & perſequutorē
atqꝫ adeo carnificem. Caput ipſius dein-
ceps Conſtantinopolim translatum eſt,
& illud imperator quidem Venetis dona
uit, qui ipſum Venetias deportauerunt in
templum ſuum, unde per eoſdem, clam de
latum eſt in Pruſſiam: Fuerūt quoqꝫ eius
nominis plures aliæ ſanctæ uirgines, quæ
propter fidem Chriſti immaniter trucida-
tæ ſunt, ut non procul a Roma in regno
Neapolitano & alibi, cuius caput Colo-
niæ apud Minores in magna reuerentia
ſeruatur. Eas omnes implorate ſedulo, ut
pro uobis intercedant apud dominum.

Reliquam Euāgelij huius par-
tem require infra in feſto
Sanctę Agnetis.

In ſolenni die San
cti Pontificis Nicolai
Euange. Luc. xix.



IN illo tempo
re, dixit Ieſus diſcipu- *Math. 25.* *Mar. 13.*
lis ſuis parabolā hanc
Homo quidam nobi
lis abijt in regionem
longinquam, accipere ſibi regnum,
& reuerti. Vocatis autem decem ſer-
uis ſuis, dedit eis decem mnas, & ait
ad illos, negociamini dum uenio:
Ciues autem eius oderant eum, &
miſerunt legationem poſt illum dicē
tes, nolumus hūc regnare ſuper nos.
Et factum eſt ut rediret accepto re-
gno, & iuſſit uocari ſeruos, quibus
dedit pecuniam, ut ſciret quantum
quiſqꝫ negotiatus eſſet: Venit autē
primus dicens, Domine mna tua, de
cem mnas acquiſiuit. Et ait illi, Euge *Mat 25.*
bone ſerue, quia in modico fuiſti fi-
delis, eris poteſtatem habens ſupra
decem ciuitates. Et alter uenit, dicēs,
Domine mna tua fecit quinqꝫ mnas:
Et huic ait, Et tu eſto ſuper quinqꝫ
ciuitates. Et alter uenit dicens, Do-
mine ecce mna tua, quā habui repo-
ſitam

ſitam in ſudario, Timui enim te, quia homo auſterus es, tollis quod nõ poſuiſti, & metis quod non ſeminaſti. Dixit ei, De ore tuo, iudico te ſerue nequam, Sciebas ꝙ ego homo auſterus ſum, tollens quod non poſui, & metens ꝙ nõ ſeminaui, Et quare nõ dediſti pecuniã meã ad menſam, & ego ueniẽs cũ uſuris, utiq; exegiſſem illud. Et aſtantibus dixit, Afferte ab illo mnam, & date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerunt ei, domine habet
Math. 25 decem mnas. Dico autẽ uobis, quia
Mar. 4 omni habẽti dabitur, & abundabit,
Sap. 8. ab eo autem qui nõ habet, & quod habet auferetur ab eo.

Homilia unica.

Greg. FRatres chariſſimi Hęc ſancti Euãgelij lectio (liceat enim mihi cũ Grego. ſic exordiri) ſollicite conſyderare nos admonet, ne nos qui plus cęteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab autore mundi grauius inde iudicemur, quum enim creſcunt dona, ratiões etiam creſcunt donorum. Huc huc reſpiciant omnes, quotquot a deo receperunt uel diuitias uel dominia uel ſciẽtiam & rationis acumen, uel poteſtatem &c. conſyderent quomõ hęc omnia impẽdãt, Siquidem reddenda de ijs ratio grauis erit mortis tẽpore, & tandẽ in die nouiſſimo: Sũt qui gloriantur iam de multis elati, & tamẽ ueniet tẽpus quo nollẽt ſe ea uel habuiſſe: ſubdit itaq; Greg. Tanto humilior atq; ad ſeruiendũ promptior quiſq; debet eſſe ex munere, quanto ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione: Diligenter itaq; fratres mei hoc obſeruate Euangeliũ, ut ſcia-
Theophy tis quomodo donis Dei utamini. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam. Nobilem, inquit Theophi. hominem Chriſtus ſeipſum introducit, nam licet homo fuerit, manſit tamen in faſtigio & nobilitate deitatis, & is quidem abijt in regionem longinquam, quando aſcendit in cœlum, peculiariter autem Chriſtus homo dicitur, ſicut & peculiari modo homo fuiſſe ſuper omnes agnoſcitur, ita etiã Dauide dicente de Maria, homo natus eſt in
ea, ipſe fundauit eam altiſſimus. Hominẽ Pſal. 86.
Chriſtum uocat, qui quãuis Deus erat, in
ſimilitudinẽ tamen hominum factus habi- Philip. 2.
tu eſt, inuentus ut homo. Et is quidẽ abijt ſiquidẽ iam antea de cœlo uenerat in hũc mundum per incarnationem, iuxta illud,
In propria uenit, & ſui eum nõ receperunt Iohan. 1.
Diceres, quõ conueniant hęc, ꝙ Ioannes ait Chriſtum in incarnatione ſua in propria ueniſſe: & hic Lucas dicit, eum abijſſe in regionem longinquã, idq; peregre, tẽpore aſcenſionis, quo maxime uidetur in patriam ſibi propriam, quia in cœlum, deueniſſe: Reſpondetur ad hęc, quia bene dicit Iohãnes Chriſtum in carne uenientem in propria ueniſſe, ſiquidem proprius ac ſuus Dei eſt ratione creationis mũdus hic uni-
uerſus, ex eo enim & per eum factus eſt, te- Cyrillus.
ſte Dauide, Domini eſt terra & plenitu- Pſal. 23.
do eius: Vel etiam ſpecialiter, quum in Iudæa natus ſit, regio hęc illi propria dicitur, propter electionem ſanctorum patrũ ſuæ-
q; gẽtis, ſicut ipſe ait, filius meus primoge- Exod. 4.
nitus Iſrael. Teſtatur idem in cantico ſuo
Moyſes dicens, Quando diuidebat altiſſi- Deut. 32.
mus gentes, conſtituit terminos populorũ iuxta numerum filiorũ Iſrael: & pars quidem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius: Ex more enim perpetuo ueteres diuidere ſoliti ſunt hæredita-
tes ſuas funiculis, iuxta illud Dauidis, fu- Pſal. 15.
nes ceciderũt mihi in pręclaris: Et hoc eſt quod Iohannes ad diuinam naturam reſpiciens dixit, dominum in propria ueniſſe. Sed ꝙ idem aſcenſionem ſuam in cœlum peregrinationem uocat, ad humanitatem
referendũ eſt, idq; ipſum declarans Greg. Grego
ait, Carnis locus proprius terra eſt, q̃ quaſi ad peregrina ducitur, dum per redemptorem noſtrũ in cœlo collocatus, procul enĩ aberat cœlũ a natura hominis, opera quoq; hominum a cœleſtib. multum diſtabãt
dicente domino per Prophętam, Sicut ex- Iſa. 55.
altantur cœli a terra, ſic exaltatæ ſunt uiæ meæ a uijs ueſtris, & cogitationes meæ a cogitationibus ueſtris: Sunt adhuc qui re

ferant hæc eo, ꝙ dominus a Iudęis cõmi-
grauit ad gentes, quem ſequuti etiam apo-
ſtoli a Iudęis tanquam indignis ſeceſſerũt
ad prędicandum gẽtibus Euangeliũ Chri
Acto. 13. ſti, ſicut dixit Paulus, & ante eũ in ſpiritu
Ecclеſ. 24 præuidens idipſum ſapiens exclamauit,
Doctrinam quaſi antelucanum illumino
omnibus, & enarrabo illam uſcꝫ in longin
quum: Veruntamẽ ſuperior expoſitio mi-
hi non paulo adcõmodatior huic cõtextui
eſſe uidetur.

2 Homo, inquit, quidã nobilis abijt
in regionẽ longinquã, accipere ſibi regnũ
& reuerti: Regnum illud uitæ æternæ
Theoph. accepit Chriſtus, qđ & ſibi & electis omni
bus meruit: Regnum hoc ipſum ſuſcepit,
ut ſecũdum quod homo ſederet in dextra
throni magnificentiæ cum carne, ibidem
ille ſedebit, tantiſper dum inimici ſui om-
nes ponantur ꝓ ſcabello pedum ſuorum,
Pſal. 109. quod demum fiet in conſummatione ſe-
culi: omnia enim etiam quæ nolent illius
ſubdita erunt imperio: Hunc ipſum autẽ
Iohan. 19 oderunt fratres ſui Iudæi, dicentes: Nolu-
mus hunc regnare ſuper nos, quando Pila
to dicenti, Regem ueſtrum crucifigam?
reſponderunt, Regem non habemus niſi
cæſarem, & deinceps corripuerunt Pilatũ
dicẽtes, Noli ſcribere Rex Iudęorũ, Idipſũ
conſyderans dominus ait in Euãgelio, Vi-
Iohan. 15. derunt opera mea, & oderunt & me & pa
trem meum, ut impleretur ſermo qui in le-
ge eorum ſcriptus eſt, odio habuerunt me
Pſal. 34. gratis: Et ea quocꝫ ratio eſt quur hominẽ
ſe nuncupet & nobilem quidem ſecundũ
natiuitatem, non autem regem: Siquidem
in ſuo priore aduentu non uenit in regia
Zach. 9. maieſtate, ſed humilis, & manſuetus ſedẽs
ſuper aſinam: In altero autem uẽturus eſt
cum gloria magna, recepta tũc in ſe maie
Danie. 7. ſtate regali, iuxta illud Danielis, Ecce cũ
nubibus cœli quaſi filius hominis uenie-
bat, & datũ ei eſt regnum, omneſcꝫ popu-
li, tribus & linguæ ipſi ſeruient, ꝗuis illud
etiam de regno Chriſti in hac eccleſia in-
telligi poteſt, quod perfecte adſequutus
Mathe. 18 eſt poſt reſurrectionem ſuam, ſicut & dixit
diſcipulis ſuis Mihi data eſt omnis pote-
ſtas in cœlo & in terra: per hoc enim rex fa
ctus eſt electorum omnium Chriſtianorũ,
ut iam poſſimus dicere cum Propheta:
Dominus legifer noſter, dominus rex no- *Iſa. 33*
ſter, ipſe ſaluabit nos: Eo ipſo regno cœpit
ille primum regnare ſuper gentes, dicente
Dauide Domini eſt regnum, & ipſe domi *Pſal. 21.*
nabitur gẽtibus. Porro ne longius ab hac
Euangelica parabola diſcedamns, perſeue
rare nunc libet in priore illo ſenſu, dicendo
dominum recepiſſe regnum in uita æter-
na, non pro ſe tãtum, ſed & ſuis elęctis om *Luc. 12.*
nibus, ſicut ipſe ait: Nolite timere puſillus
grex, quia complacuit patri ueſtro dare uo
bis regnum: Ita enim cum electis ſuis con-
regnat Chriſtus, ut ipſi interim reges effi-
ciantur cum ipſo, iuxta illud quod Iohan-
nes ĩquit, lauit nos a peccatis noſtris in ſan *Apoca. 1.*
guine ſuo: fecitcꝫ nos regnum & ſacerdo-
tes deo & patri ſuo: Regnum itacꝫ Chriſti
hic incipit in fidelibus ſuis, quocꝫ plus po-
teſtati diaboli decedit, eo magis regnum
Chriſti adcreſcit: id etiam teſtante Iohan-
ne, facta eſt ſalus & uirtus & regnum dei *Apoc. 12.*
noſtri & poteſtas Chriſti eius, quia proie-
ctus eſt adcuſator fratrum noſtroꝵ. Quod
autem commodius intelligatur de regno
Chriſti in cœlis, qđ ille iam poſſidet, ſuiſcꝫ
etiam præparauit electis, ſicut dixit ad apo
ſtolos, uox iſta facit quæ ſequitur, reuerti:
Nam abijſſe dominum ad occupandũ re- *Ioha. 14.*
gnum tunccꝫ reuertendum, nuſcꝫ melius
intelligi poteſt quã in ipſa aſcenſione ſua
in gloriam maieſtatis: reditus autem fiet
in die nouiſſimo ad iudicium uiuorum &
mortuorum, iuxta illud quod dixerunt an *Acto. 1.*
geli ad apoſtolos: Sic ueniet quemadmo-
dum uidiſtis eum euntem in cœlum.

3 Abiturus itacꝫ nobilis ille ad ſuſci-
piendum regnum decem ex ſeruis ſuis ad
ſe uocauit, ſinguliſcꝫ ſingula tradidit talen *Gregori.*
ta &c. fecit hoc quidem Chriſtus, quan-
do fidelibus ſpiritalia dona conceſſit, Om-
nes enim homines regis illiꝰ decet eſſe ſer-
uos, quos ille rationales ideo creauit, ut
ipſum laudarent, colerent, prædicarent:
Summa ſiquidem libertas eſt ſeruire Deo,
imo ſeruire illi, Cum eo regnare eſt, ut ait *Bernhar.*
Bern. Vnde fit ut equidem arbitrer domi-
num in numero ſeruorum denario intelli-
gere uoluiſſe uniuerſam omnium hominũ
multitudinẽ, uel ut Auguſt. loquitur, totã *Auguſti.*
uniuerſi-

uniuerſitatẽ rerum,ꝙuis hoc Theoph. referat ad eccleſiæ miniſtros,quibus cõmiſſa ſunt officia eccleſiaſtica,qui & propter perfectionẽ denario numero ſignificant, q̃m quicũq; ad huiuſmodi adminiſtrationẽ ſũt uocati,pfectã hñt ordinationem in triplici *Dionyſ.* ſtatu, diaconoꝝ, pſbyteꝝ & epiſcoporũ: ſicut enim tres ſunt actus hierarchici inter ipſos ſctoꝝ angeloꝝ choros,ita ijdẽ actus tres ſunt in illis ordinibus tribus. Diaconi nãq; p doctrinæ ſuæ eruditionẽ purgant, pſbyteri p baptiſmũ,in q̃ paruuli lumẽ accipiunt fidei,illuminãt,epi aũt pficiunt dũ pſbyteros ordinãt: Omnib. itaq; ijs, dum a Deo uocant, in unctione & conſecratione ſua peculiaria q̃dã dona cõferunt, de quibus dura eis aliq̃n reddenda eſt ratio: Idq; adeo uerũ eſt,ut etiã ij q ad ſpiritualẽ uocati ſunt & eccleſiaſticã poteſtatẽ, duriorẽ ſtrictioreq; ſint reddituri rationẽ in die nouiſſimo,ideoq; nõ exigua res ẽ aiaꝝ cura, neq; oĩo cõtemnẽda,ſed nec paruũ eſt, pdicatorẽ aut epm eſſe. *Greg. Beda* Attamẽ nos Gregoriũ & Bedã ſequẽtes,malum⁹ hæc de oib. intelligere hoib. q̃m & ipſi oẽs ampliſſima a deo accepere talenta donoꝝ. Hic cõſyderandũ etiam uenit,qũo numeri ſeruoꝝ & ponderis, ſiue talentoꝝ meminerit, dum ait decẽ talenta data eſſe ſeruis decẽ,nõ ſic quaſi ſingulis decẽ ſint talenta collata, ſed ſingulis ſingula tm̃,cuiq; ſeruoꝝ unũ, idq; ex ſequentibus facile colligere eſt, ubi mõſtratur quãtũ quilibet ſeruus ſuo talen‑ *De quæ. Euan.* to lucrifecerit. Augu. per talenta decẽ legẽ quæ decẽ præceptis cõcludit, intelligit, p ſeruos eos qui ſub lege fuerũt, qb.q; gratia Euangelij eſt adnunciata, unde uerum legis intellectũ colligerẽt, ſicut poſt reſur‑ *Lucæ. 24* rectionẽ ſuã dñs diſcipulis explicauit ſenſum, quo intelligerẽt ſcripturas. Idipſum etiam facere miniſtros addecet, qui uocati ſũt a Deo, atq; in hoc unũ elaborare,ut plebi Chriſtianę uerũ ſcripturarũ aperiant intellectũ. Poſſent hic multa dici,qũo miniſtri uocent a deo,quid facere debeãt ut no‑ *1.Petr. 5.* rint ſeruos ſe eſſe Chriſti,neq; dominantes ut ait Petr⁹ in clero: Neq; parũ multa hic adferre poſſem de talentis, q̃ largiter adeo erogat deus miniſtris ſuis,quib. ea nec uẽdidit nec oppignorauit ſed libere cõtulit,ſicut alibi ait dñs. Gratis accepiſtis gratis date, *Math. 10* Et ad extremũ tandẽ hic negotiationẽ oſtendit,dum eos cũ illis iubet negotiari: Sanctũ illud negotiũ eſt & pia uſura, q̃n quis fœnus exercet cum donis Dei, ut augeant illa in intellectu,uoluntate & opere eorũ quę placita ſunt deo, ad ædificationẽ proximi: Sed prohdolor ꝙ multi ſunt qui in tẽporalib. fœnerant, pauperibuſq; ſanguinẽ & ſudorẽ exugunt, Imo & ꝙ plurimi adhuc ſupſunt qui in ſpiritualib⁹ quoq; uſuram exercent,q̃n inter eccleſiaſticos etiã nõ paucos reperias,qui quum debeãt reliquis exemplũ bonũ pponere,ipſi uſurarij ſunt maiores turpioreſq; ꝙ Iudęus aliquis ſexagenarius.

4 Sequitur, Ciues eius oderant eum & miſerunt legationem poſt illum. Ciues inquit Beda,impios Iudęos dicit, qui non *Beda* tm̃ hic dñm perſequuti ſunt ad mortẽ crucis uſq;,ſed deinceps quoq; poſt mortẽ, in diſcipulis,apoſtolis & omnib. qui in eum crediderũt,uſq; adeo cõtempſerunt illi prędicationẽ & Euangelium regni cœleſtis. Et bene dominus ciues uocat, quãdo etiã Dauid uniuerſam ſynagogam ciuitatem *Pſal. 86.* appellauit inquiens,Quam glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Ciuitas illa tum ſancta extitit,eius ciues placebant deo, neq; mirum quia Iudęi tunc populus erant electus domino ex uniuerſo terrarum orbe, ſiquidem notus tũc tm̃ in Iudęa erat Deus *Pſal. 75* in Iſraël magnum nomen eius. Quum primũ autẽ cœperũt ciues iſti odiſſe dñm, ſtatim reiecta eſt ciuitas hæc iſta, factaq; abominabilis Deo,iuxta illud Iſaiæ,Qũo fctã *Iſa. 1.* eſt meretrix ciuitas fidelis,plena iudicij: iuſticia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Et ciuitatem itaq; reliquit dominus & ciues ſuos,ſibiq; aliam præparauit eccleſiam ſanctam,quam nomine ciuitatis etiã *Apoc. 21.* Ioannes dignatus eſt dicens: Vidi ciuitatẽ ſanctam Hieruſalem nouam deſcendentẽ de cœlo a Deo paratam. In ea ciuitate ciues ſunt omnes Chriſtiani, qui & cauere ſollicite debent ne de ſe dicatur illud quod de iſtis ciuibus, quoniam oderunt eum, Miſeruntq; inſuper legationem poſt eum, non ut honorarent ſed perſequerentur ipſum, In hac legatione Paulus quoq; fuit

anteq̃ cõuerteretur ad Chriſtum, receptis
Acto. 9. enim literis a principibus ſacerdotũ ad ſynagogam Damaſcenã perſequebatur omnes Chriſtiani nominis uiros & mulieres, ut uinctos perduceret in Hieruſalem, quõ autem recuſarint Iudæi regnũ Chriſti iam
Oſeæ. 6. ante cõmemorauimus. Poteſt & in hunc ſenſum intelligi, ꝙ dominus ciues uoluerit ſignificare huius mundi, qui nomine ciuitatis accipiatur, ſicut de Galaad ſcriptum eſt, Galaad ciuitas operantium idolũ, ſupplãtata ſanguine. In ea ciues mali ſunt, & cuſtodes per ignorantiam cœci, atq; adeo claudi, quũ uiam nõ ambulent uirtutũ, de
2.Reg. 5. quibus dicitur in figura Dauidis, quiſquis abſtulerit cœcos, & claudos odientes animam Dauid. i. Chriſti. Et hi nimirũ ciues mali, mundi huius nuncios mittunt poſt Chriſtum, nolẽtes ipſum regnare ſuper ſe. Qui ſunt autem nuncij iſti? quæres forſitã, Plurimi ſane nimiumq; multi ijs noſtris tẽporibus nuncij emittuntur poſt Chriſtũ, tyranni, qui fidem Chriſtianam funditus extinguere conati ſunt, e quorum numero iam olim fuerũt Nero, Domitianꝰ, Traianus, Detius, Diocletianus, Maximianus, quos ſequuti ſunt, Aegyptiaci, Sultani, Agarenorũ imperatores & reges, & poſt eos Turcarum Amiri, Tartarorum Cham &cę. qui etiam iuxta cõmerita, peccatorũ noſtrorum magnam Chriſtianiſmi partẽ ſuo ſubiugarunt imperio, neq; dum deſiſtunt a cœpto, quin prouincias Chriſtianorum affligant & perſequant̃. Inter iſtos porro nuncios numerandi quoq; ueniunt hæretici perſi, qui catholicam fidem impugnant, ſuoſq; errores undiq; immiſcent, ij enim dum ueritatem fidei renuunt accipere, Chriſtum quoq; nolunt ſup̃ ſe regnare, in eius regno ueritas eſt & dominatur. Quid ꝙ & ciues mali ſunt, & poſt Chriſtũ nuncios mittunt, quotquot palam uitam uiuunt ſceleratam, in quibus etiam Chriſtus nõ regnat, ſed mũdus, diabolus & cõcupiſcentia carnis, iſti enim tyranni regnũ ſibi uendicant in huiuſmodi hominibus,
Iob. 41. quoniam iuxta ſententiam Iob, diabolus rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ: Ita infideles, hæretici, indurati & peruerſi Chriſtiani omnes nuncios, mittunt ad dominũ, neq; uolunt illum regnare ſuper ſe, clamãtes ſicut Iob meminit, Recede a nobis, ſciẽ Iob. 21
tiam uiarum tuarum nolumus, quia nolue Pſal. 35
runt intelligere, ut bene agerent. Sed tu, o domine Ieſu Chriſte, gratiam nobis tuam benignus impende, ut te nõ odientes, magis ad S. Nicolai exemplum diligamus, gratiaq; quã largiris, bene utamur, & per eam uitã æternam conſequamur. Amen.

Reliqua huius Euãgelij pars nõ multũ abſimilis eſt euãgelio quod in die S. Martini legit̃, ibi require, & diuerſitatẽ utriuſq; cum expoſitione inuenies.

De S. Nicolao.

SAnct⁹ Nicolaus, pijs & Chriſtianis natus parentibus, adhuc infantulus feria quarta & ſexta ſemel tãtum ſuxit ubera, quod euidens argumentũ futuræ ſanctitatis extitit, ſicut alia quoq; plura de infantia ſua deſcripta ſunt miracula, unde occaſione ſumpta, lubet ex ipſis ſacris literis rationes inquirere, quur & quomõ paruulis ſanctimonia tanta diuinitus
conferatur. Principio cõſtat eam in non Paruulorum ſanctitas.
nullis a deo electis infantulis iam inde ab utero matris eſſe, idq; tantum ex gratia & bonitate diuina, ſine omni p̃uia cauſa,
Sic ſanctificatus in ipſo matris utero eſt
Ioannes baptiſta, dicente ad Zachariam Luc. 1.
angelo, Spiritu ſancto implebitur, adhuc ex utero matris ſuæ: Sic & Hiere. propheta ſanctificatus legitur, cõfitente id domino quũ per ipſum ait. Priuſq; te forma Hiere. 1.
rem in utero noui te, & antequã exires de uulua, ſanctificaui te (q̃uis ſint q hoc nõ de propheta ſed ipſo Ioanne dictũ arbitrẽtur) Gratia hæc Iſaię quoq; collata eſt, qđ ex ſuis uerbis palam colligit̃. Dñs ab ute Iſa. 49.
ro uocauit me, de uentre matris meæ recordatus eſt nominis mei: Sic ſecũdũ quoſdã Enoch etiam & Helias ſanctificati ſunt: Sic & Iacobus iuſtus: qui & frater domini dictus ẽ Aegeſippo & Hierony. autorib⁹ ſanctificatus fuiſſe creditur: Sic pręomnibus credendum eſt, ſanctificatã fuiſſe uirginem matrem, neq; id cõmuni reliquorũ

modo

modo, ſiquidem non tantum in utero matris, ſed & in conceptionis ſuæ principio ſanctificata eſt, ita ut nulla fuerit peccati ne originalis quidem, contagione coinquinata. Illa eni amica Dei, tota fuit pulchra & immaculata. Idem multi ſentiunt de S. Ioſepho, nutritio Chriſti, de quo infra.

Cant. 4

2 Sanctificantur nonnulli paruulorum, quũ iam fuerint nati, idq; uel per parentum fidem, uel per ipſa ſacramenta. Eo facit inſtitutio circuncisionis in ueteri teſtamẽto, & in nouo baptiſmi, ubi paruulo labes peccati originalis deletur, ueſtiſq; innocentiæ, & gratia Dei cõmunicatur: debet tamen hic nonnihil obſeruari diuerſitatis, quando nõ eandẽ paruuli omnes gratiam habẽt, quam S. Nicolaus habuit. Ad illius itaq; diſcriminis obſeruationem conſtans hæc ſanctorum patrum ſententia eſt, ꝙ paruuli, quantũ in ipſo ſitum eſt Baptiſmo, æqualem omnes gratiam ſuſcipiunt, neq; maiorem filius regis recipit ꝙ cuiuslibet paſtoris, ſiquidem non recipit deus hominis perſonam in ſacramento (intellige poſt paſſionem Chriſti.)

Actor. 9.

3 Et quamuis iam ratione baptiſmi æqualis gratia paruulis cõfertur: poteſt tamen aduentitia ac extranea adhuc aliqua concurrere cauſſa, quæ faciat ut alius alio maiorẽ ſuſcipiat, puta per ſedulam & piã orationem parentum, patrinorũ, uel præſbyteri baptizantis: Bonum igitur eſt parentes ꝙ plurimum, & maxime pie pro filijs ſuis orare: Patrini quoq;, qui & ipſi nõ ſecundum fauorem, ſed ꝓbitatem ſunt eligendi, multum deuote pro paruulo deum orare tenentur.

4 Sequitur inde, paruulos etiam qui ſtatim a baptiſmo decedunt non equaliter eſſe beatos: quum enim inæqualiter ſint a deo donati, inæqualem quoq; a Deo recepturi ſunt beatitudinem: Et hoc eſt ꝙ propheta inquit, exæquabit gratiam gratiæ, hoc eſt gratiam preſentis uitæ adequabit gratiæ gloriæ futuræ.

Zach. 4.

5 Rurſus hinc conſequitur, ꝙ quum confirmatio, uerum ſit legis Euangelicæ ſacramentum, & omne ſacramentum gratiam conferat quam ſignat, paruuli confirmati maiorem auctioremq; gratiã habẽt ĳs qui baptizati ſunt tantum, & non confirmati: Vnde & paruuli iſtiusmodi quum ita decedunt e uiuis, altiorẽ in cœlo ſedẽ, gloriamq; adſequuntur maiorem, non cõfirmatis, quia iuxta gratię amplitudinem, erit & menſura fœlicitatis, ipſa. n. eſt ueſtis illa nuptialis. Et retulerit plurimum ſtatim a Baptiſmo cum paruulis feſtinare, ut cõfirmẽtur: neq; ad id ratiõis uſu opus eſt quicq; neq; memoria, ut teſtatur Gerſon, ſed ſatis eſt parentes aut amicos eorum cõfirmationis hui⁹ meminiſſe. Vbi incuſanda uenit epiſcoporum incuria & negligentia, q aliquãdiu diœceſes nõ uiſitãt: quiq; quũ ipſi munia epiſcopalia non conficiãt, ob auaritiam ſuffraganeos non ſubſtituũt. Quod ergo in ſua infantia S. Nicolaus miracula multa fecit, id fieri potuit eo, ꝙ uel ſecundum beneplacitũ dei, gratiã ab ipſo tantam ſuſcepit: uel ut ait Scotus, ꝙ parentes ſui maiorem ei gratiam pĳs ſuis precibus impetrarunt, quæ ſic initium illi foret tam miraculoſi operis: Inde quoq; a parẽtibus ſuis in timote dei educatus, poſt mortem eorum hereditatem amplam poſſedit, unde pauperibus largiter ſubuenit, præcipueq; cuidam uicino pauperi, & iam afflicto propter ægeſtatẽ, ſuccurrit tribus auri maſſis, unde filias ille ſuas tres, de quarũ iam proſtitutione cogitauerat, elocauit: Deinceps reuelatione diuina factus Epiſcopus in Mirea, quum primus mane ante ædem ſacram conſtitiſſet, multa in uita ſua miracula fecit, cæcam illuminauit mulierem: in caritate annonæ frumenta multiplicauit: tres pueros & deinde principes tres a morte liberauit, tandemq; fine fœlici migrauit ad dominum: corpuſq; illius, a Chriſtianis uſq; in Baru delatum oppidũ Neapolis, poſteaquam a Turcis Mirea expugnata eſt: Inuocari ſolet ſanctus ille Nicolaus, ut Deus per interceſſionem ipſius homines protegat & tueatur in mari, omnibuſq; fluminibus & aquis. Vos igitur quoq; deprecemini Dñm Deum &cæ.

Gerſon



In ſolenni feſtiuitate
conceptionis glorioſę uirginis ma-
tris Mariæ Euang. Matth. I.

LIber genera-
tiōis Ieſu Chriſti filij
Dauid, filij Abraam,
Abraā genuit Iſaac,
Iſaac autem genuit Ia
cob, Iacob aūt genuit Iudā & fratres
eius, Iudas autem genuit Phares &
Zaram de Thamar, Phares autem
genuit Eſram, Eſram autem genuit
Aram, Aram autem genuit Amina-
dab, Aminadab autem genuit Naa-
ſon, Naaſon autem genuit Salmon,
Salmon aūt genuit Booz de Raab,
Booz autē genuit Obeth ex Ruth,
Obeth autem genuit Ieſſe, Ieſſe autē
genuit Dauid regem, Dauid autem
rex genuit Salomonem, ex ea quæ
fuit Vriæ: Salomon autē genuit Ro-
boam, Roboam aūt genuit Abiam,
Abias autem genuit Aſa, Aſa autē
genuit Ioſaphat, Ioſaphat autem ge
nuit Ioram, Ioram aūt genuit Oziā,
Ozias autem genuit Ioathan, Ioa-
than autē genuit Achaz, Achaz au-
tē genuit Ezechiam, Ezechias autē
genuit Manaſſen, Manaſſes autem
genuit Amon, Amon autem genuit
Ioſiam, Ioſias autē genuit Iechoniā
& fratres eius in trāſmigratione Ba-
bylonis. Et poſt trāſmigrationem
Babylonis, Iechonias genuit Sala-
thiel. Salathiel autem genuit Zoro-
babel, Zorobabel aūt genuit Abiud
Abiud autem genuit Eliachim, Elia-
chim autem genuit Azor, Azor aūt
genuit Sadoch, Sadoch autē genuit
Achim, Achim autē genuit Eliud,
Eliud autē genuit Eleazar, Eleazar
autem genuit Mathan, Mathā autē
genuit Iacob, Iacob autem genuit Io
ſeph uirum Mariæ, de qua natus eſt
Ieſus, qui uocatur Chriſtus.

Homilia prima

COnſultum uidetur dilectiſſimi in
Chriſto fratres, aliquot tātum cir
ca hoc euangelium occurrētes ex
plicare quæſtiones: quādoquidem ipſe cō-
textus alias ut plurimū ex hiſtoria pendet,
ſicut generationū alia ex alia uelut radice
exurgit: Et principio quidem admirari qs
hic poſſet, quur Matthæus, dum Euange-
lium ſcribere orditur, librum uocitet gene-
rationis? Ad hoc reſpondemus, librum iſtū
quem hic ſcribere Matthæus auſpicatur,
ipſiſſimum (liceat ſic loqui) eſſe euangeliū:
quādo autem principio Chriſti exorditur
deſcibere genealogiā, per quā renati nos
ſumus, merito ille euangelium ſuum librū
uocat generationis Chriſti, ipſum quoq;
terminat in regeneratione noſtra, dum for
mam explicat baptiſmi, in nomine patris
& filij & ſpiritus ſancti: Omnia porro quæ
in medio poſita ſunt, de doctrina, miracu-
lis, paſſione morte & reſurrectione Chriſti
faciunt ad regenerationem noſtram in ſpi
ritu & aqua. Altera ratio Hieronymi eſt.

Hierony. Ezech. 3 Apoca. 4 Quum quatuor euãgeliſtæ per .4. animalia in Ezechiele ſint repſentati, & in apocalipſi Iohannis, ut oſtenderet Matthæus uerum ſe eſſe Euangeliſtam, declarauit librũ generationis Chriſti eſſe euangelium ſuũ, ſeq; adeo hoc modo ſpecie hominis eſſe ſignatum, dum generationẽ Chriſti humanam deſcripſit. Rabã. Cęterũ Rabanus cauſſam adducit huiuſmodi, quoniam Matthæus lingua hebræa ſuum ſcripſerit Euangeliũ, ſicut & Hierony. & Euſeb. teſtantur, Iudæorum autem hic mos eſt ut ex principio totum cognominent librum: ſic enim primum Moyſi librum, quem nos a creatione mũdi geneſim dicim⁹ illi breſith uocãt, qm̃ id eſt libro iſti apud eos exordium, in principio creauit deus. Ratio quarta adſignari talis poteſt, Moyſes dum mundi deſcribit creationem, inter cætera ſic inquit, Hic eſt Gene. 5. liber generationis Adam, a quo omnes homines ſecundum carnem habẽt originem. 1. Cor. 15 Quũ aũt Chriſtus ſit Adam cęleſtis p quẽ oẽs renaſcimur ſpiritu, ſicut ex illo Adam carnaliter nati ſumus: ideo Mattheus librũ ſuum ſimiliter in hunc modum auſpicat, liber generationis Ieſu Chriſti: Cæterum quur de carnali Chriſti generatione Mat- Chryſoſt. thæus ſcribat rationẽ adfert Chriſoſtom⁹, illam, ꝙ euangelium ſuũ, & Iudæis & propria eorũ lingua ſcripſit, quibus antea nota erat diuinitas. Iohannes autem quia gẽtibus ſcripſit Euangelium ſuum, quę adeo fuerant per idololatriam ſeductæ, ut uerã deitatem non agnoſcerent, ab eadem exorſus eſt, & illam eis in Euangelio ſuo mani- Hierony. Iſa. 53. feſtauit. Hieronymus etiam talem hic mouet quæſtionem, Quum Iſaias de Chriſto dicat, Generationem eius quis enarrabit? quid eſt ꝙ Matthæus contra Euangelici prophetæ oraculum, generationem Chriſti ſibi ſumit explicandam? Reſponſio, Nemo ſane credat Euangeliſtam eſſe prophetæ contrarium, quoniam propheta de geratione Chriſti loquitur ſecundum diuinitatem, quæ ut ineffabilis eſt, ita multis modis humanum ſuperat intellectũ: Euangeliſta autem temporalem & carnalem tã tum enummerat Chriſti natiuitatem, ſicq; de corporalibus rebus exorditur, ut per hominem diſcamus agnoſcere Deum, ideo enim ipſum primum ſtatim uocat Ieſum Chriſtum, ut Iudæi ad quos ſcribit, dominum Ieſum uerum crederent eſſe Meſſiã, ipſis in lege pmiſſum, ex quo ſalutem ſuã omnem expectarent, iuxta ueram nominis rationem: quoniã Ieſus lingua hebręorum ſaluatorem ſignificat, ſicut & angelus dixit ad Ioſeph, Vocabis nomẽ ei⁹ Ieſum, Mathe. 1 ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Tertio loco occurrit quærendum, Quur tandem ex omnibus maioribus Chriſti euangeliſta duos tantum nominat, Dauid & Abraham, atq; ex ĩs prio iuniorem?

Quod duo illi tantum prę cęteris exprimuntur, in cauſſa fuiſſe uideri poteſt, ꝙ ipſis promiſſio Meſſiæ uenturi, & ex eorum ſtirpe naſcituri, expreſſius quam cæteris facta eſt, ſiquidem ad Abraham dixit Deus, Eo ꝙ obediſti uoci meæ, benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: Gene. 22. Simili iuramento pollicitus eſt & Dauidi dicens, iurauit dominus Dauid, & non fruſtrabitur eum, de fructu uentris tui ponã Pſal. 131 ſuper ſedem tuam: & alibi, Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, ſemen eius Pſal. 88. in æternum manebit, & thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo, Tam magnifica promiſſa non legimus alicui patrum de Meſſia eſſe collata.

Altera ratio eſt, quoniam per iſtos duos pręcipue ſignificantur tria hęc, ſacerdotiũ, regnum & Prophetia, Chriſtus autem rex ſimul & ſacerdos & propheta eſſe agnoſcitur, quo magis merito prę cęteris illi in ſua genealogia exprimuntur. Et eſſe quidem Abraham prophetam, teſtatur dominus quum ait ad Abimelch. Redde uiro uxorem, & orabit pro te, quia propheta eſt. Gene. 20. Simili modo, & Dauid per excellentiam propheta dicitur, ſed & Abraham ſacerdotium Chriſti deſignat, qui etiam obtulit ſemetipſum in ara crucis, iuxta figuram in qua dixit dominus Abrahæ, Tolle filium tuum, & offer mihi in holocauſtum, ſuper Gene. 22. Hebr. 11 unum montium, quem monſtrauero tibi. Ita de eodem Paulus inquit, unigenitum offerebat, in quo ſuſceperat promiſſiones: Sane enim figura illa extitit eius,

ꝙ deus pater immolaturus eſſet unigeni-
tum filium ſuum in ara crucis, pro omni-
bus totius mũdi peccatis. Atqꝫ ideo ſicut
Abraham ſacerdotium Chriſti, ita Dauid
rex regnum Chriſti repręſentat, de quo an
Luc. 1. gelus dixit. Sedebit in domo Iacob in ęter
Iſa. 9 num, & itẽ Iſaias Multiplicabitur eius im
perium. Quur autẽ Dauid antẽ Abrahã
nominetur, in cauſſa eſſe uidetur Chryſo-
ſtomo & Hiero. ꝙ ꝓpter regnũ hic magis
Hiero. in memoria hominum uigebat: Hierony.
quoqꝫ Ordo, inquit, ille quidem p̄poſterꝰ
ſed tñ neceſſario eſt cõmutatus: ſi enim pri
mo poſuiſſet Abrahã & poſtea Dauid, rur
ſus ei repetendus fuerat Abraham ut gene
rationis ſeries texeretur: At hęc promiſſio
facta ſane eſt Abrahę, ſed electio in Daui-
Beda de, maior autem eſt electio ꝗ̃ repromiſſio,
ut ait Beda. Quãuis & hæc cauſſa ſubeſſe
poteſt, ꝙ Chriſtus antea uſurpauit regalẽ
dignitatẽ, dum legem nouã nouũqꝫ teſta-
mentum ferret, ꝗ̃ imolaret: Ideo eundem
ordinem quẽ ipſe ſeruauit Chriſtus in re-
gali ſuo & ſacerdotali munere, etiã euange
liſta recte illo ipſo uſus eſt in conſtituendis
figuris, ut Dauidẽ Abrahæ anteponeret:
Idipſum quoqꝫ in eo declarauit Euangeli-
1. Reg. 10 ſta, ꝙ ait Ieſu Chriſti, Chriſtꝰ enim unctũ
ſonat græcis, hebręis uero Meſſias dicitur:
Exo. 29. iam uero tã reges ꝗ̃ ſacerdotes ueteris te
30. ſtamenti ungebãtur, ut ex Exodo & regũ
hiſtoria ſatis liquet: ungebãtur autem oleo
ſancto, idqꝫ ex cornu ſuper capita ipſorum
Theoph. eleuata ſtillabat: Addit Theoph. factũ hoc
eſſe ꝙ apud Iudæos celebrior erat Dauid
& poſterior quoqꝫ Abrahamo, regnoqꝫ
clarior, & idem ſeruabat uerum typũ Chri
ſti. Et proprie uoluit hoc exprimere Euã-
geliſta, dum Iudęis ſcribebat, non ignaris
utiqꝫ Chriſtum ex ſemine Abrahæ & ſtir-
pe Dauid naſci debere, quoniam & dein-
Math. 22 ceps illi a dño interrogati, cuiuſnam filius
eſſet Meſſias, reſponderũt, Dauidis. Hoc
itaqꝫ ueluti fundamentũ primum ponere
uoluit Euãgeliſta, dñm Ieſum filium eſſe
Dauidis & Abrahæ. Quid ꝙ ſuper eo fre-
quenter etiam diſputarunt Iudęi, nolentes
Meſſiam ex Galilęa eſſe uenturum: Quã-
Iohann. 7 obrem Phariſæi ad Nicodemum dixerũt,
Nunquid & tu Galileus es, ſcrutare ſcri-
pturas: & uide quia a Galilæa Propheta
non ſurgit: Norãt illi utiqꝫ Bethleem eſſe Matth. 2
locum natiuitatis Meſſiæ, iuxta quod &
reſponderũt Herodi, Verum interim Na-
zarenum patria credebant eſſe dominum,
ad quod declinandum porro Matthæus
Chriſti natiuitatem in Bethleem cõmemo
rat. Quæſtio quarta mouetur talis, Qui fit
ꝙ Matthæus genealogiã Chriſti contexẽs
a ſummo deſcẽdit uſqꝫ ad Chriſtum dñm,
Lucas autem cõtra a Chriſto aſcendit uſqꝫ
ad Adam: Et ibi quidem reſpondetur qm̃
Matthæus temporalem uoluit deſcribere Beda
natiuitatem Chriſti, decuit ergo, ut ab eo
inciperet narrationem ſuam, cui primum
ꝓmiſſio data eſt, fore ut ex ſtirpe ſua Meſ-
ſias ſecundum carnem naſceretur. Quum
autem Lucas maluerit ſpiritualem & my-
ſticã Chriſti natiuitatem recenſere, quæ &
ipſa ut per Chriſtum facta eſt & in illꝰ cæ-
pit baptiſmate, ad declarandũ omnes om-
nibus retro ſæculis non ab Abraham tan-
tum, ſed & ab ipſo primo omnium paren-
te Adam ſpiritualiter eſſe natos, per fidem
& meritum futuri mediatoris atqꝫ Meſſiæ:
idcirco nimirũ Lucas ſtatim poſt Baptiſ-
mum Chriſti etiam deſcripſit genealogiã,
& ſic aſcẽdit uſqꝫ ad Adam: ſiquidem ſine
merito Chriſti nullus illorum renatus eſt
ſpiritu, ſed ſicut ab Adam omnes nati ſunt
ſecũdum carnem, ita a cœleſti illo Adamo Luc. 3.
omnes eos quoqꝫ renaſci oportebat ſpiri-
tu. Quo nomine etiam Lucas narratio-
nẽ ſuam concludens ſicait, Seth qui fuit
Adam, qui fuit Dei, quaſi diceret, nemo fi
lius Dei, niſi per Chriſtum renaſcit̃, ideoqꝫ
& baptiſmum regenerationis ſacramentũ
inſtituit: Habent alias quoqꝫ differentias
multas Matthæus & Lucas, ſed eas in aliũ
locum reijcimus. Quinto loco ambigitur,
Quare non dixit Euangeliſta, Abraham
genuit Iſaac & fratres eius, ſicut dixit, Ia-
cob genuit Iudã & fratres eius? Ad quod
reſpõdetur, nec Iſmaëlẽ neqꝫ Eſau fratres Gene. 21.
Iacob cõmemorari: quoniam dixit domi-
nus ad Abraham, In Iſaac uocabitur tibi
nomen, & hoc eſt ꝙ Iſmaël & Eſau præ-
termittuntur: ſed ꝙ filij Iacob exprimũtur,
eo fit, ꝙ & patriarchæ illi fuerunt & capi-
ta duodecim tribuum Iſraël, nam qui hic
priori-

prioribus. 14. locis numerantur, patriar-
chæ, omnes extiterunt. Simili de cauſſa &
Zaram nominat fratrem Phares, propter
illud inſigne miraculum quod in ipſius na-
tiuitate contigit, ſicut in hiſtoria geneſeos
Gene. 18. patet: Quæres autē, quur euangeliſta Tha-
Ioſ. 2. mar hic referat, Raab ſimiliter & Ruth, q̄
Ruth. 3. tamen in ſcripturis inſignes habentur, ex
Hierony. quibuſdam inhoneſte & turpiter actis: En
ad hoc tibi reſpondet Hiero. & ait, Notan-
dum in genealogia ſaluatoris nullam ſan-
ctarū adſumi mulierē, ſed eas quas ſcriptu-
ra repræhendit, ut qui propter peccatores
uenerat, de peccatoribus naſcens, omnium
Ambroſi. peccata deleret: Vnde nos quoq; docemur
inquit Ambroſi. Non pudere debere eccle-
ſiam de peccatoribus cōgregari, quum do-
minus de peccatoribus naſci non dedigne-
tur: Inſuper ut diſcamus labem natiuitatis
uel parentum malignitatem, nemini ob-
ſtaculum ponere uirtutum & operum bo-
norum, ſicut etiam nullus gloriari nimium
debet, de maiorum ſtēmatibus, uirtutūq;
ornamentis, ſed potius omni ſtudio cura-
re, ut ipſis par ſit in uirtutibus. Præterea
hoc etiam in hac re nobis mōſtratur, quod
dominus etiam in maioribus ſuis, & paren-
tibus participare cœpit beneficium redem-
Chryſoſt. ptionis. Chryſo. excuſat ipſam Thamar,
quoniam condormierit Iuda, eumq; fefel-
lerit in ſpecie & habitu meretriculæ, neq;
tamen id fecerit in hoc, ut animum ſuum
& uoluntatem malam expleret, ſed ut ex
radice & ſtirpe ſancta filiū haberet. Iudas
quoq; peccatū hoc amare defleuit, ſicut in
libro, de teſtamento patriarcharum legi-
tur. Et quamuis quatuor illę mulieres, hic
nominant, Thamar: Raab. Ruth & Beth-
ſabea, omnes iſtæ tamē ad extremum pias
& honeſtas ſeſe exhibuerūt: Sic eccleſia q̄-
q;, ut ait Beda, prius aliena, ignominijs ple-
Beda. na & ſterilis habebat, ſed ad Chriſtum ut
legitima coniuncta eſt matrona. Exponit
ille etiam ſingularum harum mulierū no-
mina & ad eccleſiam refert, ſed id ego bre-
uitatis ſtudio prætermitto: Quod autem
nonnulli conantur mulieres has bonas fa-
cere, nobiſq; perſuadere eas ob eximia opti-
marum uirtutum ornamenta hic eſſe com-
memoratas, id tantum ualere ſino, quantū
cuiq; placitū fuerit, nobis interim ſcriptu-
ra ſufficit, quæ peccatum Thamar comple-
ctitur cum ꝓprio ſocero. Raab quoq; ap- Ioſ. 2.
pellat meretricem (licet iſti ſcioli & inepti
rerum omnium innouatores eam uelint fa-
cere hoſpitam non meretricem) Cōſtat in-
ſuper Bethſabeam cum Dauide cōmiſiſſe 2. Reg. 11
adulterium: Quo fit, ut nō perſuadear quo
diſcedam a conſtanti ſanctorum patrū ſen-
tentia: malo autem miſſos facere recentio-
res iſtos cum expoſitionib9 ſuis, quę ut plu-
rimum falſæ, fere ſemper de errore ſunt ſu- 1. Reg. 16
ſpectæ. Ieſſe pater Dauidis alio etiam no- 2. Reg. 17
mine dicitur Iſai & Naas, uerum euangeli- Iſa. 11
ſta maluit, eo nomine uti, quo Iſaias uſus
eſt, cui9 etiam prophetia in Chriſto eſt cō-
ſummata. Septimum & ultimum dubiū
ſit illud, Quur ſolus ex omnib9 Dauid hic
rex dicitur, quum tamē etiā alij plures re-
ges hic numerari eiuſdem dignitatis appel-
latione non cōmendētur: Quare etiam nō
mater Salomonis aperto nomine exprimi-
tur, ut Thamar & Raab: Reſpondet, quia
Dauid primus rex fuit in tribu Iuda, quo
magis merito rex cognominatur: Ad hæc
uoluit hic Matthęus inſinuare, quomodo
patriarcharum ordo regali etiam ſit excel-
lētia ſublimatus, quādoquidem & Meſſiæ
regnum immutabile nulliq; uiciſſitudini
obnoxiū, promiſſum erat. De Bethſabea Beda
autem ſic reſpondet Beda, quoniam hoc
ideo putatur factum, quia tres aliæ ſupra-
dictæ, licet criminoſæ fuerint, in partubus
tamē filiorum per quos currit gęnealogia,
nō ſolum nō culpari, ſed etiam laudari me-
ruerunt. Hæc uero adulterio & homici-
dio perpetrato Dauidi regi genuit filium,
in tantū culpabili matrimonio, ut meri-
to uideatur, in ſaluatoris genealogia non
nominata. Poteſt tamen & hæc ſubeſſe
cauſſa, quoniā ſi quis inde ſuſpicetur pro-
pter peccatum Dauidis declinatam eſſe
promiſſionem diuinam, ad idipſum præ-
ueniendum Matthæus non tātum nomē
Salomonis filij Dauid exprimit, ſed eūdē
etię aperte ex adultera natum dicit, quo
nomine ſunt qui oraſſe Dauidem putent Pſal. 10.
illud in pſalmo. Miſerere mei dn̄e, ut iuſti-
ficeris in ſermonibus tuis, & uincas quum
iudicaris: Iuſtus utiq; fuit dominus dum

Dauidi promiſſa ſeruauit: Dicit autem iu
dicium hominum arbitrantiū ipſum, pro-
pter peccatum Dauidis ei ademturū Be-
nedictionem promiſſam: quod tamen fa-
ctum nō eſt ob inſignē ipſius pœnitentiā
& cor ardentiſſime contritū, ad exemplū
omniū peccatorū, ne deſperent de miſeri-
cordia Dei. Atqꝫ hęc iā ſuꝑ euāgelio dicta
ſufficiant.

Homilias reliquas huius euangelij
require in feſto natiuitatis Mariæ.

Homilia ſecunda in die
conceptionis uirginis matris.

Tota pulchra es amica mea, & ma
cula non eſt in te Can. 4.

DIlectiſſimi in Chriſto fratres, Hac
tam ſolenni feſtiuitate, per uniuer
ſam eccleſiam catholicā cum om-
ni gaudio ſummaqꝫ alacritate exordium re
colimus noſtræ ſalutis, qn̄ nobiliſſima ani-
ma Marię creata, & ſanctiſſimo corpuſcu-
lo ē infuſa, circa omnē origialis peccati cō-
tagionem, quod nulli alias hominū conti-
git, niſi Mariæ & Chriſto dn̄o: eaqꝫ anima
ſanctiſſima ab ipſa ſancta & indiuidua tri-
nitate electa eſt ex uniuerſo mundo, ut ma
ter fieret filij Dei, ideoqꝫ omniū p̄cioſiſſi-
me a deo redimita atqꝫ donata eſt, præ om
nibus omniū hoīum animabus quotquot
ab initio mundi ad finem uſqꝫ ſunt condi-
tæ: Quū itaqꝫ hodie Maria concepta ſit in
utero Annæ, merito gaudeamus oēs, illiqꝫ
cōgratulemur, qm̄ ſicut ipſam deus filius
elegit matrem, deqꝫ eius conceptione gaui
ſus eſt: ita & nos collętemur matrē noſtrā
omniſqꝫ tum gratiæ tum miſericordiæ pa-
rentem eſſe conceptā: Imo mundus totus
exultet, tantā ſibi iam hodie cōtigiſſe aduo
catā. Quid enī, ut inquit Auguſt. ſanctius,
Auguſti. quidue in uniuerſa generis humani pro-
genie poſſet oriri dignꝰ, hac ipſa uirgine.
quā ſibi deus elegit & pręelegit habitacu-
Pſal. 109. lum: Gaudete itaqꝫ & exultate angeli, qm̄
Gene. 3. illa iā nata ē, cuius filiꝰ ruinas reſtituturꝰ ē
Zacha. 9 angelorꝝ, lętamini & uos primi parētes no
ſtri Adam & Eua: ueſtrum. n. ſemē iā hic
caput conteret ſerpētis: & filius ille educet
uos de lacu miſeriæ, in quo non eſt aqua:

Gaudete etiam uos quotquot in terra uiui
tis hoīes omnes, ſiquidē nunc redemptoris
ueſtri mater concepta eſt: Exultate & O
cœli, quia cōcepta iam eſt illa cuius filius
nouos in cœlis facturꝰ eſt ciues: Sed quid
obſtat quin dicā aperte, Cuiuſcūqꝫ homi-
nis anima nō lętatur de tā ſancto uirginis
matris cōceptu, fruſtra ſe Chriſtianū iā ꝓfi
teť, nec partē expectabit hæreditatis æter-
næ: Gaudete & uos mulieres omniſqꝫ ſexꝰ
exulta muliebris, ſublata namqꝫ iā eſt ma-
ledictio Euæ, & per Mariā in Benedictio-
nē, īmenſamqꝫ dignitatē & laudē conuer-
ſa, lętamini in dn̄o pij oēs, & congratulami
ni filio Dei, attenta aure ꝑcipientes laudē,
qua ipſe matrē ſuā dignatur inquiēs, Tota
pulchra es amica mea &c. Aue Maria.
Hoc ipſo, quē corā facere inſtituimꝰ, ſermo
ne, dilectiſſimi, Breuiter de pc̄tō originali
nōnulla dicemꝰ auxiliante gratia dei, dein
de quanta gloria, gratia & dignitate uirgo
mater in ſua conceptione ſit ab omni iſtius
pc̄ti contagione diuinitꝰ p̄ſeruata. Et prin
cipio quidē qn̄ ex Neochriſtianis ſunt, qui *Peccatū originale.*
cōtendāt pc̄m̄ originale nihil eſſe, aut cer
te cōmentū merū, ex ipſis ante omnia ſcri-
pturis ꝓbādū nobis occurrit, oēs in uniuer
ſum homines in originali pc̄tō naſci. Neqꝫ *Hierony,*
enim hodie aut heri nata iſta hæreſis eſt, iā *Auguſti.*
diu eādē tenuit pelagiꝰ & alij quidā, quos
Hierony. atqꝫ Auguſt. ualide impugnaue
runt: confutarūt etiā illā concilia Mileuita
nū & Carthaginē. Mirū tn̄ hoc ſit, ſciolos
iſtos ea eſſe temeritate, ut ore impudentiſſi
mo ſancto reluctenť ſpiritui, pc̄m̄ origina-
le in ſcripturis manifeſtiſſime exprimenti,
ſiquidē ita Dauid ecce inquit, in iniquita- *Pſal. 50*
tib. conceptus ſum, & in peccatis concepit
me mr̄ mea: Quid ꝙ aptiſſime etiā Pau- *Ephe. 2*
lus fuiſſe nos natura filios iræ ꝓhibet, nō ſe
cus atqꝫ cæteros: & alibi q̊qꝫ ait Oēs pecca *Roman. 3*
uerūt & egent gloria dei, & apertiꝰ deinde
Sicut per unū hoīem pc̄m̄ in hūc mūdum
intrauit, & per pc̄m̄ mors, ita in oēs hoīes
mors ꝑtrāſijt, in q̊ oēs peccauerūt: Aut nō
ſunt hæc manifeſta uerba: quibus ꝓbatur
omnes nos natura eſſe filios iræ, unde colli
gitur etiam filios iram incidiſſe diuinam:
& quandoquidē peccarunt omnes, ipſos
etiam filios a peccato non eſſe immunes,
ut recte

Rom. 5. ut recte dixerit inde Paulus, Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores cōſtituti ſunt multi: Ecce ꝙ multi ſint peccatores propter inobedientiā Adæ: ſed quomodo interim alios homines poteſt Adā facere peccatores, ut illud tamen non pertingat filios? conſtat igitur omnes homines in originali peccato concipi.

2 Quod quum ita ſit etiā hactenus ex ſcripturæ teſtimonio ab eccleſia conſtāter obſeruatum, uideamus iam & diſpiciamus, quid ſit illud quod peccatū dicimus originale. *Generatio hominis.* Mitto autē hic quod tum philoſophi, tum medici, de hominis diſputāt cōceptu, dicentes ſperma humanum primis dieb. ſeptem aſſimilari lacti, deinde nouem ſequentib. fieri maſſam ſanguineā, exilib. hinc inde diductis lineis diſtinctam, poſt hæc 12 alijs cōfirmari in carnem, reliquis autē 18 in mēbra formari ſimul & diſcerni: ita ut primum ſtatim quæ principē locum obtinent conformentur, puta cor, hepar, cerebrum &c. ad extremum manus & pedes, eoq; quod interpoſitum eſt tempore quicquid in homīe eſt, ut ſtomachus ueſica, pulmo, ſplen, umbilicus, oſſa uenæ, cutis, muſculi, cartilagines &c. poteſt tamen idipſum uel tardius uel celerius abſolui *Au. q. 58. lib. 83. q.* ſecundum quod calor uel intenſior uel remiſſior eſt, & conſtitutio melior: formatio enim corporis maſculi pfici poteſt diebus 35 uel 40 uel etiam 45 & tunc mouebitur die 70 aut 80 aut 90 naſceturq; deinde menſe 7. 8 aut 9. Ridiculum itaq; eſt quod matres ſingulis conceptib. equalia ſupputant tēpora, quod & abſurdum & impoſſibile eſt, nāq; illa in Machabæis mulier menſibus 9. fouerat conceptum, unde & dixit, fili mi miſerere mei, quę te in *2. Mac. 7* utero nouem menſibus portaui, ſed & ſapiens de ſeipſo dicit: *Sap. 7.* Decem menſium tēpore coagulatus ſum, ubi tu 30 dies ſemper pro menſe ſupputabis. Eſt & circa femellas autore Auguſt: *De eccle. dog.* diuerſitas q̄dā, qm̄ ubi corpuſculum maſculi 40 dieb. formatᷓ femella requirit dies 80 q̄uis idipſum quoꝙ plus minuſue eſſe poteſt. Quandocūq; autē id fiat, nos hic magnopere non laboramus, neq; enim prius anima infunditur, q̄ corpus formetᷓ, ſingulisq; perfecte organis inſtruatur, Tunc tandem quū iam corpus omnia habet hominis mēbra, in momento ait Auguſt. anima a deo creatur, ſimulq; creando corpori infunditur, ut ſic paruulus efficiatur homo uiuens moueaturq;, eodem uero plane momēto etiā ille peccatum acquirit originale. Hæc eo recēſui lubentius, ut dum auditis conceptionē cœlebrari B. Mariæ, nō intelligatis nos eo ipſam uenerari ꝙ ſic concepta ſit, ſed potiꝰ quō ſanctiſſima ſua anima mundiſſimo ſit infuſa corpuſculo, ſicq; intelligitur de conceptione paſſiua non actiua.

3 Quando itaq; iam conſtat, quō paruuli corpus formetur in utero matris, ſimulq; & anima infundatur, & peccatum accedat originale, quęritur iam unde illud adueniat, neq; enim id ipſum habet paruulus ex deo, qui peccati oīs expers eſt, neq; ex anima, nam & ipſam nullius labis participem omnino mundiſſimā creauit Deꝰ, ſed neq; ex carne, neq;. n. illi peccatū ineſſe poteſt, neq;, ut maxīe inſit, infundere illud in animā poterit, quū nemo det ꝙ nō hēt, Neq; uero ex parentib. id ipſum accedit, qui ꝑ baptiſmū ab eo ſunt liberati, & poſſent forte ab oī eſſe pctō imunes: *Ambroſi.* Ex Adamo itaq; ꝓuenit illud, longaq; origine manat, ita ſentiente Ambroſio, qm̄ corruptio in carne ꝑmanet, ꝓpter offenſā diuinā, ſiquidē ſnīa aduerſus Adā ꝓlata, manet firma & inconcuſſa, atq; ex corporis cōſortio anima etiā q̄dā labe inficitᷓ. Oritᷓ ergo originale pctm̄ in aīa hoīs, dū corpi unitur, qđ formatᷓ ex ſemine, ꝓueniente a primo hoīe transgreſſore Adam: Quūq; oēs hoēs ab Adam deſcēdāt, nō eſt quiſq̄ eoꝝ q pctō illo careat, niſi ij q ſingulari ꝓrogatiua ab eo ſunt liberati: Et eſt hoc quidē qđ hactenus diximꝰ, neq; oīno nihil, nec tn̄ oīa: age igitᷓ ꝓpius ad rem accedamus, eāq; nō ita ꝑ trāſennam, ſed apertius explicemus. *Eccle. 7.* Quū creauit hominē deus, rectum utiq; fecit & creauit eū, idq; ſingulari quadam factū eſt gratia dei, q̄ aīę Adę infuſa eſt, non ꝓ ſe tm̄ *Eccle. 17.* ſed & poſteritate tota: ita ſapiēs, creauit, inquit, deus hominē & ſecundum imaginē ſuam fecit illum, atq; ſecundum ſe ueſtiuit illū uirtute: *Iuſtitia originalis.* Eius uirtutis munus proprium extitit, ut faceret inferiores animæ

uires & concupiſcentias plane obedire rationi; Vnde ſequitur, Quod ſi Adam non peccaſſet, neqꝫ in ipſo nec poſteris ſuis aliqua fuiſſet concupiſcentia praua, nec ulla inordinata cōmotio ſenſualitatis (quam dicimus) aduerſus rationem. Sed neqꝫ mala fuiſſet aliqua ex carne cogitatio, unde aliꝰ ex alio fuiſſet offenſus; Et hinc quidem illa Adæ & Euæ non etiam inde erubeſcentiū nuditas, proueniebat enim illud ex hac originali iuſtitia quæ faciebat omnia mēbra obtemperare rationi, Iſta porro originalis iuſtitia factura etiā fuerat, ut tēpore quiſqꝫ ſuo edens & bibens nullam unqꝫ uel famē uel ſitim, uel deniqꝫ ſentiret ægritudinem, Nullum animal ipſi nocuiſſet mordendo, impetendo, uorando, non ignis, non aqua; Omnia enim animalia homini paruiſſent, fuiſſetqꝫ ut in regno ſuo rex, ita Adam in paradiſo. Porro donum illud originalis iuſtitiæ, ut ꝑ ſe ſuiſqꝫ poſteris acceperat Adā ita uiciſſim pro ſe illiſqꝫ amiſit, non ſecus ꝙ rex aut īperator ſi cui arcē confert occupādam pro ſe ſuiſqꝫ ſucceſſoribus, ꝙ ſi aliquo cōmiſſo mereatur ille, ut ſibi feudū auferatur, illud utiqꝫ ſibi ſuiſqꝫ poſteris amiſerit omnibus.

Anſhel. Gene. 2

4 Eſt ergo originale peccatum originalis iuſtitiæ defectus, quam homines habere debebant, hincqꝫ fit, ut efficiantur filij iræ, omnes enim qui ex Adam & uirili ſemine cōmuni naſcuntur lege, eandem habere iuſtitam deberent quam Adam ſuſcepit a Deo, dumqꝫ eam quam non habent, habere debēt, idipſum ſane illud eſt quod peccatum dicimus originale. Vt tamē plene omnia intelligatis, ſcire uos conuenit in peccato originali eſſe duo, alterum defectum illum ſeu priuationem originalis iuſtitiæ, illudqꝫ quū ſit formale, in anima eſt, & ita peccatū originale formaliter eſt priuatio, ſine enim iuſtitia illa, odit hominem Deus, ob amiſſum magnum illud gratiæ ſuæ precium; Alterum materiale eſt humanæ carni inſitum, incenſio nimirum & libido iſta efferueſcens, maligna & uirulenta, quæ dominatur in homine, ipſaqꝫ tum inficit, tum irritat concupiſcentiam, rationi reſiſtit, dum eam ad omne opus bonum tardam efficit & ignauam, pronam uero & præcipitē ad peccata; Inde promanāt, prȩſumptio, temeritas, liuor, ſuperbia, auaritia, ambitio, omniū autem maxime, uniuerſa libidinis & luxuriæ concupiſcentia. Vitium porro hoc putat Augu. profectū eſſe ex iſto ſerpentis ſibilo in paradiſo, aut ex fructu uetito; Tu quoqꝫ quid Paulus dicat auſculta, Ego, inquit ille, carnalis ſum uenundatus ſub peccato, non enim quod uolo bonum hoc ago, ſed quod odi malū illud facio, ſi autem quod nolo facio, conſentio legi quoniam bona eſt; nunc autem ego iam non operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, ſcio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum, uelle adiacet mihi, perficere autē bonū nō inuenio, non enim quod uolo bonum hoc facio, ſed quod nolo malum hoc ago, ſi autem quod nolo illud facio, iam nō ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatū; Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quoniam mihi malū adiacet, condelector enim legi dei ſecundum interiorē hominem; Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati q̄ eſt in membris meis &c. En tibi Paulum docentem quo inclinet ratio, quoqꝫ concupiſcentia uergat, quæ non inhabitat tantū ſed & regnat in membris, unde & legē uocat membrorum, quæ alias lex carnis, tyrannus, uitium naturæ & languor, fomes & concupiſcētia dicitur. Eo facit etiā illud Iacobi, Vnuſquiſqꝫ tentatur a concupiſcētia ſua abſtractus & illectus; deinde concupiſcentia quum conceperit, parit peccatū; peccatum uero quum conſumatū fuerit, generat mortē. Hæc illa ægritudo & languor hominis longe acerbiſſima eſt, quam hic in mūdo habere poteſt, ab ea enim prouocatur ad omne peccati genus. Hic iſte languor eſt q facit, ꝙ omnis omniū hominum ſenſus & cogitatio ab adoleſcētia ſua uergit in malum; Hic ipſe languor graue & moleſtum nobis efficit quicquid bonū eſt; ſiue enim orandum eſt, ſiue inuiſendū templum domini, ſiue ſtudēdum, ſiue uerbum dei audiēdum, Ecce languet homo, en torpet, moleſta ſunt ei omnia, ſtatī ipm̄ capit ſatietas & faſtidium rei, nimis longa

Contra Iulia. Roma. 7. Iaco. 1 Gen. 1. Vala con cupiſcentiæ

et diu

& diuturna ſunt ei omnia: Rurſus ſi ſaltandũ ſit, ſi ſpectandæ choreæ, ſi ludendũ, cantandũ, currendũ, aut ſimile nugarũ genus exercendũ, ibi adcurritur, nec quicq̃ ibi eſt moleſtum: Aut nondum ſatis agnoſcitis ægritudinem illam, quæ & animi uires & corporis debilitat atq̃ grauat: corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam: Et iſte quidem fomes exæſtuans ſubinde & feruẽs, ex peccato Adæ naſcitur, qui iuſtitiã amiſit originalẽ, ſtatimq̃ poſtea Adam & Eua ſenſerunt iſtum languorem, & pugnã cum ratione ſenſualitatis, nonne enim mox poſt peccatum agnouerunt nuditatẽ ſuam? Neq̃ uero refert Moyſes ipſos antea non cognouiſſe ſe eſſe nudos, ſed quia non erubuerint prius, poſtea autem tandem inclinationem hanc malignam ſenſerunt, & cõmotionem adfectionemq̃ in membris ſuis, ideo enim tũc primũ pudore correpti ſunt: Et nos quoq̃ in nobis iam ipſis facile experimur, quid inſit nobis, radix nimirũ omnis peccati: quur etiam & quomõ nũc omnis iuuentus uelut equus fœrox pręcipiti curſu ruat in malum, non eſt ꝙ paruulos quicq̃ doceas mali, iam ante innatum habent magiſtrum, qui eos omnẽ doceat malitiam: Vſq̃ adeo miſerrimi ſumus homines, Ita ab immẽſa decidimus maieſtate ſublimiq̃ nobilitate, in qua deus hominem condiderat, ut ea iam ſimus calamitate, tamq̃ indurata in malis omnibus acerbitate, tam peruerſa, praua, & perditiſſima natura, ut omnis etiam cogitatio noſtra tãtũ ad peccata uergat & uitia: Ab eiuſmodi tamen labe & contagione peccati magna dei clementia immenſaq̃ miſericordia pręſeruata eſt uirgo mater Maria, quę ſine peccato originali, citraq̃ infectæ carnis languorem cõcepta eſt, Eam nos iam omnes ſuppliciter inuocemus &cę.

Sapient. 9

Gene. 3

Homilia tertia In feſto conceptæ uirginis matris.

QVotquot ex Adam nati ſunt homines in anima ſua defectum habent gratiæ originalis, quæ tamẽ illis ineſſe debebat: idipſum autẽ eſt quod peccatum dicimus originale: In corpore quoq̃ concupiſcentiam habent mouentẽ & allitientem ipſos ad omnẽ malum, & retrahentem ab eo, quod honeſtum, bonum deoq̃ beneplacitum eſt: Peccatum porro originale in Baptiſmo remittit, ita ut amplius non imputet ad malum deus paruulo, quod originali careat iuſtitia, ſed gratiã ei ſuam largiatur, ſtola inſuper innocentiæ exornet illũ, unde fili⁹ æternæ ſalutis efficitur, dũ mõ in illa pſeueret inocẽtia: Veſtis tñ illa nõ uſq̃ adeo munda eſt, ut olim in paradiſo fuerat: qñ adhuc peccatum originale labẽ & maculã ſuã, reliquias iſtas priſtinas non dimittit, quæ licet peccata non ſint, ſunt tamẽ effectrices peccati, & ad peccandum grauiter alliciunt, numeroq̃ inprimis quaternario comprehẽduntur, Primũ locum obtinet peruerſa illa concupiſcentia carnis, de qua ſuperiore homilia diximus, ea enim in ſe peccatũ nõ eſt, Iacobo teſte, & tamen ex peccato eſt, ipſaq̃ ad peccandum prouocat, & quũ conceperit, nil niſi peccatum parit: unde fit ut non raro peccati nomine ſignificetur, non ſecus q̃ ſi quis characteres ornatos & concinnos pingat, is manum dicatur habere agilem, manũq̃ eam eſſe ſuam, ubi nomine manus ſcriptura uenit intelligenda, quę per manum exarata eſt tantum, autore Auguſt. Atq̃ illa etiam cauſſa eſt, quamobrẽ Paulus huiuſmodi languorem carnis peccatum uocitet quæ tamen peccatum non eſt, utut peccatum pariat, Eodem facit quod Auguſt. ait cõcupiſcẽtiã dimiti, nõ ut nõ ſit, ſed ut nõ imputetur: Ex ea autẽ concupiſcentia praua oritur illa continua in nobis pugna carnis & ſpiritus, hoſtili enim conflictu iſta aduerſus hunc, & hic contra illam concupiſcit, nec deſinit hoc bellum, ſed ad Buſtũ uſq̃ perſeuerat & mortem.

Hugo Anſhelmus

Iacobi. 1

Contra Iuli.

de bo. con iug.

Remanet etiam nobis ex originali peccato poſt baptiſmum frequens & dura corporis paſſio, hinc enim fames & ſitis, hinc frigus & æſtus, inde quoq̃ febres, puſtulę & pellere quam neſcit medicina, podagra, peſtis, calculi, & quid deniq̃ non? Omnes ſane hinc morbi ſcaturiunt, quotquot homini, uel a natura uel qualibet externa ui adueniunt, omne id utiq̃ uitium eſt pec-

Gala. 5

Gene. 2 cati originalis,& in Adam inſuper actua-lis. Tertium quod ex originali peccato re-manet,ignorantia eſt,ubi quam multa di-cenda forent de ſublimi Adæ nobilitate,q Deum immortalem quantũ eleuatus fuit a deo in uniuerſa omniũ rerũ cognitione, unde & ex naturali proprietate ſingulis re bus propria indidit nomina, Ab iſta autẽ tam ſublimi ſcientia tantum decidimus,ut nullam iam ſubſtantiam in propria cogno ſcamus eſſentia,ſed per accidentia ſolum: Inſuper etiam uſq; adeo inopes facti ſum⁹ in intellectu noſtro, ut intellectus noſter ſi quid noſſe cupiat, illud mendicato co-gatur ex ſenſibus cognoſcere: id enim ipm eſt quod philoſophi dicunt,nihil eſt in in-tellectu,quin prius fuerit in ſenſu: Vt iam immenſa & inſignis ſit ſtoliditas, quenq; ſe de ſua uelle ſcientia in tantis ignorantiæ tenebris iactanter efferre, Quarto ex pec-cato originali etiam mors nobis ſupereſt omnibus:nam ſic ſapiens ait,Nõ fecit mor tem Deus,nec lętatur in perditione uiuo-rum:q ſi igitur deus mortis auctor nõ eſt, peccatũ hominis utiq; mortis cauſſa erit, quoniam ſic & Auguſt.inquit,corpus pro pter peccatum eſſe mortuum: Idq; nobis effecit propter peccatum ſuum actuale: nos autẽ patimur hoc ob originale pecca-tum noſtrũ, Et ideo Paulus dicit, per unũ hominem mortẽ intraſſe in mũdũ: Quod ſi non peccaſſet Adam,ipſe cum omni po-ſteritate ſua fuiſſet immortalis: habiturus enim erat poteſtatem non moriendi, ſi prę cepta dei ſeruaſſet: Quatuor hæc quæ obi ter paucis ijs cõmemorauimus,Beda teſta tur ex peccato originali nobis remanſiſſe.

Sapien. 1 — 4 de trini — Roma. 5

2 Diceres iã, Quum Adam iuſtitiã illam originalem amiſerit,quid eſt q in fi-lijs idipſum grauiter adeo punit deus, qui tamen dicit per prophetam,filius non por tabit iniquitatẽ patris,ſed anima quæ pec-cauerit,ipſa morietur: Ad hoc responde-mus & dicimus,quandoquidem iuſtitiam illam originalem Adam non pro ſe tantũ, ſed tota poſteritate ſua habuit, ideoq; ſicut aliquis uaſallus,ita ipſe quoq; pro ſe ſuiſq; omnibus amiſit,nõ aliter atq; quum radix infecta fuerit,& fructus & rami omnes ui-tiantur: Ita Adam quoq; uniuerſi generis humani radix exiſtit,omneſq; ab illo homi nes quos ſingularis prerogatiua nõ tenet, infecti ſunt per peccatum ſuum. Et hoc eſt quod dicitur a patrib⁹,pcm̃ hois perſonã corrumpit hominis,ſicut peccatum Adæ corrumpit perſonam & naturam ipſius. Quod autem ad Ezechielẽ attinet, de ini quitate patris non portanda filio: uerum utiq; eſt de pęna æterna poſitiua,ſed tamẽ adhuc portare bene põt pœna priuatiua, quę eſt pęna damni,ſicut alio ſermone fuit deductũ: Ita enim Hiere. dicit, Patres no-ſtri peccauerunt,& non ſunt,& nos iniqui tates eorum portauimus,puta:hic in tem-pore: Vt ſi nobilis quiſpiã uirtutis nobilita tiſq; ſuę oblitus, Cęſareã offendat Maieſta tẽ,qua gratia ſtẽmata oĩa illi & iſignia ſua adimantur,fiatq; ex nobili ignobilis,inſup etiã ſi in poteſtatem & manus ueniret im-peratoris, capitalẽ haud euaderet ſenten-tiam: Is ſi forte liberos acquirat, eos utiq; licet capitis ſupplicio non puniret impera-tor,ob paternũ ſcelus, attamen ignobiles haberentur ex patre,cui imperator nobili-tatem ſuam omnem pro ſe & poſteris ade-miſſet: Ita hic quoq; paruuli propter pec-catum Adæ hic temporaliter puniuntur, priuati,& deſtituti omni nobilitate Adæ, quoniam neq; filij ſunt dei,neq; ad aulam perueniũt regni cœlorum: non tamẽ ideo actuali ſupplicio deputantur inferni (quid multa? pœnam habent damni,non ſenſus, Ariminen. contra) coguntur inſuper hęre-ditate carere cœleſti, quando hoc pater eo rum meruit Adam,ut omni excederet hæ-reditate cum poſteris ſuis: Et ad huiuſmo-di peccatum ſufficit aliena uoluntas, quo-niam peccatum, autore Auguſt. eſt adeo uoluntarium,ut ſi non eſſet uoluntarium, nõ eſſet peccatum: Sicut autem hic aliena uoluntas potuit paruulo prodeſſe,ita eadẽ potuit obeſſe,nõ ſec⁹ ac ſi quis exhęredita to patre,omni excidit hęreditate. Atq; hęc etiam cauſſa eſt,quur iſta illicita concupi-ſcẽtia magis in genitalibus appareat mem-bris,ubi plus reſidet libidinis, unde quiſq; maiorem concipere uerecundiam q̃ alium de deberet:genitali enim iſta uirtute pecca tum originale in poſteros diffunditur, hu-manaq; natura, quæ in illa radice latitat, infecta

Ezech. 18 — Tom. 2 ſp 159 — Thren. 5 — De uera relig. ca. excõmuni camus,ed. cum ſerui, de hære. li. 6

3 ignorantia — 4 mors

De fide ad Petrum.

infecta turpiter polluitur,ut ſupra diximꝰ. Hinc intellectus patet uerborum Auguſtini quum ait, Dum ſibi inuicẽ uir mulierq; miſcentur,peccatum in paruulos non traſmittit propagatio,ſed libido,nec fœcunditas humanæ naturæ facit homines cũ peccato naſci,ſed fœditas libidinis,quam habent homines ex cõdemnatione iuſtiſſima illius peccati:Sin autem rationem ſpectes originalis huius peccati, ex inobedientia Adæ illud proficiſcitur.

3 Sequitur inde,quõ peccatum originale in animam perueniat: quamuis enim neq; ex Adã neq; ex traduce fiat aut ſit anima,ſed ſua cuiq; paruulorum anima a deo creatur & infunditur,iuxta illud pſalmi

Pſalm. 32 *Iſaiæ. 57*

Qui finxit ſingulatim corda eorum,& iſtud domini uerbum per os prophetæ dictũ,& oẽm flatũ ego feci(ſecundũ ſeptuaginta)Omnes etiã errores,quotquot hinc emerſerunt,in multis locis ualide confutat

Auguſti. *Hierony.*

Auguſt.& præcipue in epiſtola ad Hierony.de origine animæ & ad Optatũ,ſimiliter etiã Hierony.lib.2. contra Ruffinum, Hęc inquã q̃uis ita ſint,attñ anima corpori unit̃,ex parentũ ſemine cõformato, qđ ipm infectũ & corruptũ ẽ,ſuaq; caret iuſtitia originali,quã habere debebat: ide ergo anima peccatum acquirit originale: quam obrẽ & Paulus ait,oẽs nos in Adam mori & in Chriſto rurſus uiuificari,omneſq; natura eſſe filios irę,nõ ſecundum animę quidem ſed corporis naturã,quod per generationẽ ab Adam deſcendit. Obijcies, Quid ſi parentes ſint ambo baptizati, coniugaleſq; ſtatum honeſte uiuant,ita ut ſine peccato poſſint operibus uacare coniugalib. Quo tunc modo poterit originale pctm̃ e parentib. proficiſci, quorum nõ ẽ aliquod in ea re uitiũ: Aut poteſt ne quiſq;,quo caret ipſe,alteri dare: Sed reſpondeat ad hæc Auguſt.tibi,is enim ſic ait, Et ſi parentes

Cõtra Iulia. & de Baptiſmo puulorum *Gregori.*

pctõ careãt origiali,poteſt tñ illud habere paruulus ex eis natus,nõ ſecꝰ q̃ circumciſus Iudeus filiũ generat incircũciſum: Cui ſubſcribit & Greg.dicens:Qũo palea quę ope humano tãta diligentia ſeparat̃,manet tñ in fructu,q de purgato naſcit̃ tritico: ita pctm̃ qđ in parentib.p baptiſmũ mundat̃, mãet in eis quos genuerunt: Eiꝰ rei cauſſa hæc eſt,qđ pater ſubſtantiã geminã hẽt,alterã ſcđm naturã corruptã, quãdo filiꝰ eſt Adę,alterã ſcđm gratiã Dei, quã habet ex baptiſmo,unde mẽbrũ eſt Chriſti, Qđ ergo pater gignit & mater filiũ parit nõ ex ſubſtãtia eſt gratiæ:ſed naturæ corruptæ: Vnde et filius tãq; mẽbrũ et hęres Adę in pctõ naſcit̃ originali: Hinc etiã ratio patet quur filius pctm̃ illud tm̃,& nõ reliqua ex parentib.attrahat,ſicut. n. pſonalis pbitas & honeſtas parentũ nõ deriuat̃ in filios,ita nec pſonale pctm̃,puta furtũ,homicidium & ſimilia: Cõtra autẽ ſicut originalis iuſtitia,niſi eã perdidiſſet Adã,in oẽm trãſfuſa eſſet poſteritatem,ita omnes Adæ filij ea carent,quã tamen debebãt habere,unde in eos peruenit ira Dei.

4 Multa hic inuẽio,de quib.queri põt Primũ An pctm̃ originale in omnib. hominib.ſit ęquale: aut ã in alijs grauiꝰ maiꝰq; repiat̃ q̃ in alijs: Vbi rñdet Anſ. & ait,

De concept. uirg

Quũ una inobediẽtia ptoplaſti cauſſa ſit pcti origialis oim, neceſſe ẽ pctm̃ originale eſſe ęquale in pueris: Adhæc æqualis quũ ſit iuſtitię originalis defectꝰ in oib. qs neget et pctm̃ originale eſſe æquale: Atq; hoc uerũ quidẽ ẽ de pctõ origiali loquẽdo eſſentialit̃ & in ſe: ſin aũt de eo loquãur materialit̃,hoc ẽ de lãguore et iſectiõe carnis,nõ iã erit illud ęqle: experimur .n. magno diſcrimine alios alijs magis ad libidinẽ moueri,alios in furtũ magis eſſe pręcipites,alios ad cõtẽtiões & rixas, hꝰmõi nãq; inclinatiões et adfectiões plurimũ ſibi uẽdicãt in mẽbris noſtris,et in alijs tñ magis: Itaq; q̃uis proprie unum tm̃ eſt pctm̃ origiginale,tñ propter uarias & multiplices iſtiuſmodi concupiſcẽtias dici poteſt peccata originalia eſſe plura, uel etiam tot, quot ſunt in homine adfectiones malæ (materialiter ſaltem,non etiam in formali ratione) Alias quo ad peccatum originale eſſentiale,unũ tm̃ in homine pctm̃ ẽ,ſed illud innumeras habet operationes: unde & Dauid in iniquitatib.ſe cõceptũ querit̃ & clamat, nõ q originalia pctã in ſe plura exiſtãt ſed quia quo ad lãguorẽ iſtũ inclinat & irritat ad multa pctã,ideo ipſum quoq; plurium numero exprimit̃: Poſſent adhuc quæſtiones multæ nõ minꝰ cõducibiles induci, ut

Si ſolus peccaſſet Adam & nõ etiam Eua, an adhuc filij huius in peccato originali cõcepti fuiſſent, Aut uiciſſim ſi Eua tm̃ peccaſſet & nõ Adam, quid tunc contigiſſet? Itẽ an paruuli nati aliũde etiam contraxiſſent peccatũ originale ꝙ ex gula & eſu cibi uetiti? Verũ hęc & iſtiuſmodi alia multa ſcholis excutienda relinquamꝰ. Nos autem, ut aliqñ tandem materiam hanc finiamus, ſummatim uniuerſam eam ad capita reuocemꝰ. Sunt ergo in pc̃ õ originali duo defectus iuſtitiæ originalis, & languor iſte atq; debilitas carnis, Prius illud a deo dimittitur in baptiſmo, nõ ſic tm̃ ꝙ deinceps deus non exprobret, ſed ita etiam ut paruulo gratiam ſuam largiatur; Alterꝝ diximus eſſe ardentem iſtam carnis nr̃æ concupiſcẽtiam, eaq; in baptiſmo non adimitur, ꝙuis minui poſſit, Hinc.n. fętẽt & ſordib. ſquallent quotquot baptizati nõ ſunt, puta Iudęi, Aethyopes, Tartari, Turcæ, eaq; ratio eſt quur multi Turcaꝝ baptizari ſe ſinant non ut in Chr̃m credant, ſed ut ne fęteant, ubicunq;.n. Iudæi plures ſunt & ſudant, qs ſordidiſſimũ eoꝝ fętorem ferre queat? Quæres. Quum in baptiſmo pc̃m originale dimittat deꝰ, quur non etiam ea quæ ſequuntur illud, dimittit & aufert? Rñdeo, quia iam tunc nõ eſſet amplius aliquod fidei meritum, id.n. ſi ita fieret, omnes ſe baptizari permitterent, non quidem ex dilectiõe dei, ſed metu pœnæ tẽporalis & huiꝰ felicitatis amore. Et tñ facit hoc ad exercitationem uirtutum, ad incrementum meriti & remunerationis æternæ, atq; ut eo ſępius orare Deum cogantur & impellãtur homines, Mala ſiquidẽ quæ nos premunt ad Deum nos ire compellũt, ait Gregoriꝰ. Rurſus quæris, Qñquidem mors peccati originalis pęna exiſtit, pęna utiq; eſt cõmerita, & quomodo igitur meritoria eſſe poterit in ſanctis martyribus? Reſpondeo, qm̃ mori omnino neceſſarium eſt, ſic.n. omnibus hominibus conſtitutum eſt ſemel mori: Verum hoc ex miſericordia fit & gratum permittit Deus ut ex neceſſitate uirtutem faciamus, ſicq; quod ex neceſſitate debemus, ex charitate gratum fieri & meritorium poteſt, idq; per bonam uoluntatẽ & patientiam; Atq; hoc adcuratiꝰ uos obſeruare admõeo chariſſimi; fur.n. aut latro in ſcelere deprehenſus capitali, ſupplicio occiditur, iuxta ordinem iuris, quod ſi is uoluntatem ſuam omnẽ deo offerat, & ſupplicium patienter ſuſtineat ad peccati ſui remiſſionem & ſubleuatiõem, ecce iam illud ei fit meritorium deoq; bñplacitum, licet mors erat ineuitabilis illi; Atq; in hanc rem uidete præclarum Chryſoſtomi eloquentiſſimi doctoris uerbum, Si de copia rerum in penuriam cadis, Deo permittente, ſi ignis ingruens tuam ſubſtantiam abſumpſit, & totam domum tuam populatus eſt, & agis gratias Deo, qui prohibere potuit & non prohibuit, tantam accipies mercedem, quantam, ſi omnia illa in manꝰ pauperum repoſuiſſes. O uerbum conſolatorium, o doctrinam ſalutarem, omnib. conducibilem qui in tribulatione uerſant, quibus res paꝝ proſpere ſuccedunt, unde diſcant ex neceſſitate facere uirtutẽ, cuius rei exemplum habemus in Iob, qui liberis boniſq; ſuis omnibus amiſſis dixit, Dominus dedit dominus abſtulit, ſicut domino placuit, ita factum eſt, ſit nomẽ domini benedictum: Sic tu quoq; fac, quiſquis egeſtate & miſeria premeris, fameq; torqueris patere, & mala omnia propter deum ſuſtine patienter; & erunt tibi cuncta ea meritoria: Etiamſi in lecto decumbis inter extrema ſuſpiria, animam iamiam exhalaturus, uoluntatem tuam diuinæ adcomoda, mortemq; offer deo, & erit illa tibi coram deo magno merito, cedet inſuper in remiſſionẽ peccatorum & pęnitentiam ſalutarẽ: Atq; huiuſmodi quædam morientibus, ſedulo ſunt inculcanda. Cætera de quibus hic adhuc ambigi poſſet circa peccatum originale, de pęna, ſupplicio et remedio ipſiꝰ, miſſa libenter faciamus, nuncq; laudemus ſimul & deprecemur dominũ Deum, inuocemꝰ uirginem matrem &cæ.

Nõ baptizati fœtent. — *Gregori.* — *Hebræ. 9* — *Chryſoſto.* — *Iob. 1*

Homilia quarta et ultima in die Conceptionis Mariæ.

Pœna originalis peccati.

Peccatum originale hominẽ in ira diuina conſtituit, membrũq; facit eſſe diaboli, cõcupiſcentijs multis malis

malis adimplet, ad pctā iclinat, portas cœ-
lorum occludit, impotentē reddit & inua-
lidū ad reſiſtendū tentationib. diaboli, ani-
mā inſuper tenebris & caligine obfuſcat,
niſiq; illud ei dimittat, æterna etiā fœlicita
te priuat: Quum itaq; pctm̄ originale uſq;
adeo Deo ſit aduerſum, hominēq; abiectū
& deteriorē reddat, nemo Chriſtianus cre-
dat dn̄m Ieſum dilectiſſimā ſuā genitricē
Mariā in tantas fœdiſſimi peccati ſordes et
in irā dei cadere permiſiſſe, qn̄ arctius ma-
giſq; matrē ſuā dilexit Chriſtus, q̄ unquā
aliquis filius in uniuerſo mundo, unde cre
dendus eſt eam honoraſſe in omnib. quā-
Exo. 20 tū potuit, Qm̄ quū etiā cum deo patre prę
Math. 15 ceptū illud de honorandis parentib, nō in
ueteri tm̄ lege tulerit, ſed & in noua reno-
uarit, utiq; idipſum etiā in ſua matre ſerua-
uit, tantoq; dignatus illam honore eſt, ut
confuſa nō fuerit coram diabolo ex pecca-
Acto. 1 to originali, prius cępit. n. ille facere q̄ do-
Auguſti. cere, & ſic Auguſt. ait Quidquid tibi uera
ratione faciendū occurrit, ſcias deū feciſſe,
bonorum oīm conditorē: Et ſapiens igitur
id ita in ſpiritu cognoſcens, dixit in pſona
Can. 4 domini, Tota pulchra es amica mea & ma
cula non eſt in te, Qđ ſi autē peccatum ori-
ginale in Maria uſq; fuiſſet, tenebris utiq;
& omni macula non caruiſſet. Huiuſmo-
di autē puritatē Mariæ a peccato originali
inde colligere poſſumus, q eā Deus pater
elegit ante ſęcula, ut eſſet mater filij ſui, iux
ta illud, quod in ipſius perſona ſapiens in-
Prouer. 8 quit, Ab æterno ordinata ſum, & ex anti-
Lucæ 2 quis anteq; terra fieret, inuenit. n. illa, ut
ait angelus, gratiā apud dn̄m, ſin aūt p pec
catum originale ācilla diaboli facta fuiſſet
Maria, quis locus extitiſſet reliquus ſuæ
electioni ab æterno? Aut quantū etiā deho
neſtaſſet hoc Chr̄m, ſi matrē habuiſſet an-
cillā diaboli? Aut quis hoc perſuaderi poſ-
ſet ut crederet de ea, q̄ benedicta fuit in mu
lierib⁹, ut maledictioni ſubiecta fuiſſet pec-
Ad Euſtochium cati originalis? Itaq; & Hier. ait, Nulli du
bium eſt de matre domini, qm̄ talis debuit
eſſe, quæ nō poſſit argui de peccato, id enī
ad ignominiā uergeret Chriſti, quod cre-
De concep. uirg. Ca 18 di nullatenus debet: Et Anſel. igitur ſub-
ſcribēs inqt, Decuit ut cōceptio illius ho-
minis de matre fieret puriſſima, nempe de-

cēs erat, ut ea puritate qua maior ſub Deo
nequit ītelligi, uirgo illa niteret, cui Deus
pater unicum filiū ſuum dabat. Nēo itaq;
ueſtrū cogitare huiuſmodi quid pręſumat
de Maria matre Dei, regina cœlorū, ange-
rum dn̄a, & ea quæ formidini ſit et horrori
omnib. dęmonib, quaſi in peccato ſit origi
nali cōcepta: Quin poti⁹ refugiū noſtrum
eſt illa, aduocata noſtra, auxiliatrix, coro-
na & dignitas oīm mulierum. Quapp̄ter
pcul abſit a nobis, ut gloriæ noſtræ uitium
aliquod aut pctm̄ adſcribamus, ſed magis
cum ſctā matre eccleſia exclamemus, San-
cta & immaculata uirginitas, quib⁹ te lau-
dib. efferam neſcio, quia quem cœli capere
non poterant tuo gremio contuliſti: Virgi
nitatē porro hanc nō in corpore tm̄, ſed &
in anima ſanctiſſimæ uirginis credere nos
conuenit, ſi. n. Eua tota pulchra omniſq;
maculæ expers fuit in ſua creatione, quan-
to magis Maria omni caruerit peccato, &
ipſa pulcherrima tota? Aut deceret ne a fa-
mula dominā ſuperari? quū tn̄ dicat Bern.
Quidquid alijs etiam pauciſſimis eſt con- Regula
ceſſum, hoc Mariæ non eſt denegatum. Bernhar.

2 Quāuis argumēta hæc cuiq; Chri
ſtiano ſufficiāt ad credendum quod per ſe
certiſſimum eſt, Mariā ſine peccato origi-
nali eſſe conceptā, accedāt tamē inſup ra-
tiōes plures, & loci ſcripturarū̄ ſanctorūq;
patrū & eccleſiæ Chriſti, faciētes ad laudē
& gloriā uirginis Mariæ: Eccleſia namq;
in officio miſſæ uerbis utitur ſapientis de
uirgine matre. Dominus poſſedit me ab Prouer. 8
initio uiarum ſuarum, qđ ſi id ita eſt, utiq;
peccato originali caruit ipſa, eos enim qui
peccatis premunt̄, diabolus poſſidet mun-
di huius princeps, ideo aūt quia dominus Iohan. 12
eam poſſedit, dixit angelus ad ipſam, Do-
minus tecum, benedicta tu in mulieribus. Lucæ 1
Poſſent hic induci etiā ſequentia uerba ſa-
pientis, qm̄ loquitur ibi de omnib. diebus
omniq; tempore: Semper igitur illa fuit
in gratia Dei, neq; potuit in peccato origi
nali ſic eſſe concepta. Ad hæc ſi penitius
recogitemus q̄ merito optimoq; iure Chri
ſtus matrē ſuam præſeruauit ab omni alie-
no dominio: Videbimus utiq; & perſuade
bimur facile credendū nemini eſſe, ipſi do-
minatum eſſe diabolū: quod factum ſane

ſuiſſet, ſi in pctō originali eſſet cōcepta: om
nis.n.qui facit peccatū ſeruus eſt peccati,
1.Petri.2 & quiſquis ab alio ſupatus eſt, ſeruus ipſiꝰ
efficit, et exiguū quid foret, ſi ātea pctm̄ ori
ginale habuiſſet, & deinde p grām dei fuiſ
ſet expurgata, qm̄ ſic in nihilo Iohannē ſu
peraret Baptiſtā, nec Iſaiam, neq; Ioſephū
maritū ſuū, & alios quoſdam ſe multo infe
Ambroſi. riores: Et hoc eſt qđ Ambr. ait. Egrediet
uirga de radice Ieſſe, & flos de germine eiꝰ
aſcendet: Virga, inquit ille, Maria ipſa eſt
in qua nodus nullus fuit peccati origina-
lis, neq; cortex uenialis. Idipſum etiā ma-
Geneſis 3 niſeſte docuit Moyſes, qn̄ dn̄s dixit ad ſer-
pentē, Ponam inimicitias inter mulierē &
te, inter ſemen mulieris & ſemē tuū, & ipſa
cōteret caput tuū. Quod ſi itaq; Maria uel
momentū unicū in pctō fuiſſet originali,
nō habuiſſet utiq; cū diabolo inimicitias,
neq; etiā caput illiꝰ cōtriuiſſet. ita.n. Aug.
Auguſti. ſuper gē. Subiectū, inquit, eſſe pctō originali eſt ca-
put diaboli, eo ꝙ principiū illud eſt q̄ dia-
bolus hoiem in ſuam adducit poteſtatem:
Qđ ſi igitur caput & initiū cōtriuit, quid
reliquū eſt niſi eā peccato originali caruiſ-
ſe? (Non curo hic tragediam articulū illic
eſſe maſculinū & ad ſemen referri, quū do-
ctis hebræis cōſtet Hu etiā articulum eſſe
fæmininū) Adducūt in hoc nonnulli etiā
figuras quib. Maria repreſentata eſt, ut ar-
cham Moyſi, quæ fabricata fuit ex ligno
Exodi 25 Sethim, quod putredini obnoxiū non eſt,
ita.n.& caro uirginis īmunis extitit ab om
ni peccato, ſiquidē roſa illa eſt Hiericho, q̄
etiā ſpinis caret, ut Maria pctō. Maria q̄q;
palma exaltata in Cades, palma uictoriæ
Apoca.7 ſymbolū eſt, qđ et ī manib. martyrū uidiſſe
ſe teſtat Iohānes, ita Maria uiridis ſemper
extitit uirtutib. & diabolū undiq; ſupera-
Ca.2 & 6 uit in natiuitate, per omnē uitā & in mortis
articulo. Sic eā ſponſus liliū uocat inter ſpi
nas, & aurorā q̄ non caret lumine, qm̄ ita
Pſalm.18 Maria quoq; illuſtrata fuit gratia dei. Da-
uid eā quoq; ſolem uocat, in qua Chriſtus
poſuit tabernaculū ſuū, ſol hic nullas pcti
admittit tenebras: Sapiens inſup ipſam ſo
Sapien.7 le uocat lucidiorem, & Iohannes eā uidit
Apoca. 7 amictā ſole: Poſſent iſtiuſmodi multa indu
ci, quib. tamē breuitate tēporis perſuaſus,
ſuperſedeo lubens.

3 Cogitaret aūt quiſpiā intra ſe, Supe
riori homilia dictū eſt, originalis pcti pēnā
mortē eſſe, iuxta uerbū dn̄i. Quacūq; ho-
ra comederitis morte moriemini, & illud
item ſapientis, per unū hoīem peccatū in
trauit in mūdum & per peccatū mors: Ma
ria ergo quū nō habuerit peccatū origina-
le, quo mortua eſt? ubicunq;.n. cauſa & ra
tio pēnæ nō eſt, ibi pēnā quoq; nō eſſe cō-
uenit, Rn̄detur. Quāuis uariæ ſunt cauſſæ
quur puniat Deus, ſicut in quadam homi-
lia diſſeruimus, ideoq; hic miſſum facimꝰ,
tn̄ hominē aliquē nō mori neq; de natura
eſt hoīs, nec contigit unq;, ſiquidē quū ex
elementis cōpoſitꝰ ſit cōtrarijs, quæ conti-
nuo opāt adinuicē, ſit ut natura ſit morta-
lis: Et ob eā rem dicit Aug. Chriſtꝰ uolēs Li. 2. de
adſumpſit defectꝰ naturę, & ita etiā nō oc- [illegible]
ciſus tandē mortuꝰ eſſet naturaliter prę ſe- [illegible]
nio: Deinde cōſtat hoīes in paradyſo & ſta uul. &
tu naturæ īmortales futuros fuiſſe, id autē ad fœlicē
dico nō euenīſſe ex ipſa eorum natura, ſed capite 18
gratia Dei, qui illis lignū uitæ dediſſet, un-
de ſatiati eſſent aduerſus oēm fragilitatē, &
quū iam acceſſiſſet tēpus priuſq; moreren-
tur trāſtuliſſet eos Deus ex paradyſo in ui Aug.li.3
tā ęternā: Vnde Aug. dicit. Homo ſi crea- ſuper gen
tori ſuo tāq; uero dn̄o ſubditꝰ, p̄ceptū eius & libr.12
pia obedientia cuſtodiret, in conſortiū trā- de ciuitate
ſiret angelicū ſine morte, īmortalitatē ſine Ca. 31
ullo termino. conſequutus, Porro quū ho-
mo generaliter loquēdo priuatꝰ ſit iſta grā
per pctm̄ Adæ, & ſubſequēs pctm̄ origina
le, ſit ut ille iam mortalis ſit, ꝓpter peccatū:
Vbi etiā quis nō habet priuilegiū illud qđ
in paradyſo fuit, etiā ſine cōmerito ſuo, ad-
huc tn̄ legibus mortis obnoxius eſt ex na-
tura: & ſic quidē Maria mortua eſt natura
liter abſq; omni pctō, eo tm̄ ꝙ non habuit
donū illud paradiſiacū aduerſus mortem,
Non ſecus q̄ Lazarus pœnam originalis Iohānis 11
culpæ prima ſua morte abſoluit, & tn̄ qn̄
eum dn̄s reſuſcitauit a morte, deīde adhuc
denuo naturaliter mortuus eſt, nō ex pctō
originali: Hinc itaq; patet duo illa dona
eſſe diſtincta, pctō originali carere, & īmor
talē eſſe: alterūq; conferri a Deo poſſe ſine
altero: Quur autē Chriſtus piētiſſimę ma
tri non etiam donū cōmunicarit immorta
litatis, multæ poſſunt adſignari rationes,
quarꝫ una hæc eſt, ꝙ ita bene decuit ma-
trē ęquari filio, qui & ipſe pctm̄ non fece-

rat

rat,neqꝫ dolus in ore eius inuentus erat, &
tñ ꝙuis ſanctiſſim⁹ erat ille mori nõ recuſa
uit,& quur itaqꝫ Maria a morte eſſet im-
Colloſ. 1 munis ?Chriſtus caput eccleſię mortu⁹ eſt,
cõueniebat ergo etiã Mariã mẽbrum illius
mori,qñ mẽbra ſequi debent caput ſuum:
Ad ſuſtollẽdas etiã occaſiones multarum
hæreſum maxime decuit mori Mariã,quę
ſi fuiſſet immortalis, nonne magnã ſpeciẽ
plęręqꝫ habuiſſent hęreſes,ut Chriſtũ q̊qꝫ
uerum ex carne corp⁹ nõ habuiſſe,ſed phã
taſticũ tm̃,ut ſomniarũt Manichęi, aut, cę
leſte corp⁹ ipſum attuliſſe ſecum,ut impu-
denter nugat⁹ eſt Valentinus: Ad hæc oĩa
& ſimilia euertẽda multũ cõducibile erat
Mariã quoqꝫ corpus uerꝝ & mortale ha-
buiſſe,ex qua quia filius Dei homo factus
Iohãnis 1 humanã adſumpſit naturã,uerã quoqꝫ ha
buiſſe carnẽ merito credẽdus eſt. Quid ꝙ
multũ etiã mereri potuit in ſuo mortali &
paſſibili corꝑe,dum oẽs tribulatiões & af-
flictiones cũm puero Ieſu q̊qꝫ ſuſtinuit pa
tienter,patientia.n.op⁹ perfectum habet,
Et eo ãpli⁹ paſſio meritum auxit Mariæ,
Iacobi 1 quo innocentior ipſa paſſa eſt talia.

4 Fuit igiť Maria in conceptione ſua
immunis ab omni peccati originalis macu
la,idqꝫ ex gr̃a Dei,ita ut quum aĩa ipſius a
Deo creata & corꝑi eſt infuſa, ſimul etiam
tunc illi Deus ex ſpeciali gr̃a gr̃am ſuã &
dona infudit,unde præſeruata eſt ab omni
cõtagiõe originalis culpæ , ſimul & actua
lis peccati. Sequitur inde , nihil aduerſari
Mariæ huiuſmodi dicta, Chriſt⁹ omnium
hoĩum eſt redẽptor,qñ ille & Mariã rede-
mit,nõ ꝙ a peccatis eã purgarit, ſed ꝗa ab
illis ipſam purificauit,quæ ẽt redẽptio lon
ge ꝑfectior eſt , ꝙ ſi ipſam ꝑmiſiſſet labi in
pctm̃ originale , & deinceps ſanctificaſſet
Lucæ 1 eã in utero matris,ſicut Iohannẽ Baptiſtã,
ſicut is quoqꝫ magis ꝓpitius alicui eſt , qui
eũ nõ ſinit in lutũ cadere,ꝙ q ſinit, & ſub-
leuat tãdẽ. Neminẽ etiã hic moueant com
munes illi ſcripturarũ loci,puta quum Da
uid inquit,Oẽs declinauerunt, ſimul inuti
Pſal. 13 les facti ſunt,nõ ẽ qui faceret bonum, non
ẽ uſqꝫ ad unum,qui Chriſt⁹ eſt: Et prophe
ta cõqueriť,oẽs nos ſicut oues aberraſſe, &
Iſaiæ 53 Paulus ait,Oẽs in Adam peccauerunt &
Roman. 3 egent gr̃a dei,ac deinceps: per unũ hoiem
Roman. 5 pctm̃ in hunc mũdum intrauit , & ꝑ pctm̃
mors,ita in oẽs hoĩes mors ꝑtranſijt in quo
oẽs peccauerũt, Et ad Cor. Vnus pro oĩb. 2. Corin. 5
mortu⁹ eſt Chriſt⁹ & reſurrexit : Atqꝫ hoc
eſt qđ Dauid inquit Nõ iuſtificabiť in cõ- Pſalm. 13
ſpectu tuo oĩs uiuẽs, Et ipſe apud Dauidẽ & 21.
Chriſtus ait, Erue dñe a frãea aĩam meã,
& de manu canis unicã meã, Ecce unicam
ſiqdẽ unica Chr̃i aĩa,ut teſtať Aug. immu Auguſti.
nis fuit ab omni peccato, Pau. q̊qꝫ Omnia Roma. 11
inqt cõcluſit de⁹ ſub pctõ,ut oĩum miſerea
ť. Hi & huiuſmodi loci nihil min⁹ ꝓbãt ꝙ
Mariã in pctõ originali eſſe conceptã , ſed
Chr̃m ſolũ ex natura & eſſentia ſine illo cõ
ceptũ fuiſſe,qñ & ipſe ſolus ſine uirili: nat⁹
eſt ſemine: Maria aũt bñficiũ iſtud ex natu
ra non habuit,quũ nata ſit ex cõmixtione
duorꝝ ſeminũ uſu cõmuni naturę & aliorꝝ
hoĩum cõſuetudine,q̊ noĩe etiã pctm̃ origi
nale cõtrahere debebat, Sed fili⁹ ipſi⁹ Chr̃s
immẽſa gratia & miſeratiõe ſua eã ſeruauit
qũo iã & redẽptor ei⁹ ẽ. Quid ꝙ etiã uni-
uerſales ſcripturarꝝ loquutiões non ſemꝑ
oẽs includũt homines,ut cum ait Iſa. Vide Iſaiæ 4
bit oĩs caro qđ os dñi loquutũ ẽ, & tñ mul
ti Chr̃m non uiderũt. Mat. q̊qꝫ refert exijſ- Math. 3
ſe ad Ioh. Hieroſoly. totã & Iudæã & oẽm
regionẽ Iordani finitimã, Et Paul. ſeſe oĩb. 1. Corin. 9
oĩa factum prędicat,ut oẽs lucri faceret, at
qꝫ in alio loco, Oẽs inquit,q̃ ſua ſunt nõ q̃
Ieſu Chr̃i. Chr̃s ẽt ipſe dicit, Oẽs qui añ me Iohan. 10
uenerunt fures ſunt & latrones: loci iſti ꝙ-
uis ſint uniuerſales,tñ nõ de õib. ſed plu-
rib. tm̃ aut malis ĩtelligũť: Ita quũ in ſacris
lr̃is legis oẽs peccaſſe,de omnib. non p̃ſer-
uatis accipiẽdũ ẽ. Sic generaľ illa mulierꝝ Geneſis 3
lex de part⁹ dolore Mariã tñ non includit,
ſicuti nec pctm̃ originale,ꝑfectiſſime. n. eã
Chr̃s redẽit, & ideo anima ipſi⁹ merito ma
gnificauit dñm, ſpũs q̊qꝫ ipſi⁹ exultauit in Lucæ 4
Deo ſalutari ſuo, ſiquidẽ ip̃a radix illa ſctã
fuit,de q̃ naſcitur ⁹erat ram⁹ ſctiſſim⁹ Chr̃s
dñs,qđ ſi igiť ram⁹ ſctũs , quõ nõ, & radix Roma. 11
btã erit? q̊ noĩe & ſponſus in ſpũ p̃uidẽs eã Cantic. 4
ait, Tota pulchra es amica mea, & macula
non ẽ in te,q̃ bñedicta hic in terris eſt inter
mulieres, & bñdictus etiã fruct⁹ uẽtris ſui
Chriſtus Ieſus in ſæcula Amen.

In die S. Thome apo ſtoli Euan. Iohã. xx



In illo tẽpore Thomas unus ex duodecim, qui dicitur didymus, non erat cum eis, quãdo uenit Ieſus Dixerũt ergo ei alij diſcipuli uidim⁹ dñm. Ille aũt dixit eis, niſi uidero in manib⁹ eius fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ in lat⁹ clauorũ, & mittã manũ meã in latus eius, nõ credã. Et poſt dies octo iterũ erãt diſcipuli eius int⁹, & Thomas cũ eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio eorꝝ, & dixit eis, pax uobis. Deinde dicit Thomę. Infer digitũ tuum, & uide man⁹ meas, & affer manum tuã, & mitte in lat⁹ meum, & noli eſſe incredul⁹, ſed fidelis. Rñdit Thomas & dixit ei, Dñs meus, & deus meus. Dicit ei Ieſus. Quia uidiſti me Thoma credidiſti, beati qui nõ uiderũt & crediderũt. *Supra.eo.cap.*

Homilia prima.

EVangelica Hiſtoria hęc, qñ p ſe ſatis aperta eſt, ꝓlixiori declaratiõe op⁹ nõ habet, paucis itaq́ & curſim ſingula abſoluemus. Et principio qdẽ qđ nõnulli grãmatici hic depuarũt textũ Thomã Dydimum, quẽ ueteres maioreſq́ nr̃i hoĩes ſane diligẽtiſſimi, dubitatorẽ uerterũt, ex hebręo trãſſerẽtes gemellũ: q̃ mihi thom gemellũ ſignificet: Nos tñ nihil mouet tã incõſtãs rerꝝ oĩm ĩnouatio, dũ uideo nouitatẽ iſtã recẽtiorꝝ, dũ pl⁹ audẽt q̃ poſſint, raro errorib. carere, Vnde & fit ut nolim a ſnĩa ueterũ pr̃m diſcedere, q ſedulitate aſſidua diligẽter oĩa inq̃ſiuerũt: Maxĩe quũ iſta iuniorũ opinio nõ careat errore, q̃ ſi ſiſcitiã ſuã ꝓdũt linguę Hę. i n q̃ thom dubitãtẽ ſignificare ſatis habũde nob ſacrę teſtãt lr̃ę, ubi ſagitta in incertum miſſa refert uulnerãs Achaz, Eſt & in eadẽ ſentẽti *2.Par.26* a Theo. circa uocẽ gręcã Didim⁹, ſic.n. ait *Theophi.* Quid ẽ ꝙ didim⁹ dicit: interpretatio ẽ nois Thõas, merito autẽ meminit interp̃tatiõis ei⁹ nois, ut oñdat nobis ꝙ dubitator q̃dã ſit & id uitij a principio habuerit, ut & nom̃ indicat, q̃ ẽt ratio ẽ, quur hic nos nomẽ didymi expoſuerim⁹, ꝓ dubitatore, Nũc tãdẽ ad cõtextũ ꝓperem⁹. Tho. un⁹ ex duodeci nõ erat cum eis qñ uẽit Ieſus puta die ipſo paſc. qñ Chr̃s diſcip. ſuis noctu appuit, nõ fuit cum eis Th. Diceres, Lu. refet duos il- *Luc.24* los diſc. reuerſos ex Emaus inueniſſe alios 11. cõgregatos, qd ẽ ergo ꝙ Io. ait Thõã abfuiſſe: Rñdet Aug. utrũq́ uerꝝ eſſe qđ *Libi.3.de* ãbo narrãt euãg. ſed tñ ita cõſtare, ꝙ inde *conſ.Euãge.c.25* Th. exierit, ãnteq́ eis dñs hæc loq̃ẽtib. appareret, factũq́ id ẽ diſpẽſatione diuina, cui⁹ ratio gemina reddit quarꝝ altera hęc ẽ ut reſurrectio Chr̃i, in qua pr̃m roboris fidei nr̃ę ſitũ erat, ex dubitatiõe Tho. firmiorib. roboraret argum̃tis ad eruditiõẽ nr̃am *Gregori.* totiuſq́ eccleſię, ſic Gre. ait. Quid frẽs chariſſ. inter hęc aĩaduertitis: nũq̃d caſu geſtũ creditis, ut elect⁹ ille diſcip. tũc deeſſet, poſt aũt ueniẽs audiret, audiẽs dubitaret, dubitãs palparet, palpãs crederet, nõ hoc caſu ſed diuina diſpoſitione fctm̃ eſt, ita.n. admirabili q̃dã mõ opata eſt diuina benignitas, ut dũ Tho. uulnera tãgeret mgr̃i, in nobis cicatrices curaret infidelitatis, plus em̃ incredulitas nobis Tho. profuit, q̃ reliq̃rꝝ diſci. ſubita fides, dũ ipſi⁹ dubitatione animus nr̃ eſt in fide cõfirmat⁹: Atq́ hoc ẽ qđ ait Be. Tho. qui dubitauit mihi plus ꝓfuit *Beda* q̃ Mag. q̃ cito credidit. Alterã porro cauſſã reddit Ber. exiſtimãs Tho. quũ iã a ſctã *Bernhar.* receſſerat cõgregatione, indignũ fuiſſe qui Chr̃m uideret, falleris ĩquit ille, o Tho. qñ arbitraris te Chriſtũ inuenire extra cœtũ ſanctorũ, qui ſemp eſt in milib. angelorũ.

¶ Thoma autẽ ad alios diſcipulos reuerſo dixerunt illi Vidimus dñm. Chryſ *Chryſoſt.* arbitratur nondũ redijſſe Thomã a fuga, quãdo a dño cũ alijs aufugerat in horto.

Sed ex Luca colligimus ipſum noctu ad/
Lucæ. 24 fuiſſe reuerſis duobus ex Emaus: Reliqui
decem qui manſerãt, uiderunt utiq; dñm
cũ magno gaudio, iuxta illud Iohãnis, ga
uiſi ſunt diſcipuli uiſo dño: Ecce quantum
damni recepit Thomas q a ſancto cætu re
ceſſit: primũ.n.oĩm gaudio priuat⁹ eſt qđ
Iohan. 20 alias habuiſſet, conſpicatus dñm poſt tan
ta ſupplicia & mortẽ ignominioſã tãta cũ
maieſtate ex mortuis reſurrexiſſe: Deinde
acceſſit illi nonnihil mali & ex incredulita
te qñ dixit, niſi uidero in manib. ſuis fixu/
ras clauorũ, & mittã digitos meos in loca
clauorũ, & manũ meã in latus ſuũ, nõ cre/
Cyrillus. dam. Cyril. hic multũ fortiter pro Thoma
contendit, ualide elaborans & enitẽs apl'm
Chriſti defendere, dicenſq; ipſum triſtẽ ad/
modum fuiſſe & multũ anxium ex morte
Chriſti, & ſic cũ cæteris apoſtolis dñm nõ
uidiſſe: Verum ipſa Chriſti uerba culpam
Thomæ manifeſte arguunt, dum dixit ille
ad eũ p modũ icrepationis. Noli eſſe in/
credulus ſed fidelis, unde ſatis liquet Tho/
mam per octiduũ iſtud nõ credidiſſe Chri
reſurrectionẽ, ſiquidẽ tanta ſupplicia in eo
uiderat paſſionis & mortis acerbiſſimæ, ut
nollet ex aliorũ hominũ ſermõe experimẽ/
tũ credere uitæ. Eſt hic qdem apud ſanctos
Thom. an patres qſtio, An mortaliter peccarit Tho/
peccauit mas in illa tarditate credẽdi, qm, ut Chryſ.
Chryſoſt. ait, tardior ille fuit ad credendũ ea q diuini
tatis Chri erãt, ſicut in cœna dixit ad dñm
Iohan. 14 Dñe neſcimus quo uadis, & qũo poſſum⁹
uiam ſcire, Vnde hic ad credendũ fuit tar/
dior: Sunt qui medium ſentiant & dicant
Thomam, etſi nõ crediderit, non tñ oĩno
diffidiſſe, ideoq; nec incredulũ penitus ex/
titiſſe, ſed tñ, ne leuis haberet, fidelitatẽ ſu
ã ad tẽpus ſuſpẽdiſſe: Quicquid tñ illud ẽ,
adeo ſane neceſſariũ nõ ẽ Thomã magno/
pere excuſare, qm ſi pmiſit dñs Petrũ cade
re, alioſq; aplos oẽs offendi, qs miret idẽ ẽt
Thomę cõtigiſſe. Et eſt hoc qq; in Thõa
peculiare quiddã, qũuis.n. alij ẽt diſcipuli
ad credẽdũ erãt tardiuſculi, ſicut illos duos
Lucæ. 24 ſtultos & tardos corde uocat dñs, & alijs
Marci. 16 etiam congregatis exprobrauit increduli/
tatẽ & duriciẽ cordis, q ijs qui uiderant eũ
reſurrexiſſe nõ crediderunt, tñ peculiariter
illud exprobrauit dñs. Thomæ dicens, No
li eſſe incredulus ſed fidel. Hoc ex illo etiã
ſatis conſtat qđ nõ tardus tm ad credendũ
fuit Thomas, ſed & in petẽdo imodeſtus,
dũ duobus ſenſib. uiſu & tactu cupiuit red
di certior, Merito itaq; arguit ut ſupra mo/ Theophy
dũ curioſus, ita.n. Theoph. ait, Sicut facile
credere leuitatis eſt, ita ualde reluctari ru/
ſticitatis eſt craſſitudo. Vide naq; qũo neq;
oculis dicebat ſe credere, ſed &, niſi miſero
manũ meã, addidit. 3. Et poſt dies octo
iterũ erant diſcipuli eius intus, & Thomas
cum eis. Quæres hic forſitan, Quur tãdiu
diſtulerit dñs neq; citius electo ſuo appa/
ruerit diſcipulo? En tibi rñdet Chryſ. & ait Chryſoſt.
interea a diſcipulis edoctũ ijſdem auditis i
maius traheret deſyderiũ, & magis in fide
confirmaret: Neq; tñ illud etiã temere aut
ſine nrę informationis factũ eſt exemplo:
hinc.n. iure ut ait Cyril. ſanctę cõgregatio Cyrillus.
nes die octauo in eccleſiis fiunt, & foribus
ſublimiore mõ clauſis uiſibilr inuiſibilrq;
ingreſſus ſtetit in medio diſcipulorũ, pacẽ
precatus illis, Qua de re plura uide par. 2.
de tpe in ho. paſ. Quãuis etiã eo exiſtimari
poteſt uoluiſſe dñm octauo demũ die reſur
rectionis ſuæ fidẽ in Thoma adſtruere, q
dies octau⁹ ad reſurrectionẽ ptinet, uniuer
ſo hoc mũdo ſeptẽ ętatib⁹ ſeu dieb⁹ reuolu
to, ſicut.n. ſeptem dieb⁹ ſeptimanę uertun/
tur, ita ętatib⁹ ſeptem uniuerſus mũdi cur/
ſus abſoluitur, & ideo extrem⁹ dies iudicij
dies erit dñicus, q etiam dies futurus eſt p
petu⁹ ſempq; duraturus, iuxta illud Daui Pſal. 112.
dis Hęc eſt dies quã fecit dñs, ſed hęc alias.
Poſt dies octo congregatis diſcipulis, erat
etiã cũ eis Thomas, fecerunt ſane hoc apli
ex mandato Chri uſq; ad pentecoſtes, quã
do aſcenſur⁹ in cœlũ dixit ad illos, Sedete
in hoc loco & orate donec induamini uir/
tute ex alto: Quãuis quo ad lrãm ita cõue
niebãt occulte nocturno maxime tpe, pro
pter metũ Iudęorũ. Simulatq; igitur dñs
diſcipulos ſuos ſalutaſſet in uniuerſum oẽs
ipſiſq; pacẽ cõprecatus eſſet, uerus ille Sa/
lomon & pacificus exiſtens, cõuerſus dixit
Thomæ, Infer digitũ tuũ huc & uide man⁹
meas, & adfer manũ tuam & mitte in latus
meũ, O immenſam dñi miſericordiã, o igẽ
tem pietatẽ Chriſti, qui labi quidẽ permi/
ſit diſcipulũ in incredulitatẽ, ſed ipſum in
ea nõ deſeruit, dicẽte Da. Quũ ceciderit iu Pſal. 36
ſt⁹ nõ collidet, dñs.n. ſupponit manũ ſuã,

Ita hic q̃q; Chriſtꝰ manu ſua ſuffulſit Tho
Pſal. 36 mā, ne ipm̄ ī pc̄tis dimitteret, ſed illius exē-
plo Chr̄iani oēs in fide reſurrectiōis ſolide
firmarēt. Quā porro pie et paterne rē oēm
dn̄s Thomę ꝓponit, latus oñdit, qđ magna
charitate urgēte uulnerari ſibi permiſerat:
fixuras q̃q; clauorū ī manib. quib. cruci ad
fixus extiterat, uniuerſumq; genꝰ humanū
redemerat, quaſi diceret: Conſydera Tho-
ma dilectionē meā erga te et oēs totius mū
di pc̄tores in cruce exhibitā, ne ſis amplius
incredulus: ecce hæc oīa pro tuis & uniuer
ſi mūdi peccatis ſuſtinui, eſto igitur fidelis
Agnoſce me Thoma huiuſmodi ſignis pie
tatis & miſericordiæ, ſicut ego ꝓ te paſſus
ſum: illa autē in corpore meo portabo ad
ſuperādos & euincendos oēs ab infidelita-
te & ingratitudine ſua: Quiſq; ſibi in thea
tro pectoris ſui ſibi proponat Chriſtū ap-
to latere, cōfoſſis manib. dicētē, Thoma In
fer manū tuā in latus meū, unde qs nō cre-
dat exhorruiſſe Thomā, penecq; exanima-
An Tho. tū eſſe in cōſpectu Dei creatoris ſui, Atqui
tetigerit hic q̃ſtio naſcit̄, an corpaliter tetigerit Tho
Chriſtum mas cicatrices & uulnera Chriſti: ſunt. n. q
putēt ipſum ea fuiſſe reuerētia, ut ſtatim ui
ſo & cognito dn̄o prociderit in terrā, dn̄m
& Deū ſuū inclamās: Et ij aiunt ruſticū ni
mis fuiſſe & craſſum, ſi in bn̄dictū Chriſti
corpus latusq; ſuas manꝰ īmiſiſſet incq; eius
rei argumētū adferunt illud ꝙ deinceps di
xit dn̄s, quia uidiſti Thoma, credidiſti, un
de liquet cū ipſo teſtimonio Chr̄i, Thomā
ex uiſu credidiſſe, qñ nō dixit ad eum dn̄s
quia uulnerū meoꝝ contrectaſti cicatrices
ideo credidiſti. Et cōmuniter hic cōſentiūt
doctores, Thomā ſtatim uiſo dn̄o credidiſ-
ſe q̄dē, ſed tn̄ ad iuſſionē Chriſti latꝰ quoq;
& cicatrices manuum tetigiſſe, ꝙ magis ꝓ
1. Ioh. 1. pter nos fecit dn̄s ꝗ Thomę gr̄a: Sic Iohā.
ait, Quod audiuimꝰ qđ uidimus oculis no
ſtris, qđ pſpeximꝰ & manꝰ noſtræ cōtrecta
uerūt de uerbo uitæ: Ita Tho. ſibi uidit uul
nera Chr̄i, ad ædificationē autē fidei nr̄æ
Leo ēt tetigit: Vnde & Leo ait, Quis dubitet a
mortuis rediſſe ſaluatorē, cꝰ pſentiā agno-
uit oculꝰ, attrectauit manꝰ, digitꝰ pſcruta
tus eſt, Et iſra. Vt oēm ſuſpicionē incredu-
litatis a nobis excluderet, ſuffecit ad fidem
ꝓpriā uidiſſe ꝙ uiderat, ſed nobis opꝰ erat,
ut tāgeret quē uidebat: Sit itaq; cōſtās ſen

tētia Thomā ēt tetigiſſe dn̄m. Alia hic oc
currit q̃ſtio, Quō uulnera habuit Chri Roman. 6
ſtꝰ qui iā reſurrexerat īmortalis, teſte Pau- Cicatrices
lo, Vulnera autē habere, corpꝰ arguit cor- Chriſti
ruptibile: Rn̄det Beda Chr̄m uulnera ſua
4 de cauſſis reſeruaſſe. 1. Ad cōfirmandā
ſimul & ꝓbandā reſurrectiōis ſuę ueritatē,
q̄m hoc uno, Thomā ad fidē adduxit, et ali Luc. ult.
bi oīb. ſuis diſcipulis manꝰ & pedes oñdit,
inquit Lucas, Manꝰ quoq; et latꝰ ut ait Io.
2. Vt Chr̄s quum p̄ careſ pa trē ſuum cœle Iohan. 20
ſtē ꝓ nobis oñdere ei poſſet, q̄ & quāta pro
nobis in corpe ſuo ſuſtinuiſſet, ita. n. Iohā. 1. Iohan 2
dicit, Si quis peccauerit, aduocatū habemꝰ
apud patrē Ieſum Chr̄m iuſtum, et ipſe eſt
ꝓpiciatio pro pc̄tis noſtris, nō ꝓ nr̄is autē
tm̄, ſed etiā pro totiꝰ mūdi. 3. Vt agnoſcāt
electi quanta miſericordia & pietate ſint re Bernhar.
dēpti, oñdēte eis Chr̄o ſigna mortis & exi
mię ſuę charitatis, ait Ber. Ad extremū Vt
in extremo iudicio declarēt pc̄torib. ꝗ iu-
ſto iudicio cōdēnenſ, proponēs impijs uul
nera, q̄ ille ab eis iniquiſſime ſuſcepit, iuxta
prophetā: Videbūt ī quē trāſfixerunt, An Zacha. 2
autē cicatrices illas uulnerum ſemꝑ ſerua- q. 1. par. 6
turꝰ ſit dn̄s, ſuꝑ eo ait Aug. cōtra paganos
Sciat ſane qui has ꝓpoſuit q̃ſtiones, Chr̄m
poſt reſurrectiōnē, cicatrices nō uulnera de
monſtraſſe dubitantib. tunc autē illæ falſæ
cicatrices fuiſſent, ſi nulla uulnera p̄ceſſiſ-
ſent. Voluit autē certe diſpenſatiōis gratia,
ut eis quos ędificabat in fide non ficta, nō
aliud pro alio, ſed hoc qđ crucifixū uiderāt
reſurrexiſſe mōſtraret: In hūc ſenſum arbi-
tranſ ſancti patres cicatrices in Chr̄o ſemꝑ
māſuras ſimiliter & ī martyrib. Sic Be. ſuꝑ Beda
Lucā ait Chriſtꝰ cicatrices ſeruauit, nō ex
īpotētia curādi, ſed ut in ꝑpetuum ſuæ ui-
ctorię circumferat triumphum: Gre. q̃q; in Gregori.
mora. īquit Si quid in corpe Chr̄i poſt re
ſurrectiōnē potuit īmutari cōtra ueridicā
Pau. ſentētiā, pꝰ reſurrectiōnē dn̄s redijt in
mortē, quis dicere uel ſtultꝰ p̄ſumat, niſi qs
uerā carnis reſurrectiōnē denegat: Audi- Li. 22. ci-
te & B. Au. ṽbum p̄clarum & egregiū, uit. c. 30
Neſcio quō, inquit ille ſic afficimur amore
martyrꝝ beatoꝝ, ut uelimꝰ in illo regno
in eoꝝ corporib. uidere uulneꝝ cicatrices,
q̄ pro Chriſti nomine pertulerunt, & for-
taſſe uidebimꝰ: Neq;. n. aliq̄ illa in eis erit
ꝺformitas, ſed magis decor et dignitas qđ

fulgebitq; hic in corpore, non tamen corporis ſed uirtutum honeſtas & pulchritudo: Quapropter & dicunt doctores, non alia futura in ſanctis martyribus uulnera, q̃ ſunt pulchra quædã lineamenta & gemmæ, magno fulgore exornantia corpus in perpetuum ornamentum, ſicut alias ſerica & precioſa ornamenta καὶ τὰ κοιμήλια decorant habitum corporis. Obijciat autem aliquis, Quando ſolas uulnerum cicatrices habuit domin⁹, quomodo intelligetur iuſſiſſe Thomam immittere manũ in lat⁹? Reſpondeo ꝙ per immiſſionem hanc non eſt accipiendum latus adhuc fuiſſe apertũ ſicut in cruce fuerat: ea enim & temeritas magna apoſtoli, & ĩfirmitas in Chriſto futura erat: ſed quia in locum cicatricum & uulnerum iuſſus eſt inferre manum, ſicuti nos interdũ iubemus nobis latera contingi.
Chryſoſt. Damaſce. Chryſ. tamen putat latus Chriſti apertũ fuiſſe. & Damaſc. lib. 4. c. 1. & 19. ait Chriſtum ſeruaſſe cicatrices uulnerum, nõ quidem ſecundum naturam, ſed ſecundũ præſentem diſpenſationem: & potuit hoc ille cõmode facere, ut 40. iſtis diebus hic in terra diſcipulis ſuis apertis apparuerit uulneribus: eaq; poſt aſcenſionem ampli⁹ non habuerit aperta: Quomodo pie credẽdum hoc eſt, etiamnum hodie poſſe Chriſtum religioſo & pio alicui homini apertis apparere uulneribus, aut certe uulnerũ ueſtigijs, At nos iam dominum Deum deprecemur, noſq; ſancto apoſtolo Thomæ cõmendemus.

Homilia ſecunda ſuper eodem Euangelio.

SAnct⁹ Thomas ap̃l's nõ erat cũ reliquis decẽ, qñ in die ſancto paſchæ apparuit eis dñs: qui octauo die poſtea reuerſus dixit Thomæ. Infer digitũ tuũ huc. Vbi cogitare apud ſe quiſpiã poſſet, Corpus Chriſti quũ palpabile fuerit, ſeq; tangi ꝑmiſerit, q̃ritur an inde ſequatur illud etiã mortale fuiſſe, iuxta illud qđ ait Greg. Corrũpi neceſſe eſt qđ palpatur,
Grego & palpari nõ poteſt, qđ non corrumpitur: Reſpondeo huic & dico, uerũ ſane eſſe, qđ omne corpus palpabile, ꝑ ſe corruptibile eſt, niſi ex alio dono aut diuerſa qualitate fiat ĩmortale (Alia eſt adhuc ſolutio clarior ſed populo nimiũ difficilis intellectu: Corpus tãgibile tactu phyſico, id eſt actiue & paſſiue, illud eſt corruptibile. Sed corpus tãgibile tactu mathẽatico, id eſt quorũ ultima ſunt ſimul, nõ eſt ꝓpterea corruptibile) Eius rei hoc tibi ſume exemplũ, lignum aliquod putre aut uermiculus nocte lucẽs, conditionẽ ſiue ꝓprietatẽ geminã habet: alterã lucidã qua etiã atra nocte refulget, alterã ueri ſui coloris quẽ etiã interdiu refert Ita corpus q̃q; glorificatum duplicẽ habet ꝓprietatẽ, alterã ſecũdũ ꝓpriã ſuã naturã, & ſic tangi palpariq; poteſt, ſic Chriſt⁹ q̃q; dixit ad ap̃los. Palpate & uidete, quia ſpiritus carnẽ & oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere: Luc. 24. Alterũ donũ quoddã eſt, eo ꝙ ſubtile efficit & ſpiritui ſimilimũ, eo ꝙ palpari ſe nõ ſinit: Poteſt ergo corpus clarificatum exhibere ſe ſecũdũ ſuã ꝓprietatẽ: & ſic palpabile ẽ, uel iuxta ſubtilitatẽ, & ſic palpari nõ poteſt, Eodẽq; mõ corpus glorificatũ abſcondere ſe poteſt & cælare, aut uidendum ſe exhibere: Hoc de S. Bartholomeo apoſt. refert, ipm etiã ĩmortali corpe uiſibile aut ĩuiſibilẽ ſeſe exhibere potuiſſe, ꝓ arbitrio ſuo (Ales par. 3. q. 22. mem. 2. arti. 2.)
Quod aũt Greg. ait corrumpi neceſſe eſſe quidquid palpat̃, eo ſenſu dictũ eſt, ꝙ ea q̃ craſſa ſunt ſuæq; materiæ cauſſa tangi poſſunt, ex ſuapte natura corruptibilia ſunt. Gregor Corpus aũt quia corpalis diſpoſitionis gratia multũ ſolidũ eſt, tangi facile poteſt. Vtiꝙ igitur etiã dñs ĩ ſuo glorificato corpe uideri tãgiq; ſe ꝑmiſit qñ uoluit, quũ uero noluit, neq; uideri potuit neq; palpari, nõ q̃dẽ ex ipſa corpis natura ſed uirtute gloriæ. Et ideo Gre. ait in eadẽ hac re duo miracula & iuxta hũanã rõem ſibi ualde cõtraria oſtendit, dum poſt reſurrectionem ſuã corpus ſuũ incorruptibile, & tamen palpabile oſtendit. Gregori: Etiã ꝙ clauſis ingreſſus eſt foribus, impaſſibilitatẽ ſuam demonſtrauit: ꝙ tangi ſe permiſit, naturam oſtendit paſſibilem, gloria uero impaſſibilẽ ipſum reddidit: ſiquidem ꝙ nos tam admiranda facta credimus, fidẽ nobis faciunt alia quæ maiori ſunt admiratione digna.

2 Confunditur circa hunc contextum
ualideqꝫ refellitur hęreſis Euticetis,qui uo
luit corpora eorum qui a morte reſurrexe-
rint uento eſſe ſubtiliora & aëre, Cõtra eũ
miſſus eſt S. Greg.cum adhuc inferioris
In regiſt. eſſet dignitatis puta Apocriſarius,qui nũc
legatus dicitur, Conſtantinopolim uſqꝫ:
& ibidẽ hæreſim hanc extinxit,ſicut in ui-
ta Greg.legere eſt,ipſeqꝫ eius rei mentionẽ
facit ad Leãdrum epiſcopũ: Corpora ete-
nim in tenuitate & ſubtilitate tanta,quõo re
tinerent formam & effigiem hominis, aut
quo pacto uerum ſeruarent ſanguinẽ, car-
nem,uenas, oſſa,neruos & ſimilia? Aduer-
ſus erroneam iſtam ſectam facit, quod
hic dominus, de latere & manibus ſuis
teſtimonium adfert,& quando apud Lu-
Luc.24 cam dixit,Palpate & uidete, quia ſpiritus
carnem & oſſa non habet, ſicut me uide-
tis habere: Membra igitur uera aderunt in
reſurrectione hominum,ſed tamẽ impaſſi-
bilia illa,ſubtilia &cæ. Conſpicatus itaqꝫ
dominum Thomas,audita ipſius iuſſione
exclamat, Dominus meus & deus meus.
Hæc illa magnifica Thomæ confeſſio eſt,
quam in nullo Euangelij loco, de aliquo
Auguſti. legimus apoſtolo: Vidit enim ille,ut ait
Auguſt.hominem & confeſſus eſt Deũ:
per hoc tamen ꝙ dominicum corpus pal-
pauit,ſine dubio credidit,quod non uidit,
Reliqui apoſtoli tantum dixerant. Vidim⁹
dñm,nihil profeſſi de ſua maieſtate, ſicut
hic Thomas geminam in una perſona na-
Ioha. 10. turam teſtatus eſt: Ita enim Theoph. ait,
Duas naturas & unam hypoſtaſim unius
Chriſti docuit:dicẽdo nãqꝫ dominum hu-
Theophy. manam indicat naturam, quomodo & de
hominibus dicitur ille dominus,ſicut Do
Iohan. 10 mine ſi tu ſuſtuliſti eum: Dicendo,autem
deus meus,diuinam ſubſtantiam oſtẽdit,
& ita unum & eundem eſſe dominum, &
Deũ: Sic quoqꝫ Thomas, dũ illũ ſuũ dñm
fatetur, ſe ſeruũ ipſius efficit, Sicut Dauid
Pſal. 115. inquit. Seru⁹ tuus ego ſum & filius ancillę
tuæ: Nullam iſtarum profeſſionũ reliqui
Lucæ 24 fecerunt apoſtoli, qui teſte Luca etiam
ſpiritũ ſe uidere putarunt, ideo increpans
eos dixit,Quid turbati eſtis, & cogitatio-
nes aſcendunt in corda ueſtra? Quumqꝫ
oſtendiſſet eis manus & pedes, adhuc illis
non credentibus &cæte. ait Lucas. Sed
non incommodę quęſtionis cuiuſdam ad
monuit me Maria Magdalena, q̃ hic pro-
ponenda eſt,cogitares forſan, Quid eſt ꝙ *Iohan. 20*
diuerſis adeo modis egit dominus cũ Ma-
ria Magdalena & hic cum Thoma, Mariã
prohibet a contactu ſui: Thomam ultro
palpare iubet: Et adhuc difficilior fit q̃ren
di ratio ex uerbis dñi,ſic enim ait. Noli me
tangere,quia nondum aſcendi ad patrem
meũ: Quod ſi hæc cauſſa quur eum Mag-
dalena non tangat,neqꝫ Thomæ palpan-
dus erat: neqꝫ enim tum etiam aſcenderat
ad patrem,locus hic & Auguſtino & Ci-
ryllo difficilis iudicatus eſt,& in ſcholis ad
longum poſſet extendi,nos paucis explica
bimus. Quod Magdalenam uetuit tangẽ
re, referri poteſt, quod uidebatur illa ex
priſtina conſuetudine eũ tangere uoluiſſe,
lætitia quoqꝫ nihil de eo magnum cogi-
taſſe: Et hoc quidem in ſe uerum eſt, ſed *Chryſoſt.*
quæſtioni ſatis non facit, quum dominus
ait ſe nondum aſcendiſſe ad patrẽ. Auguſ. *Auguſti.*
itaqꝫ in ea eſt ſententia,ut putet Chriſtum
hic loquutum non de corporali ſua aſcen-
ſione,ſed de aſcenſu ſuo in corde per uerã
fidem,quo modo necdum aſcenderat ille
ad patrem in animo Mariæ: quoniam aſcẽ
ſio Chriſti in cœlum, ſignificat Chriſtum *Hebræ. 3*
æqualẽ eſſe Deo patri: unde & in ſymbo- *Collo. 3*
lo confitemur, aſcendiſſe eum in cœlum,
iamqꝫ ſedere ad dextram patris, Magdale-
na autem idipſum non credidit,eo ꝙ quæ
ſiuit de furto corporis ſui, cuius curam nõ
habuiſſet,ſi Chriſtum patri æqualem eſſe
credidiſſet: Cuius rei euidens illud habe-
mus argumentum,ꝙ cæteræ mulieres pe- *Math. 28*
des domini tetigerunt. Thomas uero quã-
do iam credebat Chriſtum uerũ eſſe Deũ
adeoqꝫ Deo patri ęqualem,ſicqꝫ iam Chri
ſtus in corde ſuo aſcenderat,meruit ille tan
gere Chriſtum.

3 Chriſtus ſe exhibuit Thomæ: Tho
mas in eum credidit, Chriſtus iuſſit eum
inferre manum in latus ſuum: Et tetigit eũ
Thomas,ſimulqꝫ magnifice confeſſus eſt
Dominus meus & deus meus: Adhoc ſen
tentiam Chriſti audite. Quia me uidiſti
Thoma credidiſti,non ait tetigiſti me, ſed *Anſhel.*
quia uidiſti me: unde fit ut dubitet Aug.

an tetigerit Tho. dñm aut nõ, ſed de hoc ſa-
tis dictũ eſt ſupra: Nunc Chriſti uerba tm̃
ponderemus, quoniam ea plena ſunt ſapiẽ-
tiæ & ſalutaris doctrinæ: Si enim uenturi
eſſent aliqui nolentes credere, niſi palparẽt
Cyrillus. dominum, excuſaturi ſuam incredulitatẽ
exemplo Thomæ, eorum ſententiam hoc
uerbo dominus refutat, quum ait. Quia
Chryſoſt. me uidiſti Thoma credidiſti, beati qui
non uiderunt & crediderũt: Verbum hoc
nobis multam conſolationẽ adfert, & gau-
diũ magnum, eo ꝙ nõ uidentes credimus
tamẽ: Diceres enim ſi in illa incidiſſem tẽ-
pora quibus Chriſtum uidere potuiſſem
miracula faciẽtem, facilius crederem: Imo
per hoc nihil tibi decedit, adeo ut accedat
magis: Beati enim qui nõ uiderunt & cre-
diderunt, quo dicto confirmare dominus
uoluit fidem gentium, qui poſt ſuam aſcen
ſionem tandẽ per ſigna & doctrinam apo-
ſtolorum erant crediture: Sed de ijs quoq;
plura deinceps. Hic iam quæſtio incidit,
quomodo uerba illa Chriſti conueniant in
ter ſe, Tho. quia me uidiſti credidiſti, quũ
Hebr. 11. tñ ex Paulino dogmate, fides argumentũ
Auguſt. ſit rerum non apparentium, hinc & Aug.
ait: Quid eſt fides aliud niſi credere quod
non uides? Quur ergo hic dominus dicit,
quia me uidiſti, credidiſti, quũ inſuper in
1. Cor. 4 alio loco dicat apoſtolus: Quæ uidentur,
temporalia ſunt, quæ autem non uidentur
æterna ſunt: Reſpondeo, quoniam aliud
uidit Thomas & aliud credidit, Chriſtum
ille uidit hominem, & credidit deũ quẽ nõ
uidit, itaq; & illa fides Thomæ de reb⁹ fuit
non apparentibus, ex eo enim ꝙ uidit Tho
mas ſigna iſta diuinitatis & operationem
ſuam in humanitate, ſtatim credidit diuini
Gloſ. Grego. tatem: Eiuſdem fere ſententiæ fuerunt ue-
teres doctores, quia credere eſt de aliqua
re cogitare cum aſſenſu rei cui ſimpliciter
adhæret, eoq; proprie perfectio eſt fidei &
donum dei, ſicuti & fidem dei donum uo-
1.Cor.12 cat Paulus quum inquit: Vnicuiq; datur
manifeſtatio ſpiritus ad utilitatẽ, alij enim
datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ,
alij fides in eodem ſpiritu, fides hæc homi
ni confertur per infuſionẽ luminis a Deo,
quo adhæremus primæ ueritati ſuper om-
Dionyſ. nibus propter ſeipſam, ut ait Dionyſ. ſicq;
immobile quoddam fundamentum eſt fi-
des fidelium omnium & ueritatis, neq; eſt
ex humana ratione & intelligẽtia, ut uane
& curioſe ſomniant Neochriſtiani. Alte
rum in fide eſt coram meminiſſe & cogita-
re credenda, iuxta illud Pauli, fides ex au- *Rom.10.*
ditu eſt, auditus autem per uerbum Dei.
Vidit autem Thomas, hoc eſt præſentiali-
ter recogitauit ſicut extrinſecus uidit & au
diuit, lumen tamen fidei inuiſibiliter ei in-
fuſum eſt diuinitus. Et quid multa? Quod
Maria, & apoſtoli & alij multi dominum
uiderunt, alijq; crediderunt, alij non, quod
uiderunt id opus nõ erat credere, propter
tamen miracula quæ uidebant, credentes
uirtutem diuinã & ipſam diuiuitatem quã
non uidebant, in eo ipſo diſcrimen habue-
runt ab infidelibus.

4 Quũ dicit dñs Beati qui non uiderũt,
& crediderũt: Principio intelligi debẽt uer
ba hæc nõ de p̄terito ſed futuro, ſed quod
de futuris tanq; preteritis loquutus eſt do-
minus propter certitudinẽ factũ eſt, quo-
niam certum adeo erat in prouidentia dei,
ut ſi iam factum eſſet. Vunde & Aug. ait, *Auguſt.*
preteriti temporis uſus eſt uerbis, tanq; ille
qui quod erat futurum in ſua prędeſtina-
tiõe nouerat iam factum: Deinde abſit ut
quiſquam hæc uerba ita intelligat quaſi
S. Thomas priuatus ſit beatitudine, ſed
ſic conſolari uoluit dominus eos qui non *Theoph.*
uiderant, ut nos quoq; Beati eſſe poſſemus
qui tamen dominum in ſua uiſibili ſpecie
non uidimus. Adhæc cogitare quis poſſet
quomodo beatos hic p̄dicet dominus qui
etiam non uidentes crediderunt, qui tamẽ
alibi Beatos dixit eſſe oculos qui uiderent,
quæ uiderunt apoſtoli? Reſpõdetur, quia *Luc.10*
ſicut Thomas beatus extitit & uidit, ſuaq;
uiſione fidem noſtram confirmauit, quum
ipſi non uideamus, teſtante Petro quum *1.Pet.1*
ait, quem quum non uidetis diligitis, in
quem nunc quoq; non uidentes creditis:
Ita & apoſtoli eo ꝙ uiderũt dominum mi-
niſtri facti ſunt uerbi Dei: Alij autem qui
ea non uiderunt beati tamen facti ſunt, nõ
ſequentes fabulas ut crederent eis. Ideo &
Lucas ait, ſicut tradiderunt nobis miniſtri
ſermonis, ꝗbus alibi loquut⁹ ad apoſtolos
eſt dominus de uiſione qua illi corporali-

ter aduentū uiderunt & præſentiam Meſſię in carne, quod patres antiqui tanto deſyderio & ardore cupierunt, ſicuti dominica. 14. a ferijs paſchæ ad longum eſt explicatum. Atqui nos quibus non licet eſſe tā beatos, ut hic in terra uideamus Chriſtum domini in carne, oremus Deum ut ille nobis gratiā largiatur & uirtutē, ipſum cum Sancto Thoma conſpiciendi in ęterna patria, Amen.

Tom.2

De Sancto Thoma Apoſtolo.

THomas unꝰ ex duodecim, tardus admodum extitit in credēdis illis quæ narrauerant apoſtoli & diſcipuli Chriſti, ſed multam fidē adhibuit uerbis Chriſti, cuius uulnera ſancta palpauit. Poſt apoſtolorum diuiſionē quum & ipſe eſſet in Cæſarea, apparuit ei dn̄s, ipſumq́ adduxit ad Abbanen ſummum Indici regis præfectum, quē ille emiſerat ad inquirendum architectum aliquem egregium, qui ſibi palatium extrueret: In uia uenerunt ad regis cuiuſdam nuptias, in quibus muliercula hebrea cantilenas ſuccinebat hæbraicas, & architriclinus Thomam ibidem percuſſit in maxillam eo ꝙ non comederet: Vbi Thomas hębraice dixit ad eum, Quia canis circunferet hic iſtam manum tuam in palatio. Neq́ multo poſt dilaniato illo a leone detulit canis manum ipſius in palatiū ad conuiuium: Idipſum hębræa iſta conſpicata, quum uerba Thomæ intellexiſſet, ꝓcidit ad pedes eius, & omnia palam enarrauit: Cui ſcripturæ, inquit Aug. licet nobis non credere, non enim eſt in catholico canone, & tamen hiſtoria hæc legitur: Ibidem etiam S. Thomas ſpōſum & ſponſam mirabiliter conuertit ad fidem. Deinde profectus cum Abbane ad regem Indiæ pecuniam acceptam ad ſtructuram palatij pauperibus erogauit, ipſumq́ regē in fide erudiuit, qui iratus primum, deinde tamen quum fratrem ſuum uidiſſet mirabiliter reſurgentem, conuerſus eſt ad Chriſtum. Poſt hæc alio profectus, ſecundum quoſdam tres magos baptizauit, & in ſuperiori India multos homines conuertit, reginam quoq́ cum ſorore, quo nomine ille deinceps a rege & ſocero ſuo Cariſio multis eſt adfectus ſupplicijs, primū enim ſupra ferrum ignitū & candeſcens ire coactus eſt, deinde in fornacem ardentē coniectus: Adductus autem in templum ſolis oratione ſua effecit ut idolum contereretur & periret, ubi in furorē conuerſis ſacerdotibus templi, ab uno eorum confoſſus eſt gladio, uel ſecundum Iſidorum, lancea. Cęterum Thomā non adfuiſſe in aſſumptione Mariæ, ſed ipſam ei deinde apparuiſſe & cingulum ſuum donaſſe, nihil habemus ſolidæ ſcripturæ. Similiter Pręſtanū Indię regē Calixto 2. retuliſſe, S. Thomā in ciuitate Hulna annuatim cōmunicare hoīes, ex nullis monumentis fit ueriſimile: Corpus tn̄ ipſius ex India trāslatū eſt in ciuitatē Ediſſam, ubi multa fieri miracula narrātur, quibus iam pro tēporis breuitate obmiſſis, deprecemur dominum Deum &c.

Iohan. 20

Li.12. De ſer. do.i mon.

Chriſoſt.



Sacratiſſimo die natiuitatis Chriſti, Euangelium in miſſa gallicantus Lucę ij.

In diebus

IN diebus illis, Exijt edictũ a Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis: hęc descriptio prima facta ē a p̄side Syriæ Cyrino. Et ibant oẽs ut profiterentur, singuli in suam ciuitatem. Ascẽdit autem & Ioseph a Galilęa de ciuitate Nazareth in Iudęã in ciuitatem Dauid, q̃ uocatur Bethlehẽ, eo ꝙ esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cũ Maria desponsata sibi uxore pre-
Math.2. gnante. Factũ est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in pręsepio, quia non erat eis lo-
Acto.12 cus in diuersorio. Et pastores erãt in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas dei circũfulsit illos, & timuerunt timore magno
Act.9 *Eph.2* Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid, & hoc uobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in pręsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militię cœlestis laudantium deum et dicentium, Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

Homilia prima

DEscripturus Christi natiuitatem Lucas, tãq̃ ueridicus Historiographus oẽs ad rem necessarias circũstantias expressit, ubi primũ sic ordit̃: Exijt edictũ a Cęsare Augusto. Multo iã tũ tẽpore multa magnaq̃ bella gesserãt Romani per uniuersum orbem, sicuti multi ueteres narrãt historici T. Liuiꝰ. L. Florꝰ & alij: Appropinquante autẽ tẽpore natiuitatis Christi, tanta pax facta est ut totus orbis sub unico describeretur imperatore Aug. quod insolitæ pacis & concordiæ signum extitit: Ita Beda inquit, Pacatissimo tẽpo- *Beda*
re sęculi, ꝑcreatur Christus, qui pacẽ quęrere docuit, & pacis sectatores īuisere dignatur: Sed quod ille signũ dare potuisset certius, nisi uniuersum orbem uni subiectum fuisse dño, quẽ ipse per suos præfectos curarit describi? Nõne sic impleta est prophe- *Isa.2*
tia Isaiæ de Chr̃o: Iudicabit gentes & arguet populos multos: Et cõflabũt gladios suos in uomeres & lãceas suas in falces, nõ leuabit gẽs cõtra gentẽ gladiũ, nec exercebuntur ultra ad pręliũ: Idem & Micheas consimilib. uerbis cõmemorat. Isaias autẽ *Mich 4.*
deiceps sic ait, habitabit lupus cũ agno, & *Isa.11*
pardus cũ hædo accubabit: Vitulus & leo & ouis simul morabunt̃, & puer paruulus minabit eos. Hæc omnia de illa uniuersali pace prædicta sunt, quã scriptura huiusmodi uerbis circunscribit, ꝗ̃uis iuxta literam quoq̃ fieri potest, ut multi ex gladijs suis uomeres & falces sibi cõpararint: Et in hac pace tãta Christus natus est, anno imperij Augu. 42. quẽ etiã Iosephus tunc monarchã fuisse refert. Ita p Lupos intelligi pos- *Iosephus*
sunt furiosi, e quorũ numero Paulus fuit, q deinceps inter oues christianos habitarũt: Porro de sacri Romani imperij dignitate, & quanto honore illud dignatus est deus, quæ oĩa diligenter attendere oẽs tũ principes tum ordines Imperij, & Christianam obedientiã Cæsareę atq̃ Catholicæ maiestati cõstanter exhibere debent, plura nũc dicere ultro supersedeo, & ob honorẽ tantæ festiuitatis, de natali Christi Iesu sermonem contexere pergo: Imperator August. *1.reg.ult.*
uniuersum iussit orbem cõscribi. Dauid aliqñ populũ Hebręum numerauit & peccauit, grauiter sup hoc correptus a dño: An autẽ hic etiã simili facto peccarit August. quorsum attineret uos hoĩem ethnicũ excusare? ꝗ̃uis si eo aĩo fecit tm̃, ut accepta ꝑ singulorũ hoĩum capita congestaq̃ pecu-

nia,regna ſua per totũ orbẽ in pace tueret̃,
Chryſoſt. ſane nõ peccauit: Sicut.n. Chryſ.ait,cenſus
Math.22. ille omnẽ mouit Iudęorum indignationẽ
Rom. 13 aduerſus Romanos,quare & interrogabãt
dñm dicẽtes: licet ne cenſum dare Cæſari?
Et ſi adfectum huiuſmodi habuiſſet,neq;
ſic incuſandus eſſet,qñ & Paulus ait: Red-
dite oĩb.debita,cui tributum tributum,cui
uectigal uectigal, cui honorem honorem.
Quid multa? nihil aliud reſpexit hic Aug.
ꝙ tp̃alẽ admĩſtrationẽ, uerum per ip̃m im
plere uoluit op̃s Deus, qđ ab ęterno p̄de-
ſtinauerat fieri debere in filij ſui natiuitate.
Greg. 2. Greg. deſcriptionẽ hanc paulo alti⁹
inducit, & ait: Quid eſt,ꝙ naſcituro dño
mundus deſcribitur, niſi hoc quod aperte
mõſtrat̃,quia ille apparebit in carne,q ele-
ctos ſuos adſcriberet in æternitate, quot-
quot.n. beãtur, ad id non tantum ab æter-
no ſunt prædeſtinati,ſed & tẽporaliter per
gratiã ſpirituſſancti conſignati ſunt & cõ-
ſcripti,de quib. Iſa,ſic ait: Erit oĩs qui reli-
Iſa.4 ctus fuerit in Syon & reſiduus in Hieruſa-
lem,ſanctus uocabit̃ oĩs qui ſcriptus eſt in
uita in Hieruſalẽ. Sed & Daniel inquit. In
Daniel.12 tẽpore illo ſaluabit̃ populus tuus, oĩs qui
inuentus fuerit ſcriptus in libro: Sic deſcri
Luc.10 pti fuerunt apoſtoli de quib. dñs dicit, gau
dete & exultate, quia nomina ur̃a ſcripta
ſunt in cœlo,ſic deſcripti fuerunt et Coryn
thij, quibus Paulus ait: Vos epiſtola eſtis
2.Cor.3 Chriſti, miniſtrata a nobis & ſcripta non
atramento,ſed ſpiritu dei uiui: Imo & deus
inſcribit cuiuſcunq; hominis cõſciẽtiæ uer-
bũ ſuum & doctrinã ſalutarẽ: Hinc eſt qđ
Dani.7. cõſcientiæ hoĩum libri appellant̃,ſicut Da
niel libros apertos eſſe uaticinat̃: Sed & no
titia Chriſti quam de ſanctis ſuis habet, li-
ber eſt, ut ibidem commemorat Daniel,
alium quoq; eſſe librum apertum, qui ſit
liber uitæ, de eo etiam Malachias ſic ait,
Malach.3 Scriptus eſt liber monumẽti coram eo ti-
mentib. dñm & cogitantib.ᶠnomẽ ei⁹: Hic
ille codex ẽ ad cui⁹ pręſcriptum, iudicãtur
Pſal.149. uiui & mortui,iuxta illud Dauidis: Vt fa-
ciant in eis iudicũ cõſcriptum,gloria hęc ẽ
oĩb. ſanctis eius: Cæterum inter deſcriptio-
nẽ illã dei & Cęſaris quãtum intereſt: hic
enim illud fecit ratione cenſus & ſubſidia-
rij ſtipendij: Chriſtus autẽ ſuos cõſcribit in
ſignum uitæ ęternæ,ſicut Ioãnes ait: Vidi
ſuper montẽ Syon agnũ,et iuxta eũ cẽtum Apo.14
quadraginta quatuor millia, & habebant
nomẽ ſuum et nomẽ patris ſui ſcriptum in
frontib. eoꝝ. Huiuſmodi aliæ rationes plu
rimæ adſignari poſſent eius rei,ꝙ ſub Au-
guſto deſcriptus eſt orbis,q̊ nomine magis
etiam decuit tunc naſci Chriſtum. Quo ad
literã autẽ uoluit hic Euãgeliſta docere Iu
dęos, adeſſe iã tp̃s impletæ ꝓphetię Iacob
de aduẽtu Meſſiæ, qñ ablato iam de Iuda Gen.49
ſceptro penes Romanos oẽ erat imperium
et dñiũ, tum Iudęorũ, tum orbis uniuerſi.
Vos itaq; dilectiſſimi dum auditis Chriſtũ
pacatiſſimo tp̄e natum,anno Auguſt.42.
ut & ipſe inter Deum & hoĩes pacem con-
firmaret,& ſuos ad æternã conſcriberet fœ
licitatẽ: Inter uos etiã pacẽ cõſeruate mu-
tuã,odium ex animis ueſtris procul abijci-
te, alter alteri ex charitate fraterna condo-
net,in honorẽ pacifici pueri Ieſu, & in ſuã
cuiuſq; animę ſalutem.
3. Euangeliſta deſcriptionẽ hanc pri-
mum factã ait a pręſide Syrię Cyrino,non
ꝙ antea nulla facta ſit, plures enim uel Io-
ſephus teſtatur eſſe factas,ſed non per uni- Li.17
uerſum orbem, ſed hæc ab Auguſto inſti-
tuta,primũ in Iudæa exerceri cæpta eſt,un
de ad oculũ pateret Iudęis ꝓphetias ſuas
eſſe impletas,iam enim locum amplius nõ
habebat quod olim dixerat dñs: Cõſtituet Deut.28
te dñs Deus tuus in caput,non in Caudã,
& eris ſemper ſupra & nõ ſubter, ſi tamen
audieris mandata dñi Dei tui (Semper au Semper
tem nõ dicit ꝑpetuã durationẽ ſed longã, עולם
ſecundũ uſum etiã linguæ ſanctæ) Cõſum
matum id iã erat finemq; cęperat ſubiectis
illis Cęſari,iuxta iſtud Threnorũ,princeps Thren.7
prouinciarum ſub tributo. Adſignari ſolẽt
& plures aliæ rationes, quur deſcribere cæ
perit Auguſtus orbẽ in Iudæa, & Hiero. Hiero.
quidẽ putat id ideo factũ,ꝙ Iudæa mediũ
in terra locum occupet,quod tamen abſo-
lute intelligẽdum non eſt,quia ſic æquino
ctiali ſubiecta eſſe deberet,& æque diſtare
a polis,quum interim latitudo eius ſit.32.
graduum,ſed tantum quoad terram habi-
tabilẽ, Iudæa media collocari poſſet,eſt.n.
in.4.climate & in gradu.66. lõgitudinis, Iudi.9
ſic in libro Iudicũ legimus populũ deſcen-
diſſe

diſſe ab umbilico terrę, umbilicũ autẽ medium accipimus, ꝙuis nõ cum pręciſione, ſic de Chriſto etiam Dauid ait, quia operatus eſt ſalutem in medio terræ. Quãdo ita ꝙ Cyrinus deſcribebat homines ſingulos, eos oportebat dare denarium, ut nomen quiſq; ſuum profiteretur Cæſari, ſic ſinguli in ſuas ciuitates abibant, ut ſiſterẽt ſe in eadem urbe qua nati erant: O domine deus, gratiam nobis tuam benignus impende, ut per tuam ſanctã natiuitatẽ perueniamꝰ in eã ciuitatẽ unde excidimus, in regnum cœloꝝ, iuxta illud propheticum. Tollam uos de gentibus & cõgregabo uos de uniuerſis terris, & adducam uos in terram ueſtram. In ea hominum multitudine profectus eſt & Ioſeph a Nazareth Gallilęæ in Bethlehem ciuitatem Dauid: Ecce autẽ

Ezec.36. Theoph.

ꝙ cõmode Cæſar prophetiæ inſeruit, ideo enim fit deſcriptio, ut quum omnes in ſuas patrias irent, aſcenderet & uirgo in Bethlehem, naſcereturq; ſic dominꝰ in Bethlehẽ, ac impleretur prophetia, uix nanq; iam in Bethlehem uentura erat Maria, niſi Auguſtus orbem deſcribi demandaſſet: Quidam hic expendunt etymon nominis Ioſeph, cui reſpondet apud Romanos Auguſti appellatio, utrunq;. n. auctum uel additum ſignificat:

Ioſeph. Auguſt.

Verum hoc maiori recogitatione dignum eſt, ꝙ diligenter adeo euangeliſta deſcribit, unde exierit Ioſeph, quia a Galilęa de ciuitate Nazareth, abijt in Bethlehẽ Iudeæ, ſiquidem & aliud Bethlehẽ, autore Hier. adhuc erat in Galilæa ſub tribu Zabulõ, qđ etiã ex Ioſue liquet apertius: Hinc eſt ꝙ proprie adeo Lucas Bethlehẽ hic deſcripſit, ut melius cum prophetia Michęæ conueniret, qua de re plura in ferijs Epiphaniæ.

Hierony. Mat.5 Ioſ.19

4 Occurrit hic quæſtio, quandoquidẽ Ioſeph & Maria fuerunt de domo & tribu Dauid, quur ille non profectus eſt Hieruſalẽ, ubi deſcribi multo poterat honeſtius, quando illa ciuitas Dauid iam olim dicta fuerat, ſicut ſcriptum eſt. Cæpit Dauid arcem Sion, hæc eſt ciuitas Dauid, & alibi Sepultus eſt Salomon in ciuitate Dauid, ſepultus eſt autẽ ille in Hieruſalem ſupra montem Syon, uel ſcriptura itaq; teſtante Hieruſalem ciuitas eſt Dauid: Reſpondetur, oportebat Chriſtum naſci de tribu Iuda, ſicut Iacob in ſpiritu pręuiderat, & Ioãnes exclamat: Ecce uicit leo de tribu Iuda, Iacob quoq; dicebat Catulus leonis Iuda: quando igitur naſci oportuit illum de triba Iudæ, uoluit in illa etiam regione naſci quæ tribui Iudæ adiudicata fuerat: In diuiſione autem Hieruſalem non tribui Iudæ contigerat ſed Beniamin, ſicut in Ioſue ciuitates Beniamin cõmemorantur, in quibus etiam Iebus eſt, puta Hieruſalem, quę quod ciuitas dicitur Dauid non fit ratione diuiſionis, aut tribus & generationis, ſed quia filij Beniamin nõ præualebant Iebuſæum expellere ex Hieruſalem ſiue Iebus, quod tamen præſtitit Dauid, deinceps ciuitas dicta eſt Dauidis ex uictoria non diuiſione. Chriſtus autem de tribu Iuda natus, naſci inſuper uoluit ea parte regionis quæ ad tribum Iuda pertinebat: Verum & Dauid in Bethlehem natus eſt, ſicut legitur quando miſit dominꝰ Samuel ut uocaret Iſai Bethlehemitã cum filijs ſuis, ex quorum numero Dauid quoq; unus extitit: Ad hæc Dauid nõ Hieroſolymis ſed in Bethlehem ſepultus eſt, teſtatur enim Euſebius & poſt eum Hieronymus, ſuis ſęculis in uia a Bethlehem in Hebron ſepulchra Dauidis & Ieſſe uiſa, quo nomine Petrus dixit Iudæis: Dauid mortuus eſt & ſepultus, cuius etiam ſepulchrum apud nos eſt uſq; in hodiernum diem, non ait, quia hic eſt: Quod autem narrant nonnulli de marſupijs octo, quæ ideo cõfici Salomon ipſe curarit, non magni facio: ex ijs unum aiunt aperuiſſe Hyrcanũ & inde regi Antiocho trecẽta numeraſſe talenta, eundem quoq; de reliqua pecunia ędificaſſe xenodochium ſeu hoſpitale in Hieruſalem, ad mitigandam murmurationẽ plebis: Atq; hinc cępiſſe hoſpitalia pauperum, hæc omnia miſſa facio: Ioſephus tamen mentionẽ quoq; facit eius rei, teſtaturq; ſepulchrum Dauidis fuiſſe in Hieruſalem, & Herodẽ aperuiſſe loculũ ſeu marſupium unum, immenſamq; inde pecuniã exemiſſe, alios loculos inueniri non potuiſſe: Verum id mihi non omnino fit uerisimile, tantum pecunię tam longo tempore uno in loco relictã fuiſſe, in ſummis etiam periculis, quando

2.Reg.5 3.Reg.1 — Apoc.5 Gene.49 — Ioſ.18. — Ciuit. — 1.Reg.19 3.Reg.2 Lib.2 Hiſto. eccleſia. De locis Heb. Act.2 — 2.Mach. — Li.1. Ioſeph: ca.ult.

Hieroſolyma ipſumq; templum dirutum, & deinceps ſumptibus ex plebe collectis eſt rurſus extructum, ubi nō pepercisſent argento huic, quanta ipſius eſt apud homines cupiditas: Quicquid tamen illud eſt, nobis ſatis eſt cauſſis iā adſignatis uoluiſſe dominū naſci in regione tribus Iudæ quo ad ſortem, ad implēdam prophetiam quæ ſic habebat: Et tu Bethlehē Ephrata par-
Michæ.5 uulus es in milib⁹ Iuda: ex te mihi egrediētur, qui ſit dominaror in Iſraël, & egreſſus eius ab initio a dieb. æternitatis. Eſtq; ille nō exiguus eius ciuitatis honor nec parua dignitas, eam ſibi ab æterno elegiſſe Chriſtum, ut in ea naſceretur, quando etiam loci nomen non incongrue ſibi cōueniebat, Bethlehem enim domus panis interpreta-
Greg. tur, ait Grego. Et licet nomen iſtud merito habuit propter fertilitatem ſuam, magis tamen merito propter Chriſtum ſic dicta eſt, qui ut ipſe ait, panis uiu⁹ eſt qui de cœlo deſcendit, bene ergo in frugifera multūq; fertili ciuitate natus eſt, qui animas electorum in æterna patria ſatiaret: Atq; ideo tota etiam circuniacens regio Ephrata dicebatur, ꝙ & Chriſtus ipſe fructibus ha-
Ruth.1 bundet, iuxta illud: Venite ad me omnes
Math.11 qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiā uos: Recēs itaq; ille natus paruulus nobis quoq; ſuam impartiri dignetur fertilitatē, ut poſt hanc uitam pane & ſaturitate potiamur fœlicitatis æternæ. Amen.

Homilia ſecunda in ſanctiſſima ſolennitate natalis Chriſti.

Chriſoſt. DOmino dirigente, inquit Chryſo. Auguſtus hoc edictum cēſuit, ut unigenito patris famuleſ, nā hoc edictum matrem attrahebat in patriā, quā prophetæ prædixerant. ſ. Bethlehem Iudæ, & q̄uis Hieruſalem quoq; ciuitas dicta ſit Dauidis, tamen & Bethlehem ſic appellata eſt in qua & natus erat. Hoc autem ideo diligentius enarrauit Euangeliſta, ut in memoriā reuocaret lectori promiſſum Daui-
pſal.13 di præſtitum, de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam: ſatis etiam hoc eſt Euāgeliſtæ oſtendiſſe, Ioſephum fuiſſe de domo Dauid, unde colligi queat, Mariam quoq; de eadem fuiſſe tribu, ex conſuetudine Iudæorum, ꝙ qui unius erāt tribus matrimonium poterant cōtrahere, qua de re alias plura: Profectus eſt Ioſeph in Bethlehem cum deſponſata ſibi iam grauida uirgine Maria, quod uide q̄ cādide exprimat Euangeliſta, ut innoteſceret Mariā nō ex uirili ſemine ſed admiranda ſpritusſancti uirtute concepiſſe. Præmiſſis illis loci, tēporis & perſonarum circunſtantijs, ſequitur ultra natiuitas Chriſti, quoniam dum erāt in Bethlehem impletum eſt tempus pariēdi: Tempus illud ſanctum extitit, imo ple-
nitudo iſta temporis, quando cœlum gra- Gala.3
tiæ ſuæ dominus aperuit, & Chriſtū, Meſſiam, mundi redemptorem in terrā miſit. Sine dolore autē Maria peperit illū quando in ea maledictio Euæ locum nō habuit,
cui dixit domin⁹. Multiplicabo ærumnas Gen.3
tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios, neq; ipſa etiā in peccato eſt concepta originali, ſiquidē ab iſtis doloribus & omnibus alijs naturalib. morbis liberata fuit, eo ꝙ (ceſſante cauſſa ceſſat & effectus) to-
ta pulchra & immaculata, ſine peccati ori- Cant.4.
ginalis contagio concepta eſt, deinde quoq; uirgo permanſit inuiolata in & poſt partum, quod ad longum poſſet extendi, nūc
tamen ſufficiat. Chriſtus quum clauſo ſur- Math.28
rexerit ſepulchro, ad diſcipulos etiā occlu- Ioh.20
ſis ingreſſus ſit foribus, quāto magis inuiolato matris clauſtro uenit in hunc mundū, quandoquidem ille utiq; plus curauit integram matris conſeruare pudicitiā q̄ intacta ſepulchri oſtia (quod etiam clauſum
ſignificat in dictiōe Iemarbe apud Iſaiam) Iſa.9.
idq; & ꝓpheta uoluit deſignare Ezechiel, Ezec.48
qui quum portam uidiſſet clauſam, dixit ei dn̄s: Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & uir non tranſibit per eam, quia dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt eā, & erit clauſa principi: Ecce propheta dum portam ter clauſam adfirmat, uirginitatē ipſi⁹ ante, in & poſt partum, inſinuat.

2 Quum impletum iam eſſet Mariæ tempus pariendi, peperit filium ſuum primoge-

Hiero. mogenitum,quod nõ ſic accipiendum eſt,
Beda quaſi alios deinde poſt Chriſtũ Maria pe-
periſſet filios, ſicut impius aſſeruit Helui-
dius, cuius fundamenta & rationes erro-
neas S. Hieronymꝰ ualide infringit,ſed ita
ꝙ ante eũ nullus natꝰ eſt ex Maria: Et quia
in ueteri teſtamento magna ſemper digni-
tas extitit primogenituræ,ideo ut eum ho-
norem Chriſto quoqꝫ tribueret Euangeli-
ſta,primogenitum uocauit, quomodo eũ
Rom. 2 Paulus etiam primogenitum appellat in
Tom.præ multis fratribus,de dignitate porro primo
ſenti genitorum uide homilias in feſto purifica-
Beda tionis. Quid multa? primogenitus ille fuit
matris ſuæ in humana natura, primogeni-
tus fuit in ſuſceptione humanitatis in gra-
tia,unigenitus in ſubſtãtia diuinitatis,uni-
genitus in natura, qui nocte hodierna in
mundum hunc natus eſt in tempore,ſicut
ab æterno exiuit a patre.

Maria porro paruulũ iam natum pãnis
inuoluit & poſuit in ꝑſepe: Quod euidens
magnũqꝫ extitit paupertatis pariter & hu
militatis exemplũ, quam propter nos rex
gloriæ ſuſcepit hodie, atqꝫ ideo quælibet
Chriſtiana anima merito debeat, percipe-
Ad Euſt. re corde,unde & Hier. ait: O quid erat ui-
dere filium Dei inuolutum pannis,uagiẽ-
tem, lachrymantem & frigore tabeſcentẽ?
Quod ſi nos iam ad genua procidentes di-
cimus: O digniſſime rex angelorum, qui
noſtri cauſſa eo deueniſti neceſſitatis,ut ex
paupercula uirgine natus in tugurio & ca
ſa uiliſſima etiam domo careres,in qua tu-
to caput reclinares tuum,quid uis pro tan
tis tibi beneficijs rependi? aurum,argentũ,
aut gemmas? ſtatim reſpõdere nobis que-
at puer Chriſtus: Diuitias ueſtras non uo-
lo,uoluptates auerſor, & potẽtiam recuſo,
Ecce carnem naturãqꝫ ueſtrã ſuſcepi, pro
uobis etiam paratus ſum annis: 33. conti
nuo laborare in frigore,ſiti,fame,anguſtia,
ꝑſequutione,plagis,uerberibꝰ, ſanguiniſqꝫ
profuſione,uſqꝫ in mortem acerbiſſimam.
Placere mihi uultis, quos diligo, peccata
mihi ueſtra donate,ea in humeros meos re
ponite,pœnitentiã ex cordibus ueſtris agi
te,pro delictis ueſtris pro quibus ego ſatiſ-
faciam, pœnitentiã ego ueſtram portabo,

Quid autem tu hic ſanctiſſima uirgo acti-
tabas, quidue tecũ tacita cogitabas, uidẽs
rerũ omniũ conditorẽ in humana carne na
tum,in frigore, in loco miſerabili, ubi etiã
cunis carebas, quibus regem illum glo-
riæ componeres, ſine dubio a lachrimis
tibi temperare non potuiſti,ex tanto maio
re dignitate,quanto certior ipſa fuiſti ſubli
mitatis myſteriorũ cõſilij diui. Habet hic
Beda cõtemplationẽ multũ deuotã, quõ Beda.
quilibet homo ex intimis animi medullis
dicere debeat ad puerum Ieſum cum pro-
pheta: Quid retribuã dño pro oib. quæ re- Pſal. 115
tribuit mihi: Is.n. cui uere canimꝰ: Magnꝰ
dñs & laudabilis nimis & magnitudinis Pſal. 144
eius nõ eſt finis,iã nobis paruulus natꝰ eſt,
ut nos magnos faceret,& ex peccatorib. iu
ſtos: Ille qui in cœlis ſedet ad dexteram pa
tris iam loco caret in diuerſorio,tantum ut
beatam nobis pararet manſionẽ in domo Iohan. 14
patris ſui: Qui cœlum & terrã decorat,qui Pſal. 130.
amictus eſt lumine ſicut ueſtimento, uili-
bus pannis inuoluitur,ut nobis ueſtem re-
cuperaret innocentiæ & immortalitatis,ꝙ
in primo Adam amiſeramꝰ. Ecce quẽ cœli
& quidẽ cœli cœlorꝫ non cõprehendũt,in
anguſto ꝑſepi recumbit: Chryſ. ſic ait,qm Chryſoſt.
ꝑpter multitudinẽ eorum qui cõuenerant
cauſſa faciendæ profeſſionis, non inuene-
rũt ſibi domũ hoſpitalẽ, ſed diuerterũt ſub
porticu quadam peruia: Et hinc ueteres
aiunt natũ Chriſtũ in uia domus: Atqꝫ dũ
Euangeliſta præſepe cõmemorat, prodide
runt nobis maiores noſtri, ſicut in cantico
canimus & ex picturis colligimus, Mariã
puerum recens natũ in præſepe repoſuiſſe
iuxta bouem & aſinum,quod ꝙuis non re
ferant Euangeliſtæ,pie tamen credendum
eſt ex ore & prædicatiõe apoſtolorum eſſe
profectũ ad hęc noſtra tẽpora uſqꝫ,ſiquidẽ
& Euangeliſta præſepis meminit ad quod
S. Hieron. cõmigrauit & circa illud habi- Hierony.
tauit. Ad hęc Iſa. ait: Cognouit bos poſſeſ Iſa. 1
ſorem ſuum & aſinus præſepe domini ſui,
unde colligere quidã nitunt̃ iſta etiã bruta Num. 22
aĩalia puerum Ieſum ut Deum & cõditorẽ
ſuũ coluiſſe, ſicuti & aſinã Balaam legimꝰ
eſſe loquutã, & nõ abludere hinc uidet̃ qđ
dicit Abacuc ſecũdũ tranſlationẽ ſeptua- Abac. 1

ginta: In medio duorum animalium cognoſceris, & eccleſia in quodam reſponſorio matutinarum, hodie canit animalia uidiſſe natum dominum, ubi locum quoqꝫ prophetæ inducit, qui ad bouem & aſinũ tantum referri poteſt.

Reſpon. 5

Beda.

3 Multũ hic ſe exercet Beda in myſtico ſenſu, itaqꝫ ille etiã nobis ſed breuiuſcule eſt inducendus: Puer Ieſus quum primũ natus eſt in terra, ſtatim locum ſibi delegit pręſepis, quo brutis alimenta miniſtrãtur, ſignificare per hoc uolens eum eſſe ſe qui fideles omnes in ſancta menſa altaris paſcere uellet miniſterio ſuæ incarnationis, & ꝙ oẽs qui ſe humiliter ſequerentur intrinſecus eſſet ſatiaturus: Per bouẽ ergo Iudęos intelligimus, q legis & iugum portauerãt & uerba ſatis ruminauerãt atqꝫ decoxerãt. Aſinus autem gentiles deſignat idolatriæ ſordibus pollutos, ex quo gemino populo plurimi ad gratiam peruenerunt Euangelij, & Iudęi quidem ſub ipſam ſtatim uocati ſunt Chriſti natiuitatem in paſtoribus, gentes autem in tribus magis tanq̃ primitijs: Eodem modo pie etiam hæc contemplatus eſt Ambroſius & ait: Ille paruulus, ille infantulus fuit, ut tu uir poſſis eſſe perfectus, ille inuolutus fuit in pannis, ut tu mortis laqueis ſis abſolutus, ille in pręſepibus, ut tu in altaribus, ille in terris ut tu in cœlis, qui quum diues eſſet ꝓpter nos pauper factus eſt, ut illius inopia uos ditaremini: Maluit ſibi egere ut omnibus habundaret, me illius infantiæ abluunt fletus, mea delicta lachrymæ illæ lauerunt: plus igitur domine Ieſu iniurijs tuis debeo, ꝙ redẽptus ſum, q̃ operib. quod creatus ſum, non prodeſſet naſci, niſi redimi profuiſſet.

Ambroſ.

Beda. Beda per boues Iudęos intellexit qui domino proximi fuere & ad pręſepe uenerũt primi, ita enim ait Euangeliſta: Paſtores erant in regione eadem uigilantes & cuſtodiẽtes uigilias noctis ſuper gregem ſuum, Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos.

Chryſoſt: Non iuit inquit Chryſ. angelus Hieroſolymam, non requiſiuit ſcribas & phariſęos, erant enim corrupti & præ inuidia cruciabantur, ſed ij erant ſynceri, antiquam conuerſationem patriacharum & Moyſi colentes: q̃uis etiam pulcherrima ratione domino nato paſtores uigilãt, gregẽqꝫ ſuum ab inſidijs noctis cuſtodiendo defendunt, uigilia ſua teſtimonium dantes magno illi ouium paſtori iam nato, qui fideles enutrit animas, ſicut ipſe de ſe teſtatur. Tu autem hic conſydera paſtores eos fuiſſe ſecũdum literam ut ſic ex eorum ſimplicitate colligeretur rem nõ fictã aut ita ſubornatam eſſe, Ad hęc alieni & ignoti non erant, ſed in eadem illa regione paſcebant, neqꝫ uel ſomnium hoc uel figmentum erat, uigilabant enim: Et quum in unũ ſuſpicio cadere potuiſſet mali, plures eorũ fuiſſe perhibetur, Om̃ia igitur hæc coniuncta certã faciunt teſtimonij huius fidem. S. Hierony. qui aliq̃diu in Bethlehem iuxta pręſepe domini habitauit, cuius etiã corpus ſanctum una cum pręſepi deinceps Romam tranſlatum eſt in ſummam eccleſiam Mariæ maioris, is refert mille circiter paſſibus a Bethlehẽ procul turrim fuiſſe Ador nomine, quæ interpretatꝰ turris gregis, quodam uaticinio paſtores dominicę natiuitatis conſcios ante ſignificans: Iuxta illam turrim paſtores cuſtodiebant gregem ſuum, ſicut & ſancti patres intelligũt uerba Michęæ: Et tu turris gregis nebuloſa filia Syon uſqꝫ ad te ueniet (potes totum applicare de paſtoribus ſymbolice, & ꝙ paſtores debẽt eẽ ex eadẽ regione, ideſt illa prouincia, non alienigenæ, ſi qñ indigenæ poſſunt haberi: Multa item de diuerſis noctibus & uigilijs, ſed tranſeo illa ſymbola, quia nihil eis facilius.)

Beda. *Hierony.* *De lo. Heb.* *Michæ. 4*

Beda 5 Stante itaqꝫ iuxta illos angelo domini, claritas Dei circunfulſit eos: Ecce angelus apparuit Mariæ, Ioſeph, & iam paſtoribus, quibus ad augmentum maioris gaudij etiã uiſus eſt in claritate, quod antiquis patribus non acciderat, ſiquidem priuilegium illud recte huic tempori eſt ſeruatũ, quando exortũ eſt in tenebris lumẽ rectis corde, & ſic nato iã nouo lumine in hunc mundum, decebat, ut qui nunciaret illud, homines nouo luminis radio illuſtraret, qđ neqꝫ patriarchis neqꝫ ꝓphetis cõtigerat.

Cum

Cū huiuſmodi luce apparuit & angelus
Act.12 Petro in carcere, & alius item de cœlo de-
ſcendit poſt Chriſti reſurrectionem. Paſto
res autem timuerunt timore magno, tum
ob angeli maieſtatē, tum ex luminis clari-
tate, horror hic ex humana prouenit fragi-
litate, quæ peccatum inſequitur, idq; ſane
miſerabile eſt, nos horrere & tremere plæ
runq; ad ea quæ nobis conſolationem &
Greg. gaudium adferūt: Humana enim infirmi-
tas, quam incidimus ex peccato, etiam ſuæ
beatitudinis quam expectat non ſuſtinet
claritatem: Et hoc eſt ꝙ grauiter debilitan
tur homines, dum rapiuntur in ſpiritu ad
rerum diuinarum contemplationem, eaq;
in nobis peccati culpa eſt, ꝙ in infirmita-
tem labitur corpus, dum animus ad Deū
aſcendit per meditationem: Id nobis ſuo
exemplo tres cōfirmant apoſtoli, qui uiſa
Math.17 domini transfiguratione ceciderunt in fa-
Act.9 cies ſuas: Paulus quoq; in apparitione lu
Danie.10 minis cæcus factus eſt & corruit: Sed &
Daniel inſuper ait: Vidi uiſionem gran-
dem & non remanſit in me fortitudo, ſed
ſpecies quoq; immutata eſt in me & emar-
Ezech.1 cui, nec habui quicq̃ uirium: Ezechiel etiā
in uiſione concidit, donec ſpiritus eum rur
ſus erigeret in pedes ſuos, atq; hoc ſignum
euidens eſt, quomodo natura noſtra a ſua
nobilitate tanta decidit, eoq; contemptus
& miſeriȩ peruenit. Ex hac igitur cauſſa
exterriti etiam illi ſunt paſtores, ad uiſionē
angeli & claritatē luminis nocturno tem-
pore, unde merito gaudium concipere de-
bebant. Viciſſim autem angelus conſola-
tus eſt eos & timere prohibuit, quæ bono-
rū angelorū ꝓprietas eſt, ut non nimiū ex-
terreant homines, & ut maxime horrorem
incutiant, conſolantur tamē, & cum gau-
Danie.10 dio eleuāt mentem, iuxta illud Dan. Ecce
man⁹ tetigit me et erexit me ſup genua me
a & ſuper articulos manuū mearū: Deinde
etiā angelus dixit ad Danielem: Noli me-
tuere uir deſyderiorum, pax tibi, conforta-
re & eſto robuſtus: O utinā dn̄s deus hāc
gratiam noſtris quoq; paſtoribus concede
ret, quatenus & ipſi diligenter inuigilarēt
ſuper gregem fidelium, ſicq; dominus eos
fulgore & radijs gratiæ ſuæ illuſtraret in
nocte mundi huius, ut ipſi quoq; cum oui
bus ſuis lumen acquirant hic, & illic puerū
Ieſum pariter omnes uideāt, in lumine cla-
ritatis æternæ. Amen.

Homilia tertia in glorioſa ſolennitate natalis dominici.

Ecce dū uniuerſum deſcribi iuſſit
imperator orbem, Ioſeph cū Ma-
ria profectus eſt in Bethleem: Ma
ria ibi peperit Chriſtum, & angelus domi-
ni apparuit paſtorib⁹, dixitq; eis. Ecce euā-
gelizo uobis gaudium magnū, quod erit
omni populo: Euāgelium hoc tertium eſt
quod angelus domini adnunciauit in mū-
do, primum enim attulerat Mariæ, quan-
do prædixit eā filium parituram quē uoca
ret Ieſum: Alterum Ioſeph, cui ille appa- Luc.1
ruit in ſomnis, nunciauitq; quod in Maria Math.1
natū eſſet de ſpiritu ſancto eſſe, ipſam quo-
q; parituram filium quem diceret Ieſum,
eo ꝙ ſaluaturus ille ſit populū ſuū a pecca-
tis eorum: Tertium iā hic adfert euangeliū
paſtorib. inquiens: Ecce euangelizo uobis Luc.2.
gaudiū magnū, & ꝓprie quidē nō ſimplici
ter adnuncio ſed euāgelizo ait Euangeli-
ſta, ꝙ nunciū illud erat euāgelicum, qđ nō
regib. neq; principibus neq; doctis neq; di
uitibus ſed paupibus uenit nūciare, ſicut et
dn̄s eius Chriſtus per prophetā ait: Ad e- Iſa..6
uangelizādum pauperib. miſit me: En hic
tibi immēſam euangelij ſublimitatē, quod
etiam angeli de cœlo attulerūt in miniſte
rium & obſequiū regi ſuo Meſſiæ uero, &
Euangelico legiſlatori: Euāgelizo inquit
ille, uobis gaudiū magnū, quō magnū, oī
populo, gaudiū utiq; magnum, quia cōmu
ne, & ita cōmune ut p uniuerſum tēdat or
bē. Et in hoc multo ſupior eſt dn̄s pręcurſo
re ſuo Iohanne, de quo dixit angelus Za-
chariæ: In natiuitate eius multi gaudebūt. Luc.1
Multi ait ille de Iohanne, de Chriſto au-
tem omnis populus, quod Beda exponēs
Non omni, inquit, populo, Iudæorū, neq; Beda.
omni populo gentiū, ſed omni populo cre
dentiū, qui de Iudęis uel gentibus orbis to
tius ad unam Chriſti cōfeſſionē aggregat,
ab una eadēq; myſteriorum Chri ꝑceptiōe

Chriſtianus uocatur: q̃uis & uniuerſo om-
nium hominũ populo incarnatio Chriſti
facta eſt gaudium, tamẽ ſolide gaudent illi
tantum qui in eccleſia ſunt fidelium, dicen-
Bar. 5 te Baruch: Ecce uide collectos filios tuos
Beda ab oriente ſole uſq; ad occidentem, in uer-
bo ſancti gaudẽtes dei memoria. Vere gau-
diũ hoc magnũ quia gaudiũ cœleſte gau-
dium æternũ, gaudiũ quod nulla triſtitia
interueniẽte turbatur: Huiuſmodi gaudiũ
in Chriſto domino habuerunt omnes ſan-
cti Dei, quod uel in ſolis liquet martyribꝰ,
illud enim eis neq; ignis nec aqua neq; gla-
dius, nec flagra potuerunt adimere, adeo
ut Laurentius prunas ardentes roſas eſſe
putaret. Bñdicte puer Ieſu Chriſte fac nos
quoq; gaudij huius tanti clementer par-
ticipes. Non poterant autem adhuc paſto-
res, qua erant ſimplicitate, illud intelligere,
ideo rationem eis reddidit angelus & gau-
dij tanti originem aperuit, inquiens, quia
natus eſt uobis hodie ſaluator, qui eſt Chri-
ſtus dominus, in ciuitate Dauid, ut magis
gauderẽt de noua illa & omnibus retro ſe-
culis inaudita natiuitate, uobis ait natꝰ eſt,
gaudete itaq;, imo uos omnes Chriſtani
gaudete ex animo, quãdo Euangeliſta uo-
bis angeli loco dicit: Vobis natus eſt ſalua-
tor: Vobis inquã qui eratis peccatores, qui
perditi eratis, & ſub peccato uenditi, ſicq;
alias æternum damnati, uobis hodie ſalua-
tor natus eſt Meſſias ille, tot hactenus ſecu-
lis expectatus, a patribus tantopere deſyde-
ratus, ille uobis hodie natus eſt Chriſtus
dominus.

2 Angelus tanq; certus teſtis nũcium
ſuũ uerax eſſe circũſtantijs declarat, ſignũ
proponens huiuſmodi, ꝙ puerum inuen-
turi eſſent pannis inuolutũ & poſitum in
Beda: preſepi: Hoc ĩquit Beda, nati in carne ſal-
uatoris ſignũ ſemꝑ animo nos retinere de-
cet, ut ſemꝑ eius bñficijs gratias repende-
re bene uiuendo diſcamus, quia ita uoluit
habitũ noſtrę fragilitatis adſumere, ut pau-
pertatis quoq; generalis ſtatũ non refuge-
ret, eſt autẽ indiciũ adſumptę infirmitatis,
ꝙ infans & pannis inuolutus eſt, & pau-
pertatis, ꝙ non in ſtrato, ſed in præſepio po-
ſitus inuenitur: Miſericordiã itaq; domini
cantemus & celebremus in ſæcula. Quidã
rem hanc altius adhuc ponderantes, dicũt
antea quoq; ſaluatores nonnullos fuiſſe Iu-
dæorum, ut Moyſen qui pauper quoq; in-
uentus quia in fiſcella ſcirpea, totius tamẽ
populi ductor & princeps factus eſt, eoſq;
eduxit e captiuitate Aegyptiaca. Cyrus Exod. 2
rex Perſarũ ex Babylonica captiuitate po- 3. Eſd. 2
pulum liberauit Iudaicũ, qui & ipſe q̃q; in Iſa. 44
quãta inuẽtus ſit miſeria, ethnicorũ nobis Iuſtinus
ꝓdunt hiſtoriæ, teſtãtur enim infantulũ eũ
expoſitũ in deſertũ, ut ibi periret, primum
autẽ a cane, deinde a cuiuſdã paſtoris uxo-
re educatũ, poſtea potentiſſimum Perſarũ,
Medorũ & Aſſiriorũ regẽ factum, ita ut
ipſe quoq; typum & figurã Chriſti geſſe-
rit, iuxta illud Iſa. Hæc dicit dñs Chriſto Iſa. 45.
meo Cyro. Vtriuſq; huius maximi ſane &
corã Deo potentis paupertas, figura exti-
tit futuræ ægeſtatis in Chriſto: de quo
hic angelus ait, inuenietis puerũ: Ita Opt.
Max. paſtor animarũ, paſtorib. innoteſcit
ouium, quaſi in ſpecu abſconditus eſſet:
Nec quiſq; mirari debet natiuitatem ſimul
& infantiam Chriſti, toties angelorũ teſti-
monio & Euangeliſtarum nobis proponi,
ideo enim factum eſt ut penitius firmiuſq;
mentib. noſtris infigatur: Siquidem illa ſa- Beda.
lutis noſtræ ſigna ſunt purũ eſſe uelut pue-
rũ, pauperem ut pannis inuoluendum, &
humilem uelut præſepio reclinandũ. Vis
autẽ horũ omnium uidere fundamentum
& radicem? En tibi quod ait Grego. Sicut Greg.
arte medica calida frigidis, frigida calidis
curantur, ita dominus noſter contraria op-
poſuit medicamenta peccatis, ut lubricis
continentiam, tenacib. largitatem: quando
igitur lapſus hominis per ſuperbiã factus
eſt, quæ eſt initiũ, ut ait ſapiens, omnis pec-
cati, ideo exordiũ nr̃æ ſalutis ab humilita-
te ꝑfectũ eſt, & q̃ ſupbꝰ fuit primꝰ Adam
qui nos ſeduxit, tã humilis uiciſſim extitit
alter Adam qui nos redemit, ut recte di-
xerit angelus, & hoc uobis ſignum: Ecce
ſymbolũ certũ quo in ſe ſeruiſq; ſuis uſus et
adhuc utitur dominus, uexilli ſui hoc uni-
cum ſignũ eſt, humilitas, quotquot enim
elati tument, & inflati ſuperbiunt, ij ue-
rum Chriſti habitũ & ueſtitum nõ circun-
ferũt, ſubiecti potius uexillo diaboli, unde
& contradicũt huic humilitati Chri, ſicut

Symeon poſitum eum prędixit in ſignum
cui contradicetur, namq; in hoc ſuperbi &
inſolentes ei contradicūt: Vix me cōtineo
quin dicam, & tñ dicere non audeo facile,
quāta nūc inſolentia exerceatur etiā cū in
ſantib. & pueris, ab ijs plerūq; quib. nō da
Luc.2 tur: Humiles autem ſignum illud Chriſti
agnoſcunt & placide ſuſcipiunt, atq; cum
Pſal.85 gaudio dicunt: fac mecum ſignum in bo-
Ambroſ. no, ut uideant qui me oderunt & confun-
dantur: Ambroſ. hic mirum eſſe prædicat
huiuſmodi miniſteria habuiſſe dominum:
Ecce enim thronus regis cœlorum præſe-
pe eſt, palatium ſtabulum, purpura ipſius
panni laceri, famulitium autem Ioſeph &
Maria, bos & aſinus: Ex utero, inquit ille,
funditur, ſed coruſcat in cœlo, terreno ia-
cet in diuerſorio, ſed cœleſti lumine uiget.

3 Et ſubito facta eſt cum angelo multi-
tudo militiæ cœleſtis laudantium Deum
fecerunt hoc illi quidē ex officio, ut hic in
terris eum ſuis canticis laudarent, quem ſo
lebant etiam in cœlis prædicare, ſimulq;
Beda. nos docerent tam ſancta natalis Chriſti ſo
lennitate cum omni gaudio & lætitia ſpi-
rituali magnificare dominum, gratias ei
agere & de beneficijs ſuis omnibus grati-
tudinem exhibere: Atq; nō temere Lucas
multitudinem cœleſtis militiæ dicit cum
angelo factam, ne parui fieret unius angeli
apparitio, qui ꝙ primum myſteriū aperuit
nati ſaluatoris, apparuit ſtatim multitudo
militiæ cœleſtis. Miraberis autē quare hic
Euangeliſta multitudinem angelorū mi-
litiam cœleſtē appellarit, deſines uero mi-
rari ubi uideris magnificentiā paruuli hui⁹
nati, qui uere fortis & potens eſt in prælio,
Pſal.23 dominus exercituū, rex glorię, qui debella
turus erat aëreas tenebrarum poteſtates,
diabolos: Merito itaq; miniſtros ſuos mili-
tiā uocat, qui antea & in cœlo adhuc bellū
geſſerant, iuxta illud, factum eſt prælium
Apo.12 magnum in cœlo: Michael & angeli eius
pugnabant cum dracone, & draco & ange
li eius pugnabant & non poterant, & lo-
cus eorum non eſt inuētus amplius in cœ-
lo: Quando igitur tam conſtanter pugna-
rint, quis nomen eis adimat militiæ cœle-
ſtis. Quare porro teſtimonium dederint
paruulo iam nato Euangeliſta docet, quū
dicit eos laudaſſe Deum & dixiſſe: Gloria
in excelſis Deo, & in terra pax hominibus
bonæ uoluntatis: Non ſatis erat multitu-
dinē angelorum apparuiſſe, niſi inſuper &
gloriam deo cantarent & pacem homini-
bus precarentur: Et merito quidem ange-
li Deo & hominibus gratulantur, quoniā
& paruulus natus ille Deus eſt & hō ue-
rus, per cuius natiuitatem gloria in excel-
ſis deo facta eſt, dum angelorum chori per
homines ſunt impleti, & in terra pax homi
nibus contigit, qui antea in ira dei conſtite
rant: Vnde docemur ante omnia dare glo-
riam deo, iuxta illud Pauli: Omnia in glo- 1.Cor.10
riam dei facite, & hoc Iſaiæ: Cantate domi Iſa.12
no quia magnifice fecit, adnunciate hoc
in uniuerſa terra: Ita enim Dauid quoq;
ait: Semper laus eius in ore meo, id ita fa-
ciat quilibet Chriſtianus, quantumuis ho- Pſal.33
noris, diuitiarum ſcientiæ & ſapientiæ plu-
rimum habeat, honorem & gloriam defe-
rat deo, cum Paulo dicens: Soli Deo ho- 1.Tim.1
nor & gloria.

4 Quando iam conſtat gloriam com-
petere & tribuendam eſſe Deo, cogitandū
inſuper eſt quid nobis conueniat homini-
bus in terra degentibus, neq; enim noſtri
obliti hic ſunt ſancti angeli Dei, ſed ita ce-
cinerūt: In terra pax hominibus bonę uo-
luntatis: Ecce pax hominibus per angelos
de cœlo tribuitur, non tamē omnibus, ſed
qui bonæ ſunt uolūtatis, quoniam non eſt Iſa.66
pax impijs, ſed pax multa diligentibus le- Pſal.118
gem tuam, inquit Dauid: Et o ſanctam
pacem, quam angeli de cœlo laudarunt,
pręclara eſt pax erga proximum noſtrum,
laudabilis pax & animi tranquillitas erga
ſeipſum, quantum enim cuiq; in ſua con-
ſcientia poſitum eſt, quę mille teſtes dici ſo
let. Deſyderabile quiddam eſt pacē ſerua-
re cum Deo, illamq; poſſumus hic inchoa
re, ſed perficere tandē licebit in illa patria:
& hanc pacē petijt Symeon quum dixit,
Nunc dimittis ſeruum tuum in pace &c.
Audite & auribus percipite o uos iracun-
di, uindictæ cupidi, & qui iocum in ſeriū
uertitis, audite, quoniā angeli de cœlo pre
cantur pacem non uobis, ſed ijs qui bonæ
ſunt uoluntatis, non irati, concitati & pu-
gnacis animi: Singulariter enim dñs pacē

commendauit, quod ſua nobis teſtatur na-
Luc.2 tiuitas, & Dauid ſubſcribit: In diebus eius
Pſal.71 orietur iuſtitia & habundantia pacis: Pa-
Ephe.2 cem quoq; docuiſſe dominum teſtis eſt
Pſal.84 Paulus, ueniſſe eum perhibens & adnun-
Pſal.119. ciaſſe pacem, idipſum preuidens in ſpiritu
Math.9 pſaltes ait: Audiam quid loquatur in me
Ioh.20.14 dominus deus, quoniam loquetur pacem
in plebem ſuam. Inſuper non docuit tantũ
pacem dominus, ſed & conuictu ſuo toto
exhibuit: Cum ijs, inquiens, qui oderunt
pacem eram pacificus: Eandem diſcipulis
ſuis impoſuit in archana admonitiõe, iubẽs
eos pacem habere inter ſe: Pacem ille apo-
ſtolis ſuis precatus eſt nõ ſemel poſt reſur-
rectionem dicens: Pax uobis, Pacem etiã
abiturus ad patrem, reliquit eis, τὸ μνημώ-
σινον ſui, quum diceret: Pacem meam
do uobis, pacẽ relinquo uobis: quod ꝗuis
ille poſt cœnam ultimã loquutus eſt, pro
tempore tamen dixit ſuæ aſcenſionis: Vn-
de patet ꝗ grata ſit deo pax, ꝗꝗ illi diſpli-
ceat diſcordia cõtentiones, iurgia: Quod
aũt iã undiq; oĩbus in terris claſſica pulſa
ſonant: quod regna bellis ſunt omnia ple-
na, noſtro fit uitio, noſtrorumq; illa culpa
eſt peccatorũ, ſicut id ita fore olim prędixit
Math. 24 dominus: Audituri eſtis prælia & opinio-
nes præliorũ, cõſurget enim gens in gentẽ
& regnum in regnum: Atq; hoc eſt quod
homilia ſuperiori prima dictum eſt, Chri-
ſtum in ſumma pace eſſe natum, uiciſſim
autẽ antichriſtus inter feruentiſſima bella
naſcetur, ſicut Chrs prædixit fore tunc, ut
refrigeſcat charitas multorum, malitia au-
tem refloreſcat: Poſſunt tamen ſpecialiter
hic loquuti eſſe angeli de pace inter deum
& homines, quæ hic per natiuitatem Chri
ſti facta eſt, ubi in ſignum & confirmatio-
nem ueræ pacis, coniugium factum eſt &
copulatio diuinæ humanæq; naturæ, ut iã
inciperent homines mandatis obedire diui
Gloſſa. nis, quod olim inclamauerat deus per Iſa.
Iſa.48 Vtinam attendiſſes mandata mea, facta
fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua
ſicut gurgites maris: Qñ peccãdo extranei
eramus a deo, extraneos nos reputabãt an-
geli, ſed qñ cognouim⁹ regem noſtrũ pro
nobis natum, recognouerunt nos angeli
Apo.ult. ciues ſuos, & timet angelus adorari ab hu-
mana natura, quam in ſuo cõſyderat rege.
Hinc iam angeli nos conciues habẽt ſuos,
& pacem firmarunt nobiſcum, nobiſcum
inquam qui bonæ ſumus uoluntatis, quo-
niã cum beluinis iſtis hominibus qui pro-
priam nõ habent uoluntatẽ cum Luthero
& ſui ſimilibus Neochriſtianis, neq; deus
nec angeli pacem poſſunt habere, ſed cum
ijs qui liberum profitentur arbitrium, &
adiuuante gratia Chriſti bonum perficiũt
malum fugiunt, cum illis hic in terra pacẽ
ferit dominus: & eandem perficit in ęter-
na patria, quam nobis concedat in ſæcula
Benedictus Amen.

Euangelium in aurora miſſæ. Luc. ij.

Paſtores loquebãtur adinuicẽ. Tranſeam⁹ uſq; Bethleem. & uideamus hoc uerbum, quod factum eſt, quod fecit dominus, & oſtendit nobis. Et uenerunt feſtinantes, & inuenerũt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in pręſepio. Videntes autem cognouerũt De uerbo, quod dictũ erat illis, de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati ſunt, & de ijs quæ dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Maria autem conſeruabat omnia uerba hæc cõferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glorificãtes, & laudantes deum in omnibus quæ audierant, & uiderant, ſicut dictum eſt ad illos.

Homilia vnica.

Sanctiſſima uirgo Maria, hyeme duriſſima, in regiõe peregrina ſub caſa uiliſſima puerum Ieſum peperit, uſq; adeo contempta fuit, ab omnibus uicinis etiã neglecta Nazarenis, ĩter quos

nata

nata fuerat, ſimul & Bethlehemitis apud
quos mater ipſius Anna nata fuerat. At-
qui quod non honore merito dignatus eſt
mundus, idipſum glorificauit de cœlo do-
minus ſuper omnes filios regum in terris.
Angelus enim domini apparuit paſtori-
bus cum magna claritate, & cum eo ma-
gna multitudo angelorum laudanti-
um deum & dicentium: Gloria in excel-
ſis deo, & in terra pax hominibus bonę uo
luntatis. Et poſtqꝫ euanuerunt Angeli (ſi-
quidē tantiſper illi manent nobiſcum dum
miniſterium ſuum perficiant, alias ſtant in
Mat.18 cœlo, ut uideant faciē patris cœleſtis, un-
Gene.18 de & Iacob angelos uidit deſcendentes &
aſcendentes) Paſtores loquebantur adin-
uicem, & uideamus hoc uerbum quod fa-
ctum eſt: O bonos paſtores qui grege ſuo
impediti non ſunt, quo minus ab eo irent
uſqꝫ in Bethlehem, quorum exemplo nul-
lus aliquod ſibi obſtaculum, uel mouere,
uel permittere debet, ut relinquatur, ex lu-
cro & bonis temporalibus uti non perue-
niat in domum panis, hoc eſt in Bethlehē,
aut quid aliud nobis eſt Bethlehem, niſi
Ioan.6 Eccleſia ſancta in qua panis uiuus eſt, qui
de cœlo deſcendit. Quiſquis igitur es, &
haberi uis bonus Chriſtianus, age quotieſ-
cunqꝫ templum uiſitas, crede te cum illis
paſtoribus abire in Bethlehem, & cum eis
uidere puerum Ieſum: neqꝫ hic ulla eſt di-
uerſitas, niſi ꝙ paſtores illū in propria car-
ne uiderunt, quem tu ſub uelatis ſpeciebus
panis conſpicis in uenerabili Sacramento
altaris: ſicut in ſpiritu etiam fecit Dauid,
Pſal.41 dicens: Quoniam tranſibo in locum taber-
naculi admirabilis uſqꝫ ad domum dei (de
tranſitu ſymbolico multa poſſent dici, quā
filij Iſraël tranſierūt ex Aegypto, tranſie-
Hugo runt per deſertum, tranſierunt in terrā pro
miſſionis, ſed facile eſt iter per ſymbola) Et
tu itaqꝫ diues, & tu artifex quiſquis es qui
manibus & labore tibi uictum quæritas,
paſtores illos comitare in Bethlehem, hoc
eſt in Eccleſiam & templum domini, de-
hinc rurſus reuertere ad gregem tuum, id
eſt negotia tibi peragenda. Prælatus ali-
quis, aut cœnobij procurator, & ſi gregem
ſibi commiſſum, & rem familiarem habet
tractandam: tamen interdū uadat in Beth
lehem, contempletur, animumqꝫ ſuum pie
meditando exerceat: & tunc denuo ad offi
cium ſuum redeat.
Videamus, inquiunt, uerbum: O paſto Beda:
res doctos & egregie iam angelica illuſtra Ambroſ.
tione eruditos, feſtinant uerbū uidere non
Chriſtum natum, ſed hunc uerbi nomine
intelligunt: uerbum utiqꝫ illud erat æter-
num, uerbum iam inde ab æterno e corde
parentis genitum cœleſtis. Verbū de quo Ioan.1
Ioannes ait: In principio erat uerbum, &
uerbum caro factum eſt: Ita paſtores Chri
ſtum ſuo proprio & perſonali nomine ho-
norarunt, uerbum dum uocant, quod fe-
cit dominus, non ꝙ uerbum illud æternū
in ſua ſit eſſentia factum: quia ſic ab æter-
no genitum eſt, nō factum, ut ait Ioannes,
per uerbum facta ſunt, & ideo quod paſto Symbolū
res dicunt uerbum, quod fecit dominus,
ſecundum humanam naturam intelligen-
dum eſt, in qua iam inuiſibile dei uerbum
uiſibile factum erat, ſicut in ſpiritu perſpe-
xit propheta: quando eum in terris uiſum
& cum hominibus eſſe conuerſatum per- Baruch 3
hibet. Nemo tamen hic ſuſpicetur, paſto-
res ex incredulitate abijſſe ad uidendum
ſicut Thomas, qui niſi uideret credere nō Ioan.20
uoluit: ſed ſicut magnum gaudium ex ſo
lo iā auditu cōceperant, ita uidēdo quoqꝫ
exercere ſe uoluerunt: ut ſic dicere poſſent
cum Iob: Auditu auris audiui te, & iam Iob.42
oculus meus uidet te. Ad hæc is angeli
animus fuit, eaqꝫ uoluntas: ut abirent ui-
ſum puerum, quoniam in hoc eis ſignum
certum dederat, unde cognoſcerent illum
dicens: Inuenietis puerum. Accedit huc
& alia cauſſa, ſiquidem teſtes illi eſſe debe-
bant tam admirandæ natiuitatis, certiores
autem ſunt teſtes qui ſimul de uiſis & au-
ditis teſtantur. Quid ꝙ illi tanqꝫ primitiæ
totam repræſentare debebant Iudæorum Chryſoſt.
gentem, quæ ex propinquo erat: ſiquidem
uerum deū agnoſcebat, lege & præceptis
ſuis utebatur: decuit igitur ut paſtores co-
ram ante Chriſtū iam natum apparerent.
2. Et uenerunt feſtinantes, & inuene-
runt Mariam & Ioſeph, & infantem poſi-
tum in præſepi. Venerunt, inquā feſtinan-
tes, neqꝫ morati ſunt diu, ſed præ deſyderio
magno, & animi ſui ardore properarunt

uidere Chriſtũ, quomodo ille frater & re-
demptor ipſorum factus iam eſſet, ſimulq;
Maria eorum & omnium credentium ma
ter: Ita nos quoq; omnes feſtinare oportet
ad Chriſtum & ad fœlicitatem æternam,
Heb.4 iuxta illud Pauli, feſtinemus ingredi in illã
requiem, ut ne in idipſum quis incidat in-
credulitatis exemplum: Hinc eſt quod pa-
ſtores illi quando diligenter adeo & ſedulo
dominum quæſierunt, eundem etiam inue
nerunt; ſimulq; cum ipſo Mariã et Ioſeph,
Hæc ſiquidem tria ſunt ſancta nomina &
ſolennia ſacraq; habenda cuiq; Chriſtiano,
eo q; ſint omni gratia plena: Vidẽtes autẽ
cognouerunt de uerbo quod dictum erat
illis de puero hoc, Id ẽ poſtq; ſigna cogno-
uiſſent ſibi ab angelo prædicta in Chriſto
impleta, unde fides eorum robur accepit:
& tamen in maiorem adhuc admirationẽ
uenerunt, quũ inueniſſent puerum illum
adeo deſtitutum, parentes quoq; ipſius co-
ram mundo contemptos & egenos homi-
nes, & tamen ibi adeſſe cœleſte miſterium
angelorum, ideo hoc ipſum illi alijs etiam
denunciarunt hominibus, qui pariter ad-
mirati ſunt, nam & Mariæ & Ioſepho &
alijs hoc idem adnunciarunt: Quis autem
tam admirabile factum non merito demi-
retur, incolas cœlorum uideri in terris, &
terram iam cœleſti pace confirmatam ſu-
peris reconciliari, illumq; puerum admi-
randum cœleſtia ſimul & terreſtria pacifi-
care? Sicut etiam de Ioanne iam recens na
Luc.1 to dixerunt homines: Quiſputas puer iſte
erit? ita hic quoq;, admirabundi homines
laudarunt dominum, quum iam teſtimo-
nium audiſſent paſtorum, ſicut & Iſa. dixit
Iſa.25 Domine deus meus es tu exaltabo te & cõ
fitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabi
lia: Verba ſuperiora euangeliſtæ intelligũt
nonnulli ſic, q; angeli etiam alijs q̃ paſtori
bus apparuerint, quibus quum poſtea pa-
ſtores ea quæ ſibi cum angelis obtigerant
narrarunt, admirati ſunt ſe quoq; iam ex
alijs ſimilem angelorum apparitionem co-
Beda. gnoſcere: Beda hic Spirituales, inquit, ec-
cleſiæ paſtores in hoc maxime ſunt ordina
ti, ut uerbi Dei myſteria prædicent, & mi-
randa illa quæ in ſcripturis didicerunt ſuis
auditoribus, oſtendãt, idq; cũ quadam pia
ſimplicitate, non elati & cum faſtu facere
debent, propria tũ fidutia tũ ſapiẽtia, ſicut
& paſtores illi in oĩ ſimplicitate teſtimoniũ
de Chriſto dederunt, eo q; ſimplicitas eorũ
teſtimonio multũ deſeruiebat, teſte Sapiẽ *Sap.1*
te, Sentite de domino in bonitate, & in ſim
plicitate cordis quærite illum, quoniam in-
uenitur ab ijs qui non tentant illum, appa-
ret autem eis qui fidem habent in illum.

3. Maria autem cõſeruabat omnia uer
ba hæc conferens in corde ſuo, & id quidẽ
illa fecit ne angelorum paſtorumq; uerba
uel contemnerentur uel interirent. Amb. *Ambroſ.*
ait: Diſcamus ſanctæ uirginis in omnibus
mirandam caſtitatem, quæ non minus ore
pudica q̃ corpore, argumenta fidei confe-
rebat in corde, q; ſi Maria a paſtoribus di-
ſcet, quur tu declinas diſcere a ſacerdo-
tibus? Beda hic addit: Maria uirginalis pu *Beda*
dicitiæ iura cuſtodiens, ſecreta Chriſti quę
nouerat nemini diuulgare uolebat, ſed
ipſum quãdo uellet hæc, & quomodo uel-
let, diuulgari reuerenter expectabat: Inte-
rim tamen tacita ſecum ſingula conferebat
in ſcripturis & acta & agẽda (poſſes in hoc
inducere hic omnes ſcripturas de incarna-
tione & natiuitate Chriſti ex prophetis, ſi-
cut paſſim citat Beda) Et in hoc euidens *Eccle.21*
apparet Mariæ ſapientia: audita enim con
ſeruare nõ poſſunt ſtulti, iuxta uerbũ Sa-
pientis cor fatui quaſi uas confractũ & om
nem ſapientiam non tenebit. Atq; illa pręcipua laus eſt Mariæ, q; uerba iſta omnia
conſeruauit in corde ſuo: quæ alias mu-
lierum conſuetudo non eſt, ut quicquam
taceant niſi quod nõ norunt. Pulchre huc
facit quod Ambroſ. ait de mulieribus do- *Ambroſ.*
cere uolentibus. Si Maria ante præcepta
apoſtolica tacet, quur tu poſt apoſtolicum *1.Tim.2*
præceptum magis cupis docere q̃ diſcere:
Diſce perſonæ uitium eſſe non ſexus, de-
niq; Maria præceptum non accepit, exem
plum edidit: Quod ſi pater ille ſanctiſſi
mus in hæc noſtra turbulenta reuerſus ſæ-
cula audiret petulantes & procaculas
NEOCHRISTIAnorum mulierculas
etiam prædicandi ſibi munus ſumere, &
Euan-

Euangeliſtarum officium adrogare, non-
ne lumbriculos & uermiculos miſerabi-
les condignis modis tractaſſet, in Euan-
gelio nolentes etiam Paulo concedere.
Ille autem apoſtolica authoritate ſic præci
pit: Mulieres in Eccleſijs taceant, non
enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſ-
1. Cor. 14 ſe, ſi quid autem uolunt diſcere, domi
uiros ſuos interrogent: Turpe enim eſt
mulieri loqui in Eccleſia. Et alibi: Mu-
1. Tim. 2 lier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectio-
ne, docere enim mulieri nō permitto, neq
dominari in uirū, ſed eſſe in ſilentio. Eius
rei exemplum hic ſibi ſumant pudicæ mu-
lieres oēs in Maria, quæ quū uirgo omniū
eſſet prudentiſſima, & in ſcripturis omni-
bus a ſpiritu ſancto funditus edocta, tacuit
tamen conſeruans tantum omnia uerba
in corde ſuo.

4. Inuenio adhuc illorum omniū my-
ſticam expoſitionem, quomodo Maria ſit
quælibet fidelis anima, in qua Chriſtus ſpi
Luc. 18 ritaliter naſcitur: ſicut Chriſtus matrem ſi-
bi & fratres eſſe quotquot audiunt uerbū
dei, & cuſtodiunt illud. Et ſic Iudæa Chri
ſti laudem & confeſſionem ſignificabit,
in qua ſancti martyres etiam uſq ad mor-
tem perſeuerarunt. Panni quibus inuolui
illum oportet, opera bona ſunt, in quibus
dominus manſuetiſſime conquieſcit, ſicut
Ioan. 14 ipſe ait: Si quis ſermones meos ſeruabit, di
liget eum pater meus, & ad eū ueniemus,
& manſionem apud eum faciemus. Neo-
chriſtiani porro iam neq ieiunant, nec o-
rant nec confitentur: quid itaq mirum, ſi
Chriſtum pannis nequeant inuoluere, qn̄
pannos illos non habent, ſed alios neſcio
quos laceros, quibus ueluti nebulis magis
opprimitur. Puer autem in præſepi iacet
ſacrarum literarum: ſicut enim pecudes ex
præſepi paſcuntur, ita anima fidelis ex ſcri-
Math. 4 pturis paſcua recipit & cibos dicente do-
mino: Nō in ſolo pane uiuit homo, ſed de
omni uerbo, quod procedit de ore dei, de
qua re multa, parte prima diximus. Iſtiuſ-
modi expoſitiones ſymbolicas quiſq ſibi
comminiſci facile plures poterit, & ad eas
ſcripturarū adhibere teſtimonia, quia The
ologia ſymbolica nihil facilius: ideo non ꝑ
ſequor ſingula: facile faceres hic ſermones
20. ſtando in ſolis ſymbolis. Quod autem
reuerſi ſunt paſtores, argumento eſt nobis
non requiri in prælato, ut in contemplati-
ua uita ſemper maneat, ſed ipſum quoq
officij ſui gratia cum grege redire oportet.
Ita curioſus & ſollicitus fuit Paulus, quum
dixit: Permanere in carne neceſſariū pro- Philip. 1
pter uos. Si prælatus aliquis ſatis eſſe pu-
tet ſe pro ſua parte probitatē ſectari, actū
aget: nam & pro ſubditis eum laborare o-
portet, qui ſuæ demandati ſunt cuſtodiæ,
iuxta illud Pauli: Attendite uobis & uni-
uerſo gregi, in quo uos ſpiritus ſanctus po Act. 20
ſuit Epiſcopos regere eccleſiam dei, quam
acquiſiuit ſanguine ſuo. Paſtores illi inſu-
per laudarunt & glorificarunt deum: Ec-
ce ingrati nō fuerunt domino de ſuſceptis
beneficijs, ſed quęcunq tum audierant ab
angelo, tum uiderant in Bethlehem ea ex
clamarunt, ut mirabilia magna Dei, non
ignari quomodo & quid pręcepiſſet Moy
ſes de domino deo, dicens: Ipſe eſt laus tua Deute. 3
& deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia
& terribilia quæ uiderunt oculi tui. Admi
randa etiam merito erat tanta angelorum
multitudo cū tam immenſo fulgore, qua-
lis uiſio neq patriarcharum, neq prophe-
tarum ulli contigerat. Ita gaudere & exul-
tare debet quilibet Chriſtianus cum ange-
lis, cum Maria matre Ieſu, & cum paſtori
bus iſtis laudare & magnificare deum, il-
liq gratias agere pro ſua incarnatione glo
rioſa & natiuitate, quoniam ipſe eſt bene-
dictus in ſæcula.

De magnificentia et ſublimi gloria atq dignitate huius ſanctiſſimæ diei, Homilia unica.

Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, Eſaiæ IX.

VErbum dei patris, uerbum æter- Ioan. 1
num, uerbum a quo facta ſunt om
nia, uerbum quod illuminat om-
nia, quodq ab æterno natum eſt a Deo
patre, & adhuc quotidie naſcitur ex corde
cuiuſq fidelis, iam hodie natum eſt in tem
pore ex uirgine Maria, & is quidem puer

natus eſt nobis, unde gaudere merito uniuerſus debeat orbis, filium altiſſimi ex ſinu patris in hanc carnē ueniſſe, ut nos ſui regni cohæredes efficeret, & carnem ſuper cœlos eleuaret. Et uos itaq; corda ueſtra extollite, animos erigite, Chriſtiani omnes ad paruulum iam natum cum paſtoribus adcurrite, cū tribus quoq; magis ad Chriſtum properate. Quondam angeli uiſibiles in carnali ſpecie apparebant, hodie etiam rex angelorum in carne uiſus eſt. Magna fuit in creatione mundi diuina poteſtas, ſed maior bonitas exhibita nobis in noſtra redemptione, ſicut Paulus benignitatem noſtri redemptoris apparuiſſe teſtatus eſt: Gaudete itaq; quia natus eſt puer, filius dei datus eſt nobis in redemptorem, ſaluatorem, legiſlatorem, & peccatorum omnium redemptionem. Gaudete inquā, natus enim iam paruulus ille eſt, quē uniuerſus orbis tot retro ſæculis, annis nimirum 5199. maximo omnium deſyderio expectauerat, omnis turba patriarcharum & prophetarum. Gaudete & exultate, puer ſiquidē ille natus eſt, qui habet claues cœli, quod iam amplius quinq; milibus annorum clauſum fuerat (ſequor hic ſupputationem communem Euſebij & aliorum, quia Hebræi dinumerant ſolum 3760, annos, & 4. menſes) Verum puer hic cœlum aperuit claue ſanctæ crucis. Vnde qs non exultet tam ſancto die, quo qui natus eſt puer, deus uiuus & uerus eſt, cuius mater uirgo, partus ſine dolore, cui ſtabulum palatium, eſt & preſepe pro cunis: ubi etiam nox ſicut dies illuminata eſt: ita canit Eccleſia: Gaude & lætare Hieruſalem, ecce rex tuus uenit, de quo prophetæ prædixerunt: Puer enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, quæ uerba fuerunt noſtri exordij, de quibus ut amplius quid, & cum fructu liceat mihi quidem loqui, uobis autem audire, pro gratia impetranda puerperam uirginem ſalutatione angelica ſalutemus, dicentes: Aue gratia plena.

Tit. 3 — *Euſebius.* — *Beda.*

Euangelium de glorioſa natalis Chriſti feſtiuitate Lucas deſcripſit capite ſecundo (dic ut ſupra) Nos hic per capita quædam breuiter oſtendemus, in quibus ſe anima fidelis exercere queat pia cōtemplatione.

1. Et principio quidem ſolito magis gaudere hodie debet quilibet Chriſtianus ſicut in præfatione declarauimus: uere enī dies eſt omni gaudio plena, qua Chriſtus Angelorum & electorum omnium gaudium natus eſt in hunc mundum: hoc enī eſt quod expectarunt omnes angeli in cœlo, homines in terris, & patres in limbo: quando autem per Chriſti natiuitatē deſyderium eorū ſatiatum eſt, merito gaudere debemus omnes, nihil hic de obſtinatis & cæcis Iudæis ſentio, qui adhuc ſuum expectant Meſſiam, quem nos iam olim ſuſcepimus, ipſis autem Antichriſtus pro deo habebitur. Quod ſi autem tu, o pia & fidelis anima, meditari cupis feſti hui⁹ ſolēnitatem, hoc age, intuere, φ rex ille regum dominus dominantium, paruulus nobis natus eſt, natusq; adeo eſt in nocte, in aſpera hyeme, ſub caſa, in præſepe repoſitus, & id factum eſt communi ſanctorum patrū ſententia die dominico, ut iam merito omnis amplitudo, dignitas atque maieſtas ſabbati in diem tranſlata ſit dominicum, quo Chriſtus & natus eſt & reſurrexit: ſicuti contra feria ſexta cōceptus eſt & mortuus (de tranſlatione ſabbati, uide in feſto reſurrectionis) decuit quoq; ut in die dominico quem alias ſolis diem dicimus, ſol iuſticiæ naſceretur (Haymo mirifice reluctatur, quia annus natiuitatis Chriſti erat annus nonus cycli ſolaris, et erat iuxta eius ſupputationē annus biſextilis, in quo erant literæ dominicales c d, & ita concludit b in quo eſt natiuitas Chriſti fuiſſe in ſabbato. Ego id calculiſtis tribuo, uideant illi, ego exiſtimo quia annus primus natiuitatis nō habuerit niſi octo dies, itaq; c d biſextilis ad annum ſecundum pertinuerint, & b ad annum primum, tunc certe dominico die fuiſſet natus Chriſtus: Sume experimentum, & accipe annum domini 1518. ubi fuit litera dominicalis, diuide numerum per 28. tunc anni domini 7. iterum c fuit litera dominicalis, & reſtabunt ſex anni, qui retrograde currentes uenient in c d, iuxta Haymonis ſententiam, at hoc mittimus ad ſcholas. Strabus certe non cōſentit Haymoni, ſed conſule Paulū Sempronien. de ratiōe paſchatis, nō uacat

Haymo — *Strabus.* — *Sempro.*

Aug: octavo enim Kalendas Aprilis creditur Christus conceptus, quo et passus. Natus autem creditur octavo Kalend. Januarij. [illegible]

ſam illa ad unguē excutere et ſupputare. At quia omnium ſententia adnunciatio facta eſt feria ſexta, die 25. Martij, neceſſe eſt 25. Decembris fuiſſe in die dominico.

2. Vere magnificus eſt hic natalis Chriſti dies, ideo & Chriſtianis omnibus ſancte, alacriter & ſine peccato tranſigendus, Caute enim proſpicere ſibi debet quilibet Chriſtianus, qui modo Chriſtum hodie natum deum, conditorem & redemptorem ſuum eſſe credit, ne quid hodie peccet neue deū offendat: unde incarnatio Chriſti quæ ſibi in uitam data eſt, imputetur in mortem. Maieſtatem huius diei etiam nox lucida magnifice demonſtrauit, qua natiuitas hæc facta eſt: quoniam in hoc & doctores conſentiunt, & non diſſentit Euangelica hiſtoria, Chriſtum in nocte natum eſſe, & quidem media. Qui ratione motus Theleſphorus Papa inſtituit hac una ſolennitate ter miſſarum officia celebrari debere, quod alias toto anno non permittitur fieri ab uno presbytero: eaq; ſane ſingularis eſt huius diei prærogatiua, prę omnibus alijs totius anni diebus: factam autem eſſe illam natiuitatem in nocte teſtatur ſcriptura. Ita enim Sapiens ait: Quum quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus domine exiliens de cœlo a regalibus ſedibus uenit. Quæ uerba quis neget tempus inſinuare natiuitatis Chriſti.

c. nocte ſancta, de conſ. diſ. 1 Et c. conſuluiſti, de cele. miß.

Sapi. 18

Cuiuſmodi autem hęc nox fuerit, ex ſcripturis licet intelligere: illa enim Chriſti natiuitas æque cito cœlum impleuit & occupauit atq; terram. Quid autem tu ſanctiſſime Dauid in animo habebas, quando in ſpiritu dicebas: Nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Hinc eſt, ꝙ Lucas commemorat lucem & claritatem affulſiſſe paſtoribus, & merito id quidem, quoniam ibi impleta eſt prophetia Dauidis: Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde, miſericors & miſerator & iuſtus. Mera illa fuit miſericordia diuina. Tanta autem fuit lux noctis huius, ut eam putent nonnulli pertigiſſe uſq; in limbum, & ibi patres exhilaraſſe, eo adcommodantes iſtud propheticum: Populus gentium qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis. At ubi regio mortis eſt niſi apud inferos? ergo regio umbræ mortis limbus eſt. Et nō temere lucida adeo nox extitit, qua ſol iuſticiæ ortus eſt omnibus timentibus nomen domini.

Pſal. 138 Luc. 2 Pſal. 111 Eſa. 9 Malach. 4

3. Ad hæc gaudete & lætamini omes Chriſtiani iam hodie cum puero Ieſu, iuxta illud Dauidicum: Lætentur cœli & exultet terra in conſpectu domini, quoniam uenit. Et gaudium quidem cœleſte ex cantico angelorum accipimus, quando iubilantes cecinerūt: Gloria in excelſis deo. Nullum alias angelum peculiarem habuit Chriſtus ſuæ cuſtodiæ deputatum: ſiquidem ipſe rex erat & eſt angelorum, multos itaq; angelos habuit in miniſterio ſuo hic in ſua natiuitate. Symon de Caſſia arbitratur unum eundemq; angelum fuiſſe, qui Mariæ adnunciarit Chriſtum dominum ex ſe naſciturum, & qui illum iam natum paſtoribus Euangelizarit Gabrielem archangelum, qui ſemper fuit in obſequio Chriſti, ſicut quidam aiunt eum etiam apparuiſſe Chriſto in mōte Oliueti ipſumq; confortaſſe. Quid multa? conſtat omnes angelos gauiſos eſſe de puero illo, qui ruinas eorum erat adimpleturus, quando eñ lucifer tertiam angelorum partem ſecum attraxit in lapſum ad inferos, eorum loca iam euacuata Chriſtus hominum numero impleuit, iuxta illud, Impleuit ruinas. Merito itaq; gauiſi ſunt angeli de Chriſto, & eadem de cauſſa nos quoque homines gaudere oportet una cum puero Ieſu, ipſumque toto corde deprecari, quatenus nos quoque faciat eſſe in numero eorum, quibus pax ab angelis adnunciata eſt hodie, ſuaq; gratia operetur in nobis bonam uoluntatem. Ideo enim noctu natus eſt dominus, ut noctem noſtram illuminaret, hic quidem lumine gratiæ ſuæ, illic autem luce gloriæ æternæ. Inſuper & in hyeme natus eſt, ad deſignandum ꝙ ipſe pectora noſtra frigida amoris ſui flammā incende-

Pſal. 95 Caßia. Luc. 1 Luc. 2 Luc. 22 Apoc. 19 Pſal. 109

re uellet. Tempore natus eſt quo dies toto anno breuiſſima eſt, in ſolſtitio hyemali (licet iam mutauerit ſedem propter nimiam intercalationem anni biſextilis, quum non abundent in quolibet anno ſex horæ integræ) & ſic quando creſcere dies incipiunt, ut oſtenderet uelle ſe in nobis ſemper creſcere ſalutari uirtutum donorumq; profectu. Sanctus Iohannes autem decreſcente die natus eſt, unde etiam de eo dixit: Illum oportet creſcere, me autem minui. *Ioan.3* Chryſoſtomus quoq; ait: Deus factus eſt filius hominis, ut homo fieret filius Dei. *Chryſoſt.* Gaudete igitur dilectiſſimi cum puero Ieſu: natus enim eſt nobis in ſalutem noſtram, nobis ille natus eſt & datus, ſimulq; poteſtatem nobis dedit filios dei fieri. *Ioan.1* Vtinam omnes uos gratiam illam a domino Ieſu accepiſſetis, ut cum omni ueritate omnibus uobis dicere poſſem, quod Paulus dixit Galathis: Omnes uos filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu. *Galat.3* Atqui poſſum hoc uere dicere, ſi modo uos pacem habueritis cum proximis ueſtris ſine omni inuidia & ira, ſi pacati etiam fueritis in cõſcientijs ueſtris: tunc enim uobis etiam dicet dominus: Beati pacifici, quia filij Dei uocabuntur. *Math.5*

4. Gaudete chariſſimi iam hodie cum paſtoribus illis, lætamini cum Ioſeph, exultate cum ſanctiſſima uirgine matre Maria. Nam quis ſatis exclamet, quæ lingua ſatis eloquatur immenſum Mariæ gaudium, quando uidit peperiſſe ſe puerum Ieſum, ſine uiro, ſine dolore, ſine uirginitatis amiſſione, quem antea ſibi prænunciauerat angelus, quem uirtute ſpiritus ſancti conceperat Deũ & hominem uerum, regem gloriæ. Aut non gauiſa fuerit iam conſpicata angelorum ſibi obſtetricis loco adeſſe miniſteria? Nonne tenerrimum Chriſti corpuſculum, ex puriſſimis ſui ſanguinis guttulis coalitum, maximo gaudio inſpexerit? Præſciuit illa utiq; etiã momentum partus ſui, & omnis iam animus eius ſenſusq; totus gaudio utique perfuſus eſt, & ſimul exultauit in domino Deo, eumq; quem genuit adorauit, puerum ante ſe collocauit: procidit ipſa coram eo adorauit, maternoq; adfectu oſculata, oẽm illi honorem exhibuit.

Auguſtinus in hac eſt ſententia, ut pu- *Augu. de* tet Moyſen hic in terris diuinam eſſenti- *gene. ad* am uidiſſe aliquamdiu, ſicut legimus do- *literam l.* minum cum Moyſe loquutum de facie *12.c.4.&* ad faciem, ſicut homo loqui ſolet ad ami- *q.63. ad* cum ſuum. *Orioſium* Similiter & de Paulo ſentit, *Exo.33* qui raptus fuit in tertium cœlum, id eſt, *1.Cor.2* ad intellectualem uiſionem, ut deum non per corpus, non per ſimilitudinem corporis, ſed ſicut eſt ipſa ueritas cerneret. Et in hoc ambo illi participes effecti ſunt gaudij beatorum. Quod ſi igitur Auguſtinus eis tantum gaudium tribuit hic in terris, quod tamen exiguo tempore habuerunt per gratiam Dei: quis non pie credat, hodierno die Chriſtum quoque ſuam ſanctiſſimam matrem in tantum exhilaraſſe, ut etiam primo ſtatim aſpectu illi ſuam exhibuerit eſſentiam diuinam intuendam: unde tantum conceperit gaudium, quantum nullus unquam hominum habuit in terra, Et tunc potuit illa dicere: Magnificat anima mea dominum, & exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. *Luc.1* Atq; hoc unum eſt ex ſeptem gaudijs uirginis matris (ſed tamen cum hoc gaudio ſtetit adhuc q; poſſet contriſtari de egeſtate filij, ſicut Maronis declarat, animas in purgatorio ſumme lætari, & tamẽ pati pœnam) Quis porro pius non credat interfuiſſe hic Sanctum Gabrielem archangelum alioſque angelos, neque tantum adoraſſe uirginis filium, ſed ipſam quoque uirginem matrem condigne eſſe ueneratos: Gabrielem quoque dixiſſe uerbum illud ſuum ſolenne: Aue Maria gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. *Luc.1* Ecce uides iam in te impletum, quod dudum tibi prædixeram, te concepturam ſimulq; parituram filium: ecce hic ille qui magnus eſt, & filius altiſſimi: hic eſt qui totum ſaluaturus eſt mundum. In hoc implebitur quicquid patriarchis & prophetis promiſſum fuerat: ſicut dominus dixit ad Abraham: *Gen. 2* Eo q; obedieris uoci meæ benedicentur

tur in ſemine tuo omnes gentes: In hoc fi
lio tuo implebitur, quod Regio prophetæ
Pſal.131 promiſſum eſt: Iurauit dominus Dauid &
non fruſtrabitur eum, de fructu uentris
tui ponam ſuper ſedem tuam: Conſimili
modo reliquas etiam ſcripturas de Chriſto
induxerunt, deumq́ magnificauerunt, qui
eſt benedictus in æuum.

Propoſueram explanare Euangelium Iohannis quod in ſummo officio legitur: Verum expenſa eius altitudine, & q̃ ſenſus eius paucis explicari non poſſet, ſubſtiti, nã ad populũ quã totũ Euangeliũ Ioan. declamarẽ xiij. horas in hoc uno textu abſumpſi, niſi enim diligentiſſime declaretur populus uacuus abibit.



Die ſancti prothomartyris Stephani Euangelium. Matthæ. xxiij.

IN illo tempore dixit Ieſus ad turbas Iudęorũ & principes ſacerdotum. Math.23
Ecce ego mitto ad uos Prophetas & ſapientes, & ſcribas, et ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris, & pſequemini de ciuitate in ciuitatẽ, ut ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terrã a ſanguine Abel iuſti, uſq́ ad ſanguinem Act.5
Zachariæ filij Barachię. Quem occi 2.Cor.11
diſtis inter templum & altare. Amen Heb.11
dico uobis uenient hęc omnia ſuper generationem iſtam, Hieruſalẽ, Hie Luc.23
ruſalem, quæ occidis Prophetas & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, quoties uolui cõgregare filios tuos quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dico enim uobis, non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus q̃ uenit in nomine domini.

Homilia prima.

QVando p uniuerſam hodie eccleſiam ſancti prothomartyris Stephani feſta colimus, & nos quoq́ Euangelium hodiernum breuiter percurramus, uenturi deinde ad uitam illius, ſicut a Luca deſcripta cernitur in actis apoſtolicis: Chriſtus exprobrauit hic Iudæis cędem & occiſionem prophetarum, quos occiderunt patres eorum, & tamen filij illorum monumenta exornauerunt, idq́ totum in ueteri teſtamento factum eſt, in nouo autem quid ſit futurum ſequitur, quũ ait. Ecce mitto ad uos prophetas, ſapiẽtes
& ſcribas &c. Theop. hæc ita inducit, Pau Theophy.
lo ante hoc euangeliũ narrauit dñs, quõ Iudæi excuſarint ſe de occiſione pphetarũ, q̃ ſi & ipſi fuiſſẽt ĩ dieb. patrũ ſuorꝫ, noluiſſẽt cũ ipſis participaſſe in ſanguĩe pphetarꝫ.

Verum quando iſti Iudæi antiquis multo erant ſceleſtiores, uoluit ijs uerbis dominus manifeſte arguere eos mendacij, dum & ipſi occiſuri eſſent ꝓphetas atq; ſcribas, imo & dominum prophetarum crucifixuri: Quo dicto ꝓbare uoluit dominus etiam (Math.23.) illud, quod ante ad eos dixerat, ut impleret menſuram patrum ſuorum: Sed tu hic mihi triplicia illa nomina obſerua, & quid ijs ſibi uoluerit dominus: Sunt enim qui ibi apoſtolos intelligant, eo ꝙ illi de futurorũ (Hila.4) qdē reuelatiōe ſint ꝓphetę, de Chriſti aũt agnitione ſapientes & de legis intelligẽtia, (Theophy.) ſcribæ: Ita & Theoph. de apoſtolis, inquit hęc dicit, quos ſpiritusſanctus ſcribas fecit, hoc eſt doctores populi, & ſapientia omni atq; prophetia ornauit: Adhuc alij aliter hæc ad apoſtolos referunt, quorũ nonnulli ſunt ſcribæ, ut Euangeliſtæ, qui multa ſcripſerunt ad eruditionem populi Chriſtiani, ijdem quoque ſapientes exiſtunt & diuinitus illuminati in cœleſtibus. Ad hęc quidam illorum etiam ſpiritum habuerũt propheticum, ſicut Iohannes quando ſcripſit apocalypſim: Et hæc quidē omnia ita habent uti diximus, ſed tamen ante omnia (Hierony.) expoſitio mihi placet Hieronymiana, quæ (1.Cor.7) obſeruare nos iubet iuxta apoſtolum, ſcribentem uaria eſſe dona diſcipulorũ Chriſti, alios prophetas qui uentura prædicent alios ſapientes qui nouerunt quando debeant proferre ſermonem, alios ſcribas in lege doctiſſimos, ex quibus lapidatus Stephanus, Paulus occiſus, crucifixus Petrus, flagellati in actibus apoſtolorum diſcipuli: Manifeſtum eſt quod Paulus ad Corin. aſſerit ſuum cuiq; eſſe a deo donum, & conſpirat cum eo illud quod ad Eph ſcriptum reliquit: Dedit quoſdã apoſtolos, quoſdã (Ephe.4) prophetas, alios Euangeliſtas, alios paſtores & doctores: ex illis itaq; diſcipulis Chriſti prophetæ quidam fuerunt qui uentura prædixere, ſicut Agabus a Hieruſalē de (Act.11) ſcendit in Antiochiã, & per ſpiritum prædixit imminere famem magnam uniuerſo orbi: Sic etiam Philippus unus ex 7. diaconis in urbe Cæſarea quatuor filais habuit (Act.21) uirgines propheti ſſas: Eodem modo in ciuitate Antiochia fuerunt prophetæ & doctores: Deinde ſapientes illorum nonnulli extitere, qui quid & quando eloquerentur probe cognouerunt, iuxta illud Pauli: Sa (1.Cor.2) pientiam loquimur inter perfectos, ſapientiam uero non huius ſæculi, neq; principũ huius ſæculi, qui deſtruũtur, ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt: Alij etiam ex eis ſcribæ fuerunt in lege doctiſſimi.

2 Iam porro ſubdit dominus quomodo indignis modis tractaturi eſſent illos a ſe miſſos: & ait, quoniam ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis ueſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatē: Sic occiſus eſt Ioan. bapt ſic (Acto.13) Iacob⁹ frater Ioan. decollat⁹ & ipſe eſt. S. Iacobũ quoq; alterũ adrepta pertica fullonis interfecerũt: Petrum & Andręam crucifixerunt: Stephanum lapidauerunt, Pe (Act.7) trum & Iohannem flagellarunt, quibus gau (Acto.4) dentes & alacres ibant a conſpectu concilij. Paulus inſuper quinquies quadrage (2.Cor.11) nas una minus plagas ſuſcepit & alia multa, ſic quoq; in omnibus ſtuduerunt & conati ſunt diſcipulos Chriſti inſectari: Verũ (1.Cor.4) tamen recte Paulus inquit, perſequutionē patimur & ſuſtinemus: Quid multa, uſq; adeo Iudæi perſequuti ſunt apoſtolos, ut relictis illis conuerterentur ad gentes: Ve (Act.19) rum non hæc omnia cedent ipſis impune, ideo enim addit dominus, ut ueniat ſuper uos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel iuſti uſque ad ſanguinem Zachariæ. Ecce quomodo pec (Theoph.) cata parentum ueniunt etiam ſuper filios, (Gene.4) nō ꝙ puniãt̃ propter pctã illorũ, ſed quia poſt tanta exēpla emendati non fuerũt, ſicut & Lamech poſt Cain plus punit⁹ fuit, quis non interemiſſet fratrem, ſed ꝙ non fuiſſet ad exemplũ Cain emendatus. Qua de re multa alibi deſſeruimus.

Hierony. hic inquit, quis ille Abel fue (Gene.4) rit nos ex hiſtoria geneſeos cognitũ habere, de Zacharia autem in controuerſia poni. Sunt etenim qui putent illum patrem fuiſſe Ioannis baptiſtæ, ꝙ eum Iudęi occiderint ob adnũciatũ aduētũ Chriſti: Hoc aũt ait Hier. quia de ſcripturis nō habet authoritatem, eadē facilitate cōtemnitur qua probatur: Alij uero dicunt illum Zacha (Zach.1) riam fuiſſe unum ex minorib⁹ prophetis, quoniam

qm̄ patri ſuo Barachię nomē fuerit: Verū
iſte inter tēplū & altare occiſus nō eſt, eo ꝙ
Eſd.1 tēporib. illius tēplū deſtructū eſt, atq; tūc
rurſus ædificari cęptum: Cōcludit igit̃ S.
Hie. fuiſſe hūc Zachariā filiū Ioiade ſacer
dotis quē occiderūt Iudæi in ueſtibulo tē-
2.Par. 14 pli, ſicut hiſtoria regū teſtat̃: Quod ſi obij-
cias non cōuenire hoc quod Chriſtus Za-
chariam hunc fuiſſe filium Barachię com
memorat, quem alibi patrē habuiſſe Ioia-
den legimus; Reſpondebitur Barachiam
idem ſonare quod eſt, benedictus domini,
quo nomine & Ioias appellatur ob probi-
4.Reg.12 tatem ſuam, in paralipo. Et in hoc ut plu-
rimū ſancti patres conquieſcunt, quoniam
& in Euangelio Nazareorum expreſſum
eſt Zachariam filium fuiſſe Ioiade (memi
nit etiam Iſa. c. 8. Zachariæ filij Barachię)
Theophy. Cęterum Theoph. non abſurdum arbitra
tur Zachariā hunc cenſeri & intelligi pa-
trē Iohan. ita. n. inquit ille, habet narratio
nobis tradita ꝙ loc⁹ qdā in tēplo fuerit in
quo ſtabant uirgines, igitur quū eſſet pon
tifex, poſtq; deipara peperiſſet Chriſtū, &
ſtatuiſſet illā in eo loco, indignati ſunt con
tra eū Iudæi, & occiderūt eū, ꝙ cū uirgini-
b⁹ collocaſſet mulierē q̄ pepererat: Et fuit
illa quidē ſæculi ſui narratio, nullum autē
in hoc adducit ſcripturę alicui⁹ teſtimoniū
Diceres: Quur Abelem tātum & Zacha-
riam hic dominus cōmemorat, nec quenq;
alium? Audi Hieronymum, qui regulam
ſcripturarum producit, duas generationes
Hieron. Bonorum & malorum noſſe, ſicuti per pro
phetam dicit dominus. Si Noe Iob & Da
niel inuenirentur in medio iſtorum homi-
num &cę. ubi iuſti omnes intelliguntur,
qui æquales ſunt tribus illis in uirtutibus
& operib⁹ bonis: Sic per Cain & Ioiaden
regem mali omnes intelliguntur, qui ita
apoſtolos perſequuti ſunt, ſicut de Cain &
Abel ſcriptura teſtatur: Poteſt tamē pecu-
liariter illa ſubeſſe cauſſa quur Abel hic ex
primatur, quoniā ex ſola fratris inuidia ſi-
ne omni merito ſuo occiſus eſt, & eodem
quoq; mō Chriſtus ſine omni pctō ex liuo
Chryſo. re fratrū ſuorū Iudęorū crucifixus eſt: Itaq;
Theophy. ut maxīe parētes & maiores eorū ob perſe
quutionē & occiſionē ꝓphetarū puniti ſint
nihilo tamen magis inde emēdati ſunt filij,
acerbi⁹ igit̃ & graui⁹ puniūtur oīb⁹ maio-
ribus ſuis, ꝙ ſanguinē inocentē effuderūt.
3. Solita pietate miſeratus porro domi
nus exclamat contra Hieruſalē, Hieruſalē
Hieruſalē quę occidis ꝓphetas & lapidas
eos qui ad te miſſi ſunt: Nō ſaxa & ędificia Hiero.
ciuitatis, ſed habitatores uocat, quā pater- Luc.19
no plangit adfectu, ſicut alibi fleuiſſe legit̃
dū aſpiceret ciuitatē: Et bis nominat Hie-
ruſalē in argumētū, qm̄ reuocet illā magna
cōpaſſione, idipſum obſeruauit etiā Chryſ. Chryſoſt.
dicens: Quid ſibi hæc uult conduplicatio?
Miſerantis ualdeq; diligentis huiuſmodi
orationis figura eſt, quaſi. n. ad continue
& ualde dilectā, quæ qm̄ diligentē ſemper
contempſerit, pœnas datura, ſic ſupplicia
illaturus, quare ita faciat ſatiſfactionē ad-
ducit: Deinceps iam per ſimilitudinē oſtē
dit dn̄s quātū dilexerit illā dicēs: Quoties
uolui congregare filios tuos, ſicut gallina
congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, ſic de
Chriſto prædixerat iā olim Dauid, diſper- Pſal.116
ſiones Iſraël congregabit: ideo hic eos do-
minus arguit, ꝙ diabolū potius audierint,
a quo diſperſi & a ueritate fuerint abducti:
congregantē autem dn̄m non ſuſceperint
inquit Theoph. Et quod hic ſimilitudinē Theoph.
inducit gallinæ, etiam ante eum ſimili ex-
emplo fecit Moyſes dicēs: Sicut aquila ꝓ- Deut.32
uocans ad uolandū pullos ſuos, & ſup eos
uolitās expādit alas ſuas, adſumpſit eū atq;
portauit in humeris ſuis: ſed audio quęrere
quempiā quur hic ſe dn̄s magis gallinæ q̄
uolatiliū cuiq; cōparet? Age reſpondeat illi
Auguſt. fortitudo, ait ipſe, Chriſti te crea- Sup Ioā.
uit, infirmitas Chr̄i te recreauit & redemit, tranſ.15
nutrit ergo ipſe īfirm⁹ īfirmos tāq; gallina
pullos ſuos, huic. n. ſe ſilm̄ fecit: Videtis āt
frēs queādmodū gallina infirmet in pullis
ſuis: nulla. n. alia auis, ꝙ ſit mr̄, agnoſcitur:
Videmus nidificare paſceres quoslibet an-
te oculos noſtros, hirūdines, ciconias, colū-
bas quotidie uidemus nidificare, quos, ni-
ſi in nidis uideam⁹ parentes eſſe nō agnoſci
mus: Gallina uero ſic īfirmat̃, ut etiā ſi pul
li nō ſequātur, filios nō uideas, matrem tn̄
eſſe ītelligas, ita fit alis demiſſis, plumis hi
ſpida, uoce rauca, omnibus membris abie-
cta; Ita nimirum nobiſcum etiam infirma
tus eſt dominus uſq; in mortem crucis.

Verum ego hic compellatos omnes uolo quotquot ex mera temeritate abnegant liberum arbitrium. Vos quocq; hic mihi reſpondete, qui dicitis non eſſe cauſſam in homine ſuæ dãnationis: Ecce enim hic dominus ait: Volui te congregare ſicut gallina pullos, & noluiſti: Ecce quũ uelit deus, non uult homo, & eo tantũ, quia non uult hic, condemnatur, ſicut ſequitur. Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: Eſt ergo omnibus modis in homine liberũ arbitrium, & nos ſi conformes nõ efficiemur diuinę uoluntati nullam expectabimus in cœleſti patria manſionem.

4. Poſtq̃ iam oſtendiſſet dominus, quomodo Hieroſolymitæ grauiter peccaſſent in occiſione prophetarũ, ita enim a Iudæis *Hieron. in prolo.* ſub Manaſſe rege Iſaias ſectus in duas partes occubuit, ſepultus ſub quercu Rogel, Hieronymus apud Taphnas in Aegypto a populo lapidibus obrutus occubuit, ſimiliter & Zacharias, Ezechielis q̃cq; effracto cranio cerebrum diſperſum &c. ne qua culpa inde in dñm permanaret, exhibuit eis promptam ſuam & benignam uoluntatẽ, ſed eam quocq; excluſerunt iſti, comparauit ſe gallinæ, uerum illi aſſimilati ſunt uulpi quæ gallinam rapit & laniat, necq; id mirũ *Math. 13* quia in hoc Herodi quem dominus uulpẽ uocat, facti ſunt ſimilimi: Sed interim non longe ab eis pœna manet, imo in ipſis ſtatiforibus eſt quando ſubdit dominus: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta, qđ ſecũdum literam impletum eſt in excidio *Math. 24* Hieroſolymitano, ſicut ſequenti etiam capite de templo dicit dominus, ꝙ non relinquet lapis ſuper lapidem. Quãuis & alio *Oſe. 3* ſenſu, reliquit dominus domum eorum, dũ iam amplius necq; templum habent nec altare, necq; ſacrificiũ, necq; regem, nec Ephod ut ait ꝓpheta: Deſeruit enim dominus populum Iudęorum, omnicq; gratia & donis *Hiere. 12* deſtituit, dicente propheta: Reliqui domũ meam, dimiſi hæreditatẽ meã, facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua, dedit contra me uocem: In eius rei argumẽtum *Li. 7. c. 9* teſtatur Ioſephus & Egeſip. ingreſſis in fe*Li. 4. c. 5*ſtiuitate pentecoſtes templum domini ſacerdotibus excitatocq; ſtrepitu & tumultu, auditã ſtatim poſt hęc eſſe uocẽ huiuſmodi, Migremus hinc. Deſolationis q̃cq; huius *Theoph.* cauſſam deinceps aperit dñs, quũ ait, dico *Luc. 22* uobis non me uidebitis amodo donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini, non tamen hoc ille de hora qua hæc dicebat loquutus eſt, ſed intellige, poſtq̃ crucifixus fuero uſq; in diem iudicij, quando uiſuri ſunt Iudæi filium hominis uenientẽ in nubibus cœli & ſedentem a dextris uirtutis dei: Ita Iohan. ait: *Apo. 1* Ecce uenit cũ nubibus, & uidebit eũ omnis oculus, & qui eũ pupugerunt, fiet hoc ſecundo aduentu domini quando eum Iudęi etiam inuiti adorabunt: Sunt qui putent Chriſtum de die nouiſſimo non eſſe loquutum, ſed de ſuo aduentu ſub mortem Antichriſti, quando enim tunc Iudæi contemnebãt & blaſphemabant dominum, Antichriſtum porro ſunt accepturi, iuxta illud uerbũ domini: Veni in nomine patris mei, & noluiſtis me *Iohan. 5* accipere: ueniet alius in nomine ſuo, hunc accipietis: Quando autem dominus Ieſus Antichriſtum ſpiritu oris ſui interfecturus *2. Theſ. 2* eſt, ipſecq; collapſurus in terrã, tunc tandẽ uidebunt Iudęi ſe ab illo falſos eſſe atcq; deceptos, & ſic cõuertẽtur ad Chr̃m iuxta ꝓphetiam Iſaiæ, *Iſai. 10* ipſumcq; benedicent & pro Deo agnoſcent: Hieron. hoc de conuerſione cuiuſcq; Iudæi intelligit ad Chriſti fidẽ, quaſi dicere uoluiſſet ille: Niſi pœnitentiã egeritis, *Hierony.* confitentes Meſſiam me eſſe a prophetis promiſſum omnipotentis & æterni patris coęternum filium, faciem utiq; meã non uidebitis, datum itacq; & cõceſſum eſt hic Iudęis tẽpus pœnitentiæ: Quod ſi iam confeſſi fuerint nomẽ benedicti, qui uenit in nomine domini, faciẽ Chriſti cõſpecturi utiq; ſunt: Glorioſum enim illud & bene dictum dei uerbum ſuperuenit ſuper animum hominis qui ex corde ſuo conuerſus fuerit ad dominum deum ſuũ, qui eſt bene dictus in ſæcula, Amen.

De Sancto Stephano.

ITa nimirũ agnouit Chr̃m ſctus ꝓthomartyr Stephanus q per ipm Chriſtũ dñm ad fidei Chriſtianę ꝓfeſſionẽ puenit: Cõſtat.n. eũ a ſctõ apl'orũ cõcilio electũ eẽ diaconũ unũ ex ſeptẽ illis, de qui-

de q̃b. ita Lucas refert: Creſcente numero diſcipulorum factũ eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo ꝙ deſpicerentur in miniſterio quotidiano uiduæ eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem diſcipulorum dixerunt: Non eſt æquum nos derelinquere uerbum dei, & miniſtrare menſis. Elegerũt igitur ſeptem quos ſtatuerunt ante conſpectum apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus. E quibus et hic Stephanus fuit uir plenus fide & ſpiritu ſancto &c. Obſeruandum hic principio eſt, quomodo in primitiua Eccleſia penes apoſtolos extiterit poteſtas & iuriſdictio bonorum tam temporalium ꝙ̃ ſpiritualium, eorum qui babtizati conuertebantur ad fidem, iuxta illud Lucę: Quotquot poſſeſſores agrorum aut domorum erant, uendentes afferebant precia eorum quæ uendebant, & ponebant ante pedes apoſtolorum, ubi etiam diuidebatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Ideoq; & Ananias quãdo non totam uenditi agri pecuniam obtulerat apoſtolis, ſubito mortuus eſt in oculis Petri, ſimiliter & Saphira uxor eius. Vbi ergo iam ſunt qui nunc nolunt aliquã poteſtatem relinquere eccleſiaſticis bonorũ temporalium, quum tamen laici olim hoc permiſerint Apoſtolis, ita perfecte ut iam neq; Epiſcopi nec alij quicunq; habent ex clero tantam poteſtatẽ ſuper temporalia. Diſcant etiã hic qui Eccleſię pręſunt, neq; ſimul & ſpiritualib. & tẽporalibus ſatis uacare poſſunt, & uerbo dei potius & rebus ſpiritualib. inſeruiãt, temporalia diaconis, miniſtris & alijs, quib. hæc officia contradita ſunt relinquentes, ſicut hic apoſtoli fecerunt: Verũ hoc noſtrates prælati plane inuertunt, dũ quicquid ſpirituale eſt, grauius eis uidet & eſt, ꝙ̃ ut ipſi ſubeant. In pontificalib. functionib⁹ ope utuntur ſuffraganei, in alijs ſpiritualib. uicariũ habẽt, ſimiliter & in iudicialib⁹ officialẽ. Sin autẽ p̃dicandũ ſit, Monachũ aliquẽ, neſcio quẽ ꝓferunt. Aut miſellus quiſpiã peccator abſoluendus eſt, habent & hic qui ſit a pœnitentia. Verum ſi cenſus & redditus in aliquo laborent, & illos aliquis moretur, res hæc extra moram ad ipſum dominum noſtrum Epiſcopum eſt referenda. Et tamen uerũ eſt illud Ambroſij, ꝙ ſpiritualia ſine temporalibus nequeunt diu ſubſiſtere, ſed ſpiritualia penitus negligere, & temporalia tantum curare idipſum iuſtitiæ fines omnes tranſgreditur. His accedit hoc loco obſeruatu dignum, quod etſi Chriſtus Apoſtolos tantum & diſcipulos elegerit, Apoſtoli tamen inſtinctu utiq; ſpiritus ſancti adhuc etiã diaconos inſtituerunt & cõſecrarunt: neq; .n illi diſpẽſatores fuere tantum, quod nugantur Neochriſtiani, ſed & in hoc ſanctum officium conſecrati ſunt, quia ſimul cum oratione impoſuerunt eis apoſtoli manus, quod ſacramentale illud ſignum extitit in confirmatione et ordinatione Presbyteri, Epiſcopi, & Apoſtoli: quod ex uerbis Pauli ſatis liquet, dum Timotheo ſuo pręcipit, ne cui cito manus imponat. Apparet idem in facto Pauli in Epheſo, ubi cum primum ſuper baptizatos in nomine dñi Ieſu manus impoſuiſſet, deſcendit ſuper eos ſpũs ſanctus, & loquebãtur & ꝓph[e]tabant. Quod aũt illa ſacrorum initiatio multũ ualuerit in Stephano, uirtutemq; magnam habuerit, teſtantur uerba ſequentia, quum ait Lucas: Stephanus aũt plenus gratia & fortitudine faciebat ꝓdigia & ſigna magna in populo. Dicendũ hic eſſet ꝙ̃ diuerſis modis Chriſtus plenus fuiſſet gratia, & quõ Maria ac Stephan⁹, Chriſtus. n. plenus gratia fuit plenitudine redundantiæ, dicente Ioanne, quia de plenitudine eius oẽs accepimus: Maria autẽ plena fuit excellenter, & Stephanus ſufficienter. Verum hæc alias plenius.

[Margin: Act. 6; Act. 4; Actu. 5; In prælatos.; In Epiſcopos.; 1. Tim. 5; Actu. 19; Act. 6; Ioan. 1]

2. Sacris ſcripturis deſcriptã legimus diſceptationem Stephani, & auxiliũ magnum ſibi præſtitum diuinitus. Principio autem, quum ille tanta in populo operaretur miracula, citra dubium una cum ſalutari doctrina & Chriſtianæ fidei dilatatione, inſurrexerunt aduerſus eũ quidã de ſynagoga atq; cũ eo diſputarunt, neq; tñ reſiſtere poterant ſapiẽtiæ & ſpũi loquenti ex ipſo. Vbi diſcãt ueri Chriani nõ cõmoueri ſi qñ audiant ſuo catholico p̃dicatori a Neochriſtianis oblatrari uel ſcripto uel ſermone. Semper mali reſtiterunt Petro, Paulo, Stephano, imo et ipſi ſanctę doctrinę Chri, idq; adeo futurum nouiſſimis temporib⁹

2.Tim.3 teſtatur Paulus, prædicens nouiſſimis diebus fore tempora periculoſa: & ſicut Iannes ac Mambres reſtiterũt Moyſi, ita tunc futuros qui palam reſiſtant ueritati.

2. Quod diſputauit hic cum Iudæis Stephanus contra eos facit, qui cum Hæretico negant eſſe diſceptãdum, ſicut & legibus ciuilibus cautum eſt, & Paulus ait: 2.Tim.3 Noli contendere uerbis: ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubuerſionem audiẽtium. Et tamen in ſolatium piorum libere & aperte aduerſus hæreticos diſputare, qui alias ex ſuis latibulis turpiter obganniant, iniquũ non eſt: ſiquidem illud & hic Stephanus Acto 17 & 20. & alibi Paulus feciſſe leguntur. Vide etiã hic adiutorium dei, quando non poterant illi reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui in Stephano loquenti. Vbi diſcat etiam quicunq; diſputando Neochriſtianos euincit, honorẽ ſibijpſi non tribuere, ſed deo & ſpiritui ſancto ex ſe loquenti. Quiſquis enim hoc modo in ſpe atq; fiducia diuinæ ueritatis & auxilij, fortiter ſeſe animicidis opponit doctoribus, illi dominus deus gratiam dabit, ſicut diſcipulis ſuis promiſit: Dum ſteteritis ante reges & preſides, nolite premeditari qualiter reſpondeatis: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini, neq; enim uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uobis.

3. Vide etiam quomodo diſputantes iſti, quum non poſſent præualere, in Stephanum ſubornarũt falſos, teſtes qui mentirentur Stephanum blaſphemias dixiſſe Act.6. aduerſus Moyſen: ſicq; commouebant iſti plebem, ut caperent Stephanum ipſumq; producerent in ſenatum, & concilium Iudeorum: ubi denuo falſos ſubſtituerunt teſtes, qui & dixerũt: Homo iſte non ceſſat loqui uerba aduerſus locum ſanctum & legem. Audiuimus enim eum dicentem: Quoniam Ieſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyſes. Et intuentes eum omnes qui ſedebant in concilio, uiderunt faciem eius tanq; faciem angeli. Obſerua rurſus hic, quod quando nihil efficere poterant diſputatores iſti cum S. Stephano, ad calumnias cõuerſi moliebantur ipſum fraudulentis inſidijs capere. Ita nimirum in hodiernum uſq; diem, filij eorum Neochriſtiani faciunt, quum omni ſpe exciderunt diſputando, libellos diſpergunt famoſos, morſibus & ſcommatibus plenos, ſeditiones excitant & tumultus: ſicut Zuinglius & Lutherus fecerunt, quando uterq; mecum diſputando ſuccubuit. Sic etiam fecerunt animicidæ plurimi alij Neochriſtianorũ prædicatores, qui miſellos ex uulgo homines aduerſus magiſtratus excitarunt: unde eis dici non poteſt, quãtum incommodi in anima, corpore, honoribus, & cæteris bonis peruenerit. 1525. Ecce autem teſtes iſtos falſos contendentes. S. Stephanum dixiſſe uerba blaſphemiæ aduerſus deum & Moyſen, aduerſus templum & legem. Omnia hæc uana & falſa erant, utiq; enim de omnibus illis aliud non prædicauerat Stephanus, niſi ut a Chriſto & ſpiritu ſancto edoctus erat: non autem dixerat Chriſtus ſe ciuitatem Hieruſalem deuaſtaturũ, ſed ita prædixerat: Circundabunt te hoſtes tui uallo, & coanguſtabũt te ũdiq;. Math.24 Ad diſcipulos quoq; dixit: Non relinquẽt lapidem ſuper lapidem: nuſq; autem ſeſe hoc facturũ interminatus eſt: ita & de mutatione legis, nõ dixerat dominus uſpiam ſe aboliturum illã, ſed ueniſſe ſe ad implendam eam, nõ ſoluendam, ſicut ad oculum liquet in Euangelio Matthæi: neminem Mat.5.& 7. enim ad perfectum adduxit lex, quod autem corrigitur, non utiq; abrogatur. Heb.7. Præterea claritatem hic mihi cõſydera uultus in Stephano, cui non tantum ſapientiã dedit dominus ad loquendum, iuxta illud: Luc.21 Ego dabo uobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij ueſtri: inſuper claritatem etiam uultus ſui dedit illi, ſicut angelo Dei. Donum autem hoc habuit in teſtimonium a deo ſanctitatis ſuæ & innocentiæ, quod utiq; ab impio propoſito auertere debebat animos Iudæorum. Sed nimirum ita fieri oportebat, ut Sapiens inquit: Excęcauit Sapi.7 illos malitia eorum, neq; mercedem ſperauerunt iuſticiæ, nec indicauerunt honorẽ animarum ſanctarum. Cui concordat & propheta, dicens: Excęcauit oculos eorũ, Eſa.6 & indurauit corda eorum, ut non uideant oculis, nec percipiant corde.

4. Ad

4. Ad hanc falſorum teſtium relationem ſummus ſacerdos interrogauit Stephanum, an hæc ita ſe haberet, ad quod ille cæpit ſe defendere, & quo ad primum ante omnia laudare & magnificare dominum gloriæ (inſere hiſtoriam Acto.7.) ut auferret omnem blaſphemię ſuſpicionem. Deinde Moyſen quoq; cōmendat ex feruentiſſimo zelo ſuo erga fratres, per quem tanta miracula dominus operari dignatus eſt in Aegypto & deſerto, quiq; adeo proprie, cum deo loquutus, multa ſuper Chriſto uenturo prodidit archana. Ad hæc legem etiam extollit, ut a deo conditam, ſimiliter & templum laudibus euehit, eo ꝙ
Actu.7 iuſſus a deo tabernaculū extruxerit Moyſes. Ita & ſerio & ex ſcripturæ fundamento Stephanus ſeſe tutatus eſt, grauibusq; uerbis ſententiam ſuam concluſit propter infidelitatem eorum, quum ait: Dura ceruice & incircumciſi cordibus & auribus, uos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis: ſicut patres ueſtri, ita & uos. Quem prophetarum non ſunt perſequuti patres neſtri? & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti, cuius uos nunc proditores &
Acto:7 homicidæ fuiſtis, qui accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum, & nō cuſtodiſtis. Audientes hæc Iudæi diſſecabantur cordibus, & ſtridebant dentibus ſuis in eum: idq; omne ex immenſa eorum malitia & inuidia proueniebat, in qua tam indurati erant, ut etiam ſpiritui ſancto qui per Stephanum loquebatur, reſiſtere non dubitarent. Verum inter hæc dominus fidelem ſuum non deſeruit, ſed omnem conſolationem et auxiliū exhibuit. Ita enim Luc. ait.
Actu.7 Quum eſſet Stephanus plenus ſpiritu ſancto, intendens in cœlum, uidit gloriā dei, & Ieſum ſtantem a dextris uirtutis dei. Bene ille reſpexit in cœlum, unde ſpem & auxilium petebat, dicente Dauide: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxi-
Pſal.120 & 122 lium mihi. Auxiliū meum a domino, qui fecit cœlum & terram: & inde: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Neq; uana illi fuit hæc ſua fiducia: uidit enim in cœlis gloriam dei: unde indubitato uiriū & conſolationis plurimū ſuſcepit, dixitq; ad Iudæos: Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis ſtantem a dextris uirtutis dei.

Vbi duæ ſtatim oboriuntur quæſtiones altera talis: Quando Chriſtus filius dei & hominis eſt Marię, quur ſanctus primuſq; ille martyr maluit filium eum hominis uocare ꝙ dei, quum hæc appellatio multo futura erat honeſtior? Reſpondet hic Beda Beda & ait: Vt hoc teſtimonio Iudæorum confunderetur infidelitas, qui ſe hominē crucifixiſſe, et hunc deum credere noluiſſe meminerunt. Ad confortandam ergo beati martyris patientiam cœleſtis regni ianua panditur: & ne innoxius homo lapidatus titubet in terra: Deus homo crucifixus apparet coronatus in cœlo. Illius etiam diuinitas ſatis eſt declarata uerbis ſequētibus, quando ſtare dictus eſt a dextris dei: eo. n. ipſo illius cum deo patre probatur æqualitas, ſicut in die Aſcēſionis dicturi ſumus. Altera quæſtio hæc eſt: Quur Stephanus Augu. in q. uet. & noui. teſt. q. 88 dixerit hic uidiſſe ſe Chriſtum ſtare, quum tamen communis ſcripturæ conſuetudo hoc habeat, ut dicatur ſedere ad dextram, iuxta illud Marci: Chriſtus aſcendit in cœ Mar. 16 lum, ſedet a dextris dei. Nos quoq; in ſym Coloſ. 3 bolo ſimile quid profitemur: & Paulus ait ipſum ſedere a dextris dei, neq; id mirum, quoniam ſedentibus 24 ſenioribus in ſedibus ſuis, & ipſe merito dominus Ieſus ſedere perhibetur, ſicut thronum illius uidiſſe ſe Iohannes refert, & ſedes ſeniorum 24. Apo. 11 in circuitu ſuo. Hæc omnia quum ita ſint, quid eſt ꝙ Stephanus ait: Vidiſſe ſe illum ſedentem? Reſpondetur, uera eſſe quæ adducta ſunt omnia, Chriſtuq; ſedere ſimul & ſtare. Quod autem, inquit Auguſtinus Auguſt: Stephano ut ſtans apparet, fecit calumina Iudæorum: in Stephano enim ſaluatoris cauſſa uim patiebatur: ideo ſedente iudice Deo ſtans apparuit, quaſi qui cauſſam diceret: & quia bona cauſſa eius eſt, ad dexteram iudicis erat: omnis enim qui cauſſam dicit, ſtet neceſſe eſt. Beda etiā ſic ait: Stare pugnantis eſt uel addiuuantis, ideoq; recte a dextris dei ſtantem uidit, quem inter Beda: homines perſequentes adiutorem habuit. Quotienſcunq; autem de regno & imperio Chriſti, ſiue etiam de iudicio fit mentio ſemper tunc ille ſedere dicitur: eo ꝙ regis

ſit in throno ſuo, & iudicis in ſede ſedere, ſicut Dauid Salomonem ait: Super throſ num ſuum ſeſſurum & regnaturum &c.

Homilia 3. et vltima

STephanus prodigia multa fecit & ſigna magna in populo, Iudæos diſputando ſuperauit, quo noſ mine uinctus etiam eſt: quumq; ſe defenſ diſſet ſuper ijs quæ falſo ei imponebantur, Iudęos quoq; de inſidelitate ſua rephēdiſ ſet, uiſoq; cœlo aperto conſpexiſſet Ieſum ſtantem a dextris dei, exclamātes uoce magna, continuerunt aures ſuas, et impetum fecerunt unanimiter in eum: Vide hic malitiam Iudæorum & peruerſitatem, Exclamant ualide, ne ſancta Stephani uerba exaudirentur: & quia non poterant reſiſtere ſpiritui ſancto, qui in eo loquutus fuerat, ſi
Actu.6 cut iſti qui cum eo diſputarant: ideo continuerunt aures ſuas, ne ſalutaria uerba eius audirēt, inſtar aſpidis ſurdę & obthurantis
Pſal.57 aures ſuas, ne exaudiat uocem incantanſ tis ſapienter: quæ natura eſt maloꝝ omnium, ut faſtidiant audire quod bonum eſt:
Pſal.35 Noluit, inquit Dauid, intelligere ut bene ageret. Quiſquis autem auertit aures ſuas
Proue.27 ut audiat legem, oratio illius erit execrabiſ
Prouer.5 lis, ut recte queſtus ſit Sapiēs, dicēs: Quur deteſtatus ſum diſciplinam & increpatioſ nibus non acquieuit cor meum, nec audiſ ui uocem docentium me, & magiſtris nō inclinaui aurem meam. Ita obthurati etiā
Iob.21 hic fuerunt Iudæi, dū continuerunt aures ſuas quaſi dicerēt: Viā ſcientiæ tuæ noluſ mus, ſaluari nolumus. Sunt qui putēt eos ita clamaſſe, & aures ſuas cōtinuiſſe, q̄ſi in ſpeciē ꝓbitatis, & ꝙ ꝑpeti nō poſſent, neq; audire blaſphemiā, ſicq; uoluiſſe eos qualemcunq; pietatis ſuæ prætextum quærere: unde tamen occaſionem caperent lapidandi Stephanum. Inde igitur ualido imſ petu uim fecerunt in Stephanum, neq; ſecus in eum irruerunt, ac ſi furore perciti eſſent, eijcientes eum extra ciuitatem. In hoc etenim impudenter iactitabant ſe ſeruare
Leui.24 legem, eo ꝙ Moyſes præceperat blaſphemum extra caſtra eductum lapidari debere. Eratq; illud apud Iudæos cōmuni moſ re receptum, ut occiſuri aliquem educerēt eum ex ciuitate, ſicuti Chriſtus quoq; exſ tra portas ciuitatis paſſus legitur: Irrueſ Heb.13
runt itaq; iſti in Stephanū, in nullo adhuc ſcelere conuictum, uidentes inſuper uultū eius ut angeli: uerum ne eo quidem arguſ mento deterriti, ſęuire tantum properarūt canes furioſi lupiq; rapaces, iuxta illud uerbum domini: Ecce ego mitto uos ſicut oſ Math.10
ues in medio luporum: nō poterant enim tam ſapientia uerba Stephani prudenter refellere, tantum ut inuidiam ſuam ſatiaſ rent eum pro blaſphemo lapidarunt.

2. Sequitur in textu: Teſtes depoſueſ Actu.7
runt ueſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui uocabaт Saulus, qui Paulus poſtea uocatus eſt: nam & hoc ita factum ipſe refert Apud Lucam: Quur aūt abiecerint te Acto.22
ſtes ueſtimēta ſua, liquido ſatis apparet ex Deute. ubi ſic legitur: In ore duorum aut Deut.17
trium teſtiū peribit, qui interficietur. Manus teſtiū prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittet, ut auferas malū de medio tui. Ita hic quando lapidare uolebant Stephanum, oportebat teſtes primos in eū lapides inijcere, qui ne ueſtiſ bus ab opere impedirent exuerunt ſe & parauerunt labori. Qđ aūt illas Paulo cuſtoſ diendas dederunt, argumento eſt ipm q̄q; in Stephani mortem conſenſiſſe, & in ea ꝓcurāda ſollicitū fuiſſe, ſicut Lucas infra me Actu.8
minit aperte. Sed quid hic Stephanus martyrum omniū corona inter lapides feſ cerit conſydera. Ita.n. habet textus: Lapiſ dabant Stephanum inuocantem & dicenſ tem: Dñe Ieſu, ſuſcipe ſpiritū meum. Vbi Act.7
principio exemplum nobis datur orandi uſq; in extremum ſpiritū, ſicut & Chriſtus fecit in cruce. Vt maxime etiā infirmus debilior ſit, q̄ ut orationi ſufficiat, adhuc tn̄ circumſtantes illi orare aliquid debent uel legere de paſſione Chriſti, aut conſimile quippiā de iudicio extremo, de miſericorſ dia diuina. Deinde diſcamus hic ſpūm noſ ſtrum animū, menteq; noſtrā cōmendare deo imminente mortis articulo, imo & an Parte 1
tea quotidie, ſicut in paſſione Chriſti dixiſ fol.152.et
mus. Vnū.n. illud uerbū nobis quoq; dn̄s 162.
ad extremū reliquit, ut penitius memoriæ & animo infigeremus. Præterea diſce hic

in

in aduerſis nō deierare et inſanire, qui nūc malorꝝ mos multo peſſimus eſt, ut ſi quādo non omnia ex ſententia cadunt, furiāt & tumultuent: tunc.n.adiurare ſolent, & deteſtari ac anathematiſare, oēſq; dei ſanctos iniuria afficere, imo & Deo ipſi non parcunt, martyriū paſſionē, uulnera illi exprobrant turpiſſime. Imo in aduerſitatib⁹ noſtris patientes nos eſſe cōuenit, ad Deū & ſanctos confugere pia oratione, ſicut & hic Stephanus fecit, & eius rei tota undiq; ſcriptura pleniſſima eſt.

3. Porro poſitis genubus clamauit ille uoce magna: Dñe ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt qd faciūt. O iuſtā rerum mutationē: Martyr mundi cordis ad cœlos intuitū dirigit, ꝑſequutor duræ ceruicis manus ad lapides mittit. *Beda ſup Acta* O uirum ad mirandū meritoq; ſtupendū Stephanum, o hominē patientiſſimū, qui pro ſuis etiam perſequutorib⁹ & occiſorib⁹ orauit, Chriſtum magiſtrum imitatus, illius quoq; doctrinam impleuit, quū ait: *Math.5* Diligite inimicos ueſtros, benefacite illis, qui uos perſequūtur, ut filij ſitis patris ueſtri qui in cœlis eſt. Hoc Chriſti uerbū ſimul & exēplū illud hic impleuit Stephanus. Videte aūt & cōſyderate mihi diligētius, fortiſſimum hunc athletā dei Stephanū, in quo nō hoc ſolum eſt admirādum ꝙ conſtanter pro uita decertarit æterna, ſed hoc quoq; expendēdum occurrit, ꝙ ꝓ ſe quidē ſtans orauit, *Beda.* ꝓ inimicis autē genua flexit: qñ.n.eorꝝ peccata maiora erant, ampliorē etiā in orando requirebāt medicinā. Obſerua etiā uirum ſanctiſſimum genua ſua flexiſſe, cōtra Neochriſtianos, qui tanta ſunt ſanctimonia, angelis ꝓximi, ut nec genuū flexiōe, neq; manuum eleuatione, nec ulla indigeāt cordis pulſatione, imo ne caput quidē coram deo & ſacramento diſcooperiunt, dicētes eum nō ideo hic eē ut colat̃: uerum corā conſule ſuo miris modis genua & capita flectunt. Vide & in hac re charitatem immēſam in hoc, ꝙ magna uoce clamauit, oſtēdens preces ſuas ex animo & corde petitas. Nā ore & uoce orare multū ꝓdeſt, clamare ad dominum bn̄ placet deo, iuxta illud Dauidicum: *pſal.141* Vocemea ad dominū clamaui, uoce mea ad deū dep̄catus ſum. Ita etiam exaltauit ille uocē Samuelis de terra, ut ait Sap. plane.n. *Eccle.46* eodē modo Stephanus fraternæ charitatis impulſu clamauit ad dñm ꝓ perſequutoribus ſuis, ne imputaret eis hoc in peccatū. Sunt qui putent hic Stephanum oratione illa ſua emeruiſſe cōuerſionē Pauli, ſicut in hoc citari ſolet authoritas Aug. *Augu.* in quo tamen legiſſe me illud nō memini. Si nō oraſſet Stephanus, Eccleſia immenſum illud Euangelij lumen non haberet. Tanta eſt efficatia orationis iuſti alicuius, & deo beneplacentis (Vaticanum neq; in Græco neq; latino habet: Neſciūt quid faciunt, & tunc explica, quō plebs tempore Chriſti fuit plus excuſabilis ꝙ Iudæi occidentes Stephanum, quum iā non forēt neſcij.) Hoc quū dixiſſet Stephanus obdormiuit in dño: O mortē ſanctā imo fœliciſſimam eius, qui obdormit in dño: factum eſt autē hoc die 3. Auguſti primo anno ab aſcenſione Chriſti, ꝗuis deinceps Eccleſia feſtū Stephani huc tranſtulit, poſt feſta natalitia Chriſti, ut dies ille ſanctus reſtauratæ ſalutis alijs etiam feſtiuitatib⁹ illuſtrior redderet: deinde etiā quia prothomartyr ille fuit martyrū omnium anteceſſor, merito hic ab Eccleſia ꝓducit: preterea qđ cōmoditas ipſa utriuſq; feſti ſuadebat hoc ita fieri, dicente Fulgentio: *Fulgen.* Heri rex noſter trabea carnis indutus de aula uirginalis uteri egrediens, uiſitare dignatus eſt mundum: hodie miles de ergaſculo corporis exiens, triumphator migrauit ad cœlū. Heri Chriſtus natus eſt in terris, ut Stephanus coronaretur in cœlis: hæc.n. nominis ſui interpretatio eſt iuxta eundē Fulgen. Stephanus, ut nominis ſui coronā meruiſſet accipere, charitatē ꝓ armis habebat, per charitatē dei ſęuientib⁹ Iudæis nō ceſſit, ꝑ charitatē ꝓximi pro lapidantib⁹ interceſſit, præſentib⁹ charitatē exhibuit, uenturis adhuc poſteris bonū & ſalutare reliquit exēplum: Ex ijs omnibus patet quō Stephanus coronā conſequutus ſit fœlicitatis æternæ.

4. Tantam quoq; fortiſſimi martyris ſanctimoniā multis miraculis dñs illuſtrauit: ſepulchrū.n. & reliquias illius cuidam presbytero Luciano reuelauit, cui ſeptimo Imperatoris Honorij anno Gamaliel, qui Paulum erudiuit in lege, apparuit, eiq; S.

Stephani monumentum in uilla Gaphar
Gamala oſtēdit, & iuxta ipſum ſepulchrū
Nicodemi nepotis ſui, atq; filij ſui Abibæ,
Quūq; cæpiſſent fodere ad corpus S. Ste-
phani, factus eſt terremotus magnus, tāta
cum ſuauiſſimi odoris perfuſione, quaſi in
paradiſo fuiſſent illi qui laborabant & ad-
ſiſtebāt: ibi etiā 73. infirmi a uarijs languo
Li.22.c.8 ribus ſunt ſanati. Auguſ. in opere de ciui.
dei miracula multa refert, quæ deus per ſ.
Stephanū fecit, in templis memoriæ ſancti
1 martyris dedicatis, adhuc tēpore ſuo. Qđ
etiam mulieri cuidā cæcæ reſtitutus ſit ui-
2 ſus: Ad aquas, Epiſcopus quidā Sinicen-
3 ſis a fiſtula liberatus eſt. Eucharius preſ-
byter ad reliquias S. Stephani ſanatus eſt
4 a calculo & quodā alio morbo lethali. Per
interceſſionē S. Stephani uir quidam ma-
gnæ exiſtimationis Martialis ad Chriſti fi-
dem conuerſus eſt. A podagra quoq; ſana-
ti ſunt duo in ciuitate Chalame apud reli-
quias ſ. Stephani. In ciuitate Adurus par-
uulus quidam a rota oppreſſus uiolentia
& impetu boum, reuixit. Similiter & uir-
go ueſtalis in urbe Caſpaliana, quum ue-
ſtem ſuā miſiſſet ad reliquias S. Stephani,
interim defuncta: ubi primū ueſtis rurſus
mortuo corpori impoſita eſt, rediuiua ſur-
5 rexit. Hypponis etiā in urbe qua Auguſt.
ſedit Epiſcopꝰ, Baſſus quidam Syrus pro
filia ſua orauit apud reliquias S. Stephani,
& quū ueſtem ipſius quam ſecum ferebat,
mortuo corpori ſuper impoſuiſſet, reuixit
6 filia, quæ iam mortua erat. Ibidē filius Hi-
renei defunctus quū oleo S. Stephani per
unctus eſſet reſurrexit. Vnde dicit Augu.
ſi miracula ſanationis tantū (ut taceat cæ-
tera) ſcribēdo ꝓſequi uellet, quæ per hunc
glorioſum martyrem ſunt facta, multos ſu
per ea re libros ſibi fore ſcribendos: q̄uis
neq; illa omnia conſcribi potuerunt, ſed ea
tantum de quibus teſtimonia & ſcripta al-
lata ſunt, ut inde in Eccleſia denunciaren-
7 tur. Anni nōdum duo ſunt quando in Hip
pone cæptū eſt coli ſ. Stephanū, & tamen
miracula circiter 70. facta ſunt tantulo tē-
pore, de quib. ſcripta oblata ſunt, exceptis
reliquis. Namq; Auguſt. ſcribit ideo ſe mi-
racula exegiſſe ab hominibus ſcripta, ut in
plurimoꝝ notitiam uenirēt. In urbe Vza-
li plurima quoq; per illum fiunt miracula,
quumq; ibi fuiſſet Auguſt. mulier quædā 8
Petronia a grauiſſimo longiſſimoq; mor-
bo liberata eſt: & illa tunc primum iuſſu
Auguſt. tabellam adfixit facti miraculi in
dicem, quod antea in uſu non fuerat. Mu-
lier illa nobili loco nata, nuptaq; nobili ha-
bitauit in urbe Carthagine (lege miraculū
de annulo) Ad extremum ait ille, quomo- 9
do decem fratres & ſorores in Cæſarea Ca
padociæ matrem ſuam irritarint ad iram,
quæ diris illos deuouens liberos ſuos fecit
ut membris omnibꝰ tremerent: et ex ijs du
os Hypponis ad reliquias S. Stephani ſa-
nitati priſtinæ reſtitutos iā ſupra diximus. Parte.1
Vbi ergo iam ſunt Neochriſtiani, qui no- fol.159. d
lūt ſanctos miracula operari per reliquias
ſuas. Qua de re alias plura. (Vide inſuper
pulchros ſermones de S. Stephano apud
Augu. in eius feſto, & quæ notauit de pro
thomartyre de quarta feria cap 4.
5. In prolixo illo ſermone quem fecit
Stephanus oboriuntur quæſtiones duæ,
prior: Quod hæc uerba Stephani non ui-
dentur concordare cum uerbis Moyſi. Et
hoc relegatum uolo ad ſcholas, quoniam
plebi non admodum conducit ad ædifica
tionem (uide Auguſt. li. 16. de ciui. dei, ca. Augu.
15. & in quæſt. ſuper Gene. Atq; ſi placet
etiam B. Hieron. ſuper Gene. & inuenies Hierony.
quod petis, fol. 102.) Poſterior quæſtio
talis eſt: Cuiuſmodi nam oculis Stepha-
nus uiderit dominum? ſunt enim qui pu-
tent hic Stephanum non tantum humani
tatem, ſed etiam diuinitatem Chriſti uidiſ-
ſe, ſicut de Paulo ſentit Auguſ. quando ra Ad Pauli. de ui. dei
ptus eſt in tertium cœlum. Veruntamen
non omnino eſt hoc ſimile, ſiquidem Ste-
phanus nō ita raptus fuit ut Paulus, quod
etiam ſenſuum ſuoꝝ poteſtate, & uiribus 2.Cor.12
excidiſſet, ſicut de ſe Paulus ait: Neſcio in
corpore an extra corpus: non poteſt igitur
factum Pauli huc referri, & tamen uidea-
mus quomodo Stephanus cœlos uiderit
apertos. Augu. in lib. de cognitione ueræ Augu.
uitæ ait: Corporalem uiſum noſtrum pe- cap.42
netrare non poſſe amplitudinē aëris, quo
nomine apoſtoli quoq; amplius uidere do
minum nō potuerunt, quū primū a nube
ſuſceptus eſt; nō igitur Stephanus oculis
corporeis

corporeis uidere potuit Chriſtum in cœ-
lis, quando nullius hominis uiſus uſq; in
cœlũ pertingere poteſt. Imo & concilium
in quo Stephanus cõſtitit in aliqua domo
Act. 7 fuit, ubi per tectũ cõſpicere nequiuit. Non
uidit ergo ille Chriſtũ oculis carnis, ſed in-
tuitu hominis interioris, neq; in corporali
ſed cœlo intellectuali. Eamq; ſententiam
plæriq; ſequunt Doctores Stephanum. ſ.
uidiſſe Chriſtũ in imagine quadã animæ
ſuæ oblata: ſicut & prophetæ uiſiones ha-
buerunt, quib⁹ tota undiq; ſcriptura abun
Eſa. 6 dat. Sic Eſaias uidit ſedere dñm ſup thro-
num excelſum, & Seraphin ſtare ex utro-
q; latere. Sic Ezechiel, ſic Ioannes in Apo-
calypſi, ſic plæriq; alij uiderunt, & intelle-
xerunt ſignificationes eoꝝ, quę uidebant:
nõ aũt ſic intellexit Pharao quando uidit
Gene. 41 ſeptẽ boues pingues aſcendentes, & alios
ſeptẽ macros: neq; dubiũ eſt potuiſſe hoc
etiam ita fieri cũ ſ. Stephano: Vltra hoc ta-
men poteſt quiſpiã cogitare Stephanum
etiã corporalib. oculis uerã uidiſſe Chriſti
humanitatẽ in cœlis: cuius ratio hęc eſt ꝙ
Actu. 7 ita habet textus: intendens in cœlũ: dein-
de ꝗuis noſter aſpectus per ſe in longũ nõ
tendat admodũ: tamẽ poteſt oculis noſtris
offerri res adeo lucida, ut eius uiſionẽ nul-
la impediat diſtantia: ſic ſol, luna & aſtra
uident. Quis. n. immenſam illã cœli a ter-
ra diſtantiam colligat, & tamen ſtellas in
tanta claritate cernimus? Ita & ſol iuſtitiæ
Chriſtus ſecundũ beneplacitum ſuum uiſi
bilem exhibere ſe poteſt ad quamcunq; di
ſtantiam. Namq; ſicut ille potuit in glorifi
cato corpore uiſibilẽ ſe pͤbere in ꝓpria for-
Ioan. 20 ma, ut diſcipulis ſuis, & in aliena cõſpicuũ
Luc. 24 offerre duob⁹ euntib⁹ in Emaus, & Mariæ
Iohan. 20 ſub ſpecie hortulani: ita propius ſiue lon-
gius exhibere ſe poteſt iuxta bñplacentem
ſibi uoluntatẽ ſuã: neq; etiã immerito gra-
tiam hanc exhibuit fortiſſimo ſuo athletæ
Stephano, ut qñ pͤceſſor futurus erat oĩm
martyrũ ꝓpter fidẽ Chriſti, in ipſo marty-
res oẽs pignus ſuſciperent, certioreſq; fie-
rent diuinæ cõſolationis hic in terra: ꝙ q;
poſt hãc uitã uiſuri eundẽ eſſent maximo
cũ gaudio in ſæcula. Dñs deus nos quoq;
illius fœlicitatis participes facere dignetur
per magnam ſuam miſericordiam.



Euangelium in feſto S. Iohannis Euangeliſtæ, Iohan. XXI.

IN illo tempo
re dixit Ieſus Petro. Se
quere me. Conuerſus Ioan. 13
Petrus uidit illum di-
ſcipulũ quem dilige-
bat Ieſus ſequentem, qui & recubuit
in cœna ſuper pectus eius, & dixit.
Domine, quis eſt qui tradet te. Hũc
ergo cum uidiſſet Petrus dicit Ieſu.
Domine hic autem qd, dicit ei Ieſus.
Sic eum uolo manere donec ueniam,
quid ad te? Tu me ſequere. Exijt er-
go ſermo iſte inter fratres, quia diſci-
pulus ille non moritur, & nõ dixit ei
Ieſus non moritur, ſed ſic eum uolo
manere donec ueniam, quid ad te?
Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimoni
um perhibet de his, & ſcripſit hęc, &
ſcimus quia uerũ eſt teſtimoniũ eius.

Homilia prima.

EVangeliȷ̃ huius hiſtoria poſt ip̃am
domini reſurrectionem contigit,
quando octauo ab illa die ſeptem
diſcipulis in piſcatu apparuit, quumq; illi
piſces magnos 153. mirabiliter cæpiſſent,
deinceps quum pranſi mane eſſent, & do-
minus Petrum paſtorẽ conſtituiſſet ſuper
Eccleſiã totam, eidemq; prædixiſſet, quõ
per martyriũ moriturus eſſet, ſup hæc om-
nia hodiernum ſequit̃ Euangelium, quan-
do dixit dñs Petro: Sequere me, ubi ſic q̃-
Aug. rit Auguſt. Quur dicit̃ Petro ſequere me,
nec dicitur cæteris, qui ſimul aderant? &
profecto eum ſicut magiſtrum diſcipuli ſe
quebant̃, imo oĩb. Chr̃ianis dictum hoc a
Luc. 9 dño: Qui uult uenire ad me, abneget ſe-
Mat. 16 metipſum, & tollat crucẽ ſuã, & ſequatur
Math. 9 me: ſicut ipſum ſequutus eſt Matthæus.
Rñdetur, ſecundũ qđ uerba hęc geminum
habent intellectũ, quæſtio etiã hæc dupli-
ci uia diſſolui poteſt: Primum intelligere
uult Aug. hanc ſequutionem de paſſione
et morte: paulo. n. ante hic Chriſtus Petro
prædixerat eum martyriũ ſubiturꝝ, quãdo
dixit: Alius cinget te, et ducet quo nõ uis.
Ioan. 20 Iã itaq; peculiariter dicit illi: Sequere me,
ſ. morte crucis, quam ego pertuli. Nam etſi
Actu. 12 Iacobus Zebedęi, qui etiã una hic aderat,
quoq; ſequutus eſt dñm & paſſus, tamen
nõ crucifixus, ſed tantũ gladio morti adiu-
Cyril. dicatus. Ita Cyrillus hic ait: Verbum hoc
etſi cõmuniter intelligi poſſit, ut tanq; di-
ſcipulus doctorem ſequat̃, ſubenigmatice
tamẽ oſtendit ueſtigia & paſſionẽ Chriſti
Petro ſequendã eẽ: ſicut & ipſe Petrus ſcri
1. Pet. 2 ptũ reliquit, Chr̃s paſſus eſt pro nobis, uo
bis relinquens exemplũ, ut ſequamini ue-
ſtigia eius. Atq; ſenſus ille Euangelio pul-
chre conuenit, eo ꝙ porro intuentibus no-
bis contextum Euangelicum apparet do-
minum dixiſſe Petro: Quo ego uado, non
Ioan. 13 potes uenire modo, ſequeris autẽ poſtea.
Quo uerbo recuſauit ille Petro mortis ſuæ
ſequelã, ſicut Petrus præſumpſerat ſe eum
& in carcerem & in mortem ſequuturum.
Quemadmodũ igit̃ dominus Petro dixe-
rat poſt cęnam: eum iam ſe non ſequuturꝝ,
ita eũ iam poſt reſurrectionẽ & prandium
Chryſoſt. ſe ſequi iubet. Chryſoſt. ſic ait: His uerbis
curauit, & familiarẽ in eum adfectũ oſten-
dit. Quod ſi quis percontaret̃, quõ Iacob⁹
ſedem Hieroſolymis acceperit? rñderem,
hunc totius orbis magiſtrũ p̃poſuiſſe. The
ophy. inquit: Sequere me, hoc eſt, qui edu- *Theoph.*
co te ad p̃dicationẽ, & totũ orbem in ma-
nus tuas trado. Voluit ergo Chriſtus dice
re: Sequere me, hoc eſt: Ego te relinquo
poſt me, ut geras uices meas, ſis meus uica
rius, locũ tenens & ſucceſſor; ſequere me
in officio &c. Vterq; etiã ſenſus ille uerus
eſt: ſuperior tamen mihi potior uidet̃, uolu
iſſe Chr̃um ut ſe Petrus ſequeret̃ corporali
ter, quo ſignificare uoluerit etiã ſuppliciũ
crucis, nõ ſecus atq; in ueteri teſtamento ꝓ
phetæ interdũ uerbis, alias etiã operib⁹ ꝓ-
phetarunt, ſicut Hieremias quum deſcen- *Hiere. 18*
deret in domum figuli &c.

2. Conſtat etiã hoc ibi Petrum corpo-
raliter ſequutũ eſſe dñm: ſequit̃. n. Conuer
ſus Petr⁹, uidit diſcipulũ quẽ diligebat Ie-
ſus. Authore namq; Augu. abeunte dño, *Augu.*
& ſequente iam Petro, in ipſo itinere atq;
comitatu ſequebat̃ & Ioãnes, qui ſe hoc lo
co circũſtantiȷ̃s quibuſdã deſcribit pro mo-
re ſcriptorꝝ, ne uideant̃ gloriolã uenari &
laudem: Conſpicatus itaq; Petrus Ioannẽ
ſe ſequẽtem, dixit ad dñm: Domine, quid
autem hic? quæ interrogatio uariȷ̃s modis
intelligi poteſt: ſicut. n. ſupra diximus, nõ
nulli putarunt his uerbis Chriſtum uolu- *Chriſoſt.*
iſſe ſibi Petrum uicarium & rectorem ſuc-
cedere Eccleſiæ: Petrus autem Ioannẽ ad
modum diligebat, unde & in Euangelio
ſæpe coniunctim commemorantur. Audi
ens ergo tanta charitatis argumẽta a Chri-
ſto, cupiebat & Ioannẽ tantorꝝ donorꝝ ha-
bere ſocium, atq; præ cæteris omnib⁹ præ-
cipue reſpiciebat ad illum: Et quo ad hũc
intellectũ Petr⁹ nihil interrogaſſet de paſ- *Chryſo.*
ſione & morte Ioannis, ſed tantum de ma-
giſtratu ſuperiore: qñ enim iam Chriſtus
magna communicauerat Petro, curamq;
demandauerat uniuerſi orbis, paſſionem
quoq; p̃dixerat ſuã, & ſic maiorem charita
tem ei exhibuerat, cupiens illũ ſibi cõtinge
re ſocium, dixit: Hic autem quid? Quęrat
aliquis: Quur hic Ioannes meminerit cæ-
næ? Ideo nimirum ut magnam illius fidu-
ciam declararet erga dominum: in cœna
enim non audebat ipſe interrogare dñm,
ſed

ſed hanc prouinciam demandabat Iohan-
ni,nunc uero contradita ſibi cura fratrum,
neminem rogat qui ſuo loco interroget do
minum,ipſe iam loquitur magiſtro,tacen-
te Iohanne,rurſuſꝗ rependere beneficium
hic uult Iohanni,quod illi præſtiterat in cę
na:putabat iam cupere & Iohannem illud
ſcire,ſed magis eſſe puſillanimem ꝙ qui in-
Auguſt. terrogare audeat:Quid multa? ij duo apo-
Beda. ſtoli prę alijs mutuo ſeſe diligebãt. Cõmu-
nior tamẽ intellectus hic eſt,quum iam di-
xerat ei dominus ut ſe ſequeretur in ſuppli
cio crucis: Petrus inſuper ſcire uolens con
ſummationem uitæ dilecti ſui condiſcipuli
Iohannis interrogauit. Hic autem quid ſ.
paſſurus eſt? ſimulatꝗ enim dominus a cę
na ſurrexerat,dixeratꝗ Petro: Sequere me
iamꝗ Petrus eũ ſequeretur ſimul & Ioan-
nes,qui facile cogitabat ſibi non licere pro
cul a Chriſto manere,unde & occaſionem
Petro dedit interrogandi: Mitto hic quod
nonnulli putãt Petrum illic quidem in cœ
na nimis fuiſſe temerarium,quando puta-
bat nunꝗ fore ut dominum ſuum abnega
ret: hic autẽ nimiũ quoꝗ ſibi ſumpſiſſe,ut
ſcire cuperet quid de Ioanne futurũ eſſet.
3. Cæterum dominus ſolita ſapientia
Petro hic reſpondet, ut ille tamen certi ni-
hil haberet: præſumptionem enim ei dum
exprobrat,ſimul quod pręcipuum erat in-
iungit, ut ſe ſequeretur & ait: Sic eum uolo
manere donec ueniam,quid ad te? tu me
ſequere,quaſi dicere uellet: Hoc illud meũ
eſt,neꝗ ad te quicꝗ pertinet, utut illũ dili
gas,id tamen omne inferius minuſꝗ repu
ta uoluntate mea: nam & ego eum diligo,
Theoph. ſic ergo uolo eum manere. Verum hoc iã
Auguſt. olim etiam inter diſcipulos Chriſti uariam
ſemper habuit expoſitionem, intelligenti-
bus nonnullis ipſum in Gallilæa manſurũ,
neꝗ profecturum Romam ut Petrum,cui
uniuerſus mundus adminiſtrandus cõmiſ-
ſus eſt, tantiſper dum & ipſum dominus
educeret: Alij ſic intellexerũt, Sic uolo eũ
manere,hoc eſt,qñ tu paſſiõe & cruce mo-
riturus,meꝗ es ſequuturus,ille alio mortis
genere tranquillo & pacato morietur. Ad-
huc alij in eũ ſenſum rapiunt,quem alij fra
tres & diſcipuli habuerunt,Iohannẽ ita ſu-
perſtitẽ mãſurum neꝗ moriturum, donec
ipſe ueniret: Veruntamen nec de ipſo qui-
dem Chriſti aduẽtu cõuenit inter omnes,
Quidam enim putarũt hic Chriſtum eſſe
loquutũ de ſuo aduentu ad excidium Hie
ruſalem per flagellum Romanorum, eo ꝙ
uixerit ille uſque ad imperium Veſpaſiani,
Sed hoc mirum dictu eſt ꝙ nõ conueniat,
quũ Iohannes tandem poſt Veſpaſianum
ſub Domitiano ſit relegatus in Pathmos,
& deinde ſub Traiano mortuus. Annos ſi
quidem ille natus erat 21. quũ pateretur
Chriſtꝰ ſuppliciũ crucis, & deinceps uixit
adhuc annos. 69. ita ut colligerent anni ui
tæ ſuæ.90. qñ iam numerabantur anni a
parta ſalute. 101. Vide etiam Hiero. cõtra *Hierony.*
Iouin. Fuerunt itaꝗ alij qui intelligebant
manſurũ eum donec ueniret Chriſtus ad
interficiendũ antichriſtum ſpiritu oris ſui:
Alij adhuc putarunt eum uicturum uſꝗ
dum Chriſtus ueniret in iudicium nouiſſi-
mę diei: Et alij rebant eum omnino nõ mo
riturũ,quod ipſe etiã Euangeliſta inſinua-
uit dicẽs: Exijt ſermo inter fratres,quia di-
ſcipulus hic non moritur,& eundẽ ſenſum
cõmuni intellectu idem reijcit,quando in-
fert: Non dixerat Ieſus, quia non moritur,
ſed ſic uolo eum manere: uidens enim in-
quit Chryſ. diſcipulorum ſuſpicionẽ,corri- *Chryſoſt.*
git eam, tanꝗ quid dixerit non intellige-
rent: An autem mortuus ſit Iohannes &
quid hic uere ſit ſentiendum, alia homilia
declarabimus.
4. Quãdo nolebat ſe ex nomine ſuo hic
exprimere Iohannes,ex officio tamen inſi-
nuat, ſigillum adpendẽs euangelio ſuo,ut
agnoſcat uerũ hic eſſe teſtimoniũ diuinæ
doctrinæ, & ait: Hic eſt diſcipulus ille, qui
teſtimoniũ perhibet de iſs, & ſcripſit hæc,
& ſcimꝰ quia uerũ eſt teſtimoniũ eiꝰ: Mul-
ta hic dicẽda eſſent de maieſtate Euangelij
Iohan. quod hic oſtenditur fundatum eſſe
ſup ipſam ueritatẽ dei, ut nemo de eo dubi
tare pſumat: plærunꝗ ita dici ſolet, Eadẽ
optima quę & ultima, ſic ultimꝰ inter Euã
geliſtas Ioan. eſt,ſed idẽ ꝙꝗ perfectiſſimus,
ſiqdẽ a tpe dñicę aſcẽſionis in cœlũ uſꝗ ad
ultima Domitiani pricipis tpa p annos cir
citer. 65. abſꝗ ullo ſcribẽdi admiculo uer-
bum Dei prædicabat,at ubi a Domitiano *Beda.*
qui ſecundus poſt Neronẽ Chrianorꝝ pſe

quutor extitit exilio miſſus eſt, irrumpentes in eccleſiam hæretici quaſi in deſtituta a paſtore ouilia lupi, Marciō, Cherintus et Hebion cęteriq; antichriſti (qui Chriſtum ante Mariam fuiſſe negabant) ſimplicitatē fidei Euangelicæ peruerſa maculauere doctrina: Teſtatus eſt eadem & ante Bedam
August: Auguſtinus in prologo: Interfecto autem tyranno Domiciano, ſub clemētiſſimo imperatore Nerua, Ioannes rurſus rediịt Epheſum, ipſumq; deinde epiſcopi Aſiæ omnes & catholici rogarunt ſcribere nonnihil de Chriſti diuinitate, quoniam de eius humanitate ſatis iam ſcriptum erat a Matthæo Marco & Luca: Ita triduanū ille ieiunium omnib. demandauit eccleſijs, ut digne poſſet ſcribere, quo peracto, tam ſublime dedit ille ſuo Euangelio principium, ut impletus ſpiritu ſancto in hæc uerba prorumperet: In principio erat uerbum & uerbum erat apud Deum & deus erat uerbum: Tam altum ſumpſit ille ſibi exordiū, quod ſi ſuſcepiſſet paulo altius, tranſcenderet, inquit
Augu.: tracti ſup Iohā. Auguſt. omnia cacumina montium terrarum, omnes campos aëris, omnes altitudines ſyderum, omnes choros & legiones angelorū: niſi enim tranſcenderet iſta omnia, quæ creata ſunt, nō perueniret ad eum per quē facta ſunt omnia: Recte ergo per aquilam ab Ezechiele deſignat9 eſt, & a ſeipſo in eadē ſpecie uiſus: In medio & in circui-
Ezech. 1 Apo. 4 tu ſedis erant animalia. 4. plena oculis ante & retro, Animal quartū ſimile erat aquilæ uolanti: ſicut enim aquila uolucres omnes uolatu ſuperat & acumine uiſus, ita Iohannes altius aſcendit in deſcriptione rerum diuinarum & acutius uidit, quoniam ipſa ſuæ doctrinæ fluenta ex pectore Chriſti hauſit, quando ſuper illo conquieuit, ex eo fonte in quo Theſauri ſapientiæ & ſcien-
Ioan. 13 Col. 2 tiæ omnes reconditi ſunt, Euangelium ille ſuum deſumpſit: quid igitur mirū ſi iuxta
Super. Malach. Auguſt. tranſcendit omnes: Hinc & Hierony. ait Ioannem dicere auſum quod forte angeli neſcierunt, quodq; uere maximū eſt, reliqui Euangeliſtę facta Chriſti deſcripſerunt: Iohannes nihil magis q̄ ſalutares eius ſermones intonuit, ideoq; eum domi-
Mar. 3 nus cum fratre uocauit Boanerges filium tonitrui, quoniam non de terra loquitur, ſed cœlitus tonat cum tremore & horrore ualido, ab admiratiōe diuinę celſitudinis, myſteriorum quoq; dei & omnipotentiæ: Vt recte dixerit Auguſt. Ad me aures ad Augu: illum cor leuate, ut impleatis utrūq;: Ecce oculos ueſtros ſenſus iſtos corporis leuatis ad ipſum Euangelium, ad ipſum euangeliſtam, cor autem implēdum ad dominum: Et in hac ſcribendi euangelij cauſſa cōcordant Euſeb. Auguſt. & Beda: Verum alij Euſebius: Hierony. aliam quoq; rationem adducunt ut Hieronymus, eamq; huiuſmodi: quod quum legiſſet Matthęi, Marci & Lucę uolumina, probauerit quidem textum hiſtoriæ, & uera eos dixiſſe firmauerit, ſed unius tantum anni, in quo & paſſus eſt poſt carcerē Ioannis hiſtoriam texuiſſe, prætermiſſo itaq; anno cuius acta a tribus expoſita fuerant ſuperioris temporis, anteq̄ Iohannes clauderetur in carcerem, geſta narrauit (ideo recte dicitur Euangelium Iohannis ſupplementum aliorum Euangeliorum) Quia ergo nos cum cæteris fidelibus ſcimus, quia ue- Beda rum eſt teſtimonium eius: Curremus per omnia recta fide intelligendo, recta operatione exercendo, quæ docuit, ad ſempiterna dona q̄ promiſit peruenire Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qui eſt in ſæcula benedictus, amen.

Homilia ſecunda in feſto S. Iohannis.

Die Hodierna per uniuerſam Chriſti eccleſiā ſanctus colitur apoſtolus & Euangeliſta Chriſti Iohannes, & in miſſa Euāgeliū legitur quod mō audiſtis, illudq; uerbis quidem ut breue eſt ita facile cuiq; apparet, intellectu tamen ſalutari plane ſucci plenū exiſtit: Cōmendat n. nobis priuilegiū amoris præcipui, q̄ cæteris ampli9 meruit honorari a dn̄o. Commendat placidā ſuæ carnis abſolutionem, quā dn̄o ſpecialiter ſe uiſitante pcepit: Cō- Beda. mēdat teſtimoniū Euāgelicę deſcriptionis qđ ueritate diuina ſubnixū nullus fideliū dubitare pmittit: Tria hec ferme pcipua ſūt q̄ ad Euāge. Ioā. ptinet, de cui9 ſublimitate ſupiori ſermōe dictū eſt: ſō. n. p altiuolātē aqlā figurat9 ē, q acute adeo & ſublimiter diuinitatē cōſpexit triū pſonarꝝ p cæte.

Euan

Euangeliſtis, qui tantum ſuper terram hu
manitatis Chriſti ingreſſi ſunt, ideoqꝫ &
per terreſtria animalia, hominem, Leonem
& Bouem ſunt deſignati, ſolus autē Ioan-
nes cum aquila ſua in altum conſcendit, ſi-
quidē & apud antiquos aquila ales Iouis
& ſolis credebatur: Reliqua etiam duo di-
gna ſunt admiratiōe, & in ea plurimę obor
tæ ſunt de S. Iohanne ſententiæ, quas hic
breuiter renarrabimus, penitus enim illas
diſſoluere noſtræ intelligentiæ non eſt, ſed
omnes uires noſtras ſuperat, ideoqꝫ deo cō
mittendū, uſqꝫ quo dominum Ieſum uidea
mus ſicuti eſt. Primo loco quæritur An
Iohannes ille Euangeliſta, & quomodo ſit
mortuus? cuius quæſtionis occaſionem ho
diernum nobis præbet Euangelium, ſiqui
dem quum iam dominus Petrum iuſſiſſet
ſe ſeq, intulit inde de Ioanne, ꝙ illū ſic ma-
nere uellet donec ueniat, quæ uerba ſic etiā
intellexerunt fratres quaſi Iohannes non
moreretur, fuerunt itaqꝫ qui crediderunt
Iohannem omnino non mortuum, ſed in-
Gene.5 ſtar Enoch ſublatum, ſicut & Helias curru
igneo uectus eſt in paradiſum, qui ambo
4.Reg.2 prædicabunt aduerſus Antichriſtum, eo-
dem modo putarunt & Iohannē raptum
eſſe atqꝫ cum eis prædicaturum, & Enoch
quidem teſtimonium daturum ex lege na-
turæ, Heliam de lege ſcripta, & ex Euāge-
lica Iohannem: Et hoc aſtruunt illi uerbis
Chriſti quum dixit, Sic eum uolo manere,
donec ueniam: quare & corpus & reliquię
nuſqꝫ apparent: Et ea quidem ſentētia per
hæc uerba Iohannis non deſtruitur, neqꝫ
enim dicunt illi, non mori Ioannem, quod
fratres iſti arbitrati ſunt, ſed huc uſqꝫ non
mortuum, moriturum autem ſupplicio ali
quo paſſionis pro Chriſto cum Enoch &
Helia, qui ambo adhuc mortales eſſe per-
hibentur (illa dicitur fuiſſe ſententia Ab-
Theophy. batis Ioachimi, renarrat Theophilactus ut
opinionem ſuo tempore famoſam. Geor.
Trapezontius miro ingenio dicit ſcripſiſſe
librum, Iohannem nō eſſe mortuum, ſequi
tur Franc. Maronis in 40. diſt. 49) Atqui
ſententia illa cōmuniter nō recipitur, prin-
cipio enim Iohannes ipſe duos tantum te-
ſtes indicat eſſe ſurrecturos aduerſus Anti
Apoc.11 chriſtum, quum ait: Dabo duobus teſtib⁹
meis: & prophetabunt diebus mille ducen
tis ſexaginta amicti ſaccis: Hi ſunt duæ oli
uæ & duo candelabra, in conſpectu domi-
ni terræ ſtantia. Quod ſi ipſe Iohannes ter
tius eſſet futur⁹, quur de ſe tacuiſſet? Quid
quod dilectiſſimo diſcipulo magna gratię
fuiſſet iactura, ſi tamdiu gloria careret æter
na, tandemqꝫ ſupplicium ultimum expe-
ctaret in ipſa uſqꝫ tēpora Antichriſti: Quō
etiam Chriſtum in paſſione eſſet ſequutu-
rus: cuius oppoſitum Ioachimi itidem pro
batu difficile eſt, eo ꝙ angelus dixit Iohan
ni dum comederet librum: Oportet te ite Apo.10
rum prophetare gentibus & populis &
linguis & regibus multis: Alia ſententia
quorundam eſt arbitrantium Iohannem
ita manere uiuum uſqꝫ in diem iudicij, quō
ueniet domin⁹ iudicare uiuos & mortuos,
eius ſentētiæ multi fuere ſicut teſtatur Au Auguſt.
guſt. aiunt enim Iohannem curaſſe ſibi pa
rare foueam Epheſi, & poſtqꝫ diuina cele-
braſſet myſteria, fideles confirmaſſe multa-
qꝫ ſalutaria monita protuliſſe, & poſt be-
nedictionē & orationē in foueā illam ſiue
ſepulchrum deſcendiſſe, atqꝫ ibi ut in lectū
ſeſe reclinaſſe, & iam eodem loco dormire
ac interquieſcere ita in ſomno ſepultum,
In eius rei argumentum adfirmant terram
illic ſenſim ſcatere & quaſi ebullire, idqꝫ ei⁹
anhelitu fieri: addit Auguſt. Viderint qui
locum ſciunt, utrum hoc ibi faciat an pa-
tiat terra quod dicitur, quia & re uera non Beda.
a leuibus hominibus hoc audiuimus: Ve-
rum neqꝫ ipſi Auguſtino ſententia hęc ad- Augu.
modum placet, quum poſſit deus ſtupen-
dum hoc miraculum terræ ebullientis face
re pro beneplacito ſuæ omnipotentiæ, ait
inſuper difficile eſſe creditu Ioannem ideo
ibi uſqꝫ in diē iudicij dormire: parum etiā
conuenire dilectum illum præ alijs diſcipu
lis, & qui ſupra pectus domini in cœna re-
cubuit, tamdiu ſopitum uelut graui ueter-
no, gaudijs deſtitui cęleſtibus: Petrum au
tem qꝫ primū a pōdere & mole carnis hui⁹
liberauit per magnam martyrij ſui gloriā,
Quur igitur S. Iohannem tamdiu ſinat ex
pectare? Petijt & Paulus diſſolui, ut eſſet Philip.1
cum Chriſto, non petierit autem idipſum
dilectus CHRISTI diſcipulus Iohan-
nes, aut uoti compos factus non fuerit:

quur obſecro mitiſſimus dominus debitã illi gloriam tam diu diſtulerit: facit huc ad hanc rem & probationem, ꝙ opus non ſit expectare Iohannem ex hoc diem iudicij, ſed Christum hic de alio aduentu eſſe lo-
Apo.ult. quutum: quod ipſe Iohannes ait in fine apocalypſis: Dicit qui teſtimonium perhi bet iſtorum: Etiam uenio cito Amen, etiã Veni domine Ieſu, librum autẽ hunc ſcri- pſit ille ultimis annis Domitiani, quan- do trãſmiſſus fuit in inſulam Pathmos, un de colligitur nõ multum abſuiſſe aduen- tum ſuum, qui quarto poſt anno factus cre ditur (q̃uis cõmuniter illa clauſula intelli gatur de aduentu domini in morte cuiusli bet, tamen ſequitur propoſitum, quod etiã Iohannes optabat accelerari illum aduen- tum, & ſic erat proximo moriturus) ſic le- gimus etiam Dauidem clamaſſe ad domi-
Pſal.119 num: Heu mihi quia incolatus meus pro- lõgatus eſt, nimiũ incola fuit anima mea: Ecce hic Dauid in perſona iuſtorum om- nium conqueritur diuturnitatem tempo- rum, quibus in hoc mortali corpore perma nendum ſit ſibi, quis iam dubitet miſere tã to tempore uixiſſe hic Iohannem? aut non deſyderarit hoc idem ille, ut potuerit dice-
Pſal.41 re cum Dauide: Sitiuit aĩa mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam & appare bo ante faciem Dei? Hieron. nihil addubi-
Hierony. tat Iohannem eſſe mortuum, quando in ſe pulchrum ſuum deſcendit, tam autem alie num fuiſſe eum ab omni mortis dolore q̃ a carnis corruptione: Verũ quid in corpo- re ſuo operatus ſit dominꝰ, hoc ille deo, cui archana & occulta omnia notiſſima ſunt, cõmittit. Et in hoc cõmuniter doctores cõ
Auguſt. quieſcunt, atq; Auguſt. ipſe eo reſpexit, q̃ uis aperte adeo non expreſſerit Iohannem uere mortuum, ſiquidem & ipſe ſub lege fuit: omnibus autẽ hominib. ſtatutũ eſt ſe mel mori: quando & Christus ipſe mortuꝰ eſt qui ſupra legem fuit, q̃uis in quibuſdã prærogatiuã nonnullis diſcipulis ſuis reli- querit: Nouit enim primũ omnium Ioan- nes mortis ſuæ tẽpus, ideoq; foueã ſibi pa- rari iuſſit, ſicut ex Hieron. & Beda docui- mus: Deinde apparuit ei dñs Ieſus iuxta
Apo.ult. petitionem ſuam & ipſius domini promiſ- ſionẽ, qñ dixit. Quũ abiero parabo uobis locũ, iterũ ueniã ad uos & accipiã uos ad meipm̃, ut ubi ego ſum, ibi & uos ſitis: Vñ colligunt doctores Chr̃m ad unumquẽq; apoſtolorum ueniſſe ante mortẽ ſuã, illãq; ei prædixiſſe. Ad hæc citra omnẽ dolorem mortuus eſt ſicut & Maria, argumento eſt ꝙ non in lecto decubuit: ſed ultro in foueã deſcendens manſuetiſſime emiſit ſpiritum, neq; refragat̃ ratio, qm̃ uirgo ipſe uirgini Mariæ cuſtos & tutor datus eſt a Chriſto Iohan. 16
ſub cruce: ubi ſiquidẽ gladius doloris per- Luc.2
tranſijt uiſcera Marię, quis neget etiã Ioan nẽ in maximis fuiſſe doloribus: itaq; ab eo dolorẽ mortis ſuſtulit, ſicut & a Maria iu- xta ſentẽtiã Hiero. aliorumq; patrum: Pr Hiero.
terea hac prerogatiua donatum eſt in mor te corpus Iohannis, ꝙ immune fuit ab om ni corruptione, nõ quidem ex propria na- tura, quoniã id ſoli Chriſto cõpetit, dicente pſalmiſta. Non dabis ſanctum tuum uide- Pſal.15
re corruptionẽ, hoc idem ex gratia datum eſt ſanctiſſimo uaſculo Chriſti Marię, ꝙ te nerrimum eius corpuſculum, neq; a uermi bus abſumptum, neq; in lutum cõuerſum Exo.15
eſt, quo nomine Maria archę Noë & teſta- menti comparatur, ꝙ ea utraque ex ligno Sethim fabricata fuerat, cuius hæc natura eſt, ut non putreſcat, ideoq; & illa Noë ar- cha tanto tempore durauit, ut Iſidorus te- Iſydo.
ſtetur eam aliquot milibus annorum ſte- tiſſe ſupra montes Armeniæ: Non abſimi le lignum creſcit & in Hybernia, quod nec uermes arrodunt, neq; in eo araneæ texũt, ſicut in Anglia uidimus ipſi: Atq; ideo ut alias Mariam archa deſignat, ita ipſius q̃q; (liceat interĩ ſic dicere) imputreſcibilitatẽ figurat: Et in hoc Chriſtus Ioannem ęqua uit Mariæ, quoniã in ſepulchro corpus eiꝰ inuentum non eſt, ſed manna ex ipſo reſu- dans. Ad extremum hoc, quod & ex ſupe- rioribus conſequitur, accepit Iohãnes a do mino, ut q̃ primum corpore & anima ad- ſumptus fuerit in cœlum, niſi enim reſur- rexiſſet etiã corpore adſumptus, illud utiq; inhonoratum in terris non reliquiſſet Chri Hieron.
ſtus, ſicuti & miraculoſe reliquias Sancti Stephani & aliorũ reuelauit, Crucẽ quoq; ſuam, Geruaſiũ & Prothaſiũ Mediolani, Sanctũ Gereonẽ Coloniæ, alioſq; ſanctos innumeros, quando autem dilectiſſimi di-

ſcipuli

ſcipuli corpus non reuelauit dominus in terra, ſignum eſt ueſtitum illum gloria & immortalitate in cœlis: Etiã quando templum domini, Maria, in æterna patria eſt exornatum, quis non credat hoc idem de
Math. 17 templi illius Cuſtode Iohanne? Ad hæc miraculoſe ſuſcitauit dominus Moyſen, ut una cum Helia appareret in mõte Thabor ad paruum tempus: Et quur non idem dilecto ſuo diſcipulo donarit in perpetuum?
Deut. 34 Quod enim corpus Moyſi non inuentum eſt, aliud in cauſſa fuit, ne ad idolatriã alias procliuis, incitaretur gens Iudæorũ, quod periculum metuendum non erat hic circa Iohannem: Præterea in Chriſti paſſione leguntur multa corpora ſanctorũ, qui mortui erant reſurrexiſſe ex monumentis, & uiſa eẽ in ſancta ciuitate, atq; apparuiſſe mul
Math. 27 tis: Quid ſi igitur gratiam hanc multis patribus dedit dominus, ut corpore & anima reſurrexerint cum Chriſto, age pfrica frontem quiſquis es adeo impudens, & dicere aude, eandem gratiam illum dilecto ſuo diſcipulo non contuliſſe. Quid itaq; pluribꝰ moramur? Mortuus utiq; eſt Iohãnes, iuxta illud Dauidicum. Quis eſt homo q̃ ui
Pſal. 88 uet & non uidebit mortem: ſed hanc ei gratiam dedit dominus q̃ ſupplicio paſſionis non ſit ſe ſequutus ſicut Petrus & alij, ſed ita quiete uixit permanſitq; in Iudæa, uſq;
Chryſoſt. dum Veſpaſianus pararet excidium Hieroſolymitanum: ubi permonitus ille a ſpiritu ſancto fugit in Aſiam peruenitq; Epheſum: ubi tandem reuerſus ex inſula Pathmos uegeta & ſolida ſenectute mortuꝰ eſt: ſimulq;, uti iam meminimꝰ, corpore & anima coronatus eſt in æterna gloria, quam & nobis concedere dignetur Chriſtus Ieſus in ſæcula Benedictus, Amen.

Homilia tertia de S. Ioanne apoſtolo & Euang.

Beda SVperiori homilia diximꝰ tria quædam præcipua hic de Iohanne nobis proponi, cõſignationem & cõfirmationẽ Euangelij ſui, mortem eius doloris omnis expertem, de quibus ſatis multa diximꝰ, ſupereſt priuilegium amoris de quo porro dicendũ erit: q̃m præ cæteris diſcipulis hunc dilexit dñs, q̃uis & alias omnes diligebat, ſecundum quod dixit eis. Si cut dilexit me pať meꝰ, ita ego diligo uos: Ioan. 15
& paulo ante, diligite inuicẽ, ſicut & ego Ioan. 13
dilexi uos: Et q̃uis res hęc parum habeat dubitationis quo ad alios apoſtolos, tamẽ ſi ad Petrum reſpiciamus uidetur nonnihil habere de quo ambigas: Vter charior fuerit domino, & Iohannem quidem peculiariter a domino eſſe dilectum argumento eſt, q̃ ubicunq; ſui meminit, tantum diſcipulum cõmemorat quem diligebat Ieſus, Ioan. 13. 20. & 21
quaſi peculiare de ſe argumentum & uelu ti ſymbolum daturus charitatis: Ad hæc quod euidentius potuiſſet dominus ei conferre dilectionis ſignum, niſi q̃ ex omnibꝰ, uni permiſſum eſt ſupra pectus cõquieſcere dominicum, unde ſequitur eum aliquanto plus fuiſſe a Chriſto dilectum: Sed uiciſſim quoq; fundamento non caret Petrum domino fuiſſe chariorem, eo q̃ & ipſe magis amauerit dominum præ omnibus, quã do & Chriſtus ſic eũ interrogauit, Symon Ioan. 21
Iohannis diligis me plus ijs, in quibus, & Iohannes & cæteri erant apoſtoli, potiorẽ autem eſſe quis neget eum, qui Chriſtum magis diligit, quomodo illum quoq; diliget dominus, ita enim ait, ego diligẽtes me Prouer. 8
diligo (ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter &c. per topicam) ideoq; qui Chriſtũ maxime dilexit, eum uiciſſim ille omnium maxime dilecturus eſt. Iam igitur quęſtionis huius difficultatẽ cernimus, dum utrimq; argumenta poſita ſunt, inde multas quæſierunt patres ſancti uias, quibus ſe ex hoc labyrinto extricarẽt: quorum omnium ſententias hic referre, & longum nimis fuerit, & moleſtius q̃ ad ędificationem ueſtrã attineat. Quãobrẽ potiſſimã ſñiam inducemꝰ, q̃ ſic habet: Magis q̃dẽ dilexit dñs Petrũ Iohanne, non in ſe ipſo ſed ſuis tm̃modo mẽbris, hoc eſt in eccleſia fideliũ, quoꝝ ille perſonã gerebat, uniuerſalis a deo ſuper eccleſiã paſtor cõſtitutꝰ: Eamq; cõmunẽ ait eſſe Bonauentura ſentẽtiam, & ſi ita res haberet, Iohannes abſolute loquẽdo, charior fuiſſet domino, deinde Beatior iam eſſet in cœlo q̃ Petrus, unde aiunt illi, nõ Petro, in eius rei argumẽtũ, matrẽ a dño eſſe cõmẽdatã,

Nos a publica bene trita uia non recedamus, dicentes ſicut cõmuniter dici ſolet, abſolute Chriſtum magis dilexiſſe Petrum, ꝙ Iohannem, ſed quo ad humanam naturam teneriori adfectu amaſſe Iohannẽ, ad id intelligendum pro repetito habere uolumus quod in homilia quadam diximus *Tomo. 2 fo. 162* dominicæ. 19. a ferijs pentecoſtes, quomodo accipiendum ſit, aliud alio charius eſſe: Chriſtus ergo ſecundum humanitatẽ ſuã familiarius dilexit Iohannem præ cæteris, ultra hoc ꝙ ſibi ſanguine iunct⁹ erat, ſicut *Bernhar.* & alij quidam: Ita aperte inquit Bern. Petrus dilexit feruentius, diligebatur fortius: Iohannes amabat dulcius, & amabatur familiarius, unde & ipſe a domino tenerius eſt adamatus.

2. Eiuſq; rei plurimas inuenim⁹ rationes quarum potiſſimæ. 4. ſe hic offerunt. 1. ob teneram ipſius ætatem, natu enim hic omnium minimus extitit, & tẽpore paſſionis Chriſti annorum erat tantum. 21. hoc aũt humana habet cõſuetudo, ut tenerius amẽtur iuniores, ita in cænobijs fieri ſolet inter uiros & mulieres, ita ſi quis liberos multos habet, licet abſolute primogenitũ plus diligat, natu minimũ tamẽ ultra omnes maiori amore proſequitur familiaritatis. 2. Diligebat, inquit *Chriſoſt.* Chryſo. Iohannem dominus magis familiariter, propter ingenitam manſuetudinem, qua ſimilior ille Chriſto fuit præ omnibus alijs: Petrus aliquanto aſperior fuit, magiſq; cõcitus mouebatur: Iohannes mitis planeq; manſuetus erat, ita ut conueniat in eũ, quod de Moyſe ſcriptũ *Nume. 12* legimus: Erat Moyſes uir mitiſſimus, ſup omnes homines qui morabantur in terra: Ita manſuetus fuit & Dauid, de quo dixit *Pſal. 88* deus: Inueni uirum ſecundum cor meum, *1. Reg. 23* de eo etiam ſcriptum eſt. Dauid ſedet in cathedra ſapiẽtiſſimus princeps inter tres: ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni uermiculus: ille autẽ tenellus adeo eſt, ut etiam tactus non admodum ſentiatur: Huiuſmodi manſuetudine ornatus fuit S. Iohannes, quod ex dulciſſimis ſuis epiſtolis ſatis liquet, ſi. n omnes euoluas utriuſq; teſtamenti libros, nullum inuenies in quo tãtum de dilectione dei & proximi ſcriptum ſit, & ubi charitas hominibus magis commendetur: Sic Augu. ait: *Augu. ſuper Cano. Iohan: tract. 5.* Quid ualet charitas, omnis ſcriptura cõmendat, ſed neſcio an alicubi amplius ꝙ in iſta epiſtola cõmendatur, hoc ſi meminiſtis, cõmẽdauimus quũ iſtam epiſtolam inciperemus, nihil in ea ſic nobis cõmendari ut charitatem: Etſi uidetur alia & alia dicere, illo facit reditũ, & ad ipſam charitatẽ o͂mia uult referre, quæcunq; dixerit, ita placidiſſimus eſt iſte ſuus loquendi modus, quum ſubinde dicit filioli mei: Quando igitur mãſuetus adeo ille fuit, mitis atq; benignus, tenerius a domino quoque dilectus eſt, quando & ipſe ſuauiſſimus manſuetiſſimuſq; extitit inter filios hominum.

3. Neq; etiam exiguæ rationis loco ad *Hierony. Beda. Sap. 3* ſignari ſolet priuilegium mundiſſimæ ſuæ uirginitatis, ita enim de uirginibus inquit ſapiens: hæc eſt quę neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum, hoc eſt quãdo reſpiciet eam dominus remuneratione æterna: & Salomon quoque ſic ait. *Prouer. 22* Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorũ ſuorum, habebit amicum regem: Atq; hæ rationes duæ ſunt, quur dominus dilectiſſimam matrem ſuam Mariam Iohanni potius, ꝙ cuiq; cõmiſit apoſtolorum, quoniã ipſe magis cæteris cõuerſatus eſt cum illa: ſiquidem poſt eius tãdem obitũ curam ſuſcepit eccleſiæ Aſianæ. Quarta, dilectionis huius erga Iohannem cauſſa eſt, ipſa intellectus ſui ſubtilitas & acumen, quo dono donatus ipſe eſt ultra alios, quod uel ſolo ſuo experimur euangelio, quo omnẽ Chriſti ſermonem de ſua diuinitate præ cæteris acutius deſcripſit, ut iam mirum nõ ſit præceptorem, diſcipulum tantum, tantopere dilexiſſe, quando etiam inter homines experimur chariores eſſe doctoribus diſcipulos, qui ante alios ſunt ſtudioſiores, quamobrem & Salomon dixit, *Prou. 14* acceptum eſſe regi ſeruum intelligentem & ſapientem.

3. Sequitur ex ijs iã intellectus & ſententia queſtionis, quam aliquis facere poſſet, quur ita Iohannes perſonam ſuam denotet, ut dicat Diſcipulus quem diligebat Ieſus, aut in hoc ne potiorem ſe alijs iudicauit, quaſi qui plus gratiæ diuinę accepiſſet ꝙ Petrus? ſequit̃ inquã inde reſponſum, quãuis hac circunſtantia ſemet Iohannes deſcripſit,

deſcripſit: id tamen eo factū non eſt, quod ideo ſe ex ſuperbia digniorem oſtenderet eſſe cæteris: ſiquidem non de illa dilectio-
Matth.22 ne loquitur quę ueſtis eſt nuptialis, ſecundum quam quiſq; magis minuſue remuneratur in uita æterna, nō de eſſentiali charitate, quæ dei gratia eſt, ſed tantum de illa teneriore & familiari dilectiōe agit, ex qua Chriſtus ei familiarior extitit ꝙ alijs: ꝙuis hic ꝙꝙ temerario ſtatuere nihi decernim⁹, in eo ꝙ arbitremur Petrum eſſentialiter eſſe Ioanne beatiorem: conſtat enim ponderationem meriti cuiuslibet hominis pro-
Prouc.16 prie ſpectare ad Deū, iuxta illud. Spirituum ponderator eſt dominus: Ioanni Chriſtus matrem ſuam cōmendauit, Petro Eccleſiam, utraq; commiſſio præclara. Ita ſententiam noſtram pro meliori parte indicauimus, uter autem ſit ſanctior confidimus nos aliquādo in illa futura patria plenius cogituros, id nobis conferre digneť Chriſtus, per interceſſionem ſanctoꝝ apoſtolorum Ioannis & Petri.

Principio huius Homiliæ commemorauimus, quomodo Auguſtinus quæſtionē
Auguſti. hanc credat eſſe difficilimam, & tamen eo declinat, ut dicat: Aggrediar in eius manifeſta miſericordia, cuius eſt occulta iuſtitia de ſoluenda quæſtione tam ingenti pro uirib⁹, quas ipſe donauerit diſputare: fundamentū inde ponit, cogitationē meditationēq; noſtrā, ꝙ pauperem hic uitā geramus
Sapien. 9 in mortali iſto corpore, qđ aggrauat animam: liberati autem per mediatorē Chriſtum, poſtꝙ; ſuſcepimus pignus, ſpiritum ſanctum: tunc ſane uitam habemus æternam, ſed in ſpe tantum, & ita generalis eſt apud doctores diſtinctio, Eccleſiam geminam eſſe, alteram militantem, quæ continuo conflictu & pugna exercetur aduerſus diabolum, carnē & mundum: ſicq; uitam hominis ſuper terram militiā eſſe per-
Iob.7 hibet Iob (ita em̄ ſecūdū cōmunē tranſla. legitur, ꝙuis Auguſtinus ſeptuaginta ſequutus tentationem legat) Triumphantem alteram, quę doloribus atq; laboribus ærumnis & lachrymis omnibus ſuperatis fœliciter iam regnat in cœlis.

4 Ad hoc fundamentum quod multis uerbis proponit Auguſtinus, ſtatuit ille quæſtionis iſtius ſolutionem: ut ait primo: Quia Petr⁹ ꝑſonā gerit catholicę eccleſię militantis in terra ob ſuum inter apoſtolos primatū: illa em̄ quæ ſuper Chriſtum fundata eſt, in Petro ſuſcepit claues, hoc eſt ſoluendi ligandiq; poteſtatem: illa autem triumphans figuratur in Ioanne, quia ex gratia nomen ſuum traxit (חן) Itaq; nunc Chriſti uerba conſyderemus. Sequere, inquit ille, tu me: quo omnes qui hic uiuūt admonentur Chriſtum ſequi, ipſum ſequēdo forti animo omnia huius mundi mala ſuſtinere: ſicut inde docuit Petrus, Chriſt⁹ 1.Petri.2
pro nobis paſſus eſt, nobis relinquens exemplum, ut ſequamur ueſtigia eius. Ad Ioannem uero ait ille, uelle ſe eum ſic manere, donec ueniat, retributurus ei bona æterna. Et in hac quidem uita multis miſerijs oppreſſa, quo magis cum Petro diligimus deū, omniq; patientia ſequimur Chriſtum: eo facilius a malis liberamur. Verū hic interim nos dominus min⁹ diligit, ſed Ioannem beatum illum plus amat: & tamen Petrus, hoc eſt homo, in hac terra militans debet deum diligereut qui maxime, quatenus ab hac mortalitate liberetur, Ioannes autem diligitur, ut in hac immortalitate conſeruetur: Cōmune & receptum hoc alias etiam eſt apud doctores, imperfectam eſſe in hac uita charitatem, in illa æterna deniq; perficiendam: ſublata enim tum fide, tum ſpe, ſola charitas augebitur: 1.Cor.13
quæ etiam ratio eſt eius quod de Ioanne Mathe.11
Chriſtus dixit: Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne baptiſta, ſed tamen minimus in regno cœloꝝ maior eſt ipſo: Quando Ioannes adhuc Petrus erat militans in hac uita, minor quoq; fuit dilectio ſua quolibet minimo in cœlo: Verum quū iam mortuus eſt, factus Ioannes in Eccleſia triumphante, aucta eſt illi charitas ſua, ita ut poſt Chriſtum & Mariā, thronum in cœlo ſummum ſit conſequutus.

Diceres: Si Ioannes uitam ſignificat fœ- Auguſti
licitatis æternæ, magis ille diliget deum ꝙ Petrus hic? Sed propterea inquit Auguſt. dictum eſt, uolo eum manere, id eſt, expectare, donec ueniam, quoniam & ipſum amorem qui tunc multo amplior erit, nō dum habemus, ſed futurum expectamus,

1. Ioh. 3. iuxta illud quod Ioannes ipſe ait: Nõdum apparuit quid erimus, ſcimus aũt ꝙ quando apparuerit ſimiles ei erimus, & uidebimus eum ſicuti eſt. Ita magis amat Petrus dum quotidie miſericordiam orat, ipſeq; interim minus diligitur: eo ꝙ minus nos diligit Chriſtus afflictos q̃ beatos. Vide Auguſtinũ, omnia trahit ad ſenſum myſticum, quum tamen regula ſit in theologia: ita myſticanda eſſe ſcripta, ut litera nõ omittatur: ſicut fecit Orige. de paradyſo: (Regula.) & hæc Regula facit ut reliquerimus Auguſtinum, & ſententiam priorem, uelut æquabiliorẽ amplexi ſumus: alij intelligunt uitam actiuam & contemplatiuam, nec ij longe ſunt ab Auguſtino: Quocunq; modo res perpendatur uidebimus magno priuilegio donatum a Chriſto Iohannem, eo ꝙ ipſum præ omnibus diſcipulis dilexit: unde & legimus apparuiſſe ei Chriſtum in ultimis uitæ ſuæ diebus, dixiſſeq;, Veni dilecte mi, tempus eſt ut epuleris cum fratribus tuis. Iohannem quoq; reſpondiſſe: Venio lætus, quando inuitatus ſum ad cõuiuium tuum, meq; a te inuitatum eſt qđ gaudeam & ſimul tibi gratias agam. Ad illud ineffabile conuiuium ſalutis æternæ, nos quoq; perducere dignetur Chriſtus Ieſus in ſæcula benedictus, Amen.

Homilia quarta in die Sancti Iohannis.

Valde honorandus eſt beatus Iohannes, qui ſupra pectus domini in cœna recubuit, ait Eccleſia in præſenti feſto.

QVæ in præſentiarum uobis uerba propoſuimus, ſanctæ matris Eccleſię ſunt, quibus hodie utitur in ſolennibus ſacris S. Ioannis, de quibus ut aliquid auxiliante dei gratia fructifere loqui poſſimus Mariam miſericordiæ et gratiæ omnis parentem una mecum inuocate cum Gabriele dicentes: Aue gratia plena &cæ.

Omnes nos hodie Eccleſia admonet S. Ioannem Euangeliſtã ardenter magnoq; deſyderio colere, qđ & filij eius, modo nõ degeneres oẽs faciunt: nihil ẽm hic nobis ſumimus de Neochriſtianis, quorum uel in hoc uno inſignem cernere licet, tum cæcitatem, tum ſtultitiam, quando in præclara quadã ciuitate in reliqua ſapientia mundi, & omni adminiſtratione politica ſupra reliquas Germaniæ ciuitates admodũ laudata, ſtatuerunt omnes apoſtoloꝝ dies feſtos haberi debere, hoc uno excepto, quẽ ex ordine feſtoꝝ ſuſtulerunt. Quod quis nõ uideat opus eſſe Antichriſti, qui iuxta nominis ſui rationem per omnia futurus ſit Chriſto contrarius: ideoq; quum Chriſtus honore magno Ioannem dignatus ſit & præ cæteris dilexerit, ita fieri oportet, ut Antichriſtus in ſuis membris diuerſum aggreſſus Ioannem minus reliquis colat, & huiuſmodi ineptias ſibi adſumunt ſapientes mundi huius, ut omnes Chriſtiani iam uideant uerum eſſe illud Pauli: Quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus. (1. Corin. 1) Videte uocationem ueſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, nõ multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit deus, ut confundat ſapientes. Et inde: Sapientia huius mũdi ſtultitia eſt apud Deum. (1. Corin. 3) Scriptum eſt enim Comprehendã ſapientes in aſtutia eoꝝ, (Iob. 5) & iterum, dominus nouit cogitationes ſapientum, quoniam uanæ ſunt. (Pſalm. 93) Vſq; adeo excæcari ſolent qui propria freti ſapientia ſe ſegregant ab Eccleſia fidelium. Sicut & alia ex inſignioribus ciuitatibus ſtatuit aliquem nõ plus q̃ par calceoꝝ dare debere uirgini quam uitiarit: Vah ſtoliditatem & amentiam hominum, ueſtramq; dęmones in ſuggerendis malis impietatem, qui tam prudentes & ſapientes homines, quo non redegiſtis. Sed ex ipſa ſua ſuperbia hoc eis contingit, quod dominus prædicit per Eſaiam prophetam: (Eſaiæ. 29) Peribit ſapientia a ſapientibus, & intellectus prudentium abſcondetur. Atq; per Abdiam: Perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiã de monte Eſau. Hæc eo uobis lubẽtiꝰ dico, ut ne offendamini in iſtis magnatibus, qui dilectiſſimi diſcipuli Chriſti Ioannis feſtum abrogarunt, cæci ipſi & cæcorum duces, quoꝝ cæcitas & ſtultitia excæcauit eos, impletis ita in ipſis Chriſti uerbis: Abſcondiſti hęc a ſapi

a ſapientibus & prudentibus, reuelaſti aũt ea paruulis, Ita pater, quoniam ſic fuit placitum ante te. Vt autem funditus intelligatis quibus quantiſq; priuilegijs dilectũ ſuum diſcipulum dominus donarit, ex ordine ſingula uobis recitabimus iuxta ſacrarum literarum teſtimonia: Neminem em̃ ex ſentẽtia Chryſ. mouere debet, quod ex contempta regione Galilæa, & uico uiliſſimo Bethſaida natus eſt, pauperculi piſcatoris filius, ab adoleſcentia conuerſatus in ſtagno, retibus ſibi uictum quæritãs, ignarus omnis peregrinæ doctrinæ & ſcientiæ, hæc inquam conſyderare nemo debet, ſed potius quantum & quomodo, immenſis eum dominus dignatus ſit donis. *Chryſoſt.*

Et principio quidẽ Ioannes ille uirgo a domino uocatus eſt ad apoſtolatum, ex ipſis nuptijs, quod poſt Hieronymũ, Beda ſic cõmemorat: Tradunt hiſtoriæ, q eũ de nuptijs uolentem nubere uocauerit, & propterea quem a carnali uoluptate retraxerat, potiore ſui amoris dulcedine donauit. Inſuper hæc quoq; doctorꝝ ſententia eſt, nuptias illas quas dominus uerſæ in uinum aquæ miraculo cohoneſtauit, fuiſſe Ioannis, ſicut in die trium Regum dici ſolet. Nec quiſq; ideo Ioannem culpare debet, q uxorem ducere uoluit: quoniã tunc dilatatio fidei generatione liberoꝝ & prolis multiplicatione augebatur: & ideo Ioannes ignarus adhuc gratiæ incipientis ad matrimonium cõſenſerat. Verum interim animus eius ita nimirum diſpoſit⁹ fuit, ut Saræ filiæ Raguelis, quæ dicebat in corde ſuo: Tu ſcis domine, quia nunq; concupiui uirum, & mundam ſeruaui animam ab omni cõcupiſcẽtia. Virum autẽ cum timore tuo, non cũ libidine mea concupiui ſuſcipere. Quãprimum igit Ioannẽs intellexit nuptos in domino longe honeſtius naſci per uerbum dei q per carnem, dicto citius ſeſe ad Chriſtum conuertit in uita deo beneplacita. Et hoc eſt quod Hieron. ait eum eſſe a deo uocatum ex nuptijs. Neq; n. ab illicito quæſtu uocauit hunc, ut Matthæum a telonio, uel etiã a licito, & tamen a deo non inſtituto, ſed honeſtiſſimo cõiugij ſtatu a deo ordinato. Siquidẽ Ioannes, ex ſententia Augu. Grego. & Bedæ, uitã *Hierony. Beda* *Ioãnis 2* *Thob. 3* *Lucæ 5* *Auguſti.*

ſignificat contemplatiuam, a cui⁹ ſuprema dijſq; proxima functione, coniugiũ admodum abſtrahit, iuxta illud Pauli: Mulier innupta & uirgo, cogitat quę domini ſunt ut ſit ſancta & corpore & ſpũ: Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mũdi, quomodo placeat uiro: Porro hoc ad utilitatẽ ueſtram dico, non ut laqueum uobis inijciã, ſed ad id quod honeſtum ẽ, & quod facultatem prębeat ſine impedimẽto dominum obſecrandi. Vnde colligimus primo, & honeſtam, & deo bene placentem eſſe uirginum ueſtalium caſtitatem, qua ſe certis uotis aſtringunt, ne in cultu diuino impediãtur: deinde recte decretum eſſe ab Eccleſia eos qui matrimonium inter ſe cõtraxerint, ante mutuã commiſtionem, poſſe alterum etiam ſine alterius conſenſu, cœnobium intrare ad uiuendum ſub regula. *1. Corin. 7* *c. Rurſus c. cõſuluit c. Inſinuante, extra q. cle. uel uocu.*

2 Deinde ponderatis ijs facile conſtat quãtum deo placuerit uirginitas Ioannis, quẽ quia Chriſtus ipſe a nuptijs uocauit, nonne eam habuerit gratiſſimã ſummeq; placentem? Certe, per hoc ille factus eſt diuinæ ſapientiæ & ſpiritus ſancti uas electiſſimum: unde & ob munditiẽ & uirginitatem ſuam præ cæteris, a domino dilectus fuiſſe merito creditur, quãobrem Chriſtus ipſe eum in cœna ſuper pect⁹ ſuum reclinare paſſus eſt: ubi ex ipſo dominico pectore tanq; fonte diuinæ ſapientiæ uberrimo, ſanctiſſimæ doctrinæ hauſit fluenta: hinc etiã Euangeliſta factus eſt omnium perfectiſſimus, reliquos procul a ſe relinquens, eo q nullus tam alta & ſublimia, de diuinitate Chriſti ſcripſit, atq; unicus ille, quo nomine figura aquilæ deſignatus eſt a propheta. Imo hic ipſe aquila illa grandis eſt, magnarum alaꝝ, longo membroꝝ ductu, plena plumis & uarietate, q̃ uenit ad Libanũ & tulit medullam Cędri. Hic ille Euangeliſta fuit, de quo Eſaias dixit: Ecce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur & eleuabit & erit ſublimis ualde. Vnica aquila extitit quę per medium cœli uolauit, Vt recte de eo cantet Eccleſia: Volucrem hanc ſine termino & meta euolare, quo nemo prophetarum uſq; pertigit: Quid multa, nullus homo ſatis emeditari et conſyderare ualet ſublimitatẽ ſanctiſſimoꝝ planeq; diui- *Ezech. 1 & 17* *Eſaiæ 52* *Apoca. 2*

norum ſenſuum, quibus Euangelium Ioannis undiq; ſcatet. Vſq; adeo ille per continentiam ſuam uirginalem aptior factus eſt ad ſuſcipienda diuinæ ſapientiæ ſacramenta: quoniam in maleuolam animam Sapient. 1 non intrabit ſapientia, et non habitabit in corpore ſubdito peccatis. Ita uidemus quomodo Ioannes uirgo a domino uocatus, factus ſit apoſtolus, dilectiſſimus Chriſto & Euangeliſta ſupremus. Ad hæc cōſydera, quō anima S. Ioannis uſq; adeo ſuper omnes homines illuſtrata fuit, ut ipſe fuerit & prædicator & doctor, ſeu ſcriba & Euangeliſta & propheta: ipſum em̄ multis annis prius prædicaſſe q̄ relegaretur in inſulam Pathmos iam ſupra docuimus. In ſuper & ſcriba fuit: ideo enim Epiſtolā ſcripſit canonicam ad Chriſtianos tribus epiſtolis diſtinctam: Sicut Petrus, Paulus, Iacobus & Iudas Thaddæus fecerūt, ad hęc & Euangelium ſcripſit uti iā meminimus. At ſuper hæc omnia donum etiam habuit prophetiæ, quando ſcripſit Apocalypſim in qua ei dominus ſtatim reuelauit Eccleſiæ naſcentis & imminentis Antichriſtū. Quo etiam ille omnes noui teſtamenti ſcriptores antecellit, ꝙ ſolus librū iuſtum condidit prophetię ſed neq; alius pręter hunc Euangeliſta ultra Euangelium ſuum epiſtolam ſcripſit canonicam. Et licet inſuper Lucas Acta deſcripſit apoſtolorum, iſte tamen liber hiſtoricus longe inferior eſt hoc ipſo Ioannis, quo reuelauit ei dominus, cuiuslibet Eccleſiæ ſtatum, præcipue illarū ſeptem. Ita iam liquet Ioannem fuiſſe prædicatorem, ſcriptorem, prophetam & Euangeliſtam.

3. Sequitur etiam ex illis: Quando ſ. Ioannes ita peculiariter præ cæteris uirgo a domino electus eſt, quo nomine ille uiciſſim amplius ab eo dilectus eſt, maximum etiam ipſi impendit honorem, qui in hominem potuit conferri ſuper terris, in hoc ꝙ Ioh. 19 matrem ſuam ſub cruce iamiā moriturus ei cōmendauit: q ſi non uirgo fuiſſet, utiq; ei matrem non commiſiſſet, uirginē quoq; ſanctiſſimam. Virgo fuit & Ioſeph, uirgo Chriſtus & uirgo Ioannes: atq; ij tres curā habuerunt Mariæ: quādo igitur Chriſtus Ioanni quod habuit chariſſimum cōmittere ueritus nō eſt, & illi honori maxime fuit, & argumentum quoq; extitit ſuę ſanctitatis, Hierony quod uirginem uirgini commendauit, quæ cōmiſſio q̄ fuerit honorifica teſtatur Euāgeliſta ipſe, quia quū uideret Chriſtus Mariam ſtantem, & diſcipulum quē diligebat, dixit matri ſuę: Ecce filius tuus, deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Quibus uerbis teſtatus eſt Chriſtus Ioannem filium futurum Marię, qua gratia qd ſublimius, quid præſtantius, quidue dignius in eum conferre potuiſſet? (Subtiles diſputant, an Chriſtus transferre potuerit relationem filiationis in Ioannem, ita ꝙ uere & realiter fuerit eius filius, ſed hæc in ſcholis.) F. Maronis Brianſo Deinde Mariam quoq; ſequentibus uerbis conſtituit matrem Ioannis. Quod donum nonne uere maximum extitit, Ioannem ſub cruce fratrem Chriſti filiumq; factum eſſe Mariæ? poſtea oſtendit Euangeliſta Ioannem hic commiſſioni Chriſti ſatisfeciſſe, ſequitur enim: Ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua, hoc eſt ita ei inſeruiuit, ita eam coluit, ut ſi mater ſua propria eſſet.

4 Sicut itaq; iam audiuimus, magnis Ioannes ille a Chriſto donatus eſt priuilegijs: quoniam uirgo ab eo electus eſt, præ cæteris a domino dilectus: ad hęc ſuper pectus domini recubuit, ante & ſuper alios illuſtratus eſt diuina ſapientia, quā ob rem eximius factus eſt Euangeliſta, excellens prædicator & doctor, prophetarum ſummus noui teſtamenti, & in reuelationibus acutiſſimus, cum quo etiam angeli loquuti ſunt familiarius, & in eius curam Maria commendata eſt: in morte quoq; quanta ſuſceperit priuilegia, alia Homilia iam ſupra dictum eſt, & totum undiq; Euangelium pleniſſimum eſt, quomodo ſemper ſibi Chriſtus Ioannem uti cōiunctiſſimum Matth. 17 ſociarit in ſua transfiguratione, & baptiſmo, Mathe. 20 in monte Oliueti, in reſuſcitatiōe mortuorum, Actuum 3 in reſurrectione, & in ijs quę cum Petro poſt reſurrectionem peregit, & ſpiritus ſancti miſſionē: ita ille nō apoſtolꝰ tantum, propheta, & Euangeliſta fuit, ſed etiam martryr: ubi quid ſuſceperit gratiæ & auxilij a deo, breuiter ex hiſtoria recenſebimus. Quum Domitianus alteram perſequutionem

quutionem

quutionem moliretur aduerſus Chriſtianos (prima enim a Nerone facta erat) Ioannes quoq; tentus in Epheſo ductus eſt Romam: ibiq; iuſſu Imperatoris ante portam latinam adductus, detonſus, flagellatus, in olei feruentis lebetem ſeu dolium impoſitus, illęſus tamen exiuit: deinde in inſulã Pathmos ex cycladib⁹ unam relegatus eſt: Milites fratres Rhodij, ferunt eam inſulã a Rhodo non admodũ diſtare, iamq; Palamum dici: ibi authore Hierony. librum ſcripſit Apocalipſis. Scripſit ad illum & Dionyſius Epiſtolam ualde elegantem, ubi ſic ait: Saluto te Sacram animam dilectiſſime, Euangelij ſolem, clariſſimum radium, denunciat ibidem ei fore, ut liberatus ab exilio redeat in Aſiam: ſibiq; hoc diuinitus eſſe reuelatum, quod & factũ eſt: Tyrannus enim Domitianus eo anno occiſus eſt, & Nerua ſucceſſor eius oẽs ipſius ſententias et conſtitutiones aboleuit: unde factum eſt, ut Ioannes quoq; reuerteretur Epheſum, ubi uenientem populus cũ magno gaudio excepit, clamans, benedictus qui uenit in nomine Domini: ibi etiam in ingreſſu ciuitatis Druſianam reſuſcitauit mortuam, aliaq; miracula multa in nomine Chriſti operatus eſt: tantamq; hominũ multitudinem conuertit ad fidem, ut pontifices idolorum ſeditionem in plebe concitarent. Quũq; Dianæ templum magnificentiſſimum per preces Ioannis corruiſſet, Ariſtodemus contentus erat, ſi Ioannes læthale poculum ueneni ſine damno biberet: quod & ille non abnuit. Vt autẽ Ariſtodemus horrorem Ioanni ex aliorum exemplo & periculo concitaret, impetrauit a iudice duos reos uictos ſibi dari, quibus ille uenenum coram Ioanne, & omni populo potandum dedit: qui & in ipſo articulo mortui ſunt: Ioannes facto ſuper illud ſigno crucis bibit ſine omni nocumento. Vnde exclamauit totus populus: Vn⁹ deus eſt deus Ioannis Ieſus Chriſtus: Ariſtodemus autẽ inſuper a Ioanne petijt horum duorum mortuorum reſuſcitatiõem, & Ioãnes oblato ei pallio ſuo, iuſſit ipſum illud in nomine Ieſu mortuis imponere, qui ſtatim ſurrexerunt rediuiui. Ibiq; etiam Ariſtodem⁹ credidit, & baptizati ſunt ultra duodecim milia hominum. Hinc cæpit originem laudabilis illa Chriſtianorũ conſuetudo, ut poculum, aut ut ipſi dicũt, amorem Ioannis inter ſe bibant fœliciſſimę recordationis. Cæſar Maximilian⁹ de hoc dicere ſolebat, coniuges duos in Carniola fuiſſe, qui mutua conuentione facta de ſuſpendio in cellario, ad ultimum deceſſũ tamen benedictionem biberunt, ſeu poculum Ioannis: ſtatimq; eis omnis de ſuſpendio cogitatio receſſit, ipſiq; deinde Deum magnificarunt, & S. Ioannem, qui peruerſi propoſiti ſui cognitionem eis dederat. S. Ioannes multa inſuper adhuc miracula operatus eſt, uixitq; ad Traiani tẽpora, annis 68. poſt Chriſti paſſionem, & anno ætatis ſuæ 88. fœlix ex hoc ſæculo ceſſit. Vos igitur pia mente magnoq; adfectu ueneremini Sanctum Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtam Chriſti, quatenus &c.

Hierony. *Dionyſi⁹* *Euſebius.* *Alij qdã nonagenarium aſſerunt*



Euangelium in die ſanctorum Innocentum martyrum, Matthæi ſecundo.

IN illo tempo-
re. Apparuit angelus
domini, in ſomnis Io-
ſeph, dicens. Surge et
accipe puerum, & ma-
trem eius, & fuge in Aegyptum, &
eſto ibi, uſq; dum dicā tibi. Futurū
eſt enim, ut Herodes quærat puerū
ad perdendum eum. Qui cōſurgens
accepit puerū & matrē eius nocte, &
ſeceſſit in Aegyptū. Et erat ibi uſq;
ad obitum Herodis, ut impleretur
quod dictum eſt a Domino per pro-
Oſe.11 phetam dicentē. Ex Aegypto uoca-
ui filium meum. Tunc Herodes ui-
dens quoniam illuſus eſſet a Magis
iratus eſt ualde, & mittens occidit o-
mnes pueros qui erant in Bethleem,
& in omnibus finibus eius, a bimatu
& infra, ſecundum tempus quod ex-
quiſierat a Magis, Tunc impletū eſt
quod dictū eſt per Prophetam Hie-
Hiere. 3. & 31. remiam, dicentem. Vox in Rama au-
Thren. 1. dita eſt, ploratus & ululatus multus
Rachel plorans filios ſuos, & noluit
conſolari, quia non ſunt.

Homilia prima

IDeo puer Ieſus in terris natus eſt
ut egeſtatem, miſeriam & mortē
pateretur. Ad eam rem ꝗprimū
ſe accommodauit, primaq; ſtatim infantia
cæpit in peregrinas regiones cōmigrare.
Hoc quoq; mox declarauit, quale bellum
geſturus eſſet in mundo, dū pueros inno-
centes occidi paſſus eſt, propter ſe: prius
enim illi mortui ſunt ꝗ loqui inciperent,
ante ſanguinē ꝗ lac profuderunt. At nos
ipſum principio textum Euangelij adgre-
diamur, ac deinde de puerorum iſtorū, tū
innocentia, tum ſanctimonia diſſeramus.

1. Quum iam Magi tres ſua munera
Chriſto obtuliſſent, rurſuſq; abijſſent do-
mum profecti, apparuit Angelus domini
in ſomnis Ioſeph, & dixit: Surge, tolle pue-
rum & matrem eius &c. Apparuit inquā Theophy.
angelus Ioſeph, ubi Theophy. ait, perſpici
cauſſam deſponſatæ uirginis Mariæ, nimi-
rum ut diligentius eo Ioſeph matrem cura-
ret, & puerum in hac profectione Aegy-
ptiaca: ꝗuis ꝙ apparuit ei angelus magnū
etiam argumentum fuit ſanctitatis ipſius,
ꝙq; colloquio dignus eſſet angelico. Et
quum in ſomno ligatę ſint uires ſenſuum
exteriorū, aptior etiam redditur homo di-
uinis reuelationibus ſuſcipiendis & intelli-
gendis. Neq; enim ſuſpicandum eſt Ioſe-
phum incertiorem habuiſſe reuelationem
antiquis patribus, & id cōtra gloſſam quę
exiſtimat angelum apparuiſſe ei in nocte,
propter eius dubietatē: ideo uiſio hæc nō
in ſomnio facta eſt, ſicut illa Pharaonis & Gene.41
Nabuchodonozoris, ſed quādo ille men- Dani. 2.4
tem ſuam penitus auertit ab exteriorū ſen-
ſuum uſu: magis etiam factus eſt idoneus
citra omne impedimentum, ſublimia illa
& diuina myſteria cognoſcere: ita eñ uſu
uenit multis, ut quod inuenire non pote-
rant uigilantes, intelligant dormientes: cu-
iuſmodi etiam reuelationem Balaam ha-
buit, quando ait: Dixit homo cuius obtu- Num.24
ratus eſt oculus, dixit auditor ſermonum
dei, qui uiſionē omnipotentis intuitus eſt,
qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius. Ca-
dere intelligit ibi dormire, quando exterio-
ribus illis oculis clauſis, interni iſti aperiū-
tur intelligentiæ. Quæras: Quur non Io-
ſepho uti Zachariæ in uigilia apparuerit? Luca 1
Rñdetur: Quia ſenſibilis uiſio eſt propter
intellectualem, ſecundū Augu. ideo Za-
chariæ uiſibilis apparuit, ut cognoſceret Li.12. ſup Gene.
quid interius de ſuo ſentiret filio: Ioſephū
aūt oportuit ex interno ſapere intellectu,
& capere illud quod agere deberet foris:
ideo reuelatio ſua ab interiori parte cæpit
initium.

2. Ait aūt angelus: Surge, tolle puerū
& matrē eius. Surge, euigila eſtoq; robu-
ſtus: quo uerbo fugæ celeritatē ſignificare
uoluit & tarditatem excludere: neq; dixit,
Accipe uxorē tuam, ſed matrem eius, quo-
niam ſuſpicio ſoluta fuit, & iuſtus per mi-
racula in partu, ꝓbauit ex ſpū eſſe oīa: id il- Luca 1
le collegit ex apparitione ſtellæ, ex ijs quæ

Symeon

Symeõ & Anna prophetauerãt, hinc etiã Hilar. dicit Quum deſponſatã iuſto ſignificabat, eã coniugẽ appellauit, ſed poſt partum mater tñ Ieſu oſtẽditur, neq́ amplius Ioſeph uir mariæ dicitur fuge in Aegyptũ & eſto tbi donec dixero tibi: Ecce quõ etiã ſupremus paſtor fugit, ut ne quis miretur interim & uicarios eius fugere, quod quãdo poſſint licite facere, alia homilia diſſeruimus, poterat. n. dñs Herodis euadere ſeuitiã, etiamſi cõprehenſus ab eo fuiſſet, ſicut effugit & iſtorũ manus in Nazareth, qui cũ de monte p̄cipitare parabãt, ſic deinde cõſultũ fuiſſet ſaluti & uitæ horũ paruulorũ: Voluit autẽ ille locum præbere crudelitati Herodis, fieriq́ permiſit cędem tot innocẽtum puerorum ad æternã ipſius damnationem, & illorum gloriã: Chryſo. quoq́ ſic ait. Multo potius fuiſſe uideatur in man⁹ eum Herodis incidere, nec tñ quũ incidiſſet, latere, ſed claro prorſus diuinitatis auxilio uindicari: Verum hoc modo rebus impletis creditum nõ fuiſſet, uere illum ſuſcepiſſe carnem, tãtiq́ hodie myſterij ſacramẽta nutarent, & ideo dñs humanitatem ſuã multis uoluit efficaciter ꝓbare, iuxta illud Pauli, debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret: Quamuis & hæc ratio ſubeſt, ꝙ hic ipſo facto docere uoluit, ſuos dum ad mortem inquirũtur, fugere poſſe, ſicuti deinceps expreſſis docuit uerbis, ut ſi perſequutionẽ ſuſtinerẽt in una ciuitate, fugerent in aliã: Et adhuc tamen ſuſpicari poſſes nondum tibi ſolutum eſſe dubiũ, ꝙ deinceps tamẽ manus euaſit Nazarenorũ, quur ergo nõ etiam hic: Reſpõdetur Chriſtum hic infantẽ adhuc recens fuiſſe natũ, quando propter nos humanitatem ſuã humanis debuit probare defectibus, qñ autẽ maturior ætate factus eſt & p̄dicauit, oportuit eum doctrinã ſuã miraculis quoq́ confirmare, quod tunc factum eſt qñ miraculo ſe per medium eorum tranſiens ibat: Quæ res amplius, Quur nondixerit angelus Ioſeph, ꝙdiu ſibi in Aegypto manẽdũ eſſet? hoc ſane non ideo non aperuit quod neſciuerit ipſe, ſed ut (quum antea denunciaſſet Ioſepho dei filiũ ex maria naſciturũ) in eo pietatem excitaret & ipſum paratiorem faceret ad omnia, ita ut neceſſarium nõ eſſet tempus ei cõſtituere manſionis, ſatis enim hoc erat pio uiro noſſe uolũtatem dei, qui ipſum per angelum ſuum conſtituebat, filij matriſq́ curatorem: Ad hęc uoluntatẽ ille ſuam, ita in beneplacitum dei repoſuerat, ut neq́ exilium neq́ tempus aliquod ei moleſti⁹ eſſet, imo omnia promptiſſime faciebat, urgente magnitudine diuinę charitatis: Qm̃ ſi Iacob omne tẽpus breue extitit ſeruiẽdo pro uxore Rachel ex ui amoris, quõ nõ idem fuiſſet in Ioſeph, qui uehementius multo deum conditorẽ redemptoremq́ ſuum dilexit: Quãdo igitur uolũtarie omnia fecit, neq́ iter aliquod ei longius fuit, nec tẽpus moleſtius, eo ꝙ charitas omnia ſuſtinet, credit omnia, & oĩa ſperat &c.

Tom. 1. fo. 29. — *Lucæ 4* — *Chryſoſt.* — *He. 2.* — *Lucæ 4* — *Math. 1* — *Gene. 29.* — *1. Cori. 13*

3 Inſuꝑ cauſſam addit angelus, Quur hanc præproperam fugam ita ſubito denunciet & ait, futurumeſt ut Herodes quęrat puerum ad perdendum eum. Hinc colligunt doctores feciſſe hoc Herodem, aliquanto poſtꝗ oblatus eſt Chriſtus in templum ſub purificationẽ Mariæ, ſed de iſto ſequenti dicemus homilia, quando totam inducemus hiſtoriam, nunc uerba euangelij obſeruate: futurum, inquit ille, eſt ut Herodes quærat puerum, id ex malignitate Herodis prodibat, metuentis temporale ſuum regnum ſibi a Chriſto præripi, qui tamen ſpirituale tantum in corde hominis uoluit inſtituere deo patri ſuo, canente Sedulio, Hoſtis Herodes impie, Chriſtũ uenire quid times: non adripit mortalia, qui regna dat cœleſtia. Ioſeph multum ſollicitus, ſeduluſq́ pueri Ieſu & Mariæ cuſtos, adquieuit ſtatim uerbis angeli, ſurrexit enim, accepit puerum & matrem, ipſaq́ nocte aufugit proficiſcens in Aegyptum: Vbi ſi mores humani conuictus reſpiciamus, exemplum ſumendum omnibus eſt maturæ celeritatis, in agendis rebus, ubi mora ingratiſſima eſt, unde aſſueſcẽdi ſunt paruuli maturare omnia, iuxta illud ſapiẽtis: Vidiſti uirum uelocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit. Surrexit Ioſeph, & profectus eſt in exiliũ cum puero Ieſu & maria matre eius, Ecce, inquit Chriſoſtomus ſtatim ut CHRISTVS natus EST, contra eum tyrannus fuit, ut tu hęc audiẽs

Sedul. — *Prouе. 22* — *Chryſo.*

& uideris tribulationes uarias, & mille ſu-
ſtinere diſcrimina, nihil omnino turberis,
neqꝫ tecū ratiocineris ac dicas. Quidnam
iſtud eſt qđ mihi uidetur immerito, ſed iſto
munitus exemplo uiriliter cūcta ſuſtieas,
ſciens tribulationes maximas īſeparabiles
eſſe uirtutū comites: Ecce hic quem modo
Beda. ſtella indicauit & oſtendit de cœlo, is ho-
minem fugit in terra. At inſuper conſyde-
randū ibi eſt ꝙ proprie Euāgeliſta pericu-
lum inſinuet, ꝙꝙ diligens in demandato ſi
bi officio fuerit Ioſeph, quia etſi angelus
hoc nō iniūxerat, ipſe tñ ea nocte aufugit.
Hierony. Hiero. ſic ait: Qñ tollit puerū, ut in Aegy-
ptū tranſeat, nocte tollit & in tenebris, qñ
uero reuertitur in Iudęam, nec nox nec te-
nebræ ponuntur in Euangelio: Ita iam ille
ſuſtulit puerū: Sunt qui putēt eum Mariā
cū puero impoſuiſſe aſello, ſicut ei⁹ maxi-
me loci incolæ homines pauperculi ſolent
eiuſmodi animalia fouere: Quā ſententiā
noſtrates fere fouent tenētqꝫ pictores. Alij
exiſtimāt Ioſeph puerum Ieſum ſuo tergo
portaſſe, ſiquidem tunc puer aliquantulū
confirmatis cū ætate uirib. erat annum ex-
cedens, ſicut ſtatim aperiemus, in hoc alle
gant locū Ezechielis, Princeps qui eſt in
Ezech.12 medio filiorū Iſrael in humeris portabitur,
Hierony. in caligine efferetur, ꝙuis uerba hæc Hie-
Gloſ. rony. & gloſa interlinealis referant ad exi-
tum Chriſti ex limbo in cœlū. Quicquid
igitur hoc eſt, nobis conſtat Ioſeph accepiſ
ſe puerum & matrem eius, magnaqꝫ cura
& prouidentia ſumma ipſis inſeruiſſe, ne
qua parte aliquid mali eis accideret, qm̄ ad
id officiū ab æterno præuiſus & ordinatus
fuerat.

4 Expēdunt etiam hic doctores Chri-
ſtum in Aegyptū cōfugiſſe prę alijs regio-
nibus ꝙuis famoſa ſit in ſcripturis, ut Baby
Theophy. lon, caput iniquitatis: Ad hoc reſpondens
Theoph. In Aegyptū, inquit, fugit, ut eā
ſanctificet, duæ. n. ſunt regiones omnis ne
quitiæ officinæ, babylon & Aegyptus, ba
bylonem per Magos ſuſcepit adorantes,
Aegyptū autē ſua præſentia ſanctificauit,
Sicut ergo ueniſſe ſe perhibuit ad uocādos
peccatores, ita multum decuit ipſum etiā
Math.9 uenire in Aegiptū, ut eam ab idolorū cul-
tura & blaſphemijs liberaret: Referūt, hinc
ſancti patres, licet extra hiſtoriā Euangeli- *1. Timo.3*
cam, in ipſo Chriſti ingreſſu in Aegiptum
corruiſſe a ſtatuis idolorum ſymulachra, ſa
ctumqꝫ id eſſe, ex comparatione colligere
poſſumus, Siquidem quum deus tantum
operatus ſit miraculum in exitu Iudæorū *Exodi 12*
de Aegypo, ut non relinqueretur in ea do *Numeri 3*
mus in qua non primogenit⁹ iacebat mor-
tuus, eo tantum ut omnes ſibi ſanctificaret
primogenitos, ſicuti & deinde dixit. Om-
ne primogenitum ſuum eſſe, poſtqꝫ percuſ-
ſerit primogenita ī terra Aegypti, Ita quū
uenit Chriſtus in hunc mundum ut omnē
populum ad ueri dei cognitionem adduce
ret relicto ydolorum cultu, non fuit in Ae
gypto templum in quo non cōcidiſſet ido
lum. Sed forſitā argumentum hoc tibi ui
deretur non ſatis efficax ad probandum,
age roboremus & confirmemus illud, ex
quodā doctore, qui prophetæ ad hoc citat
teſtimonium dicentis: Ecce dñs aſcēdit ſu *Iſaiæ.19*
ꝑ nubem leuē & ingredietͬ in Aegyptū, &
cōmouebuntur ſimulachra Aegypti a fa-
cie eius: Nubecula hæc leuis ait Hierony. *Hierony.*
corpus ipſum ē ſanctę uirginis Marię, qđ
nullo humani ſeminis pondere prægraua
tum eſt: Vel etiam nubes leuis eſt humani
tas Chriſti, quæ nulla peccatorū mole preſ
ſa eſt, ſiquidem peccatum non fecit, tantū *1.Pe.2*
cœleſti formata eſt calore inſtar nubis,
dicente angelo. Spiritus ſanctus ſuperue- *Luc.1*
niet in te, et uirt⁹ altiſſimi obumbrabit tibi
Doctores ſuper hæc adhuc alia quædam
inferūt (uide Hieronymum in ſenſu litera *Hierony.*
li, anteqꝫ ueniat ad tropologiam) tempore
natiuitatis Chriſti, multas in Aegypto pla
gas, uarioſqꝫ hominū languores fuiſſe graſ
ſatos, ſed quū primum in eam uenit Chri-
ſtus, ſimul & idola corruiſſe, & plagas iſtas
ceſſaſſe, hoc illi colligunt ex eodē prophe-
ta dicente, percutiet dominus Aegyptum
plaga & ſanabit eam, hinc commoti ſunt *Iſaiæ 19*
Aegyptij ædificare altare deo ignoto, qui
ſanitatem eis reſtituerit, ſicut idem prophe
ta cōmeorat. In die illa erit altare dōmini, *Ibidem*
in medio terræ Aegypti, & titulus domini
iuxta terminum eius: Ad hæc ſunt, qui ue *Caſſio.in*
lint dominum ibi habitaſſe in Eliopoli, qđ *trip.hiſt.*
eius urbis mentio non temere uticꝫ ibidem *Dionyſi.*
fiat

ſiat a propheta, Eadem etiam urbs eſt in qua Sanctus Dionyſius admirabile uidit ecclypſim ſolis in die paraſceues ſub mortē Chriſti, qui tunc ei adhuc erat ignot9, ſicut ipſe ad Apollophanē, qui tunc ſocius eius fuerat, ſimulq; cum eo ecclypſim hanc admiratus eſt ſcribit, unde & ambo ad Chriſti fidem conuerſi ſunt: Nos hic cōquieſcamus, ꝙ Ioſeph accepit puerum & matrem eius, fugeritq; cum eis in Aegyptū, & exiſtimant doctores adeo diligētem in officio ſibi demandato fuiſſe Ioſeph, ut ea ſtatim nocte fugerit, non moratus diutius, quando etiam opus non erat eum uicinos ſuos antea ſalutare, ꝙ abitus ſuus occultus eſſe debebat: Ad hęc apparatu nō magno op9 habebant pauperes ipſi, & ueſtitu nimio non habundantes, nec magis ſumptibus indigentes ꝙ ſplendide non uiuebāt, dein de laborare ambo potuerunt, ut ſe pariter & puerum fouerent, quādo & ipſum paruulum non ita delicate nutrierūt, ut nunc plærique faciunt pauperes, qui argento & ſerico eos exornant, quum interim domi uix panem atrum ex heſterno iure uorent: Ita oportuit puerum Ieſum in teneris ānis cōmigrare in exilium, Tu nos Chriſte Ieſu tuere ab exilio mortis æternæ: Amen.

Poſterior homilia in in eodem ſeſto innocentum.

Colligere iuſſit domin9 diſcipulos ſuos fragmenta, quæ ſupererant, ne perirent: id nos ſpiritualiter in ſua implebimus ſignificatione, & fragmenta quæ ſuperſunt nobis ex ſuperiori homilia collecta ne pereant, uobis ad animū ueſtrū reuocabimus. *Iohan. 6* Multa ibi de Aegypto diximus & quomodo Chriſtus in eam ſeceſſerit, & Euangeliſta in hoc adducit ueteris teſtamenti teſtimonium, ubi ſcriptū ē, Ex Aegypto uocaui filium meū: *Oſeæ. 11* Quod argumētum eſt nobis magnum quiddam fuiſſe fugam illam, iuxta regulā Auguſti. ſi quid in ueteri ſit prædictum, & in nouo demum teſtamento adimpletum: Iulian9 ex imperatore Chriſtiano factus apoſtata Euangeliſtam hic ſuggillauit, ꝙ quæ propheta de populo Iſrahel prædixerit, ea ille ad Chriſtum retulerit, Verum ad hæc pulchre & per longum reſpondet Hieronymus, ꝙuis enim uocatio hæc per figuram facta ſit in Iudæis, qui ab idololatria ſunt reuocati, perfecte tamen illa conſummata eſt in Chriſto, Sicut & Iſaac typice ligna portauit, qn̄ a patre ſuo erat immolandus, id tamen perfecte impletum eſt in Chriſto, lignum crucis ferente ad mortem propriā. *Theophy* Non abſimile eſt quod Theoph. ait, Dicūt Iudæi, ꝙ propter populum dictum ſit hoc, qui ex Aegipto per Moyſen duct9 eſt, dicimus itaq;, Et quid nouū, ꝙ per figurā dictum eſt de populo, impletū uere in Chriſto, deinde quis eſt filius dei, populus ne q adorauit Beelphegor, & ſculptilia, an q reuera eſt filius dei. Sicq; in hoc pedem fere figunt ſancti doctores, ait etiam Chryſo. *Regula Chryſoſt.* hunc eſſe prophetiæ morem, ut multa ſæpe in aliis dicantur quidem, ſed in aliis impleāt, Sicut de Symeone & Leui, diuidam eos in Iacob & diſpgā in Iſrael, quod nō ī ipſis, ſed tamen progenie eorū impletū eſt: *Gene. 49* Quodq; inprecatus eſt Noë Cham, in poſteris ſuis Gabaonitis conſummatum eſt, *Geneſis 9* qui ſeruierunt Iudæis. Ita in benedictione Iacob dictum eſt, Eris dn̄s fratrum tuorū: Nunq; aūt Iacob dn̄s fuit Eſau, ſed in poſteritate ſua factū eſt hoc: *Ioſ. 9* Ad eūdē modū quoq; licet hoc typice de toto dictū ſit populo, proprie tamē impletū eſt in puero Ieſu: Quāuis etiā teſtimonii huius autoritas cōmuniter ex Oſea recepta putatur ꝓpter proteruos, tn̄ Hiero. ait & cōtētioſos, quorū conſuetudinē Paulus ſe habere denegat *Hierony.* & eccleſiam Chriſti, poſſem9 proferre aliū locum ex Numeris dicente Balam, Deus ex Aegipto uocauit eum, gloria eius ſicut unicornis. *Num. 23* Sed iam nos reliquam Euangelii partem adgrediemur.

1 Herodes, inquit Math. uidens, qm̄ illuſus eſſet a Magis, iratus eſt ualde: Quo modo illuſus ab eis fuerit, antea dixerat, eo ꝙ cōmiſerit ipſis, ut inquiſito puero renunciarent ei, illi autem præmoniti in ſomnis per aliam uiam reuerſi ſunt in regionē ſuā, & non ad Herodem, qui ideo etiam iratus eſt: Maximum quod hic quæri ſolet, eſt de

tempore quo illud ſit factũ, neq; enim ſtatim poſt epiphaniæ feſtum factum eſt, qñ Ioſeph & Maria manſerunt in Bethlehem per.40. dies puerperij, deinde tãdem profecti Hieroſolymam ad offerendum puerũ in templum. Sed & hinc dubium rẽanet, quando adhuc poſt hęc factum ſit: ſiquidẽ ſeptennio toto aiũt Chriſtum in Aegypto moratum, & tunc duodennẽ cum parentibus Hieroſolymam profectum ad feſta paſchalia, & ſic remanebunt anni quinq;. Ibi iam ſunt qui dicant Herodem uidentẽ tres magos non eſſe reuerſos ad ſe, deſijſſe porro quicq; cogitare de Chriſto uſq; ad feſtum purificationis, ubi increbuerit apud omnes, quid ibi de Symeone contigiſſet & Anna: tunc etiã dicunt Herodi denunciatum eſſe, tres magos clam ex ea regiõe eſſe profectos, ibi propoſuiſſe illum ſibi paruulorum Betlehemitarum cędẽ: fuiſſe quoq; inſuper diſcordem cum, cum filijs ſuis duobus Alexãdro & Ariſtobolo, quos ipſe coram Cæſare adcuſauerat Romã profectus autore Ioſepho, q̃ profectio pene in bienium protracta eſt, donec rediret: reuerſus autem cruentum ſuum propoſitum in paruulis impleuit: aiunt quoq; rationem hãc eſſe, quur ille pueros omnes a bimatu & infra occiderit, in hoc autem tempore reuerſionis Herodis, dicunt angelum Gabrielẽ apparuiſſe Ioſeph. iuſſiſſeq; ut fugeret in Aegyptum. Alij quoq; nonnulli non admodum diuerſum ſentiunt, niſi ꝙ tempus abbreuiant, dicẽtes occiſos eſſe pueros Herode reuerſo a Roma, anno uno & quatuor diebus a natiuitate Chriſti: Quod autem occiderit ille bimulos, non in cauſſa eſſe, ꝙ tunc anni duo fuerint a Chriſto nato conſummati, ſed quia iuxta Matth. Herodes diligenter inquiſiuit tempus ſtellæ quando apparuiſſet, longo autem tempore illa uiſa eſt magis ante Chriſtum natum autore Chryſo. eo ꝙ longum habebãt iter emetiẽdum ad Chriſtum, omnioq; uoluit deus eos uenire ad Ieſum adhuc puerũ prima ętate & ſub tẽp⁹ puerperij, ideoq; omnem ſuam temporis hui⁹ uniuerſi rationẽ Herodes ad ſtellam compoſuit: fieri poteſt etiam, ut tyrãnus crudeliſſimus curarit bimulos oẽs, ante exactum adhuc Biẽnium interfici ob maiorem, ſua opiniõe ſecuritatem, ne forte euaderet, qui quærebatur: Et ſecundum ſenſus ſuperiores, uerba quoq; exponunt ſequentia.

Schol. — *Lucæ 2* — *Augu. de conſenſu Euãgeli.* — *L. 16. c. 4.* — *Mathæi 2* — *ſup Mat. homilia 7*

2 Sequitur ergo, Mittẽs occidit omnes pueros, qui erãt in Bethlehem & in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, ſcdm tẽp⁹ quod exquiſierat a Magis. Ecce quãtum malum molit temeraria malignitas, ꝙ horrendam cædẽ excitat peruerſa domi nãdi cupido, bene ille ſe æquauit anteceſſori ſuo tyranno Pharaoni, qui etiam omnes Iudęorũ maſculos iuſſit occidi & in aquas pręcipitari. Atq; Pharaonem tñ ſuperauit Herodes, ille enim ideo fecit, ut minueret populus domini, ſicut iam Neochriſtiani conantur monachos, ueſtales, & cænobia loco ſuo deijcere, Herodes inſuper cœli terræq; dñm cogitauit occidere. Cæterũ quo modo acta ſint hic omnia cum numero infra bimatum uariãt doctores, alij eñ intelligunt infra bimatum quo ad temp⁹, hoc ẽ de ijs qui biennium nõdum attigerãt, et ſic cõmuniter intelligi ſolet. Alia ſententia ducuntur, qui non ad tẽp⁹, ſed ad numerum referunt: ſi enim incipias a capite numeri poſt unitatẽ numerabis duo, tria, hinc nãq; poſt duo ſequuntur tria. 4. 5. &c. ſic ergo ſentiunt iſti Herodẽ occidiſſe pueros oẽs a bimatu inferius numerãdo uſq; ad quinquenniũ, adducunt in hoc ratiões duas, alterã, quia non occiderit Herodes paruulos 8. tm̃ dies aut menſem unũ natos, uel etiã annũ unicum: eo ꝙ lõge ãtea audierat de puero Ieſu a Magis & de ſtella ſibi dici: deinde ꝙ in reliquijs iſtorum paruulorũ inuenias oſſa, q̃ nõ potuerit eſſe puerorꝫ bimulorum, concludunt ergo eum paruulos a duob. ãnis uſq; ad 5. occidiſſe: De hac controuerſia nolim multis contendere, niſi qđ poſteriorem ſentẽtiam poſſem ſimili argumento infringere, illa. n. quę ego Heydelbergę & Colonię. 2. innocentũ uidi oſſa minora ſunt mihi uiſa, ꝙ quę fuerint bimulorum, Veruntamẽ neq; ſinẽ aliquẽ habet iniqtas, neq; iniuſtitia modũ: Crediderim ſane commiſſionẽ hãc fuiſſe Herodis ſicut Euangeliſta refert, in cuius tm̃ executiõe quidã iuniores, grãdęuiores alij, ſint occiſi. Cogitare autẽ quis poſſet, quomõ poſſibi le ſo-

Chryſoſt. — *Exodi 1* — *Gloſ. Scholia*

le foret homini uel crudeliſſimo,tam inhu-
Li.15.c.1 manum cõmiſſum pariter atqꝫ ſpectaculũ,
10 in tanti ſanguinis innocentis profuſione?
Reſpõdetur, nihil huic immaniſſimo tyrã
no nimiũ fuiſſe,ꝙ generũ quoqꝫ ſuum occi
dit,uxorem ſuam Mariamnem,& ſocrum
Li.16.ca. Alexandram,ſimiliter & ſororios duos Io-
12.li.17. ſippum & Chriſtobarum iuſſit occidi,fi-
ca.10 lios quoqꝫ duos Alexandrũ & Ariſtobolũ
ſuſpendi præcepit; Antipatrũ inſuper quẽ
antea conſtituerat regem poſt ſe futurum,
trucidari curauit; Neqꝫ hic aliquis modus
crudelitatis ſuæ fuit,Quum ineffabili cru-
ciaretur dolore mortis tẽpore(ſiquidem in
terius ardebat ut ignis, fame inenarrabili
angebatur, uiſcera eius ex ulceribus putre
ſcebant,pedes intumuerant ſimiliter & in-
guina,pudẽda uermibus undiqꝫ ſcatebãt,
halitus fędiſſimus uix multis ſuſpirijs attra
ctus ex eo prodibat admodum fœtẽs, mẽ-
Li.17.c.9 bris omnibus contractus iacebat inter ex-
trema ſuſpiria) comperer at Iudęorum nõ-
nullos gaudere de morte ſua; Cõmiſit itaqꝫ
ſororio ſuo Alexio,ut nobiliſſimos quoſqꝫ
ex eis cõuocatos in hippodromũ armatis
circundaret militibus ĩminente mortis ſuæ
articulo,ſic illi nondum comperta omni-
bus morte ſua interficerentur; Et uel hoc
modo gens Iudęorũ ex ſua morte nõ gau-
deret,ſed magis in lamenta luctuſqꝫ cõuer-
tererur ꝙ ſuper aliquo rege; Atqꝫ hæc om
nia ſcriptor Iudęus receptiſſimus Ioſephꝰ
hoc modo deſcripſit. Ne miret̃ itaqꝫ aliquis
ſuper hoc ĩmaniſſimo tyranno de hac inno
centum puerorum tam inhumana clade,
ut nulla ex parte ei poſſent parentes reſi-
ſtere; Potenti enim iſte tyrannide regnauit
miſeroſqꝫ cum potentibus ſua ui oppreſſit,
& ne amicis quidẽ coniunctiſſimis peper-
cit,ut Antipatro,Lyſimacho, Doſitheo et
aijs ꝙplurimis.

3 Inducit porro hic Euangeliſta teſti-
monium propheticum,quo magis moueã
tur omnes homines expendere crudelitatẽ
Herodis, doloremqꝫ acerbiſſimum matrũ
erga liberos dulciſſimos,qui ab ipſis uberi
bus abrepti a ſeruis crudeliſſime trucidabã
tur,diſſecabantur & dilaniabãtur,qñ enim
ex leui caſu magnũ quęlibet mater ſuſcipit
dolorẽ,quãto acerbior fuerit ille iſtarũ ma
trũ,quũ uiderent filiorũ ſanguinẽ innocen
tiſſimũ miſerrime profundi, ſuaqꝫ uiſcera
ſic laniari, corpuſcula ꝗqꝫ tenerrima ſan-
guine anima & uita carentia humiqꝫ pro-
ſtrata,iacere? Quod matres corruerint hic
ſuper filios,eoſqꝫ exangues oſculatę ſint,&
uulnera exiccauerint. Nonne putas ple-
raſqꝫ p̃ uehemẽtia doloris ſibi crines euul
ſiſſe,ſcidiſſe ueſtes,unguibus facies ſibi la-
ceraſſe,omniaqꝫ ea feciſſe,quæ dolentes &
lugentes ſolent? Præuidit hoc etiam Hiere Hiere.31
mias in ſpiritu,& dixit, Vox ĩ Rhama audi
ta eſt ploratus & ululatus multus, Rachel
plorans filios ſuos,& noluit conſolari,quia
non ſunt: Multa hic quærenda occurrunt
q̃ tñ ad ſcholas relegata uolo, Vox inquit
in Rhama audita eſt: Eſt quidem locus in Euſebius
tribu Beniamin nomĩe Rhama duodecim
miliarib. a Bethlehem diſtans,plæriqꝫ aũt
doctorum in hac ſunt ſentẽtia,non eum ui
cum hic intelligi,ſed quia Rhama hebręis
ſonat excelſum, uoluiſſe prophetam inſi-
nuare,quõ matres ꝓ filijs ſuis inclamarint
in ſublimia cœlorũ, ut hic teſtatur Hiero. Hierony.
Quoniã uicus iſte Rhama procul abfuit a Ioſ.18
Bethlehem,& adeo quidã uerſus ſiniſtrã a
Hieruſalem,quãtũ ad dexterã ab ea diſtat
Bethleẽ,nã Rhama ẽ uerſus ſeptẽtrionẽ a
Hieruſalem, Bethleem uero ad Auſtrum.
Hoc tñ inquirẽdum eſt,Quur hic prophe-
ta meminerit Rachelis, quæ mater fuit
Beniamin, non autẽ Bethlehem fuit in tri Micha.
bu Beniamin ſed Iudæ, ſicut Michæas & Math.2
Matthæus clare teſtãtur? Inuenio hic qua-
druplicem reſpõſionem. 1 Vt maxime
Rachel fuerit mater Beniamin,tamen illæ
duæ tribus ita fuerunt coniunctę, ut quod
ad unã ſpectaret,ad alteram quoqꝫ ſemper
pertinebat. 2. Vel etiã ſi mater fuit Benia Gene.35
min,non procul tamen a Bethlehem ſepul 3.Reg.12
ta eſt,uti Iacob ipſe teſtat̃. 3. Quando nõ Gene.48
Bethlehemitas tãtũ pueros occidit Hero
des,ſed & qui circum circa erant, fuit autẽ
illa finitima tribui Beniamin ĩ qua & Hie
ruſalẽ fuit,& potiſſimi ex ijs paruuli inter
empti ſunt a Bethlehem uerſꝰ Hieruſalẽ,
ideo recte Rachel filios ſuos deploraſſe dici
tur. 4. Myſtice dicunt quoqꝫ doctores Ra
chelẽ flere filios ſuos,quando eccleſia ſuos
deplorat martyres, quem ſenſum nunc

breuitatis gratia prætermitto: Quur autē fleuit Rachel filios ſuos? qa nō ſunt, occiſi iā erāt & abrepti paruuli a matrꝶ uberibꝰ

Quō paruuli hi martyres ſint?

Ad concludendum hoc euangelium breuirer queſtiones duas inducamus: Priorem, Quando in ueteri teſtamento neceſſaria fuit circuncíſio, an paruuli illi nondum circuncíſi ſint ſaluati, Alteram: Quum uſu adhuc caruerint rationis, quomodo mereri potuerunt, & coronam palmāq; martyrij adipiſci? Hancq; poſteriorē primo loco diſſoluemus, dicentes cum doctoribus noſtris ad perfectum martyrem duo requiri: primo paratam bonāq; uoluntatem, deinde cauſſam iuſtam, ut quis propter Deum cauſſa iuſtitiæ patiatur & fidei, ſicut Iohānes Baptiſta: triplices ergo ſunt martyres, quidam in uoluntate & opere, ueraq; & iuſta cauſſa, ut Laurentius, Sebaſtianus, Barbara, Alij ſola uoluntate, ut Iohannes Euāgeliſta & S. Martinus, de quo canit eccleſia. O ſanctiſſima anima, quam etſi gladiꝰ perſequutoris non abſtulit, tamen palmā martyrij non amiſit: idem nonnulli perhibent de latrone dextro, in quo cauſa bona nulla fuit, ſiquidem hic ſuſpēſus eſt ob ſua maleficia, uolūtatem autē bonā habens & in Chriſtum credens ſecum patientē effecit, ut ei cauſſæ defectum reſtaurarit Chriſtus, Sic præclare ait Sanctus Hierony. & tranſcripſit ex eo Gratianus, Chriſtus inuitauit latronē de cruce ad paradiſum, & ne quis aliquādo ſeram conuerſionem putaret, fecit homicidij pœnam martyrium. Ecce etiam q̄ pulcherrimo ordine eccleſia inſtituit hæc tria feſta ſe ſeqntia Stephani, Iohannis & Innocētum: Stephanus enim & uoluntate & opere martyr fuit, Iohānes ſola uoluntate, innocētes illi opere tantū, quoniam Chriſtum moriendo confeſſi, ante pro eo mortui ſunt q̄ loqui poſſent: tacuit enim eorum lingua, nec quicq; uidit oculus, manus nihil adhuc fecerāt, nullā penitus etiam apud Herodem culpam habuerunt, niſi ꝙ cum Chriſto nati fuerant, ideo ille eis uiciſſim ante dedit triumphare q̄ uiuere, coronis donauit priuſq; mēbris, ante cœlum poſſidere q̄ terram, ſtatim ad martyrium nati ſunt non mundo, uere igitur & q̄ maxime ſalubriter uiuunt qui pro Chriſto mortui ſunt, eoſq; cauſſa ſuæ mortis uere facit martyres eſſe. Sequit̄ etiam, martyrem eſſe aut fieri donū dei exiſtere, quando in ijs paruulis, nec arbitrium, nec aliqua electio libera fuerit, ubi etiam natura ligata fuit, profecto em̄ ſuperare diabolum, tortorē defatigare, corpuſq; in ſupplicium tradere, non uirtutis humanæ, ſed donationis extitit diuinæ. Conſequitur iam reſponſio ad quæſtionem alteram, Quandoquidem paruuli ij omnes martyres & teſtes Chriſti fuerūt, uere etiam in ſanguine ſuo baptizati ſunt, cōtra Armacanum, qui credidit pueros incircunciſos fuiſſe nocentes & damnatos: Ita Auguſt. lib. 4. de ſymbolo. c. 4. ait Chriſtum eis hoc tribuiſſe, ut pro Chriſto morerentur (adde totum ferme capitulum in honorem innocentium, adde & Chryſo. par. 5. in duabus pulchris homilijs, de innocentibus) Tota igitur catholica & indiuiſa eccleſia ſanctos martyres ueneratur innocentes, deumq; precatur, ut per eorum & omniū ſanctorū interceſſionem gratia conferatur hic in terris, ut ſimul gloriam adſequamur fœlicitatis æternæ, Amen.

Bonauen. Math. 14

Hiero. ad Damaſū. de pē. di. 1 c. Importuna

Seuerinus in homili.

Li. 8. de. q art. Auguſti.



Die

Die ſancto Circunciſionis Dn̄icæ, unde & anni cuiuſq; fœlix auſpicamur initium, Euangelium, Lucæ ij.

Gene.17 Hier.4

IN illo tempore, Poſtq; conſumati ſunt dies octo, ut circunciderentur puer, uocatum eſt nomen eius Ieſus, quod uocatum eſt ab Angelo priuſq; in utero conciperetur.

Homilia prima

SI ſolum externum illum crudūq; huius Euangelij contemplemur ſenſum ex litera pendentem, dicto citius rem omnem abſoluemus, quando ex omnibus totius anni euangelijs hoc unum breuiſſimum eſt. Sin omnia quæ continet plurima nobis conſyderanda ſumamus, uidebimus ampliſſimū nobis ingrediendum eſſe campum, eo ꝙ in ſe circunciſionem Chriſti complectitur, & impoſitionem ſui ſanctiſſimi nominis Ieſu, quod illi ab æterno a patre ſuo datum fuerat. Principio conſumatis octo diebus, ut circūcideretur puer, implere etiam in ſe uoluit dominus præceptum datum Abrahæ. Gene.17 Infans octo dierum circuncidetur in uobis: Omne maſculinum in generationibus ueſtris cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit. Circunciſio hæc in ueteri teſtamento præcepta obſeruataq; eſt loco baptiſmi, ſicut egregie dicit Auguſtinus contra Iulia. (Augu. & habetur de conſ. diſ. 4 ca. ex quo:) Ex quo inſtituta eſt circunciſio in populo dei, quæ erat tunc ſignaculum iuſtitię fidei, ad purgationem ualebat magnis & paruulis originalis ueteriſq; peccati, ſicut baptiſmꝰ ex illo ualere cœpit ad inuocationem hominis ex quo inſtitutus eſt. Ita Beda etiam hic ait in Homilia: Scire debet fraternitas ueſtra, quia idem ſalutiferæ curationis auxilium circunciſio in lege contra originalis peccati uulnus agebat, quod nūc baptiſmus agere reuelatæ gratiæ tempore cōſueuit, excepto ꝙ cœleſtis regni ianuā necdum intrare poterant, donec adueniens benedictionem daret, qui legem dedit. Quia autem & circunciſio ad incrementum fidei facit, & confirmationem eiuſdem, nonnulla de eadem ꝙ pauciſſimis proponenda ſunt. Et primum omnium apparet hinc Deum a nobis etiam externum aliquid repoſcere, ut errent in hoc Neoterici, qui omnia exteriora excludere uolentes, Deum ſola mēte uenerari intendūt, quum tamen in peccati originalis remiſſionē exteriora etiam ſigna præceperit nobis deus. Quando igitur baptiſmus noui teſtamenti iam ſignum eſt, ſicut fuit circunciſio in ueteri lege, quæritur quod nam habuerint remedium culpæ originalis paruuli in lege naturæ, ante datam circunciſionem? Reſpondetur, Quia nullo unq; tempore miſericors deus hominem dimiſit ſine interiori medicina, ut fuerit etiam tempore legis naturæ pharmacū aliquod peccati originalis: poterant enim qui iam ad rationis ſuę uſum peruenerant, per bonas uoluntatis ſuę cōmotiones extinguere culpam originalem, quod quum non poſſent facere infantes, ijs quoq; ex gratia deus remediū contulit, ſignum externum, quo parentes eorum fidei ſuæ qualecunq; conteſtabantur argumentum, puta ſacrificium quod pro illis deo offerebant. Et hoc eſt quod Gregorius ait: Quod apud nos iam ualet aqua baptiſmi, hoc apud ueteres potuit ꝓ infantibus fides (actus. ſ. ille exterior quo proteſtabātur parentes fidem pro puero) in adultis autem uirtus oblationis & ſacrificij. (4. Moralium)

2. Myſtice quoq; hic conſyderate, qd ijs ſibi uoluerit Chriſtus, ꝙ circunciſionem eo membro inſtituit, & quidem fieri debere die octauo, atq; id cultro petrino? Principio Abrahæ data eſt circunciſio, ut per obedientiam placeret deo, (Gen.17) ſicut per tranſgreſſionem Adam diſplicuerat illi, deinde quoq; in argumentum maximæ fidei Abrahæ, qui etiam credidit habiturum ſe filium in quo benedicerentur omnes tribus terræ: & quia per hoc ſymbolum populus

ille electus, cui dominus terram promiſſionis, quam deinde dedit, iam pollicitus erat cum ipſo Meſſiæ aduentu, a cæteris gentibus ſecerneretur. Vnde colligitur circuncisionem non ita omnibus præceptam fuiſſe hominibus, ut iam baptiſmus eſt, ijs em̄ qui uel non ab Abraham deſcendebant, aut ſi ab Abraham, non tamen a 13. tribubus Iſraël, præcepta illa non fuit. Siquidē
In prolo. & Gregorius teſtatur Iob deſcendiſſe quidem a ſemine Abrahæ ab Eſau, neq; tamē legitur circunciſum eum fuiſſe, quum extiterit gentilis. Oēs aūt qui nati ab Abrahā promiſſionem ſuſceperunt fœderis & pacti diuini, eos circumcidi oportebat. Hic aliqui radicem capiunt ſaluandi quoſdam gentiles, ut Ariſtotelem, Catonem &c. qđ tamen non credo.

Quur autem in hoc membro ſit inſtituta circunciſio, doctores huiuſmodi reddūt rationem: quia contra culpam originalem inſtituta eſt, eam uero nō aliunde contrahunt filij niſi a parentib9, unde naſcuntur innata quadam peruerſa concupiſcentia, quæ in hoc membro omnium maxime & regnat & ſentitur: in cuius rei ſignum Adam quoque hoc loco culpam ſenſit ſuę
Gene.3 inobedientiæ: ſicut inquit Moyſes: Quia quum manducaſſent de ligno uetito, uiderunt tandem ſe eſſe nudos, feceruntq; ex folijs ficuum perizomata. Decuit ergo, ut poſteri Adæ in hoc maxime loco rurſus reciperent obedientiæ ſignum. Porro q; illa die facta eſt octauo ad literam, hoc eſt, ut confirmatis iam paululū uiribus ex dolore minus moreretur puer: & ne diutius filiorum amore parentes eā differrent, stricte adeo ipſis deus diem iniūxit octauum, quem tam diligenter cogebantur obſeruare, ut etiam in ſabbatho circunciderent, in quo tamē nefas erat quippiam externum operari: ſicut & Chriſtus Iudæis dixit, cir
Ioan.7 cuncidere eos ſolere in ſabbatho, neque tamen per hoc ſolui legem Moyſi &c. Myſtice tamen ſua quoq; non caret figuratione: dies enim octauus uitam deſignat æternā, reſurrectionem nouiſſimam, quare & iam in lege gratię ſabbathum uerſum eſt in diem dominicum: facta ergo circunciſio eſt die octauo, ut oſtenderetur nunc in lege

Euangelica corda animoſq; noſtros circūcidi debere emundatione ab omni iniquitate, & tunc quoq; corpora ab omni mortalitate, tempore reſurrectionis. Quod autem Iudæi etiam circa hanc carnalem circunciſionem tenebantur illam intelligere myſticam, teſtatur abunde illud Moyſis: Deut.10
Circuncidite præputium cordis ueſtri, & ceruicem ueſtram ne induretis amplius. Hanc circunciſionem a peccatis ipſe quidem facere debet homo, ſed tamen Deus pręcipue operatur per gratiam ſuam: ſicut iterum Moyſes ait: Circuncidet dominus deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui, ut diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, ut poſſis uiuere. Circunciſionem hanc ſpiritualē etiam propheta Hieremias docuit, dicens: Hæc Hiere.4
dicit dominus uiro Iuda, & habitatori Hieruſalem. Circuncidimini domino, & auferte præputia cordium ueſtrorum uiri Iuda, ne forte egrediatur ut ignis indignatio tio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat: Hoc idem nobis prædicat Paulus: Circunciſionem inquam cordis in ſpiritu, non in litera, cuius laus eſt ex deo, nō ex hominibus, atq; illa cauſſa eſt diei octauæ, quo ad myſticam figurationem.

3. Sequitur, Quomodo circuncidi poterant adulti in iuuentute non circunciſi, ſicut Iſmaël qui iam 13. erat annorum, ſicut & gentiles iam grandæui, ſi qui uolebant ad Iudaiſmum conuerti, iuxta præceptum domini: Si quis peregrinorum in ueſtram uoluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domini, circuncidetur prius omne Exo.12
maſculinum eius, & tunc rite celebrabit. Ita de ſeruis quoq; emptitijs imperatū eſt a domino. Et huiuſmodi gentiles circunciſos uolunt quidam intelligere apud Iohannem, ubi dicitur aliquos ex eis ueniſſe
Hieroſolymam ad feſtum paſchæ, ut orarent, petijſſe etiam a Philippo, ut uiderent Ioan.12
Ieſum: Deinde cōſequitur inde circūciſionem quæ Iudæis data erat in fœdus, ab alijs etiam gentibus eſſe obſeruatam, quæ ad eam tamen nō oligabantur, q̄diu em̄ Iſmaël in domo Abrahæ uiuebat, & Eſau apud patrem ſuū Iſaac, tenebantur ad circunciſionem: deinceps non item, ſicut ſu

pr

Greg. pra de Iob ex Gregorio auditū eſt. Viden-
tes tamen Ethnici magna bona Iudæis a
deo ſubinde collata, interdum circunciſio-
nem amplectebantur, quemadmodum &
de Cutheis ſiue Samaritanis, qui etiam li-
bros 5. Moyſi receperunt. Id inde colligi-
mus, quoniam multus populus cum Iu-
dæis ex Aegypto profectus eſt, quum ui-
derent miracula quæ deus per Moyſen fa-
Exod. 12 ciebat, ſicuti clare in Exodo legitur. Teſta-
Hiere. 9 tur & Hieremias, quando apud eum do-
minus uiſitaturum ſe promittit, qui præ-
putium habeat circunciſum: litera noſtra
communis habet in circunciſum, tamen ſe-
ptuaginta circunciſos, & Hieronymus le-
git circunciſum, quia Hæbraice legitur
muil מויל quod ſignificat circunciſum.
Super Aegyptum & ſuper Iudam & E-
dom, & ſuper filios Amon, & ſup Moab.
Hiero. Ibi Hieronymus ſic ait: Multarum ex qua-
dam parte gentium, & maxime quæ Iu-
dææ Paleſtinæqꝫ confines ſunt, uſqꝫ hodie
populi circunciduntur, præcipue uero
Aegyptij & Idumæi, Amonitæ & Mo-
abitæ, & omnis regio Sarrhacenoꝝ quæ
habitat in ſolitudine, & de quibus dicitur:
Super omnes qui attonſi ſunt in comam,
habitantes in deſerto. Ecce quomodo aliæ
etiam gentes circunciſionem obſeruarunt.
Quod forte maledictum Mahomethem
perpulit, ut inſtinctu damnati monachi
Sergij in ſua ſecta eandem quoqꝫ inſtitue-
rit, ſicuti ſequaces eius Turcæ, Arabes, Ae-
thiopes, & alij in hunc uſqꝫ diem circunci-
duntur. Tamen in Alchorano non legitur
Fortali. inquit author Fortalitij fidei, lib. 4. conſy.
Richard. 8. art. 1. Tamen F. Richardus in confuta-
tione Alchorani cap. 1. teſtatur, Mahome-
tem dicere oportere circunciſionem tene-
re, in quo Hebionitarū hæreſim ſit ſequu-
tus. Quæras autem: Quid actum fuerit
cum maſculis de uita periclitantibus, an
in ijs quoqꝫ properatum ſit cum circunci-
ſione, ut nunc in baptiſmo ſolet res inter-
dum ad obſtetrices uenire? Ad hoc ſane
reſponſum non habeo quod dem propriū,
niſi ꝙ iam receptum eſt a Iudæis per uni-
uerſum Chriſtianiſmum diem octauum
non præuerti, etiā ſi periclitetur puer, aut
moriatur. Sunt qui putent eos in periculis
feſtinare debere, & ꝙ illud non faciunt ui-
tium eſſe malignitatis eorū: quoniā Neo-
terici Iudæi non credunt paruulos pecca-
tum habere originale. Quicquid illud ſit,
Hugo putat illos ante diem octauum de-
mortuos, ſaluatos tamen eſſe in fide paren-
tum ante Chriſti aduentum: nam ꝙ dies
octauus præueniendus non fuerit hinc col-
ligunt, ꝙ etiam reliquorum animaliū nul-
lum cogebantur offerre ante diem octauū.
Moyſes aūt aliquando non circūciderat fi- Exod. 22
lios ſuos, & dominus mortē ei intentabat Exod. 4
in ipſo itinere, quando Sephora filium nō
circūciderat ſuum. Quāuis differri poterat
etiam circunciſio ex aliqua cauſſa, ſicut in
deſerto factum eſt, quando non circunci- Ioſ. 5
debant annis quadraginta, donec tranſi-
rent Iordanem. Iam antea ingenue confeſ-
ſus ſum neſcire me, quomodo cū pueris il-
lis agat: hoc unum ſcio eos qui non circūci-
ſi erant, & nomine adhuc caruiſſe, & ꝑ fi-
lijs reputatos nō fuiſſe: unde perſuadeor,
ut credā eos ſaluatos non eſſe, ſicut tenet et
Petrus Longobardus: alias n. filij Iudeoꝝ
fœliciores Chriſtianoꝝ liberis fuiſſent: ſi-
quidem geminū remedium habuiſſent, cir-
cūciſionem die 8. & ſicubi hanc attingere
nō potuiſſent, fidem parentū, quum tamē
Chriſtianoꝝ liberi unicū habeant remedi-
um baptiſmū: qui quibꝰ cōtingere non po-
teſt, æterna priuantur gloria & gratia dei:
cur nō item & Iudæoꝝ liberis contingat?
Vt aūt cōfidentius hoc ſentiā, ſcriptura ſa-
cra moueor: ita. n. ait Salomon: Filius fui
patris mei, tenellus & unigenitus matris Proue. 4
meæ. Atqui conſtat matrē ſuā Dauidi ad-
huc unum filiū peperiſſe ante Salomonē,
qui et mortuus eſt ſtatim: ideo gloſſa ibidē 2. Reg. 12
ſic habet: Quare Salomon unigenitū ſe co- Gloſſa
ram matre nominat, quē fratrē uterinū p̄-
ceſſiſſe ſcriptura teſtat̄: niſi quia ille mox
natus ſine nomine, quaſi nunqꝫ eſſet, de ui-
ta deceſſit incircunciſus. Ad extremū con-
ſtat circūciſionē huiuſmodi ſacramentū fu-
iſſe ueteris teſtamenti, ubi Chriſtus quoqꝫ
pati uoluit & primū ſanguinē ſuum pro-
fundere, q̃uis ille circūciſione non egebat,
multis tamē de cauſſis circūcidi dignatus Beda
eſt, quas longo ordine ſancti patres enar-
rant, nos paucis explicabimus. Primū ut

ueram ſuam naturā humanā ſtatim probaret contra Manichæos, qui dixerunt Chriſtum corpus tãtum habuiſſe phantaſticū, uiſumqꝫ illud ſolum fuiſſe, ueritatē nullā. Deinde ut monſtraret ſe corpus ſuum nō e cœlo ſecum detuliſſe cōtra Valentinum, & ꝙ nō fuerit ex ſubſtantia diuina, contra Appollinarē, ſed ꝙ corpus uerum ex puriſſimis Mariæ ſanguinibus adſumpſiſſet.

Gene.17. 3. Vt ſe declararet filium eſſe Abrahæ, cui p̄ceptū circunciſiōis primo traditū eſt, & ꝓmiſſio bn̄dictionis in ſemine ſuo, quæ in Chriſto iā ſit impleta. 4. Vt inſuper doceret circūciſionē et quicqd aliud in ueteri teſtamento p̄ceptum fuerat, tunc *Gene.12* tēporis bonum fuiſſe & a deo exiuiſſe, contra Manichæos, qui legē ueterem cū omnibus quæ in ea continebant, reijciebant, iuxta *Galat.5* illud Pauli: Miſit deus filium ſuū factū ſub lege: Et hoc ipſum Chriſti: Non ueni *Matth.5* ſoluere legē, ſed implere. 5. Circunciſionem & reliqua onera legis pertulit dn̄s, *Theophy.* ut nos ab illis liberaret, ſimulqꝫ legi ſcriptæ finem imponeret. Ita Theophy. ait: Qui mandata legis præuaricabant ſub maledictione erant: dominus igitur circūciditur, ut etiam in hoc adimpleta lege & nullo ꝑtermiſſio, ꝙ illa mādabat, eripiat nos a maledicto. 6. Vt ſe in hoc oſtenderet fratrē eſſe Iudæorꝫ, ipſiqꝫ excuſationem nullam haberent, quo minus eum pro Meſſia habere recuſarint, ꝙ circunciſus non eſſet, legi aduerſatus & fœdori diuino, quæ tamē fucum & colorem habere poterant excuſationis alicuius. Adferuntur & in hoc idē rationes plures, ut ꝙ hic formam nobis derit mandatis diuinis parendi: Quod profundiſſimam ſuam declararit humilitatem, ꝙ non tantum factus ſit homo, ſed etiam cauterium ſuſtinuerit peccati: Vt feruentem ſuam erga nos dilectionem comprobaret, ſimulqꝫ myſticam circūciſionis figurationem ſtabiliret. Qua de re ſupra dictū eſt. Nos iam ſanctiſſimi ſanguinis Chriſti effuſionem pie ueneremur, quam ille primum hoc die pro nobis incepit, deprecemur profuſis uiciſſim & nos lachrymis dominum deum, ut nos a contagione peccatorum ereptos, transferat in gloriam filiorum dei, Amen.

Homilia ſecunda Kalendis Ianuarijs.

QVando iam hodierno die dies natus octo pro nobis circunciſus eſt Ieſus Chriſtus dominus noſter, nos quoqꝫ ad fidei noſtræ cōfirmationem meditari debemus, cuiuſmodi ſacramentū illud fuerit, ſimulqꝫ gratias agere Chriſto domino, ꝙ pro acerbo & duro illo circunciſionis ſacramento, manſuetum nobis & mite inſtituit ſacramētum baptiſmi, quod tenello adhuc puero lōge tolerabilius eſt, ideoqꝫ circunciſus eſt Chriſtus, ne amplius paruulꝰ quiſpiā circuncidatur, ſicuti ſuperiori Homilia commemorauimus. Vbi hoc quoqꝫ Chriſtianis animaduertendum eſt, quo nam inſtrumento circunciſio fieri ſolita ſit: quia cultro petrino: q̄uis Richardꝰ uult cōmuniter eam non factam in cultro petrino: ſed ſolum quando ſpecialiter fuit cōmiſſum: ſicut Ioſue, quia in inſtitutione circunciſionis nulla ſit cultelli mentio. Ioſue aūt dixit dominus, præcepitqꝫ ut para- *Ioſuæ.5* tis in hoc ſibi cultris petrinis iterum circūcideret filios Iſraël. Et ne dicas ī Ioſue hoc fuiſſe peculiare, ante ipſum quoqꝫ legimus Sephorā circūcidiſſe filium ſuum, lapide acuto ad hoc parato, ut ſine dubio hæc fuerit cōmunis Iudæorum conſuetudo. Ad hæc myſterio quoqꝫ non caret, quando .n. lex ea dura & grauis erat, cultrum quoqꝫ requirebat petrinum, q̄uis adhuc ſpiritualiter magis ſignificat nos iam circuncidi debere a petra Chriſto, non ſecundum literā *Roma.2* ut ait Paulus, ſed in ſpiritu: quia culter iſte ex petra paratus ſignabat Chriſtū, authore Hugone: ſed & de illo dicit apoſtolus, *Hugo.* qm̄ petra erat Chriſtus. *1.Cor.10* Quid autem nunc agāt Iudæi, aut cuiuſmodi cultro circuncidant, nihil laboro. Bonauētura ait eos cultro petrino ad hoc non uti, ſiquidē conſtat eos multo remiſſiores iā factos eſſe in lege & cæremonijs ſuis, multaſqꝫ hæreſes admiſiſſe: ita ut alteri nō conueniat alter, quod proh dolor inter nos quoqꝫ experimur, ſed ualeant hæc.

Porro ex circūciſione Chriſti argumētatus eſt Hebion, & quidā alij hæretici, nos quoqꝫ

quocꝫ circuncidi debere, id.n. illum eo fe-
ciſſe: ſed nos alias rationes indicauimus ſu-
periori Homilia: lapis hic quocꝫ miris mo-
dis in hunc diem uſqꝫ offendit Iudæos, ar-
bitratos ſemper legem ſuã Moſaicam una
cum Euangelio permanere debere, quod
etiam hodie ſentiunt Aethyopes, unde &
baptizant & circuncidunt. Idem etiam fa-
ciunt Mammaluci, ſed nõ ſimili modo: ſi-
quidem ad circunciſionẽ credũt ſe eſſe ob-
ligatos, non ſic ad baptiſmum, quẽ eo tan-
tum ſuſcipiunt, ut peruerſum & olidũ eis
pellat fœtorẽ: omnes.n. qui non baptizan-
tur, natura male olent, quum ſudant maxi
me, ut nõ poſſit non nauſeare ab hoc quili
bet Chriſtianus: pro ſe inducũt Iudæi uer-
ba Moyſi, ubi dixit dominus: Erit pactum
Gene.17 meum in carne ueſtra in fœdus eternũ, in
hoc maxime figunt pedem. Multo autem
aliter nos docent ſacræ literæ, quoniã pro-
pter circũciſionem prima facta eſt apoſto-
lorum tempore diſſenſio, ita ut multi Iudę
orum ad fidem Chriſtianam cõuerſi puta-
rent circũciſionẽ quocꝫ adhuc et reliqua le
gis præcepta neceſſario requiri. Sic.n. ait
Actu.15 Lucas, fuiſſe nonnullos qui docebant fra-
tres, niſi circunciderẽt ſecundũ legẽ Moyſi
ſaluari eos non poſſe: atqꝫ ideo primũ con-
cilium ab apoſtolis Hieroſolymis celebra-
tum eſt, ibiqꝫ concluſum, gentibus, ſi quan
do conuerterent, circunciſionẽ & alia lega
lia imponẽda nõ eſſe, dummodo ſe cõtine-
rent ab idolothitis, fornicatione, ſuffocato
& ſanguine. Multa hic de ordine, conſue-
tudine & poteſtate cõciliorꝫ dici poſſent,
ſed uolens prætereo. Vſqꝫ adeo aũt cõſtan
ter cenſuerunt apoſtoli circũciſionẽ neceſ-
Gala.5 ſariam nõ eſſe, ut diceret inde Paulus, ſi cir
cũcidimini, Chriſtus uobis nihil prodeſt.
Quãdiu autẽ illa durarit neceſſaria etiam
Chriſtianis, etiã ſi dixero, parum proderit
uobis ſcire, ideo ſcholis relinquo, qñ ſuper
Hierony: eo Hiero. quocꝫ cum Auguſ. grauiter con
Auguſti. tendit. Tantum fugite Neochriſtianos ex
quibus nõnulli uoluerunt reuocare circũ-
ciſionem, quorꝫ ſententiam retundite illo
Paulino: Si circũcidimini, Chriſtus uobis
nihil prodeſt. Quod aũt inducit Iudę⁹ cir-
cunciſionem æternã dici, rñdeo apud He-
bræos מעויל non ſemper dici æternum, ita
ut careat fine, ſed nonnumqꝫ etiã diu dura
turum, eodẽ namqꝫ cap. ꝓmiſit dñs Abra- *Gene.17*
hæ daturꝫ ſe ei terrã Chanaan, in poſſeſſio
nem æternam ſeminiqꝫ ſuo: & tñ Iudæi illa
dudum exciderunt expulſi, ipſaqꝫ primũ
in manib⁹ gentium, deinde Chriſtianorꝫ,
mox Sulthoni fuit, nunc uero Turcarum
eſt. Tẽpus itaqꝫ ibi etiã longum ſaltẽ, non
infinitum intellexit. Multa adhuc dici poſ
ſent, ſed reliqua ad ſcholas trãſmitto. Vide
copioſiſſime Galatinũ li. 11. c. 5. cõtra Iu-
dæos. Lyra ſæpe hoc adnotat, etiã hic, ad-
de Augu. li. 16. de ciui. dei ca. 26. et ad O-
roſium cõtra Priſcil. ca. 5. et 6. Vt aũt finiã
Oẽs hoĩes laudare merito debent dñm Ie-
ſum Chrũm, qui nobis circũciſionẽ legis
ſuſtulit, & gaudere in primis debẽt matres
ob filios ſuos, quib⁹ quãtum cõdolerent, ſi
tam acerbe primis ſtatim diebus circũcidi
deberent, qñ hic qꝫ nouus dolor cæteris
accederet miſerijs, quas quotidie cum filijs
ſuis perferunt matres ex qbuſcunqꝫ caſib⁹.
Atqui Chrũs ꝓmiſſionẽ Abrahæ factam
diuina ſua ſuſtulit bñdictione: igiť lex cir-
cũciſionis propter ꝓmiſſionẽ data, ſublata
iam eſt. 3. Sicut autẽ a circunciſione car-
nis liberauit nos dñs, ita uiciſſim aliã nobis
iniunxit circunciſionẽ ſpũs, de qua ꝓclare *Bern:*
Bern. ait: Nos quocꝫ fratres circuncidi ne- *ſermo.1*
ceſſe eſt, & ſic nomen ſalutis accipe: circun
cidi ſane nõ lrã, ſed ſpũ & ueritate: Circun
cidi nõ uno mẽbro, ſed toto corpore ſimul,
licet.n. magis in ea parte quo mandata eſt
Iudæis circũciſio, regnet addidamentũ le-
uiathan, qđ a malo eſt & amputari debet,
uniuerſam tñ occupat carnẽ, ita ut dicere
poſſimus, A plãta pedis uſqꝫ ad uerticem
capitis nõ eſt in nobis ſanitas, neqꝫ eſt mẽ-
brum ullũ, qđ non hoc ipſo furiat ueneno.
Vnde colligiť quõ ſpũaliter nos circũcide-
re debeamus in oĩb⁹ uirib⁹ nrĩs, intus & ex
terius, cogitationes, ỽba & opa nrã (ꝑ ſym
bola poteſt latiſſime deduci, ſed quia ſunt
facilima, nõ proſequor, dabo ſolũ guſtum
eius) Videmus in reb⁹ corporalib⁹ ita fieri,
ut qua quid parte putreſcere incipiat, ibi
reſectio fiat uel aduſtio, ne pars etiã ſynce-
ra inficiať: ita in pomis & uulnerib⁹ fieri ſo
litum eſt: qñ igiť pctũm nihil aliud eſt, niſi
quædã aniæ putredo, eaqꝫ nõ ſola, ſed aliã

ex alia ꝑducens, qđ in dentibꝰ cōſpicuum
eſt: pctm̄ ſtatim cultro pœnitentiæ reſcin-
dendū eſt. Cultrū aūt ardenti contritione
oportet eſſe paratū & acutū ex pœnitētia
& ſatiſfactione: alias pctm̄ circunquaque
ſerpit abſumens oīa cæteraſq; uires corrum
Apo.22 pens: & tunc fit qđ ait Ioā. Qui in ſordib. ē
ſordeſcat adhuc: ſemper pctm̄ unum aliud
ex ſe parit, nec ulla eſt calamitas ſola, quod
uel ſolus Iudas ſuo nos doceat exemplo: is
n. auarus erat, ſacramentū ſuſcepit indignꝰ,
uendidit Chrūm: deſperauit, laqueo ſeip-
ſum ſuſpendit, uſq; adeo putredo iſta in eo
circunſerpens abſumpſit oīa. Quid ita? in-
quies, qm̄ non circunci dit ſe ſpūaliter. Cæ
pit una parte aliqñ etiā Petrus putreſcere,
ſed ſtatim qđ putre erat amputauit, quan-
Mat.26 do exiens atriū Caiphæ, fleuit amare. Ad
hæc dānoſa admodū eſt iſta putredo pec-
catoris, quia intus incipiens ab anima pu-
treſcit ad externa: hinc eſt ꝙ peculiariter in
hac ſpirituali circunciſione cor memorat,
quum dicit: Circuncidite ꝑputia cordis ue-
Deut.10 ſtri. De hac putredine conqueſtus iā olim
& 30. eſt dñs ſuper Iudæis, dicēs: Omnes gentes
Hiere.4 habent præputiū: omnis domus Iſraël in-
circuncisi ſunt corde. Quid ꝙ & exterius
putreſcit homo, puta, auribꝰ, quū ſalutaria
reſpuit audire, & correctionem peccati ſui
Hiere.6 cōtemnit: ita dominus ait: Cui loquar? &
quē conteſtabor ut audiat? ecce incircunci
ſæ aures eoꝝ, & audire non poſſunt. Ita in
Exo.6 circunciſus fuit Moyſes in lingua ſua: ita
omnes quotquot maledicunt, obtrectant
alijs, uerbis etiam ſuis eos offendunt, os ha
bent incircunciſum, & huiuſmodi pecca-
ta qlibet a corde ſuo reſcindere debet, quæ
demum uera circunciſio eſt, deo benepla-
cens, longeq; melior ꝙ omnium Iudæoꝝ,
Coloſſ.2 Turcarum, Aethiopum &c. De hac Pau-
lus loquens, ſic inquit: In Chriſto circun-
ciſi eſtis circunciſione non manu facta, in
expoliatione corporis carnis, in circunciſi-
one Chriſti conſepulti in baptiſmo. En hic
uobis ueram Chriſtianis dignam, planeq;
diuinam circunciſionem, nō manufactam
ſed diuina gratia communicatam. Vtinam
iſto modo Iudæi eſſemus, omnes ſpiritua-
liter circunciſi, ab omnibus tum pecca-
tis tum offendiculis immunes: quo enim
magis inueteratus fuerit tumor peccati,
eo acutiorem eſſe oportet cultrum ſpiritu-
alis circunciſionis. Ita Bernhardus ait: In Bern.
ueteratæ conſuetudinis malum cultello
acuto contritionis amputetur.

Et ita quilibet homo ſeipſum circunci
dere debet, ſimiliter & qui in magiſtratu
ſunt, membra debent amputare putrida
& damnoſa, ne & alia corrumpant: in hoc
enim tot antiquitus cōparata ſunt tormen
torum inſtrumenta, uirgæ, gladij, cultri,
patibula, rotæ, in ijs adminiſtrationibus o-
perum iuſtitię, ſi negligentes ſint magiſtra
tus, nihil proſunt, quoniam in hoc uincu-
la, carceres, cathenæ, cōpedes, & id genus Galat.5
alia inuenta ſunt: ita & Paulus ait: Vtinā
abſcindant qui uos conturbant (nullus eſt
finis currendi ꝑ ſymbola, ęque faceres 20.
ſermones, ac unum.) Vos modo curate, ut
ſi filices creſcere perſpexeritis in agro aīæ
ueſtræ, & putreſcere quid cœperit, ſtatim
reſcindatis & dicere poſſitis cū Paulo: Nos
ſumus circūciſio, qui ſpiritu ſeruimus deo, Philip.3
& gloriamur in Chriſto Ieſu, non in carne
fidutiam habentes. In fortalitio fidei inue-
nies pulcherrimam huius ſymboli adapta
tionem lib.2. conſ.6. hæreſi 1.

4. Quęrunt nonnulli, quo nā ꝑuenerit
præputium Chriſti? quā tu putes forſitan
inutilem eſſe dubitationē, iuxta illud The
ophy. Inutiliter quærit ubi ſit illa abſecta
particula: nā quæ ſcriptura tacuit, ea quæ- Theoph.
rere non oportet, ꝑſertim ubi nulla utili-
tas. Dici autem poſſet, ꝙ quando abſectū
terram tetigit, illam quoq; ſanctificauit, ſi-
cut etiam ſanguis & aqua, quæ ex latere
eius fluxerunt. Et uidetur tamen, ꝙ ſerua-
rit illam particulam illæſam, & in reſurre-
ctione iterum reſumpſerit, ut hæc particu-
la non inueniatur deeſſe. Equidem ſane
crediderim, quando primum iam de hac
re dicere cœpi, plurimos ueſtrum admira-
tos cogitaſſe ſuperfluum eſſe de hoc cogi-
tare: Sed deſinetis mirari, ubi cauſſam co-
gnoueritis, quæ me mouerit hoc propone
re, dicetiſq; dubium hoc ſuperfluum, aut
temerarium non eſſe: quaſi quis interroga
ret quo peruenerit aſinus ſuper quem equi
tauit dominus in die Palmarum. Et ratio
quidem hæc eſt, ꝙ inepti & ſtolidi Iudæi
admodum

admodum gloriantur in die nouiſſimo ſeſe
habituros in reſurrectione uniuerſali ſignū
quoddā, penes quod eos deus cognoſcat,
quod quiſquis habiturus nō ſit, eum dam
natum iri, hic inſulſam iſtorum temeritatē
conſydera: Primū ꝙ putant Chriſtū ſignū
illud corporis inſpecturū, & nō potius ſym
bolum animæ in Chriſtianis ex baptiſmo,
Eph.4 de quo Paulus, nolite, inquit, contriſtare
ſpiritum ſanctum dei, in quo ſignati eſtis
in die redemptionis ueſtræ: Et ante hæc
quum loquitur de euangelio noſtræ ſalu-
tis ſic ait: In quo, quum credidiſtis, ſignati
Eph.1 eſtis: Quod ſignum quis neget plus uali-
turū ꝗ̃ omnium Iudeorum circunciſionē:
Deinde abſurdū admodum hoc eſt, quod
opinātur in reſurrectione ſignum ſuę circū
ciſionis ſe habituros, quum tñ præputiati
reſurgent, ſiquidem ut uiri perfecti reſurge
Eph.4 mus teſtante Paulo, nemo autem ſine præ
putio naſcit, qm̄ hic eſſet defectus & error
naturæ: Itaqꝫ & Iudæi in die nouiſſimo re
Theophy: ſurgent incircūciſi: Et hoc eſt qđ ex Theo.
ſuperius adduximus, id ita uoluiſſe & or-
dinaſſe Chriſtum, ut ꝑputium quoqꝫ ſuū
ſeruaret illęſum, ut illud in reſurrectione re
ſumeret, neqꝫ tunc ei uideretur deeſſe, quā
do etiam nos in reſurrectione corpus ad-
ſumemus perfectum, ſed iam oremus do-
minum & cæt.

Homilia tertia die octauo a natali Chriſti, eaqꝫ de dignitate & excellentia nominis Ieſu.

INter cætera huius euangelij my-
ſteria hoc quoqꝫ nobis proponi-
tur, quomodo ſanctiſſimū nomen
Ieſu impoſitum ſit puero in ſua circunciſio
ne, ſicut.n. iam hodie in baptiſmo ita olim
in circunciſiōe infantibus dabant̄ nomina:
Quū aūt nos Chriſtiani tm̄ ex nomine Ie-
ſu ſuſcipiamus gratiæ, & ſalutis, atqꝫ in om
nib. neceſſitatib. nr̄is ſedulo & cū magna fi
ducia ad illud cōfugiamus ipſum inuocan
tes, conſultū mihi uiſum eſt aliquot eximia
nominis huius priuilegia, maximaſqꝫ præ-
rogatiuas, auxiliāte dei gratia, uobis aperi
re, & in huius materiæ exordium adſumo
locum illum Iſaiæ. Vocabitur tibi nomen Iſa.62
nouum, quod os domini nominauit: Præ
uidens in ſpiritu Iſaias Meſſiæ aduentum
dixit: Propter Sion non tacebo, & propter Iſa.62
Hieruſalem non quieſcam, donec exeat ſi
cut ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius ſi-
cut lampas accendatur, & uidebunt gētes
iuſtum ſuum, & cūcti reges inclytum ſuū.
Cōſtat quia hic de Meſſia loquutus eſt ſal
uatore mundi, ſtatim.n. ſequunt̄ uerba pro
poſita. Et uocabit̄ tibi nomen nouū, quod
os domini nominauit. Iam multa quidē di
cenda eſſent de nomine dei, ſed plæraqꝫ eo
rū intellectū ſuperant uulgi, ac proinde cir
cunluſtrāda mihi diligenter ſunt omnia, ne
altius euolē, ita ut qui intellectu minus ua
lent, adſequi nequeāt, ſimulqꝫ tñ qui fructi
ferū aliquid de ſanctiſſimo nomine Ieſu ſci
re deſyderent, eo nō fruſtrētur, pauca itaqꝫ
hic nobis ſunt prelibāda. Sicuti lex triplex
eſt, quod ſæpius ex me audiſtis, naturę, ſcri
pta & Euāgelica: ita deū maiores noſtri tri
bus diſtinctis noīb. uenerati ſunt, & primū
qdē nomē literas tres habuit, ſecundū qua
tuor, tertiū uero quinqꝫ, in lege naturæ, pa
tres maioreſqꝫ nr̄i Adam, Seth, Noē, Abra
ham, Iacob &c. deum inuocarunt nomine
שדי Sadai, cui uoci reſpondet fere germa-
nicum illud Sat, ualet.n. ſadai idem quod
ſufficit, uel qui ſufficientia, ut ſit relatiuum
ש & די nomen per ſe, id eo fecerunt illi
patriarchæ, ꝙ ſolus ſibi ipſi deus ſufficiens
eſt, omniſqꝫ noſtra ſufficientia ex illo pen- 2.Cor.3
det, qui habunde ſatis tribuit oībus crea
turis, uolucres in aëre paſcit, animalia in
pratis & ſyluis, unde & animalia cuncta ad
DEVM clamāt Sath, ſath ipſi etiam cor
uorum pulli implumes in nido, iuxta illud Pſal.146
pſalmi: Qui dat iumētis eſcam ipſorum, &
pullis coruorum inuocantibus eum. Atqꝫ
ideo quando Iſaac Benedixit Iacob filium
ſuum mittens eum in Meſopotamiā dixit Gene.28
ad eū, DEVS Sadai benedicat tibi & cre
ſcere te faciat atqꝫ multiplicet, ut ſis in tur
bis populorum & cæ. tunc enim temporis
benedictiones plæræqꝫ oēs de tēporalibus
tm̄ erant, ſicut in Euāgelio de ſpiritualibus
bonis: quando igitur deus abſolute de eo
loquendo, ſolus ſufficiens eſt & omnipo-

tens,a quo creaturę diteſcunt omnes,inuo
carunt eum patres noſtri Sadai in nomine
trium literarum.

1. Quum autem iam inciperet lex ſcri-
pta ſub Moyſe inuocarunt eum ſub nomi-
ne tetra grammaton,quod Iudæi ſcribunt
in hunc modum יהוה huhi, hoc illi reli-
gioſe adeo abſeruant, ut etiam nulli papy-
ro ſed membranis tantum inſcribant, auro
item atq; argento, inſuper illud in terram
cadere non ſinunt, quod tamen ſi fiat ini-
quiſſimum ducũt,pręterea extra locos Bi-
blicos eo non utuntur,aut ſi cogantur uti,
non ita ſcribunt uti eſt, ſed huiuſmodi figu
ra (. Ad hæc iuramento rem aliquam fir-
mare uolentes non per deum id faciũt, ſed
per nomen dicentes ſchem, nomen intelli-
Num.6 gentes Dei. Quid quod nemo prophanus
legere illud eſt auſus iuxta literarũ & pun-
ctorum proprietatẽ,ſed ſummus ſacerdos
tantum, idq; quũ intraret in ſancta ſancto-
rũ,& ſacerdos in bñdictione plebis:Ideoq;
& ineffabile uocãt,nõ ꝙ exprimi nequeat,
ſed quia uulgus non audeat ipſum ob ſan-
ctimoniam ſui nominare: Vbicũq; ergo no
men illud ſanctum ſe offert in ſcriptis bibli
cis,non legunt illud ut ſonat, ſed loco ſuo
ſemper dicũt adonai, quod eſt idem quod
dominus,quia uera eius eloquutio eſt ie-
houa,unde dæmon ad ignominiam dei &
ad minuendam legem dei,curauit ut poë-
tæ gentilium uanum & ſuperſtitioſum eo
rum idolum Iupitrem appellarent Iouem,
per imminutionem a Iehoua, qui modus
abſorbendi alias cõmunis eſt in ſacris lite-
ris,quãdo ſcheua pręcedit gutturalem, ut
Iuda pro Iehuda, thillim ꝓ thethillim,Io-
ſua pro Iehoſchua &c. Et ſic omnia nomi-
na dei ſemper reuerẽter habuerunt Iudæi,
ut eſt illud nomen יה quod etiam deum
ſonat,quumq; prima apud eos litera unita
tem, ſecunda binarium ſignificet & ſic de-
inceps, illud tum יה pro numero nunq;
uſurpant in honorem Dei: Requiris autẽ
teſtimonium eius, ꝙ ueteres deum inuoca
rint nomine. 4. literarum ſicut ſub illo triũ,
Exod.6 Ecce quod ait dominus ad Moyſen. Ego
dominus qui apparaui Abraham, Iſaac &
Iacob in deo Sadai, & nomen meũ יהוה
Adonai non indicaui eis: Verum quidem
hoc eſt, ꝙ illius etiam Moyſes deinceps
mentionem facit in ſcriptis ſuis: attamen
uera ſunt uerba domini, ꝙ nomẽ illud ſuũ
patribus antiquis non indicarit. Multa hic
dicenda eſſent, quomodo hoc ſit eſſentiale
nomen Dei,ex quo uelut capite aut radi-
ce nomina reliqua cuncta promanãt, quo
pacto in eodem tres perſonæ cum perſona
li ſua ꝓprietate demõſtrẽtur,& quur lite-
rã ה h q̃ filiũ deſignat bis in eo ponam⁹, in
medio & fine, eo nimirũ quia geminã ha-
bet natiuitatẽ, alterã in diuinitate alterã in
tp̃e: & quur hebręi ex. 72. nominib⁹ dei,
unum hoc uocarint ſchemhamaphoras no
men expoſitum: ſed mitto hæc omnia. Ma
gnum etiam eſt, ꝙ ſancte adeo quatuor li-
terarum nomine ad imitationẽ hebræam
pleræq; linguæ exprimant deum, Græci
enim ipſum uocant θεός, Turcæ & Ae-
thiopes Alla. Aſſyrij Adad,Perſæ & Calli
cutij Zimi, Latini & Itali Deus, Sclaui
& Croatij Boëg, Germani gott,& hoc ta-
men pertranſeo: Verum tamen ſcire uos cõ
uenit, ꝙ Iudæi antiqui, quia poſt tempora
Chriſti tot illius & apoſtolorũ ſuorum mi
racula in aperto erãt, ut negare ea nõ poſ-
ſent,attribuerunt illorũ operationẽ nomi-
ni huic ſancto iehoua ſchem hemaphoras.

3. Diſcãt inſuper hic Chriſtiani nomẽ
dei temerarie non aſſumere, quod ſi.n. Iu
dæi illud in tanto habuerunt honore, &
adhuc habent, iniquum fuerit quoſdam
Chriſtianos peruerſa tantum conſuetudi-
ne ad quãcunq; rem deum adnominare,
ĩmemores illius: Nomen domini dei tui in *Exod.20*
uanum nõ adſumes: Nihilo minus peccãt
qui ſanctum nomen Ieſu cum deriſione &
ſcandalo uſurpant,ut quum deludunt uir-
gines ueſtales, iniquiſſime ſane, imo ut
Dauid ait Reges terræ & omnes populi, *Pſal.ulti.*
principes & oẽs iudices terræ, iuuẽes &
uirgines ſenes cum iunioribus laudent no
men domini, quia exaltatũ eſt nomen eius *Pſal.39*
ſolius, & alibi: Beatus uir cuius eſt nomẽ
domini ſpes eius,& non reſpexit ad uanita
tes & inſanias falſas: Deinde cõfirmat hoc
fidem noſtram, ꝙ per nomen Ieſu tanta fe-
cerint apoſtoli miracula,fatentib⁹ idipſum
Iudæis, quorum Rhabini etiam admiran-
tur tanta mirabilia facta eſſe in nomine do
mini

mini,quod eis.4. literis per Moyſen inno-
tuit:Iam autem nullum amplius apud eos
ſit miraculum,poſtq́ꝫ a deo propter inſide-
licatem eorum ſunt abiecti, ſed in alio iam
nomine ſiunt miracula,quod nomē tertiū
eſt dei & ſub lege euangelica quinq́ꝫ literis
habetur inſigne, quo nunc deum deiq́ꝫ fi-
lium ueneramur. Ratio autem,quur popu
lus ueteris teſtamenti non audebat nomē
dei exprimere eſt, quoniam tūc deus inui-
ſibilis & hominibus plane erat occultus,
poſtq́ꝫ autem ille ex miſericordia uenit in
hunc mundum,uiſibilis factus, nomē quo
q́ꝫ eius factum eſt notum uniuerſo mūdo,
iuxta illud prophetæ qui ibi ex ſententia
Iſa.61 Iudęorum & Chriſtianorum de Meſſia lo
quitur dicens, Ideo populus meus cogno
ſcet nomen meum in die illa, quia ego ipſe
qui loquor in illo die ecce adſum. Sicut er-
go deus in humanitate factus eſt uiſibilis:
ita nomen eius effabile,quod quomodo ſit
factum,ſcholis relinquo,tibi ſatis eſt nomē
Lu.1 eius eſſe Ieſus,quod uocatum eſt ab ange-
lo, priuſq́ꝫ in utero conciperetur. Nam Pri
mo aliqui dicūt nomē dei Tetragramma-
ton יהוה factū effabile ꝑ immiſſionē quin-
tæ literę ש S.quod ſignificat duarū natu-
rarum unionē, per quā nomē dei ſit effabi
le factum: nam proferendo ש S. maxillas
ac inferiorū & ſuperiorū dentiū ordines cō
ſtringimus,ideo apte iſta litera incarnitio-
Picus. nis eſt ſignificatiua: Vide Picum lib. 7. de
prænotionibus: Alij ſecundo autumant,
ſchin interpretari elocutionem, quia futu-
rum erat, ut nomen dei ineffabile, per iſtā
literam fieret enunciabile. Vide Cuſanum
Cuſa. in excitationibus: Alij Tertio dicunt ש ſi-
gnificare incarnationem, quia Iſa ias dixe-
rit: Et ſaluator eius,ut lampas accendatur,
Iſa.62 nam litera ש apud Hebræos habet formā
lampadis,& lampas denotat Chriſtū, nā י
in medio habet ſimilitudinē lychni ſplen-
dentis, & ט humanitatem ſignificat, ut
Cant.21 Lampadem oleum infuſum nomen eius,
oleum infuſum diuinitatis, in HANC
Lampadem humanitatis, fecit nomen
ſuum clareſcere HOMINIBVS,
quod prius erat ineffabile,iſta lampade nō
incēſa a diuinitate: Sed dum effuſum eſſet
oleum diuinitatis, unct⁹ eſt Chriſtus oleo
letitiæ præ participibus ſuis, unde olei &
nominis ſymbola proxima ſunt apud He-
bræos ſchem nomen,ſchemem oleū. Quar Pſal.44
ti dixerunt crucem Chriſti feciſſe nomen
dei effabile, nam tetragrammaton diſpoſi-
tum ſic ihuh & quia quarta eadem eſt cum
ſecunda, abijciatur illa, & crucis myſteriū
inſeratur tunc ſit nomē Meſſiæ ſic Ihu. Ca
lamo ergo ſanctæ crucis Chriſtus ſibi hoc
nomen Ieſus ſcripſit: Quinti dixerunt no-
men ineffabile pronunciatum per ש ea ra-
tione, nam ſeptem ſunt ætates mundi, &
ſeptima ætate natus eſt Chriſtus, hæ ſeptē
ætates per ſeptem connexiones literarum
alphabeti deſignantur,quas apud B. Hie- Hiero.
ronymum reperies in epiſtola ad Paulam to.4.fo.90
Vrbicam: Septima autem connexio eſt
רשת quæ ualet capitis ſchim deſignatio
(Hieronymus ſemper quatuor cōplectit̄)
hic ergo cum caput Chriſtus exprimatur
per mediam literam ש eius incarnatio ſi-
gnificatur, qui eſt mediator dei & homi-
num, deus & homo, qui fecit utraq́ꝫ unū,
quem deus conſtituit caput,ſuper omnem
eccleſiam, quare ש ſchin eſt deſignatio
capitis Chriſti, hoc eſt incarnationis Chri-
ſti, unde nomen dei ineffabile factum eſt
effabile: Sexti dicunt, deum in ſua ſubli-
mitate & maieſtate exiſtentem, a nobis
fuiſſe abſconditum,& ineffabilem fuiſſe,ſi-
cut inquit Iſaias. Vere DEVS abſcon-
ditus es tu Sed per impoſitionem ש tunc
ex nomine Tetragrāmaton ſit יהשוה &
יה ualet deus, & שוה æquatus uel aſſi-
milatus, poſtquam enim DEVS nobis
ſimilis factus eſt & æquatus per incarna-
tionem. Sicut ait Paulus: Debuit per om-
nia fratribus ſimilari, iam nomen eius fa-
ctum eſt effabile: Quæ omnia uel unum
aut alterum exercitatus prædicator, quem
admodum poteſt exprimere fideli populo
pro excitanda deuotione, proponat & cæ.

3. Nemo cogitet nos quum de nomine
Ieſu loquimur,deum exprimere poſſe, aut
nomē eius proprie cognoſcere, nāq́ꝫ dum
eum non cognoſcere nobis datur, neq́ꝫ ue-
re nominare licet, ideo etiā quærēti Iacob

quo nomine uocaret deus, reſpondit ille,
Gene.32 Quur quęris nomen meũ quod eſt mirabi
le, hinc eſt ꝙ in ſcripturis dicitur habitare
Exo.19 Deus in caligine, ſicuti & Moyſes ad eum
aſcendit in nebula, & Dauid inquit domi-
nus deſcẽdit & caligo ſub pedibus eius, &
in pſalmis, nubes, ait, & caligo in circuitu
eius, quibus tota pleniſſima eſt ſcriptura,
eo tantum, ꝙ non cgnoſcimus dominum,
neq̄ ſufficienter intelligimus (& hoc eſt
fundamentum theologiæ negatiuæ, ob id
Diony. dixit negationes de deo ſunt uerę,
affirmationes uero incompactæ, ſicut &
nos attigimus in commentarijs noſtris ſu-
De di.no. per myſtica theologia Dionyſ.) ſicut enim
diuina eſſentia infinita eſt, ita & nomẽ eius
proprium infinitum, imo deus ipſe nomẽ
ſuum, ſicut habetur in pſalmis ſecundum
hebraicam ueritatem, ut cognoſcant quia
Pſal.82 tu es nomen tuum: Qualecunq̄ ergo no-
men dederimus Deo, utut ſanctiſſimum,
longe tamen infra diuinam perfectionem
erit: Et recte a ſanctis patribus dicitur,
Deum eſſe ſuper omne nomẽ, & ſuper oẽ
Iſa.62 quod uel dicitur uel cogitatur, dicẽte poſt
1.Cor.2 Iſaiam Paulo, quoniam neq̄ oculus uidit,
nec auris audiuit, neq̄ in cor hominis aſcẽ-
dit, quæ præparauit deus ijs qui diligunt
illum: Tantum etiam eſt nomen domini,
ut Beati quoq̄ illud ſatis non cognoſcere
Ephe.1 poſſint, iuxta illud Pauli: Vt ſciatis quæ ſit
ſupereminens magnitudo uirtutis eius in
nos: qui credidimus ſecundum operatio-
nem potentiæ uirtutis eius, quam opera
tus eſt in CHRISTO ſuſcitans illum a
mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam
in cœleſtibus, ſupra omnem principatum
& poteſtatem & uirtutem & dominatio-
nem, & omne nomen quod nominatur nõ
ſolum in hoc ſæculo ſed etiam in futuro.
Quum igitur deum nominare eſſentiali-
ter non poſſumus, multa tamen magnaq̄
nomina ſua per immenſam miſericordiam
nobis reuelauit, e quibus omnibꝰ eſt illud
nomen Ieſu longe ſanctiſſimum, nomen
nouũ quod os domini nominauit, nomen
quo uocauit eum angelus nondum in ute
ro matris conceptum: Oremus itaq̄ inuo
cato illo ſancto nomine dominum Deum
&cet.

Homilia quarta in die circuncisionis domini, de nomine Ieſu.

VOcabitur, inquit Iſa. de Chriſto, Iſai..62
tibi nomẽ nouum quod os domi-
ni nominauit, unde ſequit̃ nomen
illud Ieſu nouum eſſe & Chriſto ſingulari
ter conſeruatum: At hic priuſq̄ ad ſancti-
moniam nominis huius progrediar, eſt qđ
obiectionem quandam Iudæorum diluã,
eamq̄ huiuſmodi, Clamant illi Meſſiæ fu-
turum eſſe nomen nouum, ſed neq̄ ישוע
ieſua, neque יהשוע Iehoſchua nomen no-
uum eſt, utrunq̄ enim illud dicitur in he-
bræo, nam quem nos Ioſue dicimus, abſor
bendo ſyllabã dicitur Iehoſua, & quẽ nos
Ioſue dicimus filiũ Ioſedech, hebręi appel-
lant Ieſua, quo autem illorum fuerit appel
latus Chriſtus nobis non conſtat, quando
Euangelium Matthæi non habemus hæ-
braice, licet parum referat: quia utrũq̄ no-
men eſt a ישע quod eſt ſaluare, deductũ,
& ſic tamen Ieſus dicitur in lingua Iudæo-
rum, qua & natus eſt & nominis huiꝰ ſuſce
pit impoſitionem, profecto enim multis an
te Chriſtum ſæculis ſic dictus eſt dux hæ-
bræi exercitus poſt Moſen, ſic appellatus Eccle. 46
eſt Ieſus filiꝰ Ioſedech ſacerdotis, ſic et Ieſus 49.50
filius Syrach, qui librũ ſcripſit Eccleſiaſti-
ci, nepoſq̄ fuit ſuperioris Ieſu, ut ipſe in p̃-
fatione teſtatur: Et adhuc quartum in-
uenio in libris regum ciuẽ in Betſchenes, 1.Reg.16
ut iam non ſit hoc nomen nouum.

Etſi tres illi nomen Chriſti habuerunt,
ſiquidem ibi errauit Galatinus dicens eos
Iehoſua nõ Ieſua appellatos, eiuſq̄ error re
uincitur. 1. Eſd. 3. ubi ille appellatur Ieſua,
adhuc tñ nomen illud in Chriſto nouũ di- 1.Eſd.3
citur propter opus ipſum: q̃uis enim tres
illi appellati ſint nomine Ieſus, nullus ta-
men eorum homines ſaluos fecit, niſi uni-
cus ille Chriſtus Ieſus: de quo ſic habet te-
ſtimoniũ angeli: Vocabis eum Ieſum: ipſe Math.1
naq̄ ſaluabit populum ſuum a peccatis eo
rum, idq̄ nullus horũ triũ fecit, quare iure
optimo dicitur nomen Ieſu nouum.

2. Et

2. Et q̃tumuis tres iſti non fuerint Meſ-
ſiæ, magni tamen fuere figuratores Chriſti
in operibus ſuis, præcipue ante alios ho-
mines: At in prĩcipio de Ieſu Naue dica-
mus, quem nos cõmuniter Ioſue uocam⁹:
Nume.13 is quum antea Oſee dicebatur: Moyſes au
tem ſpiritus ſancti inſtinctu mutato nomi-
ne eum Ioſue uocauit, ſicut id antea domi-
Exod.13. nus populo promiſerat: Ecce ego mittam
angelum meum, qui pręcedat te, & cuſto-
diat ſemper in uia tua, & introducat in lo-
cum quem præparaui tibi: Obſerua eum,
& audi uocem eius, nec contemnendũ pu-
tes, quia non dimittetur quum peccaueris,
& eſt nomen meum in illo. Perſcrutetur,
L.16.c.19 con.fauſt. inquit Auguſt. ſcripturas illas nõ iam Ma
nichæus, ſed ipſe etiam Iudæus, & uideat
utrum de aliquo angelo DEVS dixerit,
Nomen meum in illo, niſi de hoc quem in
troductorem in terram promiſſionis polli-
cetur: Apertum ergo hic habemus ſcriptu
ræ teſtimonium Ioſue nomen Chriſti ha-
buiſſe, quando dicit dominus, eſt nomen
meum in illo, q̃uis tunc non erat, quando
Nume.13 adhuc Oſee dicebatur, ſed poſtq̃ Moyſes
ei mutauit: Sed quomodo ille typum Chri
ſti geſſerit ex hiſtoriæ contextu facile colli
Nume.10 & 27 gitur, noluit enim deus Moyſen introdu-
cere populum in terrã promiſſionis, lacte
& melle manantem, ſed duxit eum ſupra
montem Nebo, oſtenſaq́ ei terra illa dixit,
eam eſſe pro qua iuraſſet Abraham Iſaac
& Iacob, ipſumq́ illam iam uidere tantũ,
Deut. 34 ſed eam contingere non poſſe: Vnde factũ
eſt, ut poſt eum Ioſue introduxerit popu-
lum: Ita & lex Moyſi ſaluare homines nõ
potuit, ſed gratia & ueritas per Ieſum Chri
Ioan.1 ſtum tandem facta eſt, & ſicut Ioſue duxit
populum in illam temporalem terram pro
miſſionis, ipſamq́ ei diſtribuit in funiculo
diſtributiõis, ita Chriſtus Iudęus ſpiritu ſe
confitentes & laudantes uerbo & opere in
troducit in terram uiuentium: Idem hoc
ſignificatur etiam ſententia quidem Ori-
genis, eo ꝙ Moyſes licet populum ex Ae-
Homil.1 ſup Ioſ. gypto eduxerat, auſus tamen nõ eſt decer-
tare cum Amalech, ſed tãtum dixit ad IO-
SVE, ut electis ſibi uiris aliquot egrede-
retur mane pugnaturus cum Amalech:
Exo.17 Ipſe uero Moyſes tãtum manus dimiſit in
Iudæis, quibus dixit dominus, ꝙ ſi Moyſi
credidiſſent, ſibi quoq́ credere non dubi-
taſſent, creſcente enim in eis infidelitate ſu
perati ſunt ab Amalech.

Ad hæc Orig. expendit non temere Io- Num.13
ſue in ſcripturis dici Oſee, quotienſcunq́
patris ſui mẽtio incidit, profecto enim quũ
exploratoris officio functurus ablegatur
ad perluſtrãdam terram Oſee dicitur, dux
autem conſtitutus figuram iam Chriſti ge
rens Ioſue uocatur: Item manentibus Aa- Exo.24
rone, Nabat, Abiud & Eleazar in caſtris,
Ioſue cum Moyſe aſcendit in montem ad
ſuſcipiendum tabulas decalogi: Præterea
quum non poſſent Aaron & Iudæi aſpi-
cere faciem Moyſi niſi uelatam præ fulgo Exo.34
re illius: Ioſue tamen omnis myſterij con-
ſcius ſecurus & intrepidus aſpexit, manſit-
q́ cum eo in tabernaculo. Eaq́ cauſſa eſt,
quur ante hunc nullus in ueteri lege natu-
ræ Ioſue aut Ieſus ſit appellatus: Vt maxi-
me probus fuerit deoq́ placuerit Seth, q̃
excellẽtes extiterint Noë, Abraham, Iacob
& alij, nemini tamen horum nomen Ioſue
contigit, niſi huic filio Naue, qui perſonã
geſſit Chriſti.

Quæras forſitan eius rei rationem, quũ
tamen ante eum fuerint plures alij, qui in
ſe typum Chriſti habuerint: Verum id qui
dem eſt, nam & Abel illius typum geſſit Gene.4
ſed moriẽtis, & Ioſeph, ſed uenditi, & Iſaac 38.22
ſed immolati &c. Ioſue autẽ ille triumphã
tis in ſe Chriſti figuram expreſſit, perſonã
redemptoris, qui etiam populũ introduxit
in terram promiſſionis, non ſecus q̃ Chri-
ſtus inferos, mortem & diabolum ſupera-
uit, ſuoſq́ fideles introduxit in uitam ęter-
nam. Hæc quoq́ cauſſa eſt, ꝙ Ioſue filios
Iſraël denuo circuncidit, ſicut & Chriſtus
ſuos noua circunciſione, & ſicut Ioſue Ie-
buſæum, Ethęum & Amorrhæum ſupera
uit, ita Chriſtus diabolum: Et quẽadmodũ
Ioſue filijs Iſraël terrã promiſſionis diſtri-
buit, nõ autẽ Moyſes, ita pater quoq́ om- Ioan.5
ne iudicium dedit filio: Deinde ſicut Ioſue
nullam ſibi reſeruauit partem, ſed pro ſua
deinceps populus ei dedit Ephraim, ubi Ioſ.19
& ciuitatem in qua habitaret extruxit, Ita
ſi CHRISTO fideles locum dent,

inhabitãdi,ibi ille ſibi parat domiciliũ,unde & Orig. ait, Ego ſi poſſem bonus fieri, locum darem filio dei in me, & acceptum locum a me in anima mea dominus Ieſus ædificaret eum & adornaret, tẽplum utiq; ut ait apoſtolus,ſanctum, O fœlicẽ uereq; Beatum hominem, qui uero Ioſue regionem tradit pectoris ſui, ut manſionem ſibi paret apud eum.

Homi. 24 ſup Ioan.

1. Cor. 3

3. Eodem porro modo reliqui etiam duo perſonam Chriſti geſſere, Ieſus enim filius Ioſedech ſacerdos ille ſanctus extitit, qui templum domini reſtaurauit, ut merito typum in ſe Chriſti habuerit, quem de⁹ ſummo dignatus eſt ſacerdotio,quod multis probat Paulus, ille ſiquidem templum domino extruxit eccleſiam ſanctam,nõ ex lapidibus nec manu factam, ſed proprio ſanguine redemptam, itaque & ille Ieſus condigne perſonam Chriſti expreſſit. Similiter & tertius Ieſus filius Syrach nomẽ illud ſanctiſſimum adſequutus eſt, uir ſui ſæculi prudẽtiſſimus,ſicuti in libro ſuo per eũ ſcripto fertur a ſuo nepote, Doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcripſit in codice iſto Ieſus filius Syrach Hieroſolymita,qui renouauit ſapientiam de corde ſuo: Quis autẽ ſapientior unquam fuit Chriſto Ieſu, qui ſapientia extitit dei patris, qui ſapiẽtia ſua ueriſſimaq; doctrina mundum illuminauit uniuerſum, & Euangelica ueritate illum emundauit ab idololatria, errore & ignorantia: Ideoq; non immerito tres iſti nomen Ieſu habuerunt: Meſſiæque noſtri perſonam geſſerunt, dux fortiſſimus,ſummus pontifex & templi reſtaurator, & ſapientiſſimus ſcriba, quoniã hæc tria ſummo gradu in ſe habuit Chriſtus: Veniẽdo igitur ad primam queſtionem,quum dicis nomen Meſſiæ nouum eſſe debere ex oraculo prophetæ, cuiuſmodi hoc nõ ſit, quũ ante eum tres illud habuerint: reſpondeo, habuiſſe quidem illud iſtos tres, ſed ſicut ueri Meſſiæ figuram tantum habuerunt, ita perfecta in eis ſancti huius nominis operatio non fuit,ſolus enim Chriſtus nomen hoc cũ effectu,ipſoq; opere habuit, iuxta illud angeli ad Ioſeph, Vocabis nomẽ eius Ieſum,quia ipſe ſaluum faciet populũ ſuũ a peccatis eorum,quod aliorum nullus fecit: Et forſitan hoc ita ordinauit ſpiritus ſanctus,ut alij quoq; nomen hoc ſanctum haberent, quo minus uerum illũ agnoſcere diabolus ex nomine poſſet Meſſiã. De quarto aliud non inuenio, niſi quia archa domini ſuper agrum ei⁹ requieuit primũ, remittentibus eam Philiſtæis in Iudæam.

1. Eſd. 5

Eccle. 49

Heb. 7

Eccle. 50

Iſa. 62

Math. 1

1. Reg. 6

4. Obſeruandum & hoc eſt diligenter, q̃ nõ temere dicit propheta, Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit: Quis enim alij nomẽ hoc habuerint non tamen illud eis dedit Deus,ſed Moyſes dedit idipſum Ioſue, alijq; in ſua circuncíſione id adepti ſunt: Chriſto autẽ nomen hoc ab æterno a Deo patre datum eſt,teſte Dauide: Sit nomen domini benedictũ in ſęcula,ante ſolem permanet nomẽ eius, Imo in eo libro in quem conſcriptus eſt numerus omnium electorum,ille tenet primas,ita enim ait per os Dauid. In capite libri ſcriptum eſt de me, quod ſi ergo dominus gaudere iuſſit apoſtolos, q̃ eorum nomina ſcripta ſint in cœlo, quanto magis Chriſtus ipſe lætabitur, unde & Iſa. exclamauit,Tu domĩe pater noſter & redẽptor noſter,ab æterno eſt nomen tuum, ideoq; & angelus dixit ad Mariam: Ecce concipies & paries filium: & uocabis nomẽ eius Ieſum: Nomen illud uidit etiam propheta Abacuc in ſpiritu cãtans: Lętabor in domino deo, & exultabo in deo Ieſu meo: Quid q̃ tres illæ primæ literę in benedictione Iacob ſuper Iudam, ubi agitur de aduentu Meſſię: diciturq; uano ſchilo ualo, ubi tres literæ initiales conſtituunt nomen Ieſu: Poſſem id genus myſteria multa inferre, niſi captum uulgi ſuperarent, tantum hoc ſanctiſſimum nomen uobis proprie Do Dico & Addico tradoq; cordibus ueſtris, ne unq; obliuiſcamini, & ſalutem habebitis æternam: Ita Ignatius in omnibus ſupplicijs ſuis ſemper inuocauit nomen Ieſu, interrogatus etiam a tortoribus quur id faceret, reſpondit, nomen hoc inſcriptũ eſſe cordi ſuo,quod nõnulli poſt mortem eius experiri uolentes, diſſecto corde ſuo, inuenerunt in eo nomen illud Ieſu aureis literis deſcriptum: Per uniuerſam quoque Angliã nomen Ieſu obſeruatur in ſummo honore,ſiquidem in illo multæ magnæq;

ſunt

Iſa. 62

Nume. 13

Pſal. 71

Pſal. 39

Luc. 19

Iſa. 63

Luc. 1

Abac. 3

Gen. 49

S. Igna.

ſunt erectæ fraternitates, miſſæ quoq; & altaria fundata, ſacerdotes inſuper peculiares Deo preces ſolenneſq; de nomine Ieſu habent. Dominus deus propter nomen ſanctum ſuum concedere nobis dignetur gratiam ſuam, & illic gloriam æternam.

A M E N.

Homilia quinta de nomine Ieſu.

c. cū ſecūdum, de præb. REfert quidam Ioannes Andreæ uxorem ſuam dicere ſolitam. Qđ ſi noīa magno p̄cio emi deberēt, bona noīa emi deberēt, ꝙuis em̄ nō euidēter ſit neceſſariū iuxta nomē iudicare quēꝗ; tñ nomen malum ſuſpicionem mali magnam de ſe præbet: unde & apud Germanos iam olim inoleuit prouerbium huiuſmodi. Malum nomen malæ mortis auſpicium eſt, quæ etiam ratio eſt, quur dominus deus interdum nomina mutauit, quæ res magni ſemper myſterij fuit argumentum: aliquando uero tantum emendauit additamento aliquo, quomodo Abram

Gene. 17 & 32 uocauit Abraham, & Oeſee Ioſue. Alias detraxit aliquid. Sic Sarai dicta eſt Sara: eſt & ubi totum nomen mutarit, ut Iacob uocauit Iſraël, & Symonem Petrum. Eius

Beda. rei regulam pulcherrimam dat Beda, inquiens: Singularis meriti inditiū eſt, quoties alicui nomen ſuum uel mutatur, uel de nouo imponitur. Idem & diabolus aliquando procurat, uendito enim Ioſeph in Aegypto effecit, ut ei nomen mutaretur: uerum id ita ordinauit dominus, ut eius nomen haberet, cuius figuram gerebat: ſiquidē dictus eſt Pſonthom Phanech, hoc eſt ſaluator mundi: Similiter in captiuitate Babylonica humani generis inſidiator, qui nil boni ferre poteſt, ſuſtinere noluit ſancta illa Hebræorum nomina, aliaq; eis

Dani. 1 tradidit. Danielem uocauit Balthaſar, hoc eſt, capillum capitis Et in hunc uſq; diem ſi quando Turcæ acquirunt hominē Chriſtianum, diabolus pati non poteſt nomen ſuum, ſed immutatur illi. Nō abſimile fuit Neochriſtianorum propoſitum, qui neglectis noui teſtamenti nominibus eorū, qui gratiam Chriſti in baptiſmo fuerant conſequuti, dare ſolebant ſuis nomina antiqua Iudæorum. Quo faciebat Zuinglij Kalendarium, unde extruſis omnibus noui teſtamenti ſanctis, redegerat in illud, non tantum amicos dei ueteris legis, ſed & ſui ſuæq; illegittimæ coniugis ſimilimos homines peſſimos: Cain homicidam, Pharao *Gene. 4* nem tyrannum, Balaam falſum prophetā, Heli ignauum ſacerdotem, Saulem quem reiecerat deus, Ioab quoq; & Berſabeā adulteram, Abſalon ſeditionē aduerſus patrem molientem, Thamar etiam & iſtiuſ *1. Re. 15* modi alios multos. Verum tales Chriſtianos id genus ſancti decent & Kalendaria. Sed ut ad materiam noſtram redeamus, quando ab æterno a deo patre nomen Ieſu inſtitutum eſſe creditur, a patribus figuratum, a prophetis prædictum, ab angelo adnunciatum, quis non credat illud ſingularem quandam, tum uirtutem, tum ſanctimoniā habere: & ꝙuis de eo pene infinita dici poſſent, nos tamen utiliſſima, ſucciq; pleniſſima adripiemus.

2. Primum itaq; in ſacris literis ſe nobis offert, ꝙ ſi orando exaudiri uolumus, in nomine Ieſu nobis orandū eſt, ita Chriſtus ad ſuos: Si quid petieritis patrem in *Ioan. 18* nomine meo, dabit uobis. Eaq; noua eſt orandi formula ueteris teſtamenti patribꝰ ignota, & hinc cœpit ille uſus Eccleſię, ut omnes collectas concludat in hunc modū. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. Neq; id immerito, mediator enim noſter eſt Chriſtus er *1. Tim. 2* ga deum, qui inuocandus eſt nobis, iuxta illud Ioannis: Si quis peccauerit, aduoca *1. Ioan. 2* tum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtū, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris: Verum de hac re plura Tomo ſecundo. Quilibet etiam Chriſtianus omnem ſuam orationē eo dirigere debet, ut tandem per Chriſtum ante thronum gloriæ perueniat. Quamuis igitur quis inuocet Mariam, Ioannem, Petrum, Sebaſtianum aut Barbaram, tamē ubiq; hæc eius debet eſſe intentio, ut eorum interceſſio ſibi proſit tantum per dominum Ieſum.

Diſcat hinc quilibet, omnem ſpem ſuam, fiduciam & ſolatium omnium maxime in Chriſto reponere, in eoq; figere. Ita Dauid *Pſal. 19* Hi, inquit, in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine dei noſtri inuocabimus.

2. Peccata quoq; nobis in hoc ſalutari & ſanctiſſimo nomine dimittuntur, dicente *1. Ioan. 2* Ioanne: Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius. Tantum deo placet hoc ſanctum nomen Ieſu, ut iram dimittat aduerſus peccatorem conceptam illius gratia. Neq; latuit *Pſal. 42* hoc Dauidem, unde & magna cum fiducia ait: Propter nomen tuum propiciaberis peccato meo, multum eſt enĩ. Omnes itaq; peccatores inuocare ſedulo debent hoc ſacrum nomen. Eſtq; illa non illaudata conſuetudo morientes aut morientibus adſiſtentes frequenter inuocare nomen Ieſu: nequit enim odiſſe dominus diligentes nomen illud ſanctum, ſicut orauit Pſaltes: *Pſal. 118* Reſpice me, & miſerere mei ſecundum iudicium diligentium nomen tuum. Cupis igitur confiteri, uis tibi remitti peccata, inuoca nomen illud Ieſu. Ita Dauid precabatur, *Pſal. 73* propter gloriam nominis tui, redime nos, & propicius eſto peccatis noſtris, propter nomen ſanctum tuum. Ita & apoſtoli prædicauerunt in primitiuæ Eccleſię ædificatione, per nomen Ieſu peccata dimitti. Sicut Petrus dixit de Chriſto: Cui omnes prophetę teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Ita *Acto. 22* ad Paulum Ananias ait: Exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nõie ipſius. Et hoc eſt ꝙ dicit Dauid: Sanauit *Pſal. 105* eos propter nomen ſuum, ut notam faceret in populis potentiam ſuam. Ita & Paulus: *1. Cor. 6* Abluti, inquit, eſtis, & ſanctificati, & iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Atq; hinc cuilibet homini iuſto nomen Chriſti in interiori fronte ſpiritus *Apo. 14* ſcriptum eſt, iuxta id quod uidit Ioannes agnum ſupra montem Syon, & cũ eo centum quadraginta quatuor milia, quæ habebant nomen ſuum, & nomen patris ſui ſcriptum in frontibus ſuis.

3. In hoc eodem nomine ſancto nos quoq; ſaluari oportet, iuxta ipſius ęthymologiã, ſaluatorem enim ſignificat, dicente angelo: Vocabis nomen eius Ieſum, quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. *Matt. 1* Idem teſtatur Petrus qui ſtans ante concilium Iudæorum, ſic ait de nomine Ieſu: Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat credentes ſaluos fieri. *Actu. 4* Hinc in ſacris literis ubicunq; Chriſtus proprio ſuo nomine non exprimitur, ſaluator tamen appellatur, ita dicit apud Oſeam: Non eſt ſaluator abſq; me: *Oſe. 13* ſicut & apud Eſaiam habetur. *Eſa. 43* Et præuidit hoc idem Dauid in Pſalmis, quum dixit: *Pſal. 105* Saluos faciet eos propter nomen ſuum: Ita Zacharias eum deſcripſit: Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator: *Zach. 9* neq; aliter eum recens natum angeli adnunciarunt paſtoribus, niſi in hunc modum: Ecce Euangelizo uobis gaudium magnum, *Luc. 2* natus eſt enim uobis ſaluator. Ita eum Ioannes quoq; appellauit, dicens: Quia pater miſit filium ſuum redemptorem mundi. *1. Ioan. 4* Et Paulus: Expectamus, ait, ſaluatorẽ *Philip. 3* Ieſum Chriſtum. Et hæc ſane tria præcipua ſunt in nomine Ieſu, per illud omnes preces ad dominũ fundi debere, in eo peccata noſtra dimitti, & in eodem nos quoq; ſaluari. Nunc itaq; plura adhuc pro temporis opportunitate inueſtigabimus. Quorum non minimum eſt, ꝙ illud longe digniſſimum eſt nomen ex omnibus ſuper terram: ita Paulus poſt prædicationem humilitatis Chriſti ſubiungit: Exaltauit eum deus, & dedit ei nomen ſuper omne nomẽ ut in nomine eius omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Ecce ꝙ ad nomen Ieſu angeli quoq; curuantur in cœlis: quod utiq; uiderat ille, quando in tertium uſq; cœlum raptus fuit. *2. Cor. 12* Vah dementiam iſtorum & inſaniam, qui nolunt genua ſua flectere ad nomẽ Ieſu, imo neq; ad ipſum Chriſtum, dum intuentur eum in Sacramento Euchariſtiæ, ſed ſtolidi conſiſtunt ut Marpeſia cautes. Veniet tempus quando optabunt procidere ad pedes domini in die nouiſſimo, ſed fruſtra, audient enim ab eo: Neſcio uos. *Math. 25* Accedit ijs ſanctis & decretum concilij Lugdunenſis, *De inmu. Eccle. c: decet. L. 6* quod ſic habet: Conueniẽtes in Eccleſia nomen illud qđ eſt ſuper omne nomen,

a quo

a quo aliud ſub cœlo nō eſt datum hominibus in quo ſaluos fieri credentes oporteat, nomen uidelicet Ieſu Chriſti, qui ſaluum faciat populum ſuum a peccatis eorum, exhibitione reuerentiæ ſpecialis attollant: & quod generaliter ſcribitur, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes, præcipue dum aguntur miſſarum ſacra miniſteria, quotienſcunq; glorioſum illud nomen Ieſu nominatur, flectant genua ſua, & capita inclinent. Aiunt etiam Ioannem Papam 22. dediſſe 20. dies indulgentiarum omnibus qui ad ſacrum nomen Ieſu inclinant, uel caput aperiunt, uel pectora tundunt. Et uos igitur nomen Ieſu ſedulo colite, non deerit eius rei præmiū in æterna fœlicitate.

4. Tot adhuc ſuperſunt nominis huius uirtutes, ut unde ordiar potiſſimū quā q; primū cōmemorem ignorem, q̄. n. plenum gaudij & conſolationis eſt illud nobis, tam uiciſſim terribile eſt dæmonibus: ſiquidem in illo apoſtoli Chriſti dęmonia
Luc. 10 eijciebant, quod etiam dominus fidelibus
Mar. ult. omnibus in uniuerſum promiſit: neq; poteſt cum hoc ſancto nomine manere diabolus, quoniam propter eum dixit Dauid:
Pſal. 110 Sanctum & terribile nomen eius: Et alibi Laudate nomen eius, quoniam terribile & ſanctum eſt. Tutius munimentum aduerſus diabolicas inſidias habere non poſſumus: neq; enim poteſt diabolus potentiam nominis huius ſuſtinere, ſed furit & fugit clamans: Quid mihi & tibi Ieſu fili dei?
Math. 8 quare ueniſti nos torquere ante tempus. Nōis huius fortitudinē cognouit & Hie-
Hiere. 10 remias in ſpiritu dicens: Magnus es dn̄e, & magnū nomen tuū in fortitudine. Et ſicut iam diximus nomen Ieſu nos tueri ab inſidijs diaboli, ita de reliquis ſentiendum eſt periculis: in quib⁹ omnib⁹ inuocare debet homo nomen illud ſanctū & ſuaue Ie-
2. Cor. 11 ſu, ad exemplū Pauli & Dauidis, qui cla-
Pſal. 52 & 90 mauit: Deus in nomine tuo ſaluū me fac, q; aūt dn̄s ſuos eripiat inuocantes nomen ipſius: idē ille teſtat̄ dicens: Quoniā in me ſperauit, liberabo eum, protegam eū quoniam cognouit nomen meum. Hinc Salomon ait: Turris fortiſſima nomen domini. Proue. 18

Diſcat hic quilibet homo ſedulo ſe exercere, et nomen Ieſu frequenter inuocare, dicente Dauide: Sperabunt in te qui noue- Pſal. 9
runt nomen tuū, quia nō dereliquiſti quærentes te. In omnibus ergo bonū eſt & ſalutare, dicere in bn̄dictionibus quod uſus habet: Adiutoriū noſtrū in nomine domini, qui fecit cœlum & terram. Quādo igit̄ ſanctiſſimū nomen Ieſu tam plenū eſt conſolatione, adeo deſyderabile et amabile eſt, cōfirmat. n. nos, illuminat nos, ꝓpellit inimicos, miracula facit, tuet̄ nos, comitatur in uia, peccata dimittit, tētationes ſuperat diaboli, & mundi hui⁹, ſuoſq; hoſtes profligat, malas cogitatiōes fugat: uere ideo bonum, iucundū & admirabile eſt: hoc illud nomen eſt a quo Chriſtiani oēs dicimur, iuxta oraculū ꝓpheticum: Seruos ſuos uo- Eſa. 65
cabit nomine alio: Iudęi adhuc nomen antiquum obtinent, nos aūt q; Chriſtiani dicimur a Ieſu Chriſto, nomen nouum eſt, & quidem ante Chriſtum inauditū. Itaq; uos oēs pie per Chr̄um admonitos & oratos uolo, ut nomen hoc ſanctū obſeruetis, ueneremini, eoq; utamini, iuxta illud Da- Pſal. 149
uidis: Reges terræ et oēs populi, principes & oēs iudices terræ, iuuenes & uirgines, ſenes cū iuniorib⁹, laudent nomen domini, quia exaltatū eſt nomen eius ſolius, Laus Pſal. 27
eius ſuper cœlum & terram: Fiet autē hoc & 112
per uniuerſum orbem, teſte eodem. Secundum nomen tuū ſic & laus tua uſq; in fines terræ: Et idē: A ſolis ortu uſq; ad occaſum laudabile nomē dn̄i. Vere em̄ ꝑpetuo laudabit̄ & ī ſecula celebrabit̄, ſicut dicitur ibidē: Sit nomē dn̄i benedictū ex hoc nūc & uſq; in ſæculum. Habete igitur in domino dilectiſſimi, uobis nomen hoc commendatiſſimum, cubitum euntes, ſurgentes, laborantes aut peregrinantes, omnia in nomine Ieſu facite, iuxta præceptum Pauli: Omne quodcunq; facitis, in uerbo aut in Coloſſ. 3
opere, omnia in nomine domini Ieſu Chriſti facite: ſicut & ipſe religioſe & ſedulo nomen illud in omnibus ſuis Epiſtolis inculcat, quod quoties in eis contineatur, memini me aliquando connumeraſſe, neq; iam ſuccurrit. Teſtatur illud de eo & Lucas, quum refert eum omni ſabbatho diſputaſ-

ſe in ſynagogis, & inſerit ibidem nomen Ieſu. Nomen igitur illud ſanctum nos defendat & tueatur a peccatis et omnibus malis, uitamq; nobis donet æternam, Amen.



Solenni feſtiuitate Epiphaniæ domini, ſiue Trium Regum, Euangelium Mat. ij.

IN illo tempore, Cum natus eſſet Ieſus in Bethlehē Iudææ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente uenerunt Hieroſolymā, dicentes: Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum, Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & uenimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Et congregans omnes principes ſacerdotum, & ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis, ubi Chriſtus na-
Ioan. 7 ſceretur. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudææ. Sic enim ſcriptum eſt
Mich. 5 per prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, Ex te eñ exiet dux, qui regat populum meum Iſraël. Tunc Herodes clam uocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, ut & ego ueniēs adorem eum. Qui cum audiſſent regem, abierunt. Et ecce ſtella, quam uiderant in Oriente, antecedebat eos uſq; dum ueniens, ſtaret ſupra ubi erat puer. Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno ualde. Et in-
trantes domum inuenerunt puerum *Thob. 11*
cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Homilia prima

DIes hic ille magnus eſt, hic dies ſanctus & præclarus, chariſſimi, quo puer Ieſus a tribus Magis uiſitatus eſt, tanto tum ſplendore, tum honore & reuerentia, ut etiā potentiſſima urbs Hieruſalem ſuper hoc cōmoueretur. Gaudium tantæ feſtiuitatis etiam ſtella noua lucidæ & inſolitæ claritatis illuſtrauit. Acceſſerunt & munera præclara, quibus illi puerum Ieſum donarunt, ipſiq; reuerenter ea obtulerunt. Sed nos iam principio Euangelium iuxta ſanctorum patrum ſententias explicemus, deinde nonnihil de huius ſolennitatis gloria dicamus. Quum natus, inquit Matheus, eſſet Ieſus in Bethlehem Iudææ, in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab Oriente uenerūt Hieroſolymam. Quomodo Maria rurſus profecta fuerit in Bethlehem a Nazareth, Matthæus non meminit. Lucas autem deſcripſit

unde

unde contigerit illud quod antea ab æter-
no, ſic fuerat ordinatum a deo patre, quo-
niam tributum pendendum erat Augu-
ſto: Matthæus ipſe diuinam hic prædeſti-
nationem oſtendit, idq; ex Iudæorum cõ
feſſione cũ teſtimonio prophetæ, de Beth-
lehem plura diximus ſupra, & quomodo
antea dicebatur Ephrata. Neq; hic teme-
re Matthæus mentionem facit Herodis, ſi
Theoph. quidem ille Euangelium ſuum & Iudæis
& Hebræa lingua deſcripſit. Iã uero igno-
rare nõ poterant Iudæi ſignum illud a pa
Gene. 49 triarcha Iacob ſibi traditum. Nõ ablatum
iri ſceptrum de Iuda, donec ueniat qui ſit
mittendus. Herodes porro Idumæus erat
& non de tribu Iuda: atq; ideo hic Euan
geliſta non Auguſti Cæſaris, ſed regis He
rodis commeminit: unde diſcerent Iudæi,
quando iam finem cœpiſſet apud eos un-
Dani. 9 ctio regum, ueniſſe quoq; Meſſiam, ſicut
& Daniel ait: Quum uenerit ſanctus ſan
ctorum fore ut deficiat hoſtia & ſacrificiũ,
ſitq; in templo abominatio deſolationis,
ideoq; in hac ſententia ſunt nonnulli pa-
tres, ut dicant Matthæum ob id mentionẽ
feciſſe Herodis: ſiquidem a tempore Da-
nielis uſq; ad Herodẽ congruunt 70. heb-
domades annorum. Et a rege quidem Ar
taxerxe peracti ſunt in imperio Perſarum
anni 118. A morte autem Darij quem ui-
cit Alexander magnus uſq; ad mortẽ Cle-
opatræ interceſſerunt anni 300. Atq; in
Romano imperio uſq; ad 17. annum Ty-
berij quo Chriſtus mortuus eſt, anni 57.
Quos ſi colligas omnes, habebis 476. quo
Beda. ad lunam cõputando: illis ſi adieceris em-
boliſmos 175. habebis rurſus 21. annos,
quos ſuperioribus adde, & uidebis annos
489. menſes 7. 70. hebdomades annoꝝ.
Alij hoc tantum computant ſecundum
annos ſolares, quoniam a 20. anno Arta-
Neem. 2 xerxis qui Neemiam miſit ad reſtaurandũ
templum & urbem, uſq; ad Machabæos
L. 14. ca. ult. anni 399, interſunt, ut ex Ioſepho colligi-
tur. Machabæorum autem gubernatio du
rauit annis 127. ſtatimq; mortuo Antigo
no regnauit Herodes Aſcalonita, in cuius
imperij anno 28. natus eſt Chriſtus, ab eo
uſq; ad baptiſmum ſuum elapſi ſunt anni
Lu. 3 30. quod & Lucas commemorat. Hi an-
ni omnes cõiuncti faciunt 584. hebdoma
des 69. annorum, atq; ideo quum quarto
poſt anno paſſus ſit Chriſtus, ſequitur eũ
hebdomade 70. crucifixum & occiſum, ſi-
cut angelus reuelauit Danieli. Hæc ſi tu
ſimplex omnia componere & ſupputare
neſcis, doctis relinquito, tibiq; ſatis ſit ſcire
hanc Danielis prophetiam eſſe impletam
propemodum circa hæc tempora Hero-
dis, quibus & natus eſt Chriſtus:

2. Quando uenerunt Magi ab Orien-
te Hieroſolymã: inquirendum principio
eſt, qui fuerint Magi ſiue Sapientes illi: hi
namq; fuerunt quos uulgo tres Reges di-
cimus, quoꝝ corpora adhuc Coloniæ ui-
dentur. Verum hic iam antiquus iſte ſer-
pens exibilans ſeſe attollit, qui & conatur
omne quod ab Eccleſia catholica receptũ
eſt, uel funditus inuertere, uel ſaltẽ immu-
tare: is contendit hos non reges fuiſſe, ſed *Lutherus impius.*
homines alioquin doctos & peritos, cuiuſ-
modi nos Magos uocamus, non quidem
futurorum preſcios, inſtar prophetarum,
ſed ut Tartari ſolent & zingeri ſeu Cilices,
quorum ſcientia uniuerſa Magia miniſte-
rio exercetur dæmonum. Ad hæc dicit de
numero eorum non conſtare, duo ne, tres
ue, aut quot fuerint. Alio loco ait ſacerdo
tes forſitan fuiſſe: O portenta, o monſtra et
prodigia noui Euangelij huius peruerſiſſi
mi monachi, quæ parat aduerſus Eccleſiã
& gloriam Chriſti, ſanctoꝝq; trium Ma-
gorum. Quando enim Chriſto non paruo
hoc eſt honori, reges tres ex tam remotiſſi-
mis regionibꝰ ueniſſe ad honorandũ ado-
randumq; illum, nonne qui iam ex regibꝰ
priuatos facit, Chriſto debitum ſubtrahit
honorem. Quod autẽ hoc Lutherus men-
daciſſime ex ſuis ſomnijs cõfinxerit ad ig-
nominiam Chriſti & ſanctorum, illiq; ſa-
pientes fuerint reges, non tantum ex uſu
habemus Eccleſiæ, quæ eos pro regibus
ſemper uenerata eſt, ſed & ex ſcriptis pro-
phetarum, qui eos reges appellarunt, ut
interim iniquiſſime Lutherus aduerſus ſpi
ritum ſanctum contendens, regali eos co-
netur dignitate priuare. Ecce enim Eſaias *Eſa. 60.*
ait: Gentes ambulabunt in lumine tuo, &
reges in ſplendore ortus tui. Quibꝰ uerbis
cũ multis alijs Eccleſia utitur hoc feſto, & nõ

fuiſſe eos ſimplices homines ex ſequentib⁹ patet, quando de Hieruſalē dicit: Mirabit̄ & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium uenerit tibi, inundatio camelorꝝ operiet te, Dromedarij Madian & Effa. Iam uero operire camelis & dromedarijs terrā nō duorum utiq̧ aut triū tantum hominū eſt, quod ſomniauit Lutherus. Idem uero

Pſal. 71 & ex Dauide patet, quū ait: Ante eū procident Aethiopes, reges Tharſis, & inſulæ munera offerent, reges Arabū & Saba dona adducent. Ecce uides, ꝙ non ſolū reges fuerint, ſed & ubi regnarint, quia in Tharſis & Saba. Ne uero aberrare quis poſſet in loco. ſ. in quibus Saba uel Tharſis (non equidem Ciliciæ unde fuit S. Paulus) ſed Arabia etiā & Aethiopes hic commemorantur. Hinc etiam Lutheri mendaciū palam fit omnibus, qui ait ſapientes illos non longū iter habuiſſe in Hieruſalē: nec ultra quatuor dierum ſpacium fuiſſe. O Coſmographum inſignem, & admodum ſubtilē, diſtantiarum locorum ſupputatorē, Sabba quum non procul abſit a mari rubro, diſtat nimirum gradibus 15. a Hieruſalem, ſinguliq̧ gradus 15. faciant milliaria Germanica 15. & ſic milliaria interſint 225. a Saba uſq̧ Hieruſalem, nouus iſte ueredarius, hirco forſitan uectus, quatuor diebus ex Aethyopia & Saba perueniet uſq̧ in Hieruſalem.

3. Quod aūt Matthæus eos Magos, hoc eſt, ſapientes uocat, eo factū eſt, ꝙ ex ſapientib⁹, tū ſacerdotes, tum reges eligebant̄, qui mos fuit Aegyptiorꝝ, ipſo etiā Luthe-

De ſanctis ro fatente in nouiſſimis ſermonib⁹: Imo & reges Aethyopū atq̧ Aegyptiorꝝ a ſapientibus & ſacerdotib⁹ regebant̄ uſq̧ ad tempora Ptolemæi ſecundi, authore Diodoro:

Diodorus Ex ſcriptis etiā Moſaicis diſcimus in quantis honoribus rex ſacerdotes, qui ſapientes fuerant, habuerit, ſiquidē quum alias totam regionem ſibi tributariam habebat, illi tamen erant immunes, & in caritate annonę uictū eis ſubminiſtrabat neceſſariū:

Gene. 47 Pharao etiā quū exaltaret Ioſeph, & cōſtitueret ſuper oēm Aegyptū, filiā ſacerdotis Eliopoleos ei dedit uxorem. Errat igit̄ Lutherus turpiter, dū ea ignominia reges illos adficit, ut eos maleficos faciat. Gentes illi quidem fuerunt & idololatræ, ſed non diabolicæ artis tractatores, qđ Lutherus ſomniauit. Ita eīm catholicus quidam ſcribit Magos illos ſiue ſapientes, nō fuiſſe maleficos, diabolo deuinctos, quum uenerint inimicum, imo dominum diabolorꝝ adorare, ſicut aūt ſapientes quos nos dicimus, Græci philoſophos uocarunt, Germani quondam & Galli Druydes: Indi gymnoſophiſtas, ita Perſi Magos: unde & Plotinus adfirmat Magos fore naturæ miniſtros. Quamuis non contenderim Magos illos in eo ꝙ fuerint idololatræ, & inique egiſſe, & per hoc diabolo inſeruijſſe, ſicut Orige. & Auguſt. adfirmant, atq̧ poſt eū Rabanus, fuiſſe eos impios, ſicut oēs gentes, & uniuerſus totus mundus, Iudæa excepta: in qua tunc ꝓphetico oraculo notus erat deus, & in Iſraël magnū nomen eius. Itaq̧ uos in Chriſto dilectiſſimi cōſtantes eſtote, & credite tres illos magos magnos potenteſq̧ fuiſſe reges, & ſuarum ditionū dominatores præualidos, in Arabia & adiacentibus regionibus atq̧ inſulis, iuxta Eſaiam & Dauidem. Et hoc eſt ꝙ ſancti patres contemplati ſunt, quid nam tres illi Magi ſignificarint, ait enim Eſaias: Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini in uertice montium, & fluent ad eum omes gentes, & ibunt populi multi. Id quomodo factum ſit, pulchre extendunt doctores. Iudæi enim ad Chriſtum uocati ſunt in paſtoribus, qui primitiæ fuerunt uenientium ad Chriſtum: gentes aūt per illos tres Magos, unde ait Leo in ſermone 3. His dilectiſſimi grę myſterijs erudi ti diem primitiarum noſtrarum, & uocationis gentium inchoationem rationabili gaudio celebremus, gratias agentes miſericordi deo, qui dignos nos fecit, ut ait apoſtolus, in partem ſortis ſanctorum in lumine, qui eripuit nos de poteſtate tenebrarꝝ, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuę. Et in alio ſermone: Quod illi tres uiri uniuerſarum gentium perſonam gerentes adorato domino ſunt adepti, hoc in populis ſuis per fidem quæ iuſtificat impios, totus mundus adſequitur, & hæreditatem domini ante ſæcula præparatam accipiūt adoptionis

Ioā. Picus Fra. Picus Porphy. Apul. Li. 1. con. Celſum Pſal. 75 Eſa. 2 Leo. Coloſſ. 1 Sermo. 6

Fulgen. ſer. 5 adoptiõis: Quãtũ porro debeamꝰ deo pro illuminatione gentiũ, teſtať cœcitas Iudęorũ, & declarat Fulgẽtiꝰ dicẽs: Ipſe eſt deus q ſibi primitias in ueteri teſtamẽto offerri mãdauit, idẽ ergo Deus hõ natus gentiũ primitias ſuo cultui dedicauit: Venerunt ergo ppľi illi duo ſicut duo parietes in uno lapide angulari cõiuncti, Paries alter aduenit, qñ angelus natiuitatẽ Chŕi paſtorib. *Luc. 2* annunciauit, alter itidẽ adductus eſt, dum ſtella noua gentibus apparuit.

Grego. 4. Querendum, inquit Greg. hic a nobis eſt, Quidnã ſit quod redemptore nato paſtorib. in Iudæa angelus apparuit, atq; ad adorandũ hunc ab oriente Magos non angelus, ſed ſtella perduxit: Reſpõdet deinde: Quia uidelicet Iudęis tanq̃ ratione utẽtibus rationale animal. i. angelus prædicare debuit, gentiles uero qui uti ratione neſciebant, ad cognoſcendum dominũ nõ per uocem ſed per ſigna perducuntur: Ex eadem. n. ratione etiam Iudæis tanq̃ fidelibus prophetiæ datæ ſunt, gentibus autẽ ut infidelibus ſigna conceſſa ſunt miraculorum, *1. Cor. 14* ſicut de ſigno donorum ſentit Paulus: Ita uidetur & apparet ratio: Quur apoſtoli dominum Ieſum iam adultum & perfectæ etatis iiſdem gẽtibus adnunciarint, quem tamen adhuc infantẽ & per humani corporis uſum loqui non ualentem, res mutæ prædicabant: Omnis enim rationabilis ordo hoc habet, ut loquentes apoſtoli loquentem nobis adnunciarent Chriſtum. Diceres: Quid tandem cõmouerit Magos ad ſtellæ apparitionem emigrare, aut quis eis prædixerit ſtellam hanc regem Iudæorum deſignare, ſecundũ quod dixerũt ipſi, Vidimus ſtellã eius in oriente, & uenimus *Math. 2* adorare eum: Reſpondetur, id omne ſine dubio per gratiam dei factum eſſe, ut natiuitas Meſſiæ, quæ per uniuerſam Bethlehem nondum innotuerat, iam etiam gentibus in eum credituris nota fieret & manifeſta: Poterat igitur gratia ſpiritus ſancti inuiſibiliter pectora Magorum commouere, unde myſterium cognoſcerent admirandi huius & ſtupẽdi ſyderis: Poterant etiam, *Leo* ut ait Leo, ad huius ſigni intellectum per illam prophetiam Balaam erudiri, quæ & *Num. 24* pluribus innotuerat, Orietur ſtella ex Iacob: & cõſurget uirga de Iſraël, & erit Idumęa poſſeſſio eius. Leo tñ hũc locum citat, & etiam Septuaginta legunt in hunc modum: Exurget homo, Vere enim de Chriſto eſt illa prophetia, ipſiuſq; diuinitatẽ ſimul arguit & humanitatẽ, autore Chryſo. *Homi. 6* per ſtellam diuinitas, per hominem humanitas nobis demonſtratur, quoniam ſic de ſeipſo dominus loquitur apud Ioh. n. Ego *Apoc. 22* ſum radix Ieſſe, gens Dauid, ſtella ſplendida & matutina, neq; id immerito, refulſit enim Chriſtus inſtar radiantis ſyderis per ſuam natiuitatem in ſalutem mundi uniuerſi: Radius huius luminis noctem fugauit ignorantiæ, cordaq; Magorum ſpirituali lumine penetrauit, ut natum iam regem Iudæorum cœli terræq; conditorem nouę ſtellę ſigno agnoſcerẽt: Vbi Chryſo. ſic ait, *Chryſoſt.* Et qua, inquies, ratione per ſtellam duci ad Chriſtum, & quonam modo, potius oportuit, pphetas mitti, ſed nequaq̃ Magi credidiſſent prophetis: An uoce aliqua deſuper intonare, nec de hac quidem tantopere curaſſent, ſed angelum mittere, uerũ hunc quoq; forſitan contempſiſſent, ppterea hæc inquam & huiuſmodi omnia derelinquens per ea illos uocat, quæ familiaria illis conſuetudo faciebat, mira quadam diſpenſatione pietatis ad hominum condeſcendens ſalutem: Qui enim prophetas illuminauit, & hos potuit illuſtrare, eorũq; animabus intellectum & ſcientiam inſundere, ſicut prophetis fecerat. Alia quoq; ratio eſt, quia cõſtat ex Moyſe gentiles etiam *Num. 24* prophetam habuiſſe, qui CHRISTI prædixerit natiuitatem: Et iĳ ſane Magi tres ex progenie Balaam fuerunt, uidentes itaq; inſolitæ ſtellæ radium, crediderũt, ibi prophetiam illius eſſe impletam, quum dixit, Orietur ſtella ex Iacob & conſurget homo in Iſraël: Stellam igitur illam quam in ſpiritu tantum uidit Balaam, iſti oculis conſpicati ſunt, & crediderũt, ita Theo. ait *Theoph.* Magos illos fuiſſe ex Balaam coniectore progenitos: Et fuit utiq; in ea regione magna huius ſtellæ expectatio, ſicut & Iudæi magno deſyderio ſperabant Meſſiam uenturũ: Mitto hic, q̃ ſcribunt nonnulli ſucceſſores BALAAM conſtituiſſe uiros præclaros 12. qui ſupra mõtẽ expectarent

ortum ſtellæ huius & apparitionem uerſus Iudæam uſqꝫ ad Chriſti natiuitatem, & ibi uiſam eſſe eis ſtellã hanc, atqꝫ in medio eius puerum Ieſum geſtantem ſignũ crucis: Hoc tamẽ quia in nullius certi probatiqꝫ authoris ſcriptis inuenio, dimitto, ꝙ uis deo omnia poſſibilia, multaqꝫ facta eſſe conſtat quę nuſqꝫ ſcripta legũtur: Nobis ſatis eſt Magos illos ueniſſe ab Oriẽte Hieroſolymam & dixiſſe: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum, uidimus enim ſtellã eius in Oriente, id ſine dubio firmiter nobis credendum eſt: Interim deprecemur dominnum &cæ.

Homilia ſecunda in die Epiphaniæ domini.

Chryſoſt. Magnum & admirabile ſignũ contigit hodie factum, nullis ſæculis intermoriturum: Magi tres relicta patria, tantũ tã longi itineris ſpaciũ emenſi ſunt, ut paruulum adorarent recens natum, quem tamen regem ſuum nunqꝫ futurũ ſperabãt, ſed gentis alienæ, magnoqꝫ ſpacio ab illorum regione diuiſæ, & cuius patrem regem eſſe non uidebant: Veniũt Hieroſolymam, quærunt: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum: In ciuitatẽ ueniũt in qua rex erat Herodes, nec tamen de eo quærunt, ſed de paruulo, eoqꝫ non regis filio: Et mirum fit eos Herodis reliquiſſe filium in palatio, & paruulum in paupérculæ matris gremio collocatum adoraſſe: Verum hæc illa magna ſunt miracula dei, non humana ſapientia eruenda, ſed ita & a Deo ordinata & ipſo inſpirãte perfecta. Auguſti. in ſer.

Id etiam Auguſt. declarans ait: Quũ multi nati eſſent reges Iudæorum, nunquid quemqꝫ eorum adorandum Magi quæſierunt, quia nec quẽquã eorum de cœlo loquentem didicerunt: Atqꝫ ideo peregrini illi noluerunt honorem iſtum cuiquã regi Iudæorum ex ijs qui cõmuniter regnabant deferre, iam enim didicerant huiuſmodi quendam natum, quẽ ſi adorarent ſalutem a deo impetrarent: Et uerum quidem hoc eſt ꝙ nihil præclarum aut rarum in hoc puero uiderũt in terris, ſed magnũ quiddã ei ineſſe ex cœlo edocti erant: Ita & Theo. ait: Quare Magi ueniũt ad condemnationẽ Iudęorũ, nã quũ Magi hoĩes cultui ydolorũ dediti crediderunt, quam poſtea prætexent defenſionẽ Iudæi infidelitatis ſuæ, aut non potius hoc illi facere debuiſſent, quibus ipſe Meſſias, ſaluator & redemptor fuerat promiſſus. Ad hęc ex remotiſſimis regionib. uenerunt illi, & Iudæi in medio eorũ cõmorantẽ non quæſierunt: Aut qñ unqꝫ Iudæus aliquis Chriſto huiuſmodi obtulit munera, ut ij Magi: Et certi iam erant illi natũ eũ, & quidẽ regẽ, ſed de loco nihil eis cõſtabat, ideoqꝫ ad caput Iudææ Hieruſalem peruenerunt Id aũt neſcierunt ibi Iudæi, neqꝫ dum ſcire uolunt uſqꝫ in hodiernũ diem, arbitrantes eũ adhuc naſciturũ: Rationẽ inſuper certitudinis ſuæ prætexunt Magi, & ſicut boni teſtes aiunt: Vidimus. n. ſtellam eius in orẽte: Theophy.

Hiero. Ad confuſionẽ, inquit Hiero. Iudæorũ, ut natiuitatem Chriſti a gẽtibus diſcerent oritur in oriẽte ſtella, quã futurã Balaam, cuius ſucceſſores erant, uaticinio nouerãt: Deferuntur Magi, ſtellæ indicio, in Iudęã, ut ſacerdotes a Magis iterrogati, ubi Chriſtus naſceretur, inexcuſabiles fierent de aduentu eius: Vbi eſt qui natus eſt, quaſi dicerent: Natus ille utiqꝫ eſt, unde & uos ſcire conuenit prophetias ueſtras eſſe impletas, Iacob & Danielis, noſtra nãqꝫ impleta iam eſt, ſtellam ſiquidẽ illam uidimus quã ueſter uobis Moyſes, noſter nobis Balaam prænunciauit, nihil aliud requirimus: Tãtũ locũ aperite nobis, ubi ſit ille natus, oĩa reliqua nobis ſunt certiſſima: Ecce uenimꝰ adorare eum: Fulg.

Nobis, ait Fulgẽtius, quum Iudæi non ſimus, regem tamen Iudæorũ nos quærere profitemur: neqꝫ Herodẽ uolumus, neqꝫ filium eius Archelaum adorare, ſed Chriſtum paruũ quidem in præſepi, ſed ualide regnantem in cœlo, uidimus enim eius ſtellam. 2. Quærunt hic patres, cuiuſmodi hęc fuerit ſtella? & ait Chryſo. nõ fuiſſe eã unã ex pluribus illis alijs, imo neqꝫ ſtellã omnino, ſed inuiſibilẽ quãdam uirtutem in ſpecie ſyderis figuratã. 1. quoniã reliquæ ſtellæ ab ortu ſolis ad occaſum mouentur, hæc autẽ a meridie uerſus ſeptentrionẽ moueri uiſa eſt, a terra Moab & Arabia Chryſoſt.

& Arabia Hieruſalem uerſus, oblique ta-
men, quia prope ad ortum ſolis (compara
tiue enim una ciuitas ad aliam dicitur oriē
talis, cuius meridianus eſt uicinior ortui ſo
Chryſoſt. lis) Chryſ. tamen dicit ſtellam motam ab
oriente in meridiē, quia ubiq; ſupponit re-
ges ueniſſe ex Perſide, ſed Iſa. & Dauid ui
dentur clariſſime dicere ipſos fuiſſe Arabes
& Aethyopes, ut ſupra diximus & latius
infra monſtraturi ſumus, deinde non occi-
debat hæc ſtella ut alię. 2. Cum cæterę
non lucent niſi noctu, ſiquidem & Luna
lumen ſuum a ſolis radijs ſentit obſcurari,
hæc autem & interdiu ſplenduit. 3. Ma
gnum inſuper eius rei argumentum eſt, ꝙ
ſtella hæc per interruptionem ſiue interpo
lationem refulſit, uiſa enim eſt eis uſq; in
Hieruſalem inſtar ductoris uiæ, Hieroſoly
mis autem euanuit eis, & egredientibus in
de uerſus Bethlehem iterum apparuit. 4.
Quoniam non in firmamento, ſed in imo
aëre conſtitit, ſic & Matth. ait: Ecce ſtella
quam uiderant in oriente antecedebat eos
uſq; dū ueniens ſtaret ſupra, ubi erat puer.
Chryſoſt. Quomodo autem, inquit Chryſo, ſtella tā
exiguum locum tugurij. ſ. atq; p̄ſepis oſtē-
dit, niſi ſublime illud relinquens ad inferio
ra ueniſſet, ſuperq; ipſum fere caput pueri
conſtitiſſet: Quatuor hæc Chryſo. propo-
nit, unde conſtet ſtellam hāc nouam fuiſſe
claritate etiam a cæteris diſtinctam, motu
pariter & loco: Vnde propter eius nouita-
tem & raritatem facile intelligere potuerūt
Magi hanc eſſe ſtellam Balaam: Inde Leo
Leo.ſer.1 ait, Tribus Magis in regione orientis ſtella
nouæ claritatis apparuit, quæ illuſtrior cæ
teris pulchriorq; ſyderibus facile in ſe in-
tuentium animos oculoſq; conuerteret, ut
confeſtim aduerteretur nō eſſe otioſum qđ
Ser.4 tam inſolitum uidebatur. Et poſt hęc, No
ua claritas apud Magos ſtellæ illuſtrioris
apparuit: & intuētium animos ita admira
tione ſui ſplendoris impleuit, ut nequicꝗ
crederent ſibi negligendū quod tanto nun
ciabatur indicio, & iterum, dedit ergo aſpi-
cientibus intellectum, q præſtitit & ſignū
& ꝙ fecit intelligi, fecit inquiri, & ſe inue-
niendū obtulit inquiſitis. Vt iam nō ſit du
bium, ſtellam hanc a Deo in aëre de nouo
eſſe creatam.

Quod autem exiſtimant nonnulli Ma-
gos eam Hieroſolymis quoq; uidiſſe, ita ut
principio ſupra Hieruſalem apparuerit nō
laboro, ꝙuis magis ad Euangelicam acce-
dit hiſtoriam, eam in ipſorum prouincia
alicubi uerſus Iudęam cōſtitiſſe, ipſoſq; ſic
in aëre præceſſiſſe, ſicut in exitu Iudæorū
de Aegypto apparuit eis dominus, & præ *Exod.13*
ceſſit interdiu in columna nubis, nocte au
tem in columna ignea, utroq; tempore ſic
uiam eis demonſtrans, ita enim anteceſſit
eos ſtella a Hieruſalem uſq; in Bethlehem,
neq; improbabile uidetur ipſam etiā antea
eis præceſſiſſe, ꝙuis ex litera neutrū poſſit
euinci, quum, in oriente, cohærere queat
uerbo uidimus, aut nomini ſtellā: Sed qđ
aliud anxie deſyderamus, quum cōſtet ſtel
lam eos duxiſſe in Hieruſalem.

3. Quum non uiderunt Magi ſtellam *Leo.*
Hieroſolymis, ſed tamen ante & poſt, quæ
runt doctores, quomodo & quare id ita ſit
factum: Reſpōdet Leo factum hoc eſſe ad
illuminationem gentium & excæcationē
Iudæorum, ideo & reges ſtellæ ſplendorē
amiſerunt, quia hoc reſponderūt ſcribæ de
prophetico eloquio, quod indicabat ſtella
de cœlo, quæ utiq; poterat Magos Hiero-
ſolymis prætermiſſis uſq; ad cunabula pue
ri, ſicut poſtea fecit, ſua ſignificatione per-
ducere, niſi ad cōfutandam Iudeorum du-
riciam pertinuiſſet, ut non ſolum ductum
ſyderis, ſed etiam ipſorum profeſſione inno
teſceret natiuitas ſaluatoris: Noluerunt au
tem iſti eum quærere, & oculis agnoſcere,
quem tamen uerbo ex libris libere confite-
bantur, et ſine dubio talis eſt ſignificatio, ꝙ
propter inſanam Iudæorum cęcitatē, ſtel-
la amplius non apparuit.

Cæterum quum ſtella creatura ſit ratio
nis expers & intellectu carens, quomodo
potuit illa radium ſuum ſubtrahere eorum
conſpectibus & occultare: Theop. reſpon- *Theophy.*
det: Quum audis ſtellam, ne talem putes
illam qualē uidemus, ſed diuinam uirtutē
& angelicam, in figura ſyderis apparentē,
id ille ex motu probat, quoniam accinctis
itineri Magis, mouebatur illa, quieſcentib⁹
eis ſtabat & ipſa: Quod ſi ergo ſtella hæc
fuit angelica quædam uirtus, quid mirum
ſi quādo & quomodo uoluit uideri aut nō

uideri ſeſe permiſit: In eadem porro ſenten-
Chryſoſt. tia eſt & Chryſo. quū ait ꝙ ſtella hæc ma-
gis ſe rurſus uidēdam exhibuit, nō ex mo-
tu ſyderis, ſed uirtute plena rationis, factū
eſt, & paulo ante. Non hoc unum erat ſy-
dus e cęteris, ſed necꝫ ſydus om̄ino, ſed uir-
tus inuiſibilis figura ſtellæ deſignata. Hæc
omnia nō ita accipite quaſi angelus fuerit
ſtella aut ſydus hoc, diuerſa enim utriuſcꝫ
natura eſt, Et angelus quum ſit inuiſibilis,
illi tamen ſtellam hanc uiderūt in oriente,
Li. 2 de tri. c. 6 de colum. & igne. ſed ita intelligite, ſicut ex Auguſt. in ſimili
caſu diſcere poſſumꝰ, ꝙ hæc uera ſtella nō
fuerit cuiuſmodi reliquæ ſunt in cœlo, ſed
ſtella eo tantum, quia figura & ſimilitudo
ſtellæ, radium enim & ſplendorem habuit
in aëre uirtute angelica mota & abſconſa,
ſicuti cometas caudatos ſiue barbatos, ſtel-
las dicimus, quum tamen incenſiones ſint
tantum in aëre ſuſpenſæ: Sic in autumno
quum uidemus exhalationē incenſam de-
1. Meteo. cidere, dicimus cœlo præcipites labi ſtel-
Matt. 24 las, qua loquendi forma dominus ipſe uſus
eſt, caſuras prędicens ſtellas de cœlo: Necꝫ
igitur hęc ſtella ſeipſam mouit, ſed ab ange
lo cōmota eſt: Quæres, quur eis dominus
ſignum hoc ſtellæ nō aliud dederit: Reſpō
det, quia ſi miſiſſet eis deus prophetas forte
non credidiſſent illis, necꝫ ſcripturas rece-
piſſent, ſed necꝫ uocem de cœlo miſſam ſe-
quuti fuiſſent, ipſoſcꝫ etiā angelos cōtēpſiſ
Chryſoſt. ſent, ut ait ſupra Chryſo. Quando igit̃ ſuæ
quiſcꝫ cōſuetudinis coniunctione trahitur,
per ea uocauit dominus ſapiētes gentium,
Theoph. quæ ipſis magis forent accepta, ſic Theo.
ait. Quoniā Magi aſtrologi erant, propte-
rea dominꝰ familiari eos ſigno adduxit, ſi-
Luc. 5 cut Petrum piſcatorem a multitudine pi-
ſcium ad nomen Chriſti uenatus eſt.

Priſcillianiſtæ. 4. Quum non fuerit itacꝫ ſtella hęc una
ex firmamēto, ſequitur Aſtrologos nullū
inde fucū quærere poſſe ſuæ artis & pro-
feſſionis, ut dicant Magos illos natiuitatē
Greg. uide hic Chriſti ex aſtrologia & ſyderum notitia co
gnouiſſe, ponderare magis deberent opus
hoc ſupra naturam fuiſſe, & omnia ſydera
exceſſiſſe: Sed necꝫ ullus uncꝫ aſtrologorū
ex ſyderibus Chriſti p̄dixit incarnationē,
& ꝗuis tunc aſtrologi in terris multi fue-
rint, tamē ij tres tm̄ uenerūt adorare dn̄m.

Quid ꝙ & Herodes nō aſtrologos ſed ſcri
bas conuocauit, qui legerant prophetas: *Thomo. 1*
Tempus quidē ſtellæ inquiſiuit a Magis, *fol. 39*
ſed non ideo Aſtrologos ſuper hoc interro
gauit & mathematicos. Sic quocꝫ princi-
pes ſacerdotum reſponderunt Herodi: In
Bethlehē Iuda naſciturum eſſe Meſſiam,
ſicut ſcriptum erat per prophetam, nō ma
thematicū citant: Inſuper & Herodes Ma-
gorum illorum reditū expectauit, tandēcꝫ
uidens ſe ab eis eſſe deceptum, in furorē cō
uerſus occidit pueros in Bethlehem, ꝙ ſi
mathematici potuiſſent hęc cognoſcere cō
ſilio eorum uſus uticꝫ fuiſſet: Quanto igit̃
ſatius eſt credere, ꝙ ſicut Magi illi ꝑ ange-
lum deducti ſunt domum, non ſine numi-
nis inſtinctu, ita eodem etiam adducti ſunt
in Iudæam, uti ſupra meminimus.

Vide ergo & diligenter conſydera quo-
modo quærāt: Vbi eſt qui natus eſt rex Iu
dęorum: Vbi eſt ille o Herodes, O princi-
pes ſacerdotum, ſcribæ & ſeniores populi,
uos compellamus, ubi eſt natus ille rex Iu
dęorum: uidimus ſtellam eius in oriente:
Nos gentiles, legis & prophetarum ignari,
hoc tamen a deo didicimus: Tu itacꝫ He-
rodes & uos Iudæi omnes, in quorum re-
gione Meſſias natus eſt, quibuſcꝫ ille pro-
miſſus eſt, Euge ubi eſt ille: Surge & illu-
minare age Hieruſalem, quia uenit lumen *Iſa. 60*
tuum, quando nos igitur in ſplendore or-
tus ſui ambulamus, & gētes in lumine ſuo,
Videte Iudæi & tu Herodes, attollite ocu-
los ueſtros & uidete, omnes qui congrega-
ti ſunt nobiſcum uenerūt ad te, ut olim prę
dixerat Iſaias (applica prophetiam) & ec-
cleſia in hodiernum diem canit in officio
miſſę: Necꝫ enim ueriſimile eſt, tres illos ue
niſſe ſolos, ſed ut potētiſſimi principes am-
pliſſimum ſecū adduxerūt comitatū, quā-
obrem & turbabat̃ Herodes, quē tres aut
4. homines priuati parum mouiſſent, quā-
do autem tanta eorum turba & copia ad-
fluebat affatim, merito concurſum illū mi-
rabantur & obſeruabant omnes Hieroſoly
mitæ, & Herodes habebat ſuſpectū dicen-
te Iſaia: Quum conuerſa fuerit ad te multi-
tudo maris, fortitudo gentium uenerit ti-
bi, inundatio camelorꝫ operiet te, dromeda
rij Madian & Effa: Ex illis enim regionib.

anima-

animalia ueniunt uelociſſima Dromedarij atq; cameli, quũq; ait, operiet te, immenſam utiq; copiam innuit & multitudinem, Sed iam oremus Dominum &cæ.

Homilia tertia ſuper Euangelio Diei ſanctæ & ſolennis trium Regum.

REfert Matthę⁹, dilectiſſimi in domino, Magos ueniſſe Hieroſolymam, & interrogaſſe de nato rege Iudæorum, atq; inſolitæ profectiõis & interrogationis cauſſam adſignaſſe, ꝙ ſtellam eius uidiſſent in oriente, unde magnũ quid eſſe hoc oportebat: Et ne cum ſuſpicione inſidiarum quærere uiderentur quaſi qui paruulo inſidias ſtruerent, addiderũt quid apud eum ſint acturi, dicentes: Venimus adorare eũ: Admiratione dignũ hoc erat ipſa rei nouitate, nam ab antiquo ueniebãt reges gentium in Iudeam deuaſtare eam, reges illius capere, ſicut Nabuchodonozor, Sennacherib, Thelarphalaſar, Antiochus, & alij fecerant, nouũ hoc erat, ꝙ illi ueniebãt adorare regem Iudæorum, Audite cæci & indurati Iudæi, qui nõ uultis agnoſcere tempus uiſitationis ueſtræ, quę uobis per patriarchas & prophetas eſt propoſita, ſaltẽ ex gentibus agnoſcite, quãdo unq; uenerunt adorare reges ueſtros? bene quidem aduenit regina Saba audire
3.Reg.10 ſapinetiam Salomonis, ſed nulla eam ſtella adduxit, neq; ipſa uenit adorare eum, tm̃ ſapientiam eius admirata eſt, non autem deum eſſe credidit, ſicut Magi illi puerum hunc Meſſiam noſtrum, eo ꝙ dixerunt, Venimus adorare eum. Videntur, inquit
Theoph. Theoph. ij Magi magna uirtute præditi,
Chryſoſt. id planius explicat Chryſo. dicẽs, eos neq; tumultum populi atq; clamorem, neq; poteſtatem reformidaſſe tyranni, dum de rege quæſierunt recens nato, ſed non Herodis filio: Quum itaq; in peregrina regione Chriſti gloriam tantopere prædicarũt, ubi id facere ſatis tutum non erat, quid eos feciſſe putas in ſua ditione: Crediderim ſane factos eos magiſtros & doctores ſuorũ ciuium, eo maxime ꝙ ſuper ſtellæ ſignum etiam propheticũ habebant teſtimonium, & angelicam reuelationem, ſicut ſtatim dicturi ſumus. O uos itaq; chariſſimi curate & ſtudete, ut uos quoq; inuitati iam hodie cum illis magis ueniatis adorare Chriſtum dominum.

2. Audiens hoc Herodes turbatus eſt & omnis ciuitas cũ illo: Quid mirum turbari Herodem non Iudęum, ſed alienigenam, quamobrem & Iudæi ſe primum fortiter oppoſuerunt ei, ſed Romani potenter eum intruſum tuebantur, unde & Iudæi multi ab eo ſępe occidebantur, quod ad lõgum recenſet Ioſephus, Audiens ille de rege Iudæorum multa dici, ſuſpicabatur Iudæos rurſus inſidias aduerſus eum moliri, ut regno eijceretur: Turbatus eſt, inquit Theoph. regno ſuo timens, ſciebat enim ꝙ illo indignus erat, ſed re uera inſipiẽs poſſeſſio eſt malicia, & tamẽ male rem accipiebat, ratus regem illum in hoc natum ut tẽporaliter regnaret, quod non erat, tantum enim in uerbis Euangelij & miraculis regnum eius conſiſtebat: unde & Sedulius ait in hymno, quem quidam male tribuũt Ambroſio, Hoſtis Herodes impie, Chriſtum uenire quid times: non adripit mortalia, qui regna dat cœleſtia: Turbatus eſt ergo Herodes quia rex, & ſibi pariter & liberis formidans, ſic Chryſo. Quur aũt uniuerſa cum eo turbata ſit ciuitas, rationem inquirunt doctores, & principio uolunt nonnulli, ꝙ Iudæi ita coacti & ante hac ſæpe occiſis proximis eorum commoti, tanq; alieno exemplo turbabantur, metuentes, ne Herodes audiens iam de rege Iudæorũ dici, excitato rurſus tumultu nobiliſſimos & potentiſſimos quoſq; Iudæorum perderet, ob huiuſmodi ergo curam, aiunt ciuitatem totam cum eo turbatam, quod imminẽte bello aut factione fieri ſolet: Sunt qui uelint per hoc Euangeliſtam indicare uoluiſſe, cæcitatẽ & maliciam Iudæorũ, quos oportebat gaudere poti⁹, ꝙ rex ſuus a Perſicis regibus adoraretur: Ita Chryſo. quoq; ait, Hieroſolyma quam tandem cauſſam habuit timoris, quum certe audierit illum eſſe, quem ſaluatorem eius atq; beneficum & liberatorem prophetæ porro ante præ

Li.14.ca. 14.et ſeq.
Theoph.
Sedul.
Chriſoſt.
Theoph. Chryſo.

dixerant,ſemper.n.grandis poteſtas maio-
ri timori ſubiecta eſt,&ſicut rami arborum
in excelſo poſitarũ etiamſi leuis aura fluxe
rit,mouentur,ſic & ſublimes homines etiã
leuis nuncij fama conturbat : Debuerant
illi cum gaudio gratias agere Deo,iam pro
phetias Dauidis & Iſaiæ eſſe impletas,ſtel
lam quoqꝫ Iacob quã prædixerat Balaam
eſſe exortã,ſed ueſtigia ſequuti ſunt maio-
rum ſuorum, inobedientes & degeneres fi
lij, quando eos dominus a iugo Aegyptia
co liberauit,& beneficia tot tãtaqꝫ in itine-
re impendit, ſemper tamen inter hæc mur-
murarunt aduerſus dominum & Moyſen
Num.14 dicentes. Vtinam mortui eſſemus in Ae-
gypto,cõſtituamus nobis ducem & reuer-
tamur in Aegyptum : Ad Moyſen quoqꝫ
Num.21 dixerunt.Quare eduxiſti nos ex Aegypto
Exo.16 ut moriamur in deſerto: Et rurſus alio tem
Num.21 pore Vtinam mortui eſſemus per manum
domini in terra Aegypti, quando ſedeba-
mus ſuper ollas carnium &comedebamus
panem in ſaturitate: Inſuper etiam quum
plueret eis dominus manna de cœlo dice-
bant: Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto
leuiſſimo: Perinde ingrati hic quoqꝫ fuerũt
Iudæi,dolentes ubi gaudere debebant.

3. Sunt qui maliciam Iudæorum adhuc
grauius examinẽt,eorum qui turbati ſunt
cum Herode,primum enim cõmoueban-
tur potentiores, qui officia ſua ab Herode
mercati fuerant,uel etiam propter maliciã
ſuam in dignitatis cuiuſdam faſtigio cõſti-
tuti erant,ij nimirum metuebant ne a rege
nouo,ipſi quoqꝫ una cum Herode peteren
2.Mac.4. tur,ſicut Menelaus ſacerdotium a rege An
tiocho emerat, & deinde Annas atqꝫ Cay-
phas a Pilato, huiuſmodi homines ſuo ca-
piti timebant ſimul cum Herode, quoniã
Chryſoſt. omnino ita fit ſicuti ſupra ex Chryſ. induxi
mus,homines in ſublimi conſtitutos etiam
leuis nuncij fama conturbat, id hic quoqꝫ
factum eſſe conſtat , qualis enim rex erat,
tales &illi qui officijs præerant, iuxta uer-
Prou.29 bum ſapientis,princeps qui libenter audit
uerba mendacij,omnes miniſtros habet im
pios. Sed & uulgus hominum conſtat eſſe
turbatum,quoniam ſemper aſſentari cupit
regi beneqꝫ placere,ſicut & poëta dicit Mo
bile ſemper mutatur cum prĩcipe uulgus:
& ſic gloſa quædam habet, populus plus Gloſ.
iuſto eis fauet,quos crudeles ſuſtinet,id qđ
uulgo dici ſolet: Vngentẽ pũgit pungentẽ
ruſticus ungit, factumqꝫ hic eſt ſecundum
quod Hieremias ait,prophetæ ꝓphetabãt Hier.5
mendacium, & ſacerdotes applaudebant
manibus ſuis, & populus meus dilexit ta-
lia. Alij putant ciuitatem Hieroſolymam
turbatam eſſe propter Romanos, quos ti-
mebant,ne forte fama perueniſſet ad eos ſe
regem habere, quem illi non cõſtituiſſent,
regionem ſimul & ciuitatem totam perde-
rent , ꝗꝗuis & hæc queat eſſe cauſſa tantæ
turbationis,ꝙ quum audiſſent de ſtella di-
ci,cogitare poterant eam ipſam eſſe quam
p̃dixerat Balaam, ſicut & erat, ſed hoc eis
poterat eſſe moleſtum, quod ibidem ſequi
tur: De Iacob erit qui dominetur,& per- Nume.14
det reliquias ciuitatis: Etſi Lutherus turpi
ter hunc locum tractans ad Dauidẽ refert,
quem etiam ſtellam iſtam eſſe dicit, quum
tamen catholici doctores omnes ad Chri-
ſtum & ſtellam hanc quæ Magos duxit in
terpretentur,quo nomine & Iudæi exhor-
ruerunt de ſtella ob imminentem perditio
nem : Veriſimile eſt etiam multos pios bo
noſqꝫ homines fuiſſe, qui ſimularint hanc
turbationẽ,ne grauiorem aduerſum ſe con
citarent iram Herodis,cuius imperio alias
infenſi erant,&eius crudelitatem nõ ſemel
experti,ſiquidem & ipſe ſciebat de ſua mor
te gauiſuros Iudæos,unde & præcepit po-
tentiſſimos quoſqꝫ ſub morte ſua trucidari,
ut haberent quod lugerent, ſicuti ſupra di-
ximus.

4. Quando igitur ita turbatus erat He
rodes & omnis Hieroſolyma cũ illo uoca-
uit ipſe ad ſe ſummos ſacerdotes & ſcribas
populi,ſciſcitatus ab eis ubi Chriſtus naſce
retur,neqꝫ enim eum latebat cõmunis tũc
fama omnium, eo tempore Meſſiam naſci
debere,omnibus deſuper impletis prophe
tijs,credebant tamẽ ſicut adhuc ſomniant
Iudæi, Meſſiam ſuũ hic tẽporaliter regna
turũ,quod & occaſionẽ dedit Herodi quæ Tom.1 fol.2
rendi de ſcripturis, ubi Chriſtus naſci debe
ret. Qui autem fuerint ſummi ſacerdotes
puto uos ſatis intelligere,pontifices enim
erant & quidam alij ex ſacerdotibus præci
pui: Sed quinam extiterint ſcribæ, minus
notum

notum eſſe crediderim: quoniã Theophylactus ait eos fuiſſe doctores populi, quales nunc Grammaticos dicimus. Necq; diuerſum ſentit Remigi⁹, ſicut citat a Thoma, Scribæ dicti ſunt, inquit, non tm̃ ab officio ſcribendi, ſed potius ab interpretatione ſcripturarum: erant enim legiſdoctores. Taceo ꝙ aiunt quidam, ideo eos dictos fuiſſe ſcribas, ꝙ probati fuerint & admiſſi, ita ut eorum etiam uerba conſignabantur, ſicut iam deciſiones Rotæ. Auguſt. porro magnum illud Eccleſiæ lumen, quiddam magis abſtruſum de eis aſſerit: dicitq; in ueteri Teſtamento permiſſum non fuiſſe cuiq; abſolute dimittere uxorem ſuam, niſi daret illi inſuper libellum repudij huius: idq; eo fecit dominus, ut animus mariti ad repudium procliuis, huiuſmodi deſcriptione nonnihil infringeretur: & cogitaret mala ex eiuſmodi repudiatione prouenientia, maxime quum nemo libellos iſtos ſcribere audebat, niſi ij ſcribæ, quibus maior ineſſe putabatur prudentia, quiq; tanta tum iuſtitia, tum pietate præditi credebantur, ut ea non uerbis tantum, ſed & opere & uita declararent. Voluit igitur & decreuit lex ad eos mittere, qui ſapientes eſſent diuinæ legis interpretes, iuſtiq; & æqui conſultores ac deciſores repudij huius. Neq; enim a quoquam deſcribi poterat iſte libellus, niſi ab illis penes quos etiam facultas erat & arbitrium, ut inter utrunq; coniugem pacem ſtatuerent, & concordiam ſuaderent. Quando autem mariti animum ita uidebant incenſum, ut concepta maleuolentia, neq; deleri poſſet ei, neq; diſſuaderi, libellũ ipſi dabant repudij: ꝙ nulla hic ſpes de eo eſſet amplius, quum uiderent eum nullis iam porro monitis ad amicitiæ mutuę uinculum promoueri poſſe. Et ij quidem ſcribæ fuerunt homines prophani, ſed docti & in lege bene uerſati. Sicq; non ſacerdotes tantum & leuitæ, ſed etiam quidam ex uulgo layci ſtudere poterant, quibus illi deinde utebantur in negotijs matrimoniũ & iudicialia concernentibus. Quoniam hæc ipſa lex eorum Moſaica, non cultum dei tantum continebat in ſe, uerum etiam hic eorum codex, hoc digeſtũ erat, & municipale, ſecundũ eius ſanctiones in omnibus iudicijs & rebus alijs omnia agebant: ꝗuis quum appellabatur, prouocatio ea fiebat ad ſacerdotes, qui erant in Hieruſalem, ſicut & dominus præcepit, ſicut & hodie ſunt laici docti multi, & in iure cõſummati. Quodq; magna fuerat quondam eorum authoritas hic patet, ꝙ eos quoq; uocauit Herodes, & apud Matthęũ dicit dominus ſuper cathedram Moyſi ſediſſe ſcribas & phariſæos &c.

Marginalia (left): Theophy. — Remigius — Auguſti. — Deut. 24. — Math. 5

Marginalia (right): Deut. 17. — Mathe. 23

5. Conuocatos porro iam Iudæorum ſapientes, interrogauit Herodes, ubi Chriſtus naſceretur? Diligentiam Herodis ſpecta in conuocando & inquirendo, ſimul & Iudæoꝝ in reſpondendo, & tamen utriſq; ſua damnoſa fuit diligentia. Iudæis quidẽ quia ut ait Theophylactus, ſingulari diſpẽſatione dei, interrogantur ipſi, ut cõfiteantur ueritatem, & ex hoc condemnentur, ꝙ eum quem antea confeſſi fuerant, poſtea crucifixerunt: Herodi autem, iuxta illud Chryſoſtomi, ꝙ eius ſingularis cõſyderanda uęcordia eſt, qui ſi prophetiæ crediderat, clarum erat eum aduerſus impoſſibilia conari, ſin minime credebat, ꝓuentura quæ tanto ante prædicta ſunt, nec ſibi timere debuit, nec puero inſidiari, ſed eo nimirum ipſum permouit diabolus. Et tales ſunt peccatores omnes, qui a ſcriptura, cui quũ credant, uita tamen non reſpondent, iudicantur, quoniam ſeruus ſciens uoluntatẽ domini ſui, nec faciens eam, uapulabit plagis multis & tamen diligentia hæc inanis non fuit, ut uideas ꝗ mirabiliter omnia ordinarit dominus. Viciſſim alij ab alijs edocti etiam didicerunt, Iudæi & Magi illi, Iudæi a Magis didicerunt, quomodo eis ſtella in Perſia (quia hic ſemper refert Chryſoſtomus ꝙ Magi fuerint Perſæ) eis uiſa, regem ſignificarit Iudæorum, ita ut quaſi reprehenderint illi Iudæos. Quid ita tardi eſtis ad quærendum regem ueſtrum, quẽ adoraturi nos ex tam remotis regionibus aduenimus? Aut uos regem ueſtrum, uobiſq; adeo iam recens natum, in regione ueſtra nõ quæritis? quum tamen nos ex tam longinqua prouincia adproperam⁹. Aut ſi neſcitis, ex nobis age diſcite: & ſtella illa quæ nos huc adduxit, tanti itineris dux & comes uos iſtruat. Viciſſim Magi aliquid

Marginalia (right): Theophi. — Chryſoſt. — Luc. 12

didicerunt ex Iudæis, prophetas antea eũ ipſum prædixiſſe,ſimulq; locum natiuitatis eius aperuiſſe,quem eis ſtella monſtrauerat. Sicut nos iam ſacræ literæ docent, puerum Ieſum quærendum eſſe in uita immaculata,homineq; pio & Chriſtiano digna : quam ſi hic in timore dei transegerimus,inueniemus eum tandem in Bethlehẽ,domo panis cœleſtis, in ęterna patria, quam nobis omnibus donet idem ille qui per ſtellã hodie Magis inotuit Ieſus Chriſtus dominus noſter, Amen.

Homilia 4.et vltima.

DOminus noſter Ieſus Chriſtꝰ tres Magos, non tãtum ad ſe adduxit per ſtellam,ſed & eminentiori modo fidem eorum confirmare uoluit per ſcripta prophetarum: Et tu Bethlehem Iuda nõ es minima in principibꝰ Iuda: ex te.n. exiet dux qui regat populum meum Iſrael,prophetia hæc Michęæ eſt, eam tamen Euangeliſta proprie ſuis uerbis nõ expreſſit,ſiue ut Iudæorum oſtenderet negligentiam, qui proprias non ſcierint ſcripturas proponere, ſiue ꝙ ille magis ſenſum & intellectum ꝙ̃ prophetæ uerba reſpexit. Et ipſa quoq; prophetiæ huius uerba per ſe clara ſunt & manifeſta,ut non ſit multum in eis immorandum,ille enim dixit Bethlehem Iuda,ad diſcrimen alterius in Galilæa,in tribu Zabulon, de qua in Ioſue legitur. *Ioſ.19* Hic tamen ponderant nonnulli triplicem defectum Iudæorum, primum negligentiam iſtam & ignorantiam ſcripturarum,quas non proprie allegabãt. Deinde quia magnum illud myſterium dei Herodi,publico ſuo legumq; ſuarũ hoſti prodere non debebant,ſed eum tanꝙ̃ indignũ celare, iuxta illud Chriſti: *Mathæi.7* Nolite ſanctum dare canibus,& margaritas nolite proijcere ante porcos. Ad hæc magnum & illud eſt Iudaicæ perfidiæ argumentum, ꝙ ex propheta ea tantum uerba adducunt,quę Herodis animum incitare poterant aduerſus Chriſtum, de regno ſuper populum Iſrael,neq; quicꝙ̃ dicunt de ęterna eius generatione,quam ibidem attingit propheta,dum exitum eius cõmemorat à principio,a diebus ęternitatis. Hæc namq; ſi adiunxiſſent, cogitare potuiſſet Herodes ea ad ſpiritualia & æterna pertinere, non ad ſuum regnum. Vnde & Chryſoſt.ait: *Chryſoſt.* Coguntur prophetiam de Chriſto neſcientibus interpretari,licet eam non omnino totam uoluerint publicare: quũ.n. dixerint, quia ex Bethlehẽ,ꝓceſſurus eſſet, nequaꝙ̃ tamen id quod ſequiť addiderunt,in adulatione profecto regis, ut ad humanæ gratiæ lucrum ueritatis damna proficerent. Hoc etiam ponderat ille,ꝙ non dixit propheta eum in Bethlehem habitaturũ, ſed naſciturum tantum , quoniam in Nazareth educatus eſt. Theophy. *Theoph.* poſt eum addit,ꝙ ſicut Iudęi uerba hæc referre noluerunt ad Chriſtum : ita ſequaces eorum ad Zorobabelem detorquere conati ſunt, quod fieri non poteſt,quum ille in Babylone non Bethlehem natus ſit. Quid multa? proditores hic fuere Iudæi, ſiquidem per hoc eorum reſponſum Herodes ſumpta occaſione occidit pueros, undiq; in finibus Bethlehem. Magnumq; hoc in eis uitium eſt,ꝙ regem ſuum gentibus quærendum potuerũt monſtrare, neq; tamen quęſierunt ipſi,inſtar ſtatuarum Mercurialium,quæ quum alijs uias demonſtrent, ipſæ loco adfixæ,eo nunꝙ̃ perueniunt, ſicut & fabri illi atq; architecti qui archam *Auguſti.* Noë parauerunt quidẽ,nec tamen in eam ingreſſi ſunt ipſi.

2. Cognitis ijs de loco nati Meſſię, clã ad ſe Magos uocauit Herodes, ſciſcitatus ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuerat eis. Vbi tu inſignem Herodis diligentiam cõſydera: a Iudæis inquiſierat locũ,hic a gentibus tempus ſtellæ quærit,ut ſic certior factus,maius malũ cõmitteret. Ita in Herode experimur uere dixiſſe Chriſtum, *Luc. 16.* prudentiores eſſe filios huius ſæculi filijs lucis in generatione ſua. Clam ad ſe uocat,callide nimis, ut uulpes , qualis & filius ſuus erat,ſicut eum uocauit dominus cum phariſæis loquens: Vere uulpes etiam hic fuit Herodes, quum Magos ad ſe clam accerſierit,ne ſi quid palam tentaret inſidiarum, ſubolẽtes Iudæi,pręcauere ſibi potuiſſent Iudæi,& crudele propoſitum de nece par-

uulorum impedire. Metuebat enim cognita Iudæorum aduerſus ſe maleuolentia, ne forte gauderent de rege nouo, curarentq; eum ab ipſius tyrannide defendi, & quocunq; modo ſeruari, utpote liberatorem ſuum. *Theoph.* Præterea clam hoc egit propter reges Ethnicos illos Magos, quoniã ſic melius ſimulare poterat pietatem ad adorandum regem, ſicuti & dixit ad eos: Quod ſi audiſſent Iudæi qui Herodis tyrannidem nouerãt, cor eius falſum facile agnouiſſent. Matthæus ait diligenter ipſum didiciſſe ab eis tempus ſtellæ: idq; eo maxime, ut ex tẽpore ſtellæ pueri colligens ætatem facilius in perſonæ notitiam perueniret. Vbi quærere ſolent doctores, Quod fuerit tempus ſtellæ. Et putant nonnulli eam primo ſtatim natalis Chriſti die uiſam fuiſſe, tamq; cito Magos illuc ueniſſe ope Dromedariorum, quæ animalia ſunt admirandæ celeritatis. Quamuis Lutherus more hæretico ſubuertens omnia ſomniat exiguam fuiſſe hanc diſtantiam, illoſq; adeo uiros tres uicinos extitiſſe, *Eſaiæ. 49* Aliter Eſaias, qui ait: Ecce iſti de longe uenient, & ecce illi ab Aquilone & mari: magna utiq; eſt intercapedo a Saba, & inſulis illis uſq; in Hieruſalem, ſecundum rationem Coſmographicã ſunt miliaria 225.

Chryſoſt. Placet quod hic Chryſoſtomus habet, ſtellam hanc ante multum apparuiſſe tempus, quia enim Magi plurimum erant itineris longinquitate remorandi, neq; poterant mox nato puero aſſiſtere, quem pannis adhuc infantiæ colligatum oportebat adorari. *Matth. 2* Vnde & Herodes ut certior eſſet, bimulos iuſſit trucidari pueros, & infra. Cuius hic mihi uerſutiam uerſipellem intuere, Magos ablegat in Bethlehem, ut inquirant puerum, & de eo reſponſum referant, ut & ipſe ueniens adoret illum. Hoc multi etiam faciunt peruerſi Chriſtiãi, qui quum ſimulent ſe Chriſtum adoraturos, eum tamen quærunt occidere. Vide in hac re Neochriſtianos, iſti enim cænobia, beneficia, omneſq; cenſus cupiunt abolere, ſub prætextu tamen Chriſti, quũ interim diabolꝰ eos illuc impellat & urgeat, nanq; non ipſos abrogãt cenſus & decimas, quæ adhuc pendere coguntur ſubditi, ſed quo tandem? in quem uſum? Ecce iſtos peſſimi herodis filios non abſimiles, qui aliud animo celant, aliud uerbis produnt: niſi enim calices, cruces auro gemmiſq; ornatæ, imagines precioſæ, cenſus quoq; & redditus eſſent, pauciſſimi nouum iſtud Euangelium ſequerentur.

3. Audito Herode Magi abierunt, rati Herodem ſui ſimilem eſſe, ipſumq; iuxta eorum adfectum hic omnis eſſe fraudis expertem: unde & condixerunt ei ſine dubio ſeſe ad ipſum reuerſuros. Rurſusq; anteceſſit eos ſtella uſq; ad locum illum, quo dũ uenerat, ſtetit ſupra ubi erat puer. Quur aliquanto tempore Magi ſtellam amiſerint, ſupra ex Leone induximꝰ: neq; enim id temere factum eſt, ꝙ quando cum Herode ac Iudæis conſultabant, ſtellam non uiderint: ſicq; dum deum per hominẽ quærere cogitant, Deum ipſum amiſerint; quum primum autem ab impio rege digreſſi ſunt, ſtella rurſus apparuit eis, quia quiſquis malos fugit, huic gratia ſe dei manifeſtat & offert. Quando adhuc cum Iudæis conuerſabatur Petrus, nil niſi negauit dominum ſuum: *Matth. 26* ubi primum egreſſus eſt atrium, fleuit amare, & gratiam dei cõſequutus eſt. Ita diſcat hic quilibet homo: ut maxime quis humana fragilitate abductus diuinæ gratiæ ſtellam amittat ex oculis, tantum ne in peccando perſeueret, ſed quærat dominum in Bethlehem, domo panis, Eccleſia fidelium: ille enim panis uiuus eſt qui de cœlo deſcendit. *Iohãnis 6* Et rurſus apparebit ei radius ſtellę huius pręclarę, imo dominus ipſe in illo orietur, & gloria ipſius in eo uidebitur. *Eſai. 60* Quod autem ſtella ante hac occultata mox ſe rurſus uidendam exhibuit, ſignum eſt ꝙ eam uirtus quedã angelica deduxit & gubernauit: prius ergo ſtella iſta præceſſit, eoſq; duxit, deinde ſtetit: ſic enim & gratia dei ducere ſolet ſanctos ſuos in hac uita, donec eo perueniant ubi eſt dominꝰ Ieſus, & ibi in ſolida requie permanent fœlicitatis æternæ. Theophylactus ait deſcendiſſe eam a ſummitate, & *Theophi.* terræ propiorem factam oſtendiſſe eis locum: neq; enim mirandum hoc eſt, authore Chryſoſtomo, *Chryſo.* uel dubitandum an ſtella ſolem ſignificarit iuſtitiæ, quia ſtetit ſu

pra domum,quaſi dicere uoluiſſet: Hic ille eſt quem quæritis, & quandoquidem loqui ſtella nō potuit, ipſa ſtatione quid innueret oſtendit, quod & non paulo certius extitit argumentum,eo quod Herodes & Iudæi adſignarūt locum in uniuerſum. Pulchre hic Leo exponit,quomodo Herodes diabolum ſignificet, qui magnis tum dolis tum inſidijs impedire conatur homines,ne perueniant ad Chriſtum, idq; per Iudæos,gentiles & hæreticos, quibus ego hic omnibus, breuitatis amore uolens ſuperſedeo.

4. Teſtatur hinc Euangeliſta, gauiſos eſſe Magos gaudio magno,inde enim conijciebant ſe ab itinere nondum deuiaſſe, quando uerum iam rurſus ducem comitemq; erant adepti. Ita quilibet peccator ꝗuis de exactis peccatis cum pœnitentia triſtetur, gaudet tamen dum gratiam dei rurſus acquirit,illudq; gaudiū ſpiritus eſt, quomodo Paulus Philippenſes ſuos monet gaudere in domino, ſiquidem hypocritica triſtitia nō placet deo. Gaudeat omnis pius cum illis tribus Magis,ſi quando ſtellam uidet gratiæ dei: Gauiſi ſunt Magi redditam ſibi eſſe ſtellam, eamq; & præcedere rurſus,& tandem ſtare ſupra domum. Et extendi hoc facile poteſt, quantum gauiſi ſint gaudium, conſpicati iam denuo ſtellam. Relictis etenim regnis ſuis in peregrinas uenerant regiones, eaſq; multum a ſuis remotas, plurimū iam temporis abſumpſerant,pericula magna ſubierant, & quū ueniſſent Hieroſolymam, ſtellā ecce amittunt ſubito,rati ſe regem natum in regia ciuitate inuenturum,quod non tantū nō factum eſt,ſed & ij quos ſcire maxime decebat,nihil poterant de eo dicere,quo magis merito perturbati ſunt, metuētes operam ſeſumptuſq; omnes & impenſas perdidiſſe,ita hinc illinc cogitabant. Et in eo rurſus ipſis uiſa eſt ſtella unde gauiſi ſunt, ut qui maxime,quoniam per hoc uacillans eorū animus ad certitudinem conuertebatur. Quanto autem maiori adhuc gauiſi ſunt gaudio ingredientes domum,ubi puerum inuenerunt una cum matre? ꝗuis em̄ Maria in partu proprias ædes non haberet, ſiue diuerſorium, ueriſimile tamen eſt, teſte

Philip.3

Math.6

Theophy. eam poſt hac habuiſſe domicilium in quo recumberet ipſa cum puero, & ubi Magi illum adorarint: etſi ſunt qui putent caſam ſub qua Maria cum Ioſeph diuertit hic domum appellari, ſed in eo non laboramus: ſiue enim domus, ſiue caſa aut porticus fuerit, conſtat uilem eam fuiſſe, ut Leo docet, ꝙ illi puerum in tanta humilitate inuenerunt. Namq; non inuenerunt eum dæmonijs imperantem, mortuos ſuſcitantem,cæcos, claudos, ſurdoſq; curantem, nec aliquam uirtutem diuinam exercentem,ſed infantem,ſub parentis cura poſitum,in quo nullum poteſtatis ſublimioris apparebat argumētum, ſed magna humilitatis admiratio. Quod ſi iā & nos puerum cum matre inuenire cupimus, age in domum ſuam ingrediamur Eccleſiā, templum enim dom⁹ eius eſt,iuxta illud: Domus mea domus orationis uocabitur, ibi ingredi nos oportet, diuinaq; laudare & magnificare,dicente Dauide: In medio eccleſiæ laudabo te. Et alibi: Confitebor tibi in toto corde meo, in conſilio iuſtorum & congregatione. Quiſquis ergo a ſtella gratiæ diuinæ adductus, peruenit in templū domini adfectu pio,is puerum Ieſum inuenit hic per gratiam illic in ſempiterna gloria, Amen.

Theoph.

Leo

Math. 21

Eſa.56

Pſal.9

Pſal. 110

Homilia 5. et ultima.

ſuper eodem feſto.

ECce Hieroſolymam ueniunt tres Magi,ex remotiſſimis prouincijs profecti, duce ſtella inſoliti ſplendoris: ſed unde, ait Leo, quum proficiſcerentur de patria aduerterant hanc deferendorum munerum ſeruare rationem? niſi quia præter illam ſtellæ ſpeciem quæ corporeum incitauit adfectum, fulgentior ueritatis radius eorū corda perdocuit, ut priusq; labores itineris inchoarēt eum ſibi ſignari intelligerent, cui in auro regius honor,in thure diuina ueneratio, in myrrha mortalitatis confeſſio deberetur. Neq; em̄ ſolum ex Euangeliſtæ teſtimonio procidētes adorauerunt eum,ſed & munera obtulerunt,ut deo & homini regi. O perfectæ

Leo Sermone.4

Leo.

ſcientiæ mirabilem fidem quam non terrena ſapientia erudiuit, ſed ſpiritus ſanctus inſtituit. Diſcamus & nos ab illis Magis uere Chriſtum adorare, qui prociderũt ante eum: & q̃uis oratio magis corde q̃ ore proficitur, cor tamen externo geſtu declaratur hominibus, ut internum cognoſcant adfectum: ſic plurimi in Euangelio Chriſtum adoraturi prociderunt, ſicuti per longum in quadam Homilia diſſeruimus.

Tomo. 2 fol. 133

Quid ꝙ Chriſtus ipſe caput noſtrum in monte Oliueti dominũ ſuum patrem cœleſtem oraturus procidit in terram, non ſolum ſuper genua, ſed & in ipſam faciẽ: quo exemplo nobis etiam orandi formulã præſcripſit. Imo tam perpetua debet eſſe in oratione genuflexio & inclinatio, ut in Hebraica lingua uocabulum orationis ſit a genuflexione deductum (שחת ſignificat ſe inclinare, humiliare, genu flectere, incuruare. In coniugatione autem Hiſpal inquit Rabi Kimhi, ſignificat adorare.) Vbi iam noſtrates ſunt Neochriſtiani, qui nullum ſacramento deferunt honorem, neq; inclinant ſe ad Chriſtum, min⁹ certe q̃ Turca quiſpiam. Taceo ꝙ ſanctiſſimum Chriſti corpus paſſim in marſupijs ſecum circumferunt, & in ligneis uaſculis diſtribuunt, ut Zuinglius, proh blaſphemias & impudentiam hominum: ſed ſuper ijs plura in die corporis Chriſti. Aliter nos hic docuerunt Magi illi, qui prociderunt, ut adorarent dominum. Volunt etiam doctores

Gregori.

geſtum hunc humilitatẽ demonſtrare deprecantis, ſic profitentis ſe ſpem fiduciamq; ſuã nõ in merito ſuo reponere, ſed in miſericordia & benignitate dei. Sic ſic nimirũ

Exodi. 3 · Lucæ 18

oportuit Moyſen indignitatem ſuam fateri & diſcalceatum uenire. Sic publicanus auſus non eſt oculos attollere, tantum percutiebat pectus ſuum, dicens: Propitius

Luc. 15

eſto mihi miſerrimo peccatori. Sic humiliauit ſe filius ille prodigus: Pater, inquiens peccaui in cœlum & coram te, non ſum dignus uocari filius tuus. Diuites utiq; & potentes erant ij Magi, ſe tamen humiliauerunt coram paruulo Ieſu, & prociderũt,

Philip. 3 · Leo.

in ſignum ꝙ in nomine Ieſu adhuc omne genu cœleſtium, terreſtrium, & infernorum flectatur. Et merito quidem, quoniam in perſona ueniebant omnium gentium, primitiæ earundem, ideo & nos procidere debemus, dominum deprecari &c.

2. Apertis theſauris ſuis obtulerunt ei aurum, thus & myrrham. Ecce apertis theſauris ſuis, inquit Matthæ⁹, quo uoluit oſtendere eorum opulentiam, & ſplendida dona: quoniam Paulus ait: Qui parce

2. Cori. 9

ſeminat, parce & metet. Reges ſiue Magi illi theſauros ſuos aperuerunt, quaſi dicere uellent: En omnia hæc tibi, ex ijs quod uoles accipito, qui quum nihil acciperet, ultro ei obtulerunt quæ habebant optima. Ita nos quoq; decet abundanter dare deo in cultu ſuo, in neceſſitatibus pauperum, utrinq; optima, utrinq; libere & hilariter,

2. Corin. 9 · Thob. 4

hilarem enim datorem diligit deus. Ita Thobias docuit filium ſuum, ut ſi multum haberet, largiter expenderet. Quiſquis ergo es opulentus & diues, diſce hic a Magis aperire theſauros tuos, neq; recludere archam & marſupium puero Ieſu: id fiet quum pauperibus largam dederis eleemoſinam, ſicut ille dicturus eſt in die nouiſſimo: Quod minimo iſtorum feciſtis, mihi

Mathe. 25

feciſtis, de quibus alias.

Obtulerunt ei aurum, thus & myrrhã, didicerunt hoc illi a ſpiritu ſancto: unde & munera hæc magnum quid ſignificarunt, pulcherrime autem ait Hyeronimus, mu-

Hierony.

nerum iſtorum ſacramẽta Iuuencus presbyter uno uerſiculo comprehendit: Thus, aurum, myrrham, regiq; hominiq; deoq;. Grego. enim inquit, Magi quem adorant etiam myſticis muneribus prædicant. Au-

Gregori.

ro regem, thure deum, myrrha mortalem, quoniam ea ipſa hominum cadauera condiuntur. Atq; hæc communis eſt doctorũ ſententia, quam etiã Leo Papa ſequitur. Theophy. hic ait: Vides Magorũ fidem ꝙ

Theophi.

& a propheta Balaam didicerunt dominũ & deum & regem eſſe, ac pro nobis moriturum? Audi autem prophetam: Accu-

Num. 24

bans dormiuit ut Leo. Ecce regiam dignitatem per leonem ſignificat, mortalitatem per accubitum & ſomnum. Qui benedixerit tibi: Ecce & deitatem: profecto. n. niſi myſteriũ tantæ ſignificatiõis haberet Euãgeliſta tam diligenter nõ indicaſſet. Neq; iterim reluctor poſſe hæc munera etiã ali-

Gregori. ter exponi,ut Grego.facit: Auro,inquiẽs,
ſapientia deſignatur,Salomone atteſtante
qui ait: Theſaurus deſyderabilis requieſcit
in ore ſapientis.Thure aũt quod deo incen
ditur,uirtus orationis exprimitur,iuxta il⸗
lud Dauidicũ: Dirigatur ad te oratio mea
ſicut incenſum in cõſpectu tuo : p̄ myrrhã
mortificatio accipit̃ carnis noſtræ, uel etiã
opera bona. Ad hunc ſenſum offerre domi
no debemus aurum ſapientiæ,dum a clari
tate eius ſapientes apparemus. Thus autẽ
quando cogitationes noſtras ſuper altari
pectoris incendimus, ut odorem bonum
ſentiamus ante deum per deſyderia cœle⸗
ſtia.Myrrham quoq;, dum uitia carnis &
pruritum libidinis per ieiunium coarcta⸗
mus: ideo.n.Iudæi in ſua ſepultura Myr⸗
rha utuntur, ut cadauera præſeruet a pu⸗
Iohan.19 tredine,ſicut ea uſus eſt Nicodemus in fu⸗
nere Chriſti. Ad hũc modum exponi poſ⸗
ſunt munera hæc,ſed in prima ſentẽtia ma
gis concordant doctores.

3. Porro aliam benignitatẽ hic Euan
geliſta comm emorat,a deo oblatam Ma⸗
gis: in ſomnis em̃ admoniti ſunt ne redirẽt
ad Herodem. Vide conſequentiam, primũ
Theoph. deus illos ad fidem per ſtellam adduxit,de
inde quum uenirent in Hieroſolymam do
cuit eos per prophetam, q̃ in Bethlehem
naſcatur,& tandem per angelum. Atq; id
reſponſum uocat Euangeliſta, quoniã etſi
interrogationis eorum nulla fiat hic men⸗
tio,ex animo eos deſyderaſſe,ut iam rurſus
in pace monſtraret eis deus dux & comes
Pſal.31 futurus tãti itineris,iuxta illud : In uia hac
in qua gradieris, firmabo ſuper te oculos
meos. Et deſyderium eorũ cum fiducia tan
ta conceptum exaudiuit dominus, per an⸗
gelum ſuum inſinans ipſis ne reuerterent̃
ad Herodem: Sunt qui putẽt illuminatio
nem hanc im mediate factam a deo per in⸗
ſtinctum ſuum ſine reuelatio ne angelica.
Ita Hiero.ſentit dicens: Reſponſum quod
Gloſſa Græce dicitur χρηματισθέντες nõ per ange:
lum fit,ſed per ipſum dominum. Idem ha⸗
bet gloſſa quædam dicens,fieri hic reſpon⸗
ſionemper ipſum deum ,quia nullus alius
uiam reuerſionis inſtituit, niſi ille qui dicit
Iohã.14 Ego ſum uia. Hinc autem nos principio
immenſam agnoſcimus bonitatẽ dei, quæ
de uirtute una creſcit in aliam, quia quib⁹
antea dominus per corporalem ſtellam lo⸗
quutus eſt, ſimulatq; adorauerunt eum &
munera obtulerunt, cũ ijſdem per angelũ
ſuũ uel ſemetipſum eſt loquutus , ſimulq;
reuelauit quõ domum redirent, ne rurſus
uenirent ad Herodẽ: idq; gemina de cauſ⸗
ſa,primum propter puerum,ne is tyranno
proditus diſcrimini uitæ exponeretur, qd̕
tamen adhuc uix effugit , nondum autem
tranſacta fuerant quæ fieri ordinauerat ſpi
ritus ſanctus , ut præſentatio & oblatio in
templũ &c. Deinde q̃ id Magis quoq; fu
turum erat periculoſum, qui ſi paruulũ na
tum indicaſſent,honorẽq; ei a ſe oblatum
aperuiſſent,poterat eos quoq; tyrãnus ſup
plicijs adficere,ſin aũt puerum indicare re
cuſaſſent,tormentis forſitan aut carceribus
illud extorſiſſet,idq; iam omne diuino hoc
reſponſo ſublatũ eſt. Nihil hic te moueant
Grammatici contendentes,hoc qd̕ Magis
de reditu per ſomnũ inſpiratũ ſeu reuelatũ
eſt,reſponſum dici nõ poſſe, quoniã illud
nulla præceſſerit interrogatio ; neſciũt em̃
qui hoc dicunt ſcripturæ cõſuetudinẽ, qñ
etiam dñs dicit ad Moyſen : Quid clamas Exo.14
ad me? neq; tñ ibi quicq̃ de illius ad dñm
clamore p̄cedit, ita hic quoq; ſentiẽdũ eſt.
Quæras: Quur nõ ipſe puer Ieſus rñſum
hoc eis dedit: id.n.fidẽ ipſorũ magis cõfir⸗
maſſet? Rñdet̃ nõ decuiſſe hoc,ne illud qd̕
ante tẽpus loquutus eſſet infans phantaſ⸗
matis potius q̃ ueri hominis fidẽ feciſſet:
ſed & ideo ad eos nõ loquutus eſt puer,ait
gloſſa,ne diuinitas ante tempus reueletur,
ſed ut uera humanitas habeat̃ : ipſi quoq;
Magi,ſi loquentẽ puerũ audiſſent, omne
fidei ſuæ meritũ amiſiſſent. Id etiã Chryſ.
indicat,dicẽs: Quũ eſſent cuncta alia uilia
niſi iſtud aĩos eorꝝ incitaſſet, nunq̃ p̄fecto Chryſoſt.
tm̃ honoris paruulo illi detuliſſent: idcirco
nihil ibi de ſenſibilib⁹ grande conſpicit̃, ſed
anguſtũ tugurium ac uile p̄ſepiũ & inops
mater,ut meli⁹ nuda Magorũ philoſophia
clareſceret,qui eum nõ tm̃ ut hoĩem,ſed &
deũ & bonorũ oĩm datorẽ coluerunt. Cõ⸗
ſydera igit̃ mirabilẽ illã fidẽ Magorꝝ,q nul
lo offendiculo moti inualide p̄ſiſtunt obe⸗
dientes in oĩb⁹,nõ auertunt̃ in maleuolen⸗
tiam ut cogitarẽt. Si magnũ qd eſſet puer

hic

hic, quid opus eſſet nobis adoratoribus & cultoribus ſuis fugere & clam diſcedere: nihil plane huiuſmodi cogitarunt, quoniã hoc in fide ſũmum & p̃cipuum eſt, ut præcipienti ſine controuerſia obtemperetur, ſicut ij Magi ſiue deo ſiue angelo reſponſum hoc danti paruerunt.

4. Hic quoq; obedientiam Magorum Euangeliſta declarat, quum ait eos reuerſos eſſe per aliam uiam in regionem ſuam: Hæc illa ſanctę eſt obedientia fidei, de qua iam teſtimonium induximus Chryſoſto. ſtatim enim illi paruerunt reſponſo, nec quicq; timuerunt ne forte ſe inſectaretur Herodes, cui ſic impoſuerunt, confiſi uirtute nati ut ait Theo. *Theoph.* Sunt ex doctoribus qui dicunt eos aſcendiſſe mare & nauigijs perueniſſe uſq; Tharſis, idipſum quoq; cõperiſſe Herodem & naues Tharſenſiũ cõbuſſiſſe, unde & Dauid cecinit, *Pſal. 47* In ſpiritu uehemẽti conteres naues Tharſis, ſicut & hiſtoria ſcholaſtica cõmemorat, & nominũ trium horum Magorum meminit, quę in latina eccleſia ſic habent Caſpar Balthaſar & Melchior. Ex eorum reditu conſtat etiam ipſos nec bona temporalia neq; honorem quæſiuiſſe apud puerum Ieſum, quia alias apud eum remanſiſſent. Quia autem adorato illo reuerſi ſunt, fidem quã ſemel a Deo acceperant utiq; diſſeminarunt pro uiribus ſuis, tantiſper dum Thomas apoſtolus ueniens perfectæ fidei ſacramẽta eis adnunciauit, quę illi ſedulo adiuti conati quoq; ſunt ſubditos ſuos ad fidẽ amplectendam conuertere. Hi magi uiri ſancti fœliciter deinde in Chriſti confeſſione defuncti ſunt, eorũq; corpora poſt multos annos Conſtantinopolim delata ſunt, deinde temporibus S. Ambroſij aduecta Mediolanum per. S. Arſatium, ubi multo tẽpore quieuerunt: uſq; ad imperatorẽ *Barbaroſ.* Fridericũ primũ, qui dict⁹ eſt Barbaroſſa, princepſq; fuit & dux Sueuię natus, ex familia ab Hohen Stauffen, is quũ rebelles uiciſſet Mediolãos quater ſe dedẽtes, ſuperata urbe reliquias trium Magorum ſimulq; Geruaſij & Prothaſij Epiſcopo Colonien. Rainaldo cancellario ſuo tradidit, qui & trium Magorũ corpora Coloniam, Geruaſij autem & Prothaſij in montẽ Briſiacum ſiue Breucomagũ, tranſtulit, anno Chriſti 1165. Poſſem ad longũ recẽſuiſſe hiſtorias ſed prop eremus ad finem. *Gregori.* Matth. per aliã uiam rediſſe eos teſtat̃, quo nobis etiã inſinuãt quid faciam⁹. Regio quippe noſtra paradiſus eſt, ad quã Ieſu cognito redire per uiã qua uenim⁹ ꝓhibemur, per inobedientiã eñ peccatũ & uoluptatẽ carnalem uenim⁹ in regionẽ noſtrã, ſed uiciſſim per obedientiã, pęnitentiã, contritionẽ ieiuniũ & alia opera bona redeundũ nobis eſt in paradiſũ. Quiſquis ergo huc deuenit per ſuperbiã, per Herodẽ diabolũ huc ꝑfectus eſt, per aliã uiã humilitatis reuerti debet, neq; rurſus ad Herodẽ diabolũ uenire. Et ita cõcludit hic Greg. quia peccata noſtra p̃terita in baptiſmatis perceptione laxata ſũt, *Grego* & tñ poſt Baptiſma multa cõmiſim⁹, ſed lauari iterũ baptiſmatis aqua nõ poſſumus, quia ergo & poſt Baptiſmum coinquinauim⁹ uitã, per baptiſmũ adhuc pęnitentiæ & lachrimaꝝ pctã delere debemus, ut uel ſic ĩ regionẽ noſtrã reuertamur quã per uoluptatẽ amiſeram⁹, ad eã aũt redeũtes per amaritudinẽ mali, Herodẽ diabolũ cũ oib. inſidijs ſuis euitem⁹, ꝓperemuſq; ad patriã fœlicitatis ęternę, quã nobis concedat oib. Ieſus Chriſtus dñs noſter. Amen.



In die S. martyris Sebaſtiani Euangelium Lu. vi.

Mathæi.4 IN illo tempo
re, Deſcendens Ie-
Mar. 3 ſus cũ Apoſtolis, ſte-
tit in loco campeſtri
Ioh.6 & turba diſcipulorũ
eius, & multitudo copioſa plebis ab
omni Iudæa, & Hieruſalem, & ma-
ritima Tyri & Sidonis, quę uenerãt
ut audirent eum, & ſanarentur a lan
guoribus ſuis, Et qui uexabantur a
ſpiritibus immundis curabantur. Et
omnis turba quærebat eum tangere,
quia uirtus de illo exibat, & ſanabat
omnes, Et ipſe eleuatis oculis in di-
Matth. 5 ſcipulos ſuos dicebat, Beati paupe-
Iac.5 res quia ueſtrum eſt regnũ dei, Bea-
ti qui nunc eſuritis, quia ſaturabimi-
ni, Beati qui nunc fletis, quia ridebi
tis. Beati eritis cum uos oderint ho-
mines, & cũ ſeparauerint uos, & ex
probrauerint uos, & eiecerint no-
men ueſtrum tanq̃ malum, propter
filium hominis, gaudete in illa die,
& exultate, ecce.n. merces ueſtra mul
1. Pet.4 ta eſt in cœlo, Secundum hoc enim
faciebant prophetis patres eorum.

Homilia vnica.

EVangelio hoc eccleſia in cõmuni
utitur de martyrib. qua aũt id ra-
tiõe, deinceps audietis, ſtat enim
ſentẽtia illud breuiter explicare, deinde in
honorẽ S. Sebaſtiani nõnihil diſſerere: Re
fert aũt Lucas dñm deſcendiſſe de monte
ſtetiſſeq; in loco campeſtri, & paulo ante
dixerat, aſcendiſſe eũ in montẽ orare, & in
oratione pernoctaſſe, elegiſſe etiã diſcipu-
los. 12. quos cõſtituit apoſtolos. Et poſt
hæc rurſus deſcendit de monte cũ diſcipu-
lis ad turbas q̃ hic congregatę erant ex Iu-
dæis & gẽtib. Cyril. a Thoma citat⁹ ſic ait
Cyrillus. ſuper hoc, Celebrata ordinatione apoſto-
rũ, plurib. cõgregatis cõſtituit eos totius
orbis doctores Iudæorũ & gentiliũ, utpo-
te qui euocarent Iudæos a legis ſeruitute,
cultores aũt demonũ ab errore gentili ad
ueritatis cognitionẽ, Ideo ergo ait Lucas
deſcẽdiſſe cũ eis dñm de monte. Aduerte,
inquit hic Amb. oĩa diligenter, quõ cum
apl̃is aſcẽdat & deſcẽdat ad turbas, qũo.n.
turba niſi in humili Chriſtũ uideret: nõ ſe-
quit̃ ad excelſa, nõ aſcẽdit ad ſublimia, ſed
ipſe de monte dñs deſcendẽs inuenit qũos
ſanet ægrotos. Neq; cogitat hoc grex, pe-
ne fex dixerã Neochriſtianorũ: q quacũq;
ui & uiolentia nitunt̃ in montẽ adſurgere Iſa.29. 33
& ſublimia fidei noſtræ myſteria indaga-
re, p̃latis autẽ eccleſiæ quos in mõte elegit
dñs, nolũt credere quicquã, nec uident uel Abdiæ. 1
cõcipiunt aĩo ꝙ hinc inde minat̃ ſcriptura
indagatores ſublimiũ confundi a dño & in 1. Corin. 1
terim, Nãq; & apud Mattheũ ſupra mon
tẽ apoſtolis ſeorſim ab alijs p̃dicauit Chri- Math. 5
ſtus, quo docere uoluit prædicatorẽ quẽli- Gregori.
bet ſermonẽ ſuũ ꝓ audientiũ intellectu ad
cõmodare debere & formare. Ita Paulus
fecit qñ Corynthijs ſuis loqui uoluit nõ ut 1. Corin. 3
ſpiritalib. ſed ut carnalib. ſicq; lac dediſſe
eis nõ ſolidũ cibum. Nã ſi qui ſint qui cum
apoſtolis audire poſſent, Vobis datum eſt
noſſe myſteria regni Dei, ij in ſublimiori-
ribus erudiri poſſent, aliter interim cum in
firmiorib. agẽdũ eſt. Accedit ijs exemplũ Pulchre
Chriſti qui interroganti quid faceret ꝓ ui- conueni-
ta ęterna poſſidenda, rñdit primũ in plani unt hæc
cie in ualle, an nõ ſciret legẽ, q̃ præcipit ne- prædicato
quis occidat, quę uetat adulterium &c. Ea ribus.
quũ ſe ſeruaſſe p̃dicaret deinceps eũ dñs in
mõtẽ ablegauit dicẽs Si uis perfect⁹ eſſe ua
de & uende oĩa quę habes & da pauperi-
bus & habebis theſaurũ in cœlo. Adducit
in hoc Grego. exẽplũ Iacob, qui uirgas in Genc. 30
potũ ouiũ proiectas partim decorticauit,
partim reliquit uirides, Ita oĩno etiam pa-
ſtor animarũ dum paſcit oues & ad aquas
ducit ſcripturæ ſanctæ, nõ debet loca illius
plane decorticare corã quibuslibet ſed pro
qualitate audiẽtiũ, ut hic & apud Matth.
factũ eſſe legit̃ Ecce.n. qñ Lutherus libel-
lis paſſim editis & impreſſis in uulgus ſpar
ſit altiſſima q̃q; fidęi nr̃æ myſteria, experti
ſumus q̃d inde leuitatis ꝓuenerit, quantus
etiã cõtẽpt⁹ diuinarũ & Chr̃ianarũ ordina
tionũ, quantũ inobedientiæ & ſeditionũ
ſuccreuerit, ſicuti ſatis uniuerſa iã ſuo ma-
gno periculo experta eſt Germanorũ na- Anno.
tio, Et utinã hæc mala non recrudeſcant. 1525.
2. Enumerat Euãgeliſta ex quibuſnã

gentib. turbæ illæ fuerint collectæ, quia ex
Iudæa & Hieruſalẽ, ex uicinia maris Tyro
& Sidone, gentiles fuerunt iſti impares &
fide & moribus, e quib⁹ ſuã quiſq; habebat
cauſſam ueniendi, ait. n. Lucas ueniſſe eos
Theoph. ut audirẽt ipſum & ſanarentur. Venerunt,
inquit Theo. ad dñm ut eos ſanet & gemi
nis bñficijs proſequat̃, in anima. ſ. & corpo
re, alij ueniebãt ut in corpore tm̃ ſanarẽtur
a morbis, qm̃ hic & obſeſſi a ſpiritibus im-
mundis curabantur, formã etiã addit Euã
geliſta qua ſanarit dñs ægrotos, eo ꝙ om-
nis populus cupiebat eũ tangere, uirtus. n.
exibat ab eo & ſanabat oẽs, Hoc ſi de con-
tactu fidei itelligam⁹, facilis eſt ſenſus, qm̃
qui per fidẽ tangebant Chriſtũ, ſanabãtur,
Lucæ 8 ſicut & apud Lucã quũ tetigiſſet eũ muli-
er, interrogans ille dicebat exijſſe a ſe uirtu
tẽ: Et in hoc diuinitatẽ ſuã cõfirmauit, nã
prophetæ & alij ſancti, autore Theo. non
Theoph. habebãt uirtutẽ a ſe egrediẽtẽ, ſiquidẽ nõ
fuerunt fontes uirtutũ, & quicquid habue-
rũt uirtutũ, deſup habuerũt. Chriſt⁹ aũt in
ſtar fõtis fuit, ſicut. n. fons aquã in ſe ſcatu
rientem habet, ita & fons ſpirit⁹ Chrĩ inex
hauſtã in ſe habet ſcaturiginẽ uirtutũ in cu
rando. Sancti interim fuerũt ciſternis ſimi
les, q̃ aquas non hñt niſi aliunde infuſas, &
ſic cuilibet ſctõ Chriſt⁹ dicere poteſt. Quid
habes qđ nõ accepiſti? per hoc tñ nõ nega-
mus etiã corporalẽ Chrĩ contactũ ſanitatẽ
eſſe operatũ, ſicut & mulier illa ſanata eſt
ex ſolo fimbriæ ſuæ contactu, & alibi ſæpe
in Euãgelio legim⁹, dñm ſolo tactu curaſſe
infirmos, ſic. n. ille tetigit ſæpe leproſos &
mũdati ſunt, tetigit pheretrũ in quo defun
Lucæ 8 ctus portabatur adoleſcẽs in Naim & re-
uixit. Qm̃ quũ fuerit in Chriſto diuinitas
humanitati unita in pſonæ unitate, etiam
corpus ſuũ peculiarẽ quandã uirtutem ha-
buit diuinã in curãdis ægrotis. 3. Diceres,
Atqui & ſcti ſolo cõtactu ſanarũt iſirmos,
quia cadauer Heliſæi quũ tetigiſſet tantũ
corp⁹ filij uiduę defuncti reſurrexit, & dñs
Marc. 16 idipſũ apoſtolis ſuis pmiſit, fore inquiens,
ut ubi impoſuerint man⁹ ſup infirmos bñ
habeãt: Rñdet hic dubiũ nõ eſſe & Chrm
& ſanctos tactu ſuo ſanaſſe egrotos, ſed hic
ſcrupulus latet, an in ipſis etiã ſctis uirtus
eiuſmodi fuerit ſanãdi iſirmos: Nã & Aug.
hoc in cõtrouerſiã ponit & ait. Siue deus Aug. li. 22
ipſe p ſeipſum miro mõ q̃ res tpales operat̃ de ciui.
ætern⁹, ſiue p ſuos miſtros iſta facit, ſiue q̃- dei. ca. 10
dã etiã p martyrũ ſpũs, ſiue p hoĩes adhuc
in corpe cõſtitutos, ſiue oĩa iſta p angelos,
ut q̃ martyres fieri dicunt̃, eis orãtib. tm̃ &
ĩpetrãtib. nõ etiã opantib. fiãt, hęc oĩa a no
bis mortalib. plane itelligi nequeũt. Greg.
tñ plus tribuit ſctis & ait. Qui deuota mẽ- Li. 2. dial.
te deo adhęrẽt, quũ rerꝫ neceſſitas expoſcit ca. 10
exhibere ſigna utroq; mõ ſolẽt, ut mira q̃q;
aliqñ ex prece faciant, aliqñ ex poteſtate,
quia. n. utroq; mõ miracula exhibeãt, teſta
tur Petr⁹ q Thabitã mortuã orãdo ſuſcita
uit, Ananiã uero & Saphirã mẽtiẽtes, mor Act. 9
ti increpãdo tradidit, & ꝙ ſcti in aĩab⁹ ſuis & 5
poteſtatẽ huiuſmodi habeãt ſibi a deo tra-
ditã faciẽdi miracula, Paulus docet quũ in
ter dona hoĩ cõceſſa diuint⁹ etiã grãm ſani I. Cor. 12
tatũ & miraculoꝝ enumerat. Qđ ſi porro
diſcrimẽ ĩgris uirtutis huius in Chriſto &
ſctis in curandis infirmis, neq; hic tibi una
cũ Aug. doctrinã certã ponere, & tñ reſpe
ctu impfectæ cognitiõis nrę in hoc ſtatu q̃ Auguſti.
i enigmate tm̃ cognoſcim⁹, hoc tibi exẽplũ
habeto: Philoſophi phibẽt eſſe inſtrumẽtũ
duplex, cõiunctũ & ſepatũ, ut q findit lig- 2. Phiſic.
na, medio gemino utit̃ cõiuncto, altero ma
nu nimirũ, & ſecuri qđ organũ eſt ſepatũ,
ita plane ſe res hẽt in hũanitate Chrĩ, eã. n.
iſtar man⁹ eſt, i qua naturalis uirt⁹ eſt hoĩs,
ſic & in hũanitate Chrĩ uirt⁹ diuina latet ei
unita, ſcti aũt ſunt quaſi ſecuris, q̃ p ſe non
ſecat aut uirtute iſita, ſed tũc tm̃ qñ ad hoc
adhibet̃, ſic & ſcti a deo mouent̃ ad agenda
miracula, & tñ nõ plane nihil agit ſecuris,
quia alias nihil referret bõa ne eſſet an ma
la: Atq; ex hoc fundamẽto rñſio naſcit̃ ad
alias q̃ſtiões, qñ cogitare poſſet quiſpiam, Tomo. 1
Quo tandẽ mõ auſi ſint ſancti opari mira- fo. 38
cula, an nõ temeritatis & ſupbię argumẽtũ
hoc fuerit ꝙ ipſi ſe tantos corã deo reputa-
rũt, ut ille p eos oparet̃ q̃ddã & ſupra natu
rã? Rñdeo, qm̃ humiles ſũt ſancti, & q̃ q̃ſq;
ſanctior eo etiã hũilior eſt, ut nõ ſit aliqua
in ſctis ſupbiæ ſuſpicio, Verũ qđ audent ſi-
bi miraculorũ ſumere operationẽ, non ex
eorũ temeritate prouenit, ſed Deo ſecrete
mouente & in ſpiratione ſua præuenien-
te, Ipſi enim inſtar ſecuris ſunt in miracu-

lo, necꝫ a ſe ſecant, ſed tunc quum operarius eam in manus ſumpſerit. Hinc factū eſt ꝙ ij qui proprijs uiribus & ſuapte fiducia adrogarunt ſibi uirtutem miraculorum nihil effecerunt, nam quum ſanctus miraculum uult operari, oportet eum diuinitus eo moueri, illudcꝫ ei a deo eſſe inſpiratum. Atcꝫ hoc eſt quod toties in ſacris literis habetur filios dei a ſpiritu dei agi. ſic S. Sebaſtianus Zoe mulieri mutæ uſum reſtituit loquelæ, & præſidem Chromatum quocꝫ ſanauit. Vt itacꝫ finiamus, per hoc iam exemplum intelligere poſſumus, quomodo uirtus exierit a Chriſto ſanandi infirmos, quæ res tamen non ideo ſtatim competit ſanctis, licet per eos Deꝰ miracula operet̃.

3. Non temere eſt etiam geſtus ille externus, ꝙ Lucas Chriſtum eleuaſſe refert oculos ſuper diſcipulos ſuos, & ſæpius illo uſus eſt dominus, adfectū enim inſinuat loquētis, & ſublimitatem eorum de quibus ſit ſermo. Ita etiam Iohan. ſcribit. Chriſtū eleuatis in cœlū oculis gratias egiſſe Deo patri: Ita ille idem ſacramentum euchariſtiæ inſtituturus, ut meminit eccleſia in ſacrificio miſſæ, eleuauit in cœlum oculos:

Iohan. 11 Necꝫ hic temere refert Euāgeliſta poſt deſcriptam hominum multitudinem, leuaſſe dominum oculos ſuos ſuper diſcipulos, cęteros nō item, Quid enim eſt, inquit Ambroſius aperire oculos niſi interius Lumē aperire? ſiccꝫ & ſi generaliter omnibus loquitur, ſpecialius tamē oculos ſaluator in diſcipulos leuat, ut ijs ꝗ uerbū intenta cordis aure percipiunt latius ſaporis intimi lumen aperiat. Quūcꝫ ſit ille mos ſcripturæ

Ambro. ut per oculorū intuitū & eleuationē miſericordiā deſignet, iam uerus dominus diſcipulis ampliora miſericordiæ dona exhibuit, ipſoſcꝫ pluribus donauit uirtutibus, recte hic Lucas expreſſit ſingularem oculorum eleuationem ſuper diſcipulos. Sed quid deinceps ad eos ſit loquutus, porro cōmemorat, dū quatuor ex ordine narrat Beatitudines, quarū expoſitio quia eadē eſt cū ijs quas Matth. c. 5. habet, qd' Euangelium in die S. Mauricij & oīum ſanctorū feſto legitur, latiorē ſuꝑ ijs diſputationē eo relegamꝰ. Necꝫ hic laboramꝰ aut cōcludimus eundē eſſe hunc Lucæ ſermonē cū illo Matthæi, ſed ſcholis reliquimus extutiendū, Interim deprecemur dominū &c.

Homilia ſecunda in ferijs S. Sebaſtiani martyris.

Multitudo languētiū ueniebat ad eum & ſanabantur omnes, Canit S. mater eccleſia de S. martyre Sebaſti.

NOs adhuc apud plęroſcꝫ eſt, dilectiſſimi in domino, ſicut & maiores noſtri qui fœliciter ex hoc ſæculo comigrarunt, quoſdā peculiares habere ſctōs quos aduerſus ſingulares morbos, alioſue caſus aut pericula & īminentia mala ꝓpulſanda īuocare, puta S. Sebaſtianū & S. Rochū contra peſtē epidimiæ S. Martinū contra febres, S. Barbaram ne mori eos contingat ſine uiatico ſacramenti Euchariſtiæ. S. Eraſmum aduerſus morbos uiſcerū, S. Blaſiū contra colli tumores S. Florianū, Laurentiū & Luciam aduerſus incendij periculū, Apoloniā contra dolores dentiū, Otiliā pro pellendis oculorū ægritudinibus, Pręgnantes mulieres pie uenerari ſolebant S. Ioſeph Elizabeth, Iohannē, Margarethā, Dorotheā & Annā, Contra ſacrū ignē colebatur S. Anthoniꝰ, & S. Valentinus cōtra morbum regiū, S. Anſtet aduerſus obſeſſionē dæmonum. S. Nicolaus īuocari ſolitꝰ in periculis aquarū & naufragijs, S. Florentius aduerſus calculū & harenā. Chriſtophorus cōtra inſidias inimicorū, Achatius ꝓ pace, Raphaël & tres Magi pro fœlici comitatu uiarum, & pręcipue Maria in aduerſis oībus: Ecce autē irruentes ueteres ſimul & noui Heræticí conantur morē hūc ut piū ita laudabilē deſtruere, atcꝫ in hoc ratiōes neſcio quo fuco illitas ꝓponunt, ita ut ꝑ eos multi ex ſimplicibꝰ offendantur, qui deinceps uenerationē ſanctorū cōſtāter hactenꝰ obſeruatā intermittūt. Vnde perſuaſus ſum in. S. Sebaſtiāi oīumcꝫ ſctōrū gloriā & honorē, conſueudinem illam catholicorum tueri, ſimulcꝫ docere æquiſſimam eam, honeſtā quocꝫ, laudabilem, ſcripturæ conſentaneam, deocꝫ placentem & meritoriam eſſe, hæc ubi oſtenderimus, ad finem argumenta eorum qui contra nituntur diſſoluemꝰ.

Sancti ne dentur

Sit

1. Sit hæc concluſio, Adeo non eſt iniquum ut ſit etiam honeſtum & iuſtiſſimū dominum deum pro temporalibus bonis acquirendis & propulſandis malis inuocare, id adeo ratione generali & ſpeciali confirmo, Omne enim id decet bonūqꝫ eſſe couincitur, quod nos ſpiritus ſanctus multis modis in ſcriptura docuit, qđqꝫ in eadem ſancti homines laudarunt, coluerunt & exercuerunt ipſi, idqꝫ per uniuerſum uetus teſtamentum perpetuo ſactitatum inuenimus: Quoniā ſic Pharao orauit Moy-
Exo.8 ſen & Aaron ut dominum deprecarentur pro tollendis ranis, ſic & Iudæi dixerunt
Num.21 ad Moyſen, Peccauimus quia loquuti ſumus contra dominum & te, Ora ut tollat a nobis ſerpentes: Inſuper & orante Abraham pro Abimelech ſanauit eū dominus, Moyſes quoqꝫ quoties dn̄m rogarit pro Iudæis ne perirent, ipſe eis enumerat in
Deut.9 Deutero. Et idem habūde ſatis docet Sa-
3. Reg.9 lomon, dum cōmemorat, quare populus deprecari debeat dominum, puta ſi fugerent a facie inimicorum, ſi non plueret, ſi caritas erat annonæ, ſi bella graſſarentur,
1.Par.20 Aut non hæc omnia temporalia ſunt pro quibus oratur dominus: ſic ſane per uniuerſam hiſtoriam Iudicum, Regum & Iudith habetur, ſic Ioſaphat & omnis Iuda orauit pro uictoria, ſic Ioſue oratione ſua impetrauit ut ſol ſtaret, ſic iuſſit & ipſe do-
Hier.29 minus Iudeos in captiuitate orare pro pace ciuitatis in qua erāt, quoniam pax illius ipſorum quoqꝫ pax futura erat, Sic orauit
2. Mac.4 Machabæus obuiante ſibi in campis exercitu magno, ſic nos in nouo teſtamento
Math.24 orare iuſſit dominus ne fiat fuga noſtra in
Act.12 hyeme, ſic pro liberatione Petri uniuerſa orauit eccleſia, quæ res cum omnibus omnium prophetarum conuenit oraculis.

Ad hæc poteſt etiam illa ratio reddi, Quia quodcunqꝫ licite poſſumus appetere, pro eo quoqꝫ licet nobis Deum orare, Quis autem adeo uel imprudens eſt uel impudens ut neget orandum eſſe Deum pro pace, ſanitate, fertilitate terræ & id ge-
Gene.27 nus alijs, quoniam ſic Benedixit Iſaac filium ſuum Iacob dicens, Det tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ habundantiam frumenti uini & olei, & ſeruiant tibi populi. Ita Moyſes enumerat Iudæis *Deut.8* ꝙ fertilem boniſqꝫ omnibus habundantiſſimam regionem accepturi eſſent a domino deo & ait, dominus tuus erudiuit te ut cuſtodias mandata domini dei tui, & ambules in uijs eius & timeas eū, Dominus enim deus tuus introducet te in terrā bonam, terram riuorum aquarūqꝫ & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyſſi, terram frumenti, hordei, ac uinearum, in qua ficus & malo granata & olìueta naſcuntur, terram olei ac mellis, ubi abſqꝫ ulla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium habundantia perfrueris: Item in omnibus quoqꝫ prophetis inuenire licet, quomodo eis dominus deus tēporalia bona promiſit plurima, ſi modo ſeruiant ei ſeruentqꝫ mandata ipſius. Ita enim per Malachiam quoqꝫ dicit dominus, Inferte omnē decimam in *Malac.3* horreum meum, ut ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit dominus, ſi non aperuero uobis catharactas cœli & effudero uobis benedictionem uſqꝫ ad habundantiam, Et increpabo pro uobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ ueſtræ, nec erit ſterilis uinea in agro, dicit dominus exercituū. Ecce quis iam prohibeat licite nos poſſe orare deum, pro eo quod ipſe nobis promiſit ſe daturum, ſi uixerimus ſecūdum legē mandatorū ipſius.

2. Diceres, Vera hæc in ueteri fuiſſe teſtamento, quoniam ſic Auguſt. diſcrimen hoc eſſe dicit utriuſqꝫ teſtamenti, ꝙ uetus promiſit temporalia, diuitias, pacem, longeuitatem &cę. ſicut & in decalogo præceptum eſt illis, honorare parentes, ut ſint longæui ſuper terram, atqꝫ ſic longæuitatem poterant etiam hic petere a domino: In nouo autem ſanctiora quædam & cœleſtia promittuntur, unde & nouo & priſcis antea ſæculis iuſitato uocabulo uſum eſſe in Euangelio dominū perhibet Gre- *Gregori.* gorius, ꝙ toties regnum cœlorum ibi ingeminauit, unde quis colligat ita decuiſſe ut in ueteri teſtamento pro temporalibus oraretur, in nouo autem non ſic: Reſpondetur uerum quidem eſſe quod in hunc modū duo teſtamenta diſtinxit Auguſt. Ve- *Auguſti.* rū ꝙ inde elicitur, ideo in lege Euangelica

pro temporalibus non eſſe orandum,neq;
recipimus neq; uere conſequitur,ſed hoc
tantum ꝙ præcipue pro ſpiritualibus ſit
orandum bonis,deinde etiam pro tempo-
ralibus tanq; ad illa conducentibus, ſpiri-
tualia enim ſine temporalibus nõ poſſunt
Ambroſi. diu ſubſiſtere, inquit Ambroſius:Id adeo
ex cõmuni ſanctæ eccleſiæ conſuetudine
facile confirmabimus, quoniam illa in le-
tanijs precatur dominum ut nos liberet
a bellis,peſte,morte ſubitanea, inſidijs ho-
ſtium & hæreticorum,omnibuſq; malis,
Inſuper petit a domino quatenus ille tem-
pora noſtra in pace cõponat,fructus terræ
nobis cuſtodiat,In hoc inſtitutæ ſunt ſup-
plicationes aduerſus bella, peſtẽ omneſq;
aduerſitates,ſunt in eundem uſum paratæ
miſſæ aliquot,pro infirmis,pro iter agen-
tibus,ſuper ſponſum & ſpoſam, & aduer-
ſus peſtem epidimiæ,pro captiuis,pro fer-
tilitate terræ, contra bella & omnia pericu
la imminentium malorum. Quæ quum
omnia per uniuerſam uſurpẽtur eccleſiã,
quis tam erit impudens ut Chriſtianorum
reijciat orationes pro bonis temporalibus
ad Deum? Quid quod idẽ nos facere do-
1.Timo.2 cuit etiam Paulus: ita enim ait,Obſecro
primum omnium fieri obſecrationes, ora-
tiones,poſtulationes, gratiarum actiones
pro omnibus hominibus, pro regibus, &
omnibus qui in ſublimitate cõſtituti ſunt,
ut quietã & tranquillam uitam agamus.
Ecce quod & Paulus cupit pro magiſtra-
tibus orari,ut tranquilla peragatur uita,&
tamen illa uitæ huius pax atq; tranquilli-
tas bonũ utiq; tẽporale eſt, q̄uis ubi quis
deum oraret finaliter & præcipue pro tẽ-
poralibus bonis,neq; ea ordinaret in ęter-
na,is bene non faceret. Atqui deum inte-
rim rogare poſſum⁹ ꝓ tẽporalibus,in qui-
bus ſic uiuamus ne per ea amittamus ęter
Pſal. 102. na:Quilibet igitur cum propheta clamet
ad dominum,Non ſecundum peccata no-
ſtra facias nobis domine, neq; ſecundum
iniquitates noſtras retribuas nobis.

3. Quando iam conſtat ex ipſis tum
ſacris literis tum eccleſiæ ſanctæ conſuetu-
dinibus,poſſe nos colere & orare dominũ
deum pro bonis temporalibus, ſequitur
nihilominus poſſe nos etiã ſanctos inuo-
care,ut pro huiuſmodi nobis ſint ĩterceſſo-
res apud Deum,quãdo certum eſt ꝙ pro
quibuſcunq; nos licite poſſumus dominũ
rogare,pro iiſdẽ interuenire nobis poſſũt
etiam ſancti apud eundẽ. Sic eccleſia orat
de uirgine matre,Concede nos famulos
tuos quæſumus domine deus noſter,per-
petua mentis & corporis ſanitate gaude-
re,& glorioſa beatæ Mariæ ſemper uirgi-
nis ĩterceſſione a pręſenti liberari triſtitia,
& futura perfrui lætitia. Sic Caſſiodorus Caſſiod.
uerba pſalmiſtæ intelligit quãdo canit, Le Pſal. 120
uaui oculos meos in montes, unde ueniet
auxilium mihi. Ait enim,Qui quaſi incli-
natus clamauit, iam reſpirans ad interceſ-
ſores ſanctos, leuat, quoniam per montes
ſancti interceſſores noſtri ſignificantur, e
quibus Dauid auxiliũ ſperauit,qui tamen
ipſe mons mirabilis extitit. Et q̄uis ille
opem ſanctorum implorauit,præcipue ta-
men a deo omne ꝓmanat auxilium, quod
ipſe paulo poſt fatetur inquiens,Auxiliũ
meum a domino. Videm⁹ ergo Dauidis
exemplo ꝙ ubi primum oculos noſtros le-
uamus ad ſanctos,dominus opem fert no-
bis: Quomodo Helias pluuiam impetra-
uit a domino,quũ aliquot annis non plue 3.Reg. 18
rat, Et Iob quotidie offerebat holocauſta
dicens,Ne forte peccauerint filij mei. Do- Iob.1.
minus quoq; deus ſic loquut⁹ eſt ad Eze- 3. Reg. 2
chiam,ꝓtegam urbem iſtam propter me,
& propter Dauid ſeruum meum. Et per
hoc intellectus patet uerborum S. Grego- Gregori
rij,qui ſanctos ſtellis, Chriſtum autem ſoli
cõparat. Quiſquis ergo ſanctorum aufer-
re conatur interceſſionem, quid aliud facit
niſi ꝙ ſolem tantũ & ſtellam nullam uult
habere. Et tamen Petrus dominum inter-
rogauit per Iohannem, gentiles per Phi-
lippum,Centurio per ſeniores Iudęorum:
Quur non & nos poterimus illum in ne-
ceſſitatibus noſtris iuocare per ſanctos &
electos ſuos, atq; pro temporalibus bonis
æque atq; pro æternis, ſicut plæriq; illã a
S.Barbara gratiam ſibi dari petũt,ne mo-
ri eos contingat ſine uenerabili ſacramen-
to, quem morẽ quis unq; Chriſtianus au-
debit dicere malum,quum tamen condu-
cat ad uitam & fœlicitatem æternam?

4. In confeſſo eſt igitur ex prædictis poſſe nos & deum orare pro tēporalibus, & ſanctos implorare in huiuſmodi neceſſitatibus noſtris, reliquū eſt ſuper eo diſſerere ꝙ alios ſanctos ꝓ alijs bonis inuocamus impetrandis & malis euertendis. Quod & ſi ex ſola Eccleſiaſtica conſuetudine cuiqꝫ ſatis eſſet probatum, tamen ex ſuperfluo teſtimonia inducemus. (Augu. li. 22. ciui. c. 9) Auguſtinus refert deum per aliquem ſanctum operari, quod nec per alium nec in quolibet loco faciat, inducit in hoc miracula multa per ſanctos exhibita, præcipue per S. Stephanum qui ſuæ Eccleſię Hipponen. patronus extitit, (De oratione.) ſimile cōmemorat de S. Geruaſio & Prothaſio. Priuilegio autem certo quoſdā donatos eſſe ſanctos præ alijs, Ioannes Gerſon cōprobat parte tertia, eo ꝙ Paulus dicat: (1. Cor. 12) Vnicuiqꝫ datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem, & alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſcientiæ, alij ſermo ſapientiæ, alij fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum, alij operatio uirtutum &c. Iam uero conſtat illam donorum diſtributionem non tantum ſanctis cōpetere hic adhuc in terra uiuentibus, ſed et illis qui iam conregnant cum Chriſto.

Atqꝫ certum id eſſe, ꝙ etiā ſancti in cœlo eodem modo diſtincta receperint a deo dona, ad longū poſſet deduci, ſed nos breuiter perſtringemus, primumqꝫ fundamēti loco pono illud uerbum Auguſt. (Auguſti.) Contemplare anima mea, quanta a Deo bona ſuſceperis, cōmuniter cum omnib⁹ hominibus. Inſuper ad cogitationē reuoca quāta dona acceperis cum quibuſdā, quæ etiam quantaqꝫ ſuſceperis ipſe ab alijs ſeorſum. Sequit̃ hinc ex ſententia doctorꝝ, quēlibet in terris hominē peculiare donum habere, quo reliqui oēs careant in mundo. Prouenit aūt illud ex omnipotentia dei, & inexhauſto fonte infinitæ bonitatis ſuæ. Neqꝫ mirum tibi hoc fiat, quū inter tot hominū millia nō duos inuenias uel facie uel uoce & ſermone inter ſe ſimiles: Qđ ſi ergo uberem & habundantiſſimā ſuā bonitatē declarauit in corpore (ſicut & ex multis ſcriptorib⁹ nō duos inuenias, quorꝝ characteres in ſcribendo cōueniant) quanto magis ille tm̄ ſuæ bonitatis theſaurum cōferet in animam, creaturā ſane nobiliſſimam, & id quidem nō paulo tum ꝓclarius tum illuſtrius factū cenſeri debet in ſanctis in uita æterna, quos ille exornauit ſup oēs creaturas, ut luceant ſicut ſtellæ in firmamento. Atqꝫ ideo de cōfeſſorib⁹ ſic canit Eccleſia: Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi; (Eccle. 44) qđ ꝗuis primo de Abraham ſit a ſapiēte uſurpatū & ſcriptū, eccleſia tñ eo nunc de confeſſorib⁹ omnib⁹ utit̃, & tamen de quolibet iuxta ſanctitatis perfectionem intelligi non poteſt, quoniā dū cano de. S. Vdalrico, non inuentū ei ſimilē qui legem conſeruet excelſi, utiqꝫ non intendo eum exaltare ſuper S. Martinū aut S. Nicolaum, ſed ita demum locus ille ſaluatur, ſi eum ita intelligas, ut quilibet ſanctus peculiarē quandam gratiam receperit a deo, in qua ſimilem ſibi alium non habeat. Deſinant itaqꝫ mirari ſcioli iſti, ꝙ illo priuilegio S. Sebaſtianum deus donauit, ut hominū eſſet interceſſor aduerſus horrendam Epidimiæ peſtem, ſicut ille ex gratia dei multa & uaria pro Chriſti nomine ſuſtinuit tormenta. Quomodo alij quoqꝫ ſancti certis ſunt priuilegijs & donationibus illuſtrati a deo, ut diuerſis medeantur malis inuocati. Cæterum S. Sebaſtianus ciuis Mediolanen. Diocletiano & Maximiano Imperatorib⁹ charus admodum extitit, ideo & primæ cohortis Centurio ab eis conſtitutus, ſub militari tamen chlamyde animū pium geſtabat, quumqꝫ nobiles duo fratres, Marcus & Marcellianus propter fidem Chriſti in carceres cōiecti, iam imminente ſupplicio a parentib⁹ & uxoribus pene ad defectionem fidei adducti eſſent, Sebaſtianus eos in fide confirmauit oratione fortiſſima, quam & audiuit Zoë uxor eius qui uinctis præerat, quū ſexennio toto caruiſſet uſu loquelæ, uidit ſimul angelum ante Sebaſtianū ſtantē, librūqꝫ manu tenentem, ex quo illa omnia legit ſ. Sebaſtianus, illa concidit ad pedes S. Sebaſtiani, & rurſus loqui cœpit. Tandē poſt multa per exhibita miracula peruenit fama ad imperatorem, qui ingratitudinem ei primum exprobrauit, ſed quum libere confiteretur Chriſtum, in aperto campo arbori alligatus, ſagittis undiqꝫ confoſſus

& pro mortuo relictus eſt. Nocte dehinc uenit mater Caſtuli ad eum, quem quum inueniſſet uiuum, ſecum adduxit domum, curaq; illiꝰ habita, ſtatim ſanatus eſt. Quo facto iterum ſe exhibuit imperatoribus & eorum in trucidandis Chriſtianis increpauit tyrannidem. Verum illi clauis & fuſtibus cedi eum fecerunt uſq; ad mortem, corpus deinde abiecerunt, ſed tunc S. Sebaſtianus apparuit cuidā piæ matronæ Lucinæ, eiq; corpus ſuum reuelauit, quæ cum cæteris Chriſtianis ſublatum illud honorifice ſepeliuit. Eius meritum & interceſſio apud dominum deum nobis adſit perpetuo: Paſſus ille eſt martyr domini præcioſus, anno a nato Chriſto. 287. Nos itaq; tanti patroni ſuffragijs cōfiſi ſedulo ipſius opem imploremus, ut nos a ſæuiſſima peſte Epidimiæ ſuis ſanctiſſimis precibus cōſeruare & præmunire dignetur, dicamuſq;

Pectore firma tuo fidei conſtantia ſacræ,
Martyr ſancte ſedens te facit illa pati.
Quæſo tuis precibus peſtē depelle furētē,
Nāq; quo hæc pateris, nil negat ille tibi.



In die S. Agnetis virginis & martyris, Euan. Matt. XXV.

Illud require ſupra in ferijs Sanctæ Barbaræ.

Homilia vnica

Etſi in hac parabola, uirginum audimus appellationem tantam, ibi tamen ex ſententia Augu. & Grego. omnes intelligendi ſunt Chriſtiani, inter quos nonnulli boni, alij mali ſunt, habent, n. ex ijs quidam in lampadibus, hoc eſt, in cordibus & fide ſua, oleum diuinæ charitatis & conſcientiæ rectæ. Moram autem faciente ſponſo cœperūt dormire oēs. Vbi uno omnes doctores ore fatentur & conſentiunt ſponſum hunc Chriſtum eſſe de quo Dauid inquit: Sicut ſponſus procedens de thalamo ſuo. Sed & baptiſta eius Ioannes ipſum ſponſum uocauit, dicens: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Eccleſia autem ſponſa Chriſti eſt, iuxta illud Pauli Viri diligite uxores, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, quam et Ioannes de cœlo uidit deſcendentem nouam ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Huic itaq; ſponſo Chriſto domino occurrunt Chriſtiani, aduentū illius expectantes, teſte Auguſtino, quoniam Chriſtiani omnes ad illius aduentum uocati ſunt, ſicut ipſe eos toties in Euangelio uigilare iubet dum ueniat. Moratur autē ille dum nouiſſimum diem expectat, ſiquidem non parum temporis inter priorem & ſecundum aduētum domini prætergreditur. Veruntamen ſicut præmonuit Abacuc, ſi moram fecerit, expecta illum. Et quod dormierunt uirgines illæ conſopitæ omnes, non de ſomno peccatorum intelligi debet, q̄uis enim refrigeſcet tunc charitas multorum, remanebunt tamen nōnulli uſq; in finem, & ij nomine uirginū prudentum deſignantur, magno charitatis ardore perſeueraturi, iuxta illud Auguſtini: Non obrepſit eis frigus charitatis, ſed feruit uſq; in finem, quia feruet uſq; in finē, ideo ſponſi ianuæ patuerunt. De alio igitur ſopore hic agitur, puta mortis ipſius, quoniam ſic ait Hieronymus: Sanctorum mors ſomnus appellatur, ideo dicitur dormierunt, quia poſtea ſuſcitādi ſunt: Id etiā ex uerbis Pauli ſatis liquet, quæ habent: Nolo uos ignorare fratres de dormientibus. Ita in hiſtoria Regum: Quicunq; mortui ſunt condormiſſe dicuntur cum patribus

Marginal notes: Auguſt. — Pſal. 18 — Ioan. 3 — Ephe. 5 — Apo. 21 — Auguſt. — Mat. 24 — Luc. 12 — Hierony. — Abac. 2 — Math. 24 — Auguſt. — Hierony. — 1. Theſ. 4 — 3. Reg. 11

Iob.7 bus ſuis. Et Iob inquit: Ecce in puluere dormio, hoc eſt, morior, quod in multis alijs quoq; ſcripturæ locis inuenies. Dum itaq; moratur ſponſus, obdormiuit mens, hoc eſt, dum expectamus omnes diem nouiſſimū, alij poſt alios morimur, ꝗuis multi iamiam imminere diem putāt extremū: Grego: dominica 2.Aduen. ſicq; tempore ſuo Gregorius, & ante eum cenſuit Auguſtinus: Semper enim dum ſurgit gens contra gentem, aliaq; ex alijs bella naſcuntur, dum ęrumnis omnia miſerrime implentur, & tot undiq; terræmotus fiunt, interimq; dies extremus non uenit, ſemper moratur ſpōſus: ſicut nunc etiā multi clamitant & conquerunt̃ de bellorū tumultibus, de annonæ charitate, de tot Anno 1530. inundationibus aquarū, ut Romæ nuper & in Flandria atq; in Selandia contigit, de innumeris morborum generibus, ut ſudore Anglico, unde multi clamant inſtare diem nouiſſimū, & tamen moratur ſponſus. Neq; interim hæc tanta ſunt (ꝗuis ſint maxima) ut permoueant quod credam illum appropinquare, ſed hoc me maxime mouet, ut credam non procul abeſſe Antichriſti tempora, quod Chriſtianiſmus tantum deficit, quodq; nonnulli Chriſtianorum miſſæ ſacrificiū impugnant & abrogant, iuxta prophetiam Danielis. Nihil tamen hic præſumo eorū tangere, quæ ad occulta dei iudicia ſpectant, quæq; nō licere apoſtolis ſuis ſcire ipſe prædixit domin⁹ aſcenſurus in cœlum, ſed quantum coniectura loqui ꝑmittit, ſicut loquuti ſunt ſancti patres, Auguſtinus, Greg. & Bernhardus, leuioribus perſuaſi argumentis.

2. Nocte uero media factus eſt clamor Ecce ſpōſus uenit. Quod hic ait dominus de nocte media, ſunt qui referre conentur ad ipſum tempus quo uenturus ſit ipſe ad 1.Theſſ:3 iudicium, eo ꝙ Paulus dicat, dies domini ſicut fur in nocte ita ueniet. Et ad hūc ſenſum facit qđ Hiero. dicit cōſtantē eſſe Iu- Hierony. dæorū ſententiā, Chriſtū media nocte uenturum, ſicut tempore Aegyptiorū, quādo Exo.12 celebrantib⁹ eis paſcha ſuperuenit exterminator, poſteſq; mentiū noſtrarum ſanguine agni ſunt ſanctificati. Addit Hiero. hic opinari ſe natā illā cōſuetudinē, & ab apoſtolis uſq; in ſua tēpora deriuatā, ne plebs in die ſancto paſchæ ante mediam noctem ad ꝓpria redire permittat̃, ut aduentū exPſal.118 pectare uideat̃ dn̄icum. Vnde & Dauid cecinit: Media nocte ſurgebā ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſticię tuæ. Sed de ijs certi nil conſtat. Verum Augu. Theophy. aliiq; doctores cōmuniter intelligere hic nolunt per mediam noctē tempus iudicij, qđ alias in ſcripturis fere diei, nō noctis nomine exprimit̃. Volunt ergo dominum inſinuaſſe hic incertitudinem temporis iudicij extremi: ſicut. n. quis ex improuiſo per ſomnū obruit̃, ita ueniet dn̄s quū minime ſperabit̃. Et ſic quando aduenturū ſe minat̃ media nocte, illud tempus deſignat qđ nemini conſtat, iuxta illud quod dixit apoſtolis: Non eſt ueſtrū noſſe tēpora quę Actu.1 pater in ſua poſuit poteſtate. Et alibi: Vigi Matt.24 late, quia neſcitis qua hora dn̄s ueſter uenturus ſit. Quod autē tunc clamor futurus ſit, intelligūt doctores quidā de uoce Chri qua ille mortuos reſuſcitabit, de qua dixit: Quia audient mortui uocē filij dei, & qui Ioan.5 audierint uiuent. Alij exponunt de uoce angelorū, qui clamabunt: Surgite mortui, uenite ad iudicium. Sic. n. & Paulus ait deſcenſurum dominū de cœlo in iuſſu & uoce archangeli, & in tuba dei (uide Homilias de die nouiſſimo) Quis etiā futurus ſit il Tom.1 fol.8 le clamor, addit & ait. Sponſus uenit exite obuiā ei. Exitus hic referri poteſt ad ipſum ſtatim egreſſum ex ſepulchro, eritq; ea citatio peremptoria ad iudiciū, quæ & fiet per angelos, ꝗuis exitū hunc nonnulli intelligunt de raptu illo quo mortui rapient̃ obuiam Chriſto in aëra: ſicut & Paulus loquitur: Cui tamen in ſequenti textu de iuſtis loquenti prior illa ſententia propinquior eſt.

4. Surrexerunt itaq; uirgines illæ oēs, quoniā quū inualuerit clamor angelorū, & uox Chriſti, ſurgent tunc oēs mortui, dicente Chriſto: Venit hora quando oēs qui Ioan.5 in monumentis ſunt, audient uocē filij dei & ꝓcedēt. Simulatq; aūt ſurrexerūt adornarūt lāpades ſuas, lāpades, inquit Theop. Theoph. aīæ nr̄æ ſunt, & uniuſcuiuſq; mens lampas eſt, quę accenditur quando habet oleū uirtutū & miſericordiā. Et ſic Dauid cæcinit: Paraui lucernā Chriſto meo, lucernā

intelligens conſcientiæ. Quæras: Qua re lampades ſuas ornarint fatuæ, quū uacuæ fuerint illæ, uirtutib⁹ & gratiæ deſtitutæ? Rñdetur, etſi uacuæ fuerint olei & dilectionis diuinæ, ornatæ tñ extiterunt ꝓfeſſione fidei, & quibuſdam alijs donis dei, ideo neq; illæ omnib⁹ carebunt operib⁹ bonis, quæ etſi ſequentib⁹ contaminarunt peccatis, ꝓducent tamen ea quaſi multū ſibi ꝓſutura, ideoq; & ait dominus: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorū. Intelligere hoc idem ex ijs poſſumus quæ de forma iudicij cōmemorat dñs, quando dicturus eſt malis, eſurijſſe ſe, nec tamen eſſe ab eis paſtum, ubi prætextu quæſito dicent illi excuſaturi ſe ipſos: Domine, quando uidimus te eſurientem? Ecce quō iſtæ quoq; uolunt lampades ſuas ornatas eſſe, quę tñ uacuę ſunt oīs boni. Sunt qui putēt hic ornare lampades eſſe ſemet excutere & cogitare quid fecerit boni, perpendere etiā bonorū circūſtantias. Nam in die nouiſſimo aperient libri conſcientiarū ſingulorū hominū. Qua de re plura in Homilijs de extremo iudicio. Parte. 1 fol. 11

4. Dixerunt fatuæ prudētibus: Date nobis de oleo ueſtro, quia lampades nr̄æ extinguunt. Pręclare hic b. Augu. Augu. Anteq̄ dormirent, inquit, illæ uirgines non eſt dictum, quia extinguebant lampades, illarū ſapientium lampades ardebant de oleo æterno, de conſcientiæ ſuæ ueritate, de interiori gloria, de intima charitate. Ardebant & illarū fatuarum, quia nō deerant laudes hominū, poſtq̄ aūt ſurrexerunt. i. in reſurrectione a mortuis, quia tunc nemo eſt qui laudet, omnis homo cauſſæ ſuæ uacat, nemo eſt tunc qui non de ſe cogitet, nō ergo erant qui oleum uenderent. Et tunc inclamabunt opem ſapientium, ut eis communicent de oleo ſuo. Quod tamen non eodē ab omnibus modo exponitur: ſunt enim qui putant petijſſe eos ut adiuuarent bonis operibus piorum, alienis gauiſi meritis. Quæ nimis inconſulta fuit perſuaſio, & ideo recte eas a principio para bolæ uirgines fatuas uocauit dominus, quoniam tardum & ſerum nimis erit tunc de eo tandem cogitare, quando hic in terris tantum bonorum operum communicatio locum ſuum obtinet, quā intendens Paulus dixit Ex æqualitate in præſenti tempore, ueſtra 1. Cor. 8 habundātia illorū inopiam ſuppleat, ut & illorū habundantia ueſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas. Hic itaq; in terris poterāt participes facere ſe alieni meriti, in die nouiſſimo nō item, quia tunc implebitur illud Dauidis: Dormitauerunt Pſal. 75 ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt in manibus ſuis, omnes uiri diuitiarum. Qui ſe bonis operibus diuites putant, ita ut multa ſibi uidebantur feciſſe bona, ubi ad iudicem uentum fuerit, extinguentur opera illa omnia, quæ hic temporalis tantum gloriolæ captandæ gratia fecerant. Et ideo ſtulte petentib⁹ fatuis ſimili modo reſpondetur, iuxta dictum Sapientis: Mendica- Prou. 20 bit in æſtate, & nihil dabitur ei, dicetur autem iſtis: Ite ad uendentes & emite uobis, ne forte non ſufficiat nobis & uobis. Hæc inquit Hieronymus, non de auaritia, ſed Hiero: de timore reſpondent. Chryſoſto. quoq; Chriſoſt. ſic ait: Nec humanitas earum a quibus petebatur, nec petitionis facilitas, nec petentium neceſſitas effecit, ut impetrarent. Hinc docemur, quia nullus nos, qui opera perdidimus, defendere ibi poterit, non quia nollet, ſed quia non poteſt. Videmus enim prudentes ad impoſſibilitatem confugere, quod & Abraham denotauit, dicens: Magnus inter nos & uos hiatus exi- Luc. 16 ſtit, adeo ut nec uolentes pertranſire traijcere poſſint. Nec multum abludit quod habet hic Auguſtinus, dicens: Quid eſt, Auguſt. non ſufficiat nobis & uobis. Non deſperatione dictum eſt, ſed ſobria & pia humilitate, q̄uis enim bonus bonam conſcientiam habet, tamen in timore adhuc conſiſtit ob quotidianos defectus, clamans ad dominum: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quo reſpexit & Petrus, quum ait: Vix iu- 1. Pet. 4 ſtus ſaluabitur, impius autem ubi apparebit? Horrebit itaq; magno timore ꝑculſus in hoc tremendo iudicio etiam iuſtus, ante faciem & conſpectum, irati iudicis, quoniam ſedente iuſto iudice in throno ſuo, quis gloriabitur caſtum & pudicum ſe pectus habere?

5. Quando iam ſupra diximus illud qđ

ſurrexerunt uirgines de die nouiſſimo in-
telligi: Quæret aliquis, quomodo fatuæ
abierint, emptũ oleũ m? Ei reſpõdeat Au-
Augu. guſtinus, quoniã iſtud: Ite potius ad uen-
dentes non conſulentium, ſed irridentium
eſt, ac ſi dicerent: Quia non ſolebatis bene
uiuere, niſi quia uos homines laudabant
qui uobis oleum uendebant, laudes uen-
debant, qui autem uendũt laudes, niſi adu
latores? Noluit ergo Dauid oleum huma-
næ laudis emere, quum ait: Corripiet me
Pſal. 140 iuſtus in miſericordia, & increpabit me, o-
leum autem peccatoris nõ impinguet ca-
put meum. Sed quid eſt oleũ peccatoris?
Theoph. nihil aliud ꝙ blandimentum aſſentatoris.
Theophy. Pœnitudine, inquit, ducuntur
fatuæ, eo ꝙ eleemoſinam non fecerint, &
nunc primum ſciunt ꝙ a pauperibus opor
teat nos oleum emiſſe. Hoc eſt igit̃ quod
dicit, abire ad uendentes, hoc eſt, mente a-
bierunt ad pauperes, & ſecum cogitarunt,
Chryſoſt. quale bonum ſit eleemoſina, ſed clauſa eſt
eis ianua (Ipſe enim & Chryſo. totã hanc
parabolam ad finem eleemoſinæ interpre-
Lyra. tantur) Lyra dicit per hoc denotari remor
ſum propriæ conſcientiæ. Quid multa? la
bor hic uanus & inutilis extitit, quoniam
in eodem tempore ſponſus aduenerat, &
quæ paratæ fuerant, intrarunt cum eo ad
nuptias, id fiet quando ſponſa Eccleſia cũ
Chriſto glorificabitur. Prudentes uirgines
ingrediuntur ad nuptias, dum ad gaudia
admittuntur fœlicitatis æternæ: fatuis au-
tem ianua cœli eſt perpetuo clauſa, quo-
niam paratæ nõ ſunt. Prudentes in lampa
dibus conſcientiarum ſuarum oleum fo-
uent operum bonorum & charitatis diui-
næ, quum interim fatuæ omni uirtute &
dilectione deſtitutæ excluduntur per ęter-
nam damnationem, & ut maxime pulſent
ſero tamen nimis adueniunt, quum clauſa
iam ianua mereri porro nihil poſſunt, iu-
Auguſti. xta illud uerbũ domini: Operamini dum
dies eſt, ueniet enim nox in qua operari ne
mo poterit. Audite ergo iuſtam ſententiã
Matt. 7 iudicis: amẽ dico uobis, neſcio uos. Quid?
non illos nouit, qui omnia nouit? Quid er-
go eſt, nõ noui uos? improbo, reprobo uos
In ſcientia mea non agnoſco uos, ſcientia
mea uitia neſcit (ſcit eos ſciẽtia uiſionis, ſed
non adprobationis) ſic iudicat deus pecca
tum, & tamen illud nõ cognoſcit, quoniã
diſplicet ei, ſicut antea dixit de malis, quia *Matt. 7*
confitebor illis ꝙ nunꝗ noui eos.

Gregorius pulchre hic exclamat: O ſi ſa- *Grego.*
pere quis in cordis palatio poſſit quid ad-
mirationis habet, qđ dicit̃: Venit ſponſus.
Quid dulcedinis, intrauerunt cũ eo ad nu
ptias? Quid amaritudinis, & clauſa eſt ia-
nua. Venit quippe ille, qui in aduentu ſuo
elementa concutit, in cuius conſpectu cœ
lum & terra contremiſcit (Induc ſi uis totũ
Grego. quia hic bene adficit) O. n. ꝙ hor-
ribilis eſt dies illa, dies magna et amara ual
de, quam nullis uerbis propheta explicare *Sopho. 1*
ſatis potuit, Dies, inquit, iræ, dies illa dies
calamitatis & miſeriæ, dies tenebraꝝ & ca
liginis &c. Audite itaqꝫ & attendite dile-
ctiſſimi, uerba ſaluatoris: Vigilate, quia ne
ſcitis neqꝫ diem neqꝫ horam. Nolite differ
re opera bona uſqꝫ in futuram patriam, nõ
inuenietis illic oleum uenale, hic operan-
dum eſt bonum, & acquirenda charitas, ut
hoc digni efficiamini qui ingredi poſſitis
cum ſpõſo Chriſto dñõ in uitam ęternam,
quam ille nobis concedat omnib⁹, Amen.

Eius rei exemplar in hac ſanctiſſima uir
gine Agnete nobis ꝓponit̃, cuius ſuppli-
cium ipſe S. deſcripſit Ambroſius, Chriſti
anis. n. prognata eſt parentibus, quumqꝫ e *Ambro.*
ſcholis aliqñ domum rediret, in eius amo-
re exarſit Romani præfecti filius, eiqꝫ mul-
tum auri promiſit, qđ illa ſedulo contem-
pſit, dixitqꝫ ab alio iam ſe amatore eſſe præ
uentam, qui illo longe & nobilior eſſet &
pulchrior & ditior & potentior, quiqꝫ eã
iam anulo fidei ſubarrarit. Quod audiens
adoleſcens, amoris impotentia (ita ut fit) ui
ctus lecto decubuit, eius mali cauſſam pa-
ter ꝑ medicos reſciuit, q poſt multa cogno
uit ꝙ Chriſtianã eã eſſe. Hinc ad iudiciũ
ꝑtractã p̃cib⁹ & minis mouere cœpit & ꝑ
ſuadere, ut in filij amorẽ conſentiret, quæ
quum conſtanter perſeueraret, optionem
detulit ei, ut uel cum reliquis uirginibus
deæ Veſtæ ſacrificaret, uel cũ ſcortis palã
luxuriaret̃, quoꝝ quum neutrum uellet,
nudam eam in lupanar pertrahi fecit, ſed
miroculoſe adeo ꝓlongati ſunt capilli eius,
ut ijs non ſecus ac ueſtimentis cõtegeret.

Poſtꝗ ergo in proſtibulum uenit, angelum domini inuenit, qui eam lumine circũdedit, & candido ueſte exornauit, lumen etiam quũ uiderent iuuenes, exterriti ſunt, ſed præfecti filius temerarie nimis irruit in lumen, ut prauæ ſuæ ſatisfaceret libidini, ſtatimꝗ diabolus eũ ſuffocauit, & factus eſt concurſus populi magnus, murmurantibus multis. Interea adcurrit & pręfectus ipſe mortis cauſſam inquirens, cui reſpondit Agnes, quoniam is cuius uoluntatem uoluit implere, poteſtatem accepit ſuper eum. Promiſit ergo præfectus ſe ei credituram, ſi filium ſuſcitaret, quod & illa precibus ſuis ad deũ fuſis impetrauit, itaꝗ ipſe quum reſurrexiſſet, egrediens palam confeſſus eſt Chriſtum. Hinc uoluit eam præfectus dimittere, ſed pontifices idolorum ſeditionem mouerunt, ubi præfectus metuens ne excluderet̃, rem totam delegauit Aſpaſio, qui S. Agnetem in ignem proijci iuſſit, ſed ignis per mediũ diuiſus, magnã combuſſit hominum multitudinem uirgine inoffenſa, quin potius per huius orationem extinctus eſt ille. Aſpaſius aũt timẽs ſeditionem ulteriorem uulgi, uirginẽ ſanctam per collum transfodi iuſſit, ſicꝗ illa ſanguinem ſuum perfudit propter dominum & fidem Chriſti, oleum quoꝗ charitatis habuit ſecum, & cum uirginibus prudentibus introiuit cum ſponſo ſuo Chriſto ad nuptias fœlicitatis æternę. Eam quum ſepeliuiſſent parentes, & flerent ad ſepulchrum, die octauo, ecce uident nocte media turbam uirginum pertranſire, & inter eas Agnetem in ueſte aurea, quam comitabatur agnus candidus. Illa igitur ſtans uetuit parẽtes ſe amplius lugere tanquam mortuam, ſiquidem cum ijs omnibus lucidas acceperit manſiones, iamꝗ cũ eo eſſet in cœlis, quem in terris poſita toto deſyderio dilexiſſet. Hinc eſt quod Eccleſia octauum etiam diem S. Agnetis pie concelebrat. Ea ut pro nobis oret dominũ Ieſum Chriſtũ, ꝓfuſis precibus deprecemur &c.

Euangelium in die ſancto purificationis uirginis matris, Lucæ ſecundo.



IN illo tempore: Poſtꝗ impleti ſunt
dies purgationis eius
ſecundum legẽ Moy *Leuit. 12*
ſi, tulerunt illũ in Hie
ruſalem, ut ſiſterent eum domino, ſi
cut ſcriptũ eſt in lege domini: Quia *Exod. 34*
omne maſculinum adaperiens uul- *Leuit. 5*
uam ſanctum domino uocabitur. *& 12*
Et ut darent hoſtiam, ſecundũ quod
dictum eſt in lege domini, par turtu
rum, aut duos pullos columbarum.
Et ecce homo erat in Hieruſalem,
cui nomen Symeon, & homo iſte iu
ſtus, & timoratus, expectans conſo-
lationem Iſraël, & ſpiritus ſanctus
erat in eo. Et reſponſum acceperat a *Acto. 10*
ſpiritu ſancto, non uiſurum ſe mor-
tem niſi prius uideret Chriſtum do
mini. Et uenit in ſpiritu, in templum,
Et cum inducerent puerum Ieſum
parentes eius, ut facerent ſecundum
conſuetudinem legis pro eo, & ipſe
accepit eum in ulnas ſuas, & bene-
dixit deum, & dixit: Nunc dimittis

ſeruum tuum Domine, ſecundum uerbum tuum in pace: Quia uiderūt oculi mei ſalutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tui Iſraël.

Homilia prima

PRæclara ueraq; ſancta eſt dies hodierna in qua Chriſt⁹ poſt matris ſuæ puerperium in templum præſentatus eſt Hieroſolymis, iuxta pſcriptū legis Moſaicæ: Quomodo enim nō maximum eſſet quod ipſe ſpiritus ſanctus tam eximie antea per prophetas ſuos prædixerat, nobiſq; ut præclarum quid denunciarat: Siquidem ita deus per prophetā prædixit: Ecce ego mitto angelum meum qui præparabit uiam ante faciem meam, & ſtatim ueniet in templum ſuum dominator quem quęritis, & angelus teſtamenti quē uos uultis. Id hodie impletum eſt quando Maria tam laudabili comitatu puerum Ieſum obtulit in templum: Hoc præuidit & Dauid ipſe in ſpiritu dicens. Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui, ſecundum nomen tuum ſic & laus tua, iuſticia plena eſt dextera tua: Sed nos iam principio quæ euāgelium habet, deinde quę ad feſtiuitatem hanc pertinēt, explicemus. Poſtq;, inquit Lucas, impleti ſunt dies purgationis: Ecce textum obſerua, & uidebis Mariam hodie tria legis præcepta impleuiſſe, primū purgationis, quo ad ſeipſam, ſecūdū oblationis quo ad filiū, tertium redemptionis illius, puta primogeniti: De primo ait Lucas: Poſtq; impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi, ita enim habet lex: Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis menſtruæ, & die octauo circumcidetur infantulus, ipſa uero triginta tribus diebus manebit in SANGVINE purificationis ſuæ; Sin autem fæminā pepererit immunda erit duabus hebdomadibus, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ: Hoc illud remanſerat in reliquijs Euæ, quoniam ſicut ait ſapiens: A muliere initium factum eſt peccati, & per illam, omnes morimur, eaq; cauſſa eſt quur maiorem ei inflixerit DOMINVS pœnam q̃ uiro, quum dixit: Multiplicabo ærumnas TVAS & conceptus tuos: In dolore paries FILIOS & ſub uiri poteſtate eris & ipſe dominabitur tui.

Malac. 3 · *Pſal. 47.* · *Leuit. 12* · *Eccle. 25.* · *Gene. 3*

Quæres, qualis fuerit immundicia & uelut excommunicatio mulieris per dies ſeptem, hoc nimirum uoluit ne quis cum ea rem ullam haberet, ne manducaret, neue biberet, IPSA quoq; quicquid TVNC contigiſſet pro immundo haberetur, & eam ueſtemque eius ſi quis tetigiſſet itidem erat immundus & lauacro indigebat: Impletis ſeptem illis DIEBVS adhuc libera non erat, nec quicq; ſanctum tangere audebat, nec conſecratum manducare neq; exire, donec die 40. ueniret in templum allatura ſacerdoti ſacrificium ad atrium tabernaculi, is deinde pro ea offerebat, deumque deprecabatur pro purgatione illius. Ex illa itaque præcepti formula conſtat MARIAM nulla purificatiōe indiguiſſe, nec euſque in excommunicatione fuiſſe, quoniam ſic habet textus: Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit, quod MARIA non fecit, quæ CHRISTVM ſine uirili ſemine ſola ſpiritus ſancti obumbratione concepit: Et tamen ex humilitate iuxta conſuetudinem legis ob maiorem obedientiam oſtendendā, & ne ſcandalum faceret, alijs ſe mulieribus adſimilauit: Ideoq; & Bernardus ait, Vere o Beata uirgo non habes cauſſam nec tibi opus eſt purificatione, ſed nunquid FILIO tuo opus erat circuncifione? Eſto inter mulieres tanquam una illarum, nam & filius tuus ſic eſt in medio puerorum: Vbi igitur iam SVNT Neochriſtiani qui laudabilem eccleſiæ conſuetudinem in benedicendis puerperis con-

Leuit. 12 · *Leuit. 15* · *Beda* · *Bernard.*

temnunt, neqꝫ obſeruare uolũt ritũ & morẽ aliarũ mulierum: Vah malitiam hominum & inſolentiam, aut ſuperiores ſe iudicant uirgine Maria, quæ porta illa fuit in domo domini clauſa nec aperietur, neqꝫ uir tranſibit per eam, quia dominus deus Iſraël ingreſſus eſt per eam: Quãuis immundicia iam iſthæc in honorem uirginis Mariæ rurſus eſt ſublata: nunc enim ſi ſuppeterent uires, poſſet aliqua primo ſtatim die templum intrare deoqꝫ gratias agere, ut ait Grego. ad Auguſti. epiſcopum Angliæ, uerum nõ admittit hoc imbecillitas muliebris, quamobrem mariti eo tempore mulieribus parcere deberent, uſqꝫ dum uiribus confirmarentur.

Ezec. 44

Diſt. 5. c. 2. 3. 4

2. Poſtqꝫ impleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem Moyſi, benedixit, inquit Theoph. ſecundum legem Moyſi, nam ſecundum ueritatem nulla neceſſitate aſtringebatur expectare dies purificationis, tulerunt illum in Hieruſalem ut ſiſterent eum domino, duo hic deſignãtur pro Chriſto domino facta, alterum quod cum paruulis omnibus habuit cõmune, ut pro eo offerret mater puerperium egreſſa, alterum pro primogenitis peculiare, de quo dicemus ubi primum hæc abſoluerimus: Lucas enim teſtimonium adducit ſcripturæ, quia omne maſculinum adaperiens uuluam ſanctum domino uocabitur, ubi primogeniti intelliguntur qui primi materna clauſtra uiolarent (uide hic Theophylactum quem caute legas & cautius prædices uel potius ſileas) In ea re quia non parum ſitum eſt, immorandum nobis erit nonnihil, ut fundamentum rei attingamus: Ab origine igitur mũdi in ipſa adhuc lege naturæ magnum fuit priuilegium primogenituræ, quod inde colligas licebit, quoniã Iacob a fratre ſuo Eſau primogenita coëmit, quumqꝫ deinceps benedictionem ei a patre anteuertiſſet iratus dixit, primogenita mea ante tulit, & nunc ſecundo ſurripuit benedictionem meam.

Theoph.

Theophy.

Gene. 25 & 27

Multa namqꝫ re uera priuilegia habuit primogenitura: principio enim hoc habebat, ꝙ primogenitus honeſtius alijs fratribus ueſtiebatur, unde & agnoſcebatur in eo ꝙ cum benedictiõe offerebat uictimas טבח Id ex ſequentibus magis patet, quãdo Rebecca filium ſuũ Iacob optimis ueſtibus induit Eſau, Hieron. addit Iudæos referre penes primogenitos ſacerdotale fuiſſe officiũ, ſimul & ueſtimentũ in quo offerebant ſplendide ueſtiti in ſolennitate feſtiuitatum: Secundo loco benedictionem paternam peculiariter habuit primogenitus, quod exemplo Iſaac patet, qui benedictionem uolebat ſeniori filio Eſau dare, ſed conſilio Rebeccæ intercepta ea eſt a Iacob iuniore. 3. Ad hæc duplicem primogenitus habebat hæreditatem & cibũ, tantumqꝫ hæreditauit quantum alij duo: Quo ad cibum teſtimonium habemus in Ioſeph, qui quum ueniſſent ad ſe fratres ſui in Aegyptum, maiorem partem detulit germano ſuo fratri Beniamin loco ſuo, quoniam ut referunt Iudæi, ſi quando ſingulis fratribus quinque miſſus ſeu fercula dabantur, Beniamin offerebantur decem. Quod ad hæreditatem pertinet ſuffragatur ipſa nobis ſcriptura, ſi enim quis liberos ex duabus habebat uxoribus, utut poſteriorem habuiſſet chariorem, non poterat tamẽ priuilegium primogenito prioris uxoris auferre, & alteri poſterioris uxoris etiam primogenito conferre, quod nũc plærunqꝫ accidit, ſed prioris uxoris primogenito cogebatur duplicem dare hæreditatem, eo ꝙ penes ipſum principium erat liberorum, & ad eum ſpectabant iura primogenituræ.

Gloß.
Hieronÿ.

Gene. 25

Gene. 45

Deut. 16

Eaqꝫ inſuper ratio eſt quur duodecim tribus Iſraël numerentur, ipſaqꝫ terra promiſſionis in duodecim partes diuiſa fuerit, quum tñ ex duodecim filijs Iacob: Leui pars nulla obtigerit: Iacob enim uoluntate diuina ius primogenituræ a Ruben tranſtulit, propter peccata ſua de quibus eum incuſabat Ioſeph, & tradidit illud Ioſeph, q ſic duas partes & tribus obtinuit in Iſraël ſecundũ duos filios Ephraim & Manaſſem: Quamuis etiã Manaſſes primogenit⁹ fuerit Ioſeph, Iacob tamen auus eius priuile

Gene. 37 & 49

Gene. 48

priuilegium primogenituræ tranſtulit in iuniorem fratrem ſuum Ephraim, quamobrem per modum crucis dexteram ſuper Ephraim, ſiniſtram autem manum ſuper Manaſſen collocauit. 4. Præterea primogenitus ſemper ſacerdos erat reliquoſq; benedicebat, ſic Abraham benedixit filium ſuum Iſaac, Iſaac Iacob & Eſau, Iacob filios ſuos 12. & duos nepotes, idem faciebat primogenitus in magnis feſtiuitatibus & quando offerebat, quoniã per omne tempus legis naturæ ſacerdotiũ adfixum fuit primogenitis, ſemperq; natu grandior iunioribus habebatur honeſtior, iunior quoq; Benedictionem accipiebat a ſeniore, ſicut Abraham a Melchiſedech, qui ex ſententia multorum fuit Sem filius
Gene. 14 Noë, eratq; ſenior, & ideo appellatus ſacerdos altiſſimi: Et hæc iura primogenitorũ perdurarunt uſq; ad Aaronem.

3. Præmiſſis itaq; illis de primogenitis, quomodo ſacerdotes fuerint & miniſtri dei, quibuſq; gauiſi ſint priuilegijs, reliquũ eſt dicere auxiliante dei gratia, quomodo permutatio facta ſit & ſacrificium pro eis oblatum, iuxta id quod in hoc euangelio commemoratur. Et primum quidem ſe mihi offert quod dixit domin9 ad Moy-
Exo. 13 ſen, Sanctifica mihi omne primogenitum
Num. 8 quod aperit uuluam in filijs Iſraël, tam de hominib. q; de iumẽtis: Mea ſunt enim omnia. Et in monte Sinai ſic ait: Mea ſunt omnia primogenita filiorum Iſraël tam ex hominibus q; ex iumẽtis: Quando igitur omnia primogenita domini erant, nec tamen in eius ſeruitute cũcta manebant, ſed partim inepta ad eam erant, præcepit ea redimi.

Atq; ne nimium immoremur, quadruplices inuenimus primogenitos: Erant enim qui efferebantur domino & permanebant, cuiuſmodi erãt animalia munda, oues, uituli & cæt. Erant primigeniti qui oblati redimebantur, ut infantuli hominũ,
Exo. 34 Et adhuc redimebãtur, quidam non obla-
Nume. 18 ti, ut primogenitus aſini: Alij nec offerebantur nec redimebantur, ut primogenitus canis. Miſſis itaq; alijs tãtum dicemus de primogenitis hominum, ubi nihil etiã dicemus de fæmellis, quoniam hæ ſolo ſa- Exo. 34
crificio facto redimebantur: De primogenitis aũt maſculis dixit dominus ad Moy- Nume. 8
ſen: Primogenitum filiorum tuorum redimes, nec apparebis in cõſpectu meo uacuus: Redemptio hæc alibi expreſſa eſt, quando dominus ſacerdotium tranſtulit ad tribum Leui: Ego, inquit dominus, ac- Exod. 13
cepi leuitas pro primogenitis quæ aperiũt omnem uuluam in Iſraël: Mea ſunt enim omnia primogenita filiorũ Iſraël: Ex die quo percuſſi omne primogenitum in terra Aegypti, ſanctificaui eos mihi, & tuli leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſraël. Iuſſit tunc numerari dominus primogenita filiorum Iſraël, deinde quoq; leuitas omnes, inuentiq; ſunt primogenitorum. 273. plures leuitis. Tunc præcepit domin9 eos redimi, ſingulos ſiclis quinq;, & eam pecuniam iuſſit numerari Aaron.

Videant hic Neochriſtiani q; uere obganniant: Omne quod pro pecunia æquũ ſit, ſine pecunia quoq; iniquum non eſſe, Si forte ad ædificationem aut reſtaurationem templi dandum ſit aliquid pro redimendo eſu butyri in quadrageſima, ſtatim ſine pecunia uolunt idem audere, & tamẽ hic luce clarius cernunt præcepiſſe dominum primogenitos pecunia redimi. Quod ſi ea permutatio iuſta fuit, quur nõ hic etiam in altero opus bonum commutari queat & debeat: Abſtinere a butyro in quadrageſima, opus eſt deo bene placens, ſumptibus SVIS iuuare & promouere Sacrarum ædium ſtructuras itidem placet DEO, Ex rationabili ergo cauſſa alterum altero commutare iniquum non EST: Ita nimirum opus aliquod bonum uel etiam uotum unum in aliud permutatur, arbitrio ſuperiorum accedẽte & IVDICIO. Poſſent hinc non inualidæ probationes indulgentiarum peti, & inuenio quidem in antiquis POENITENTIONARIIS tempore quo priſcorum patrum rigida obſeruabatur ſeueritas, iniunxiſſe CONFESSOREM pro delicti exigentia aliquot

dierum ieiunium, deficiente autem paulatim charitate, impoſitum eſt, quantula pecunia dies ieiunio tranſigẽdus redimi poſſet, diſcretumq́ tunc eſt inter diuitem & pauperem: Id quoq́ tempore deſijt eſſe in uſu, ut iam nec ieiunia neq́ pecuniarũ largitiones in pœnitẽtia demãdentur, e ouſq́ etiam inualuit illud ut nũc inter Neochriſtianos neq́ confeſſioni locus ullus ſit reliquus, quod heu ſine graui dolore, dicere nõ poſſumus: Ad extremũ ut aliqñ textũ hunc finiamus, rurſus eo unde digreſſi ſumus redeuntes, principium eius reſumim⁹ in manus: Duarum hic legũ meminit Lucas, alterius de primogenitis quos ſæpius præcepit dominus redimi: Omne primogenitum hominis pecunia redimes: Id renouauit in monte Sinai quando dixit ad Aaronẽ: Omne primogenitum tuum erit, tantum pecuniam accipe pro primogenito hominis: Hocq́ alterum eſt de redemptione primogeniti, lex altera cuius hic fit mentio eſt de ſacrificio purgationis, eaq́ cõmunis erat puerperis omnibus, ut agnũ anniculum offerrent in holocauſtum, & pullum columbæ uel turturis in oblationem pro peccatis: Sin autẽ eius ægeſtatis eſſet mulier ut nihil inueniret manus eius, offerebat par turturum aut aliarũ columbarum, quando agnum offerre non poterat: Hinc ſequitur pauperculam fuiſſe Mariam quę pauperum hoſtiam pro filio obtulit, par turturum, non agnum, q̃uis proprie loquendo uere uerum agnum obtulit Maria, qui tollit peccata mundi, itaq́ hic paupertas Chriſti & Marię innoteſcit. An autẽ par turturum uel aliarum columbarũ obtulerit Maria, in ſcripturis expreſſum nõ eſt, nec admodum nobis ſcire profecerit, licet utrunq́ ſuo non careat myſterio. Columba enim bonitatem & ſimplicitatẽ, turtur autem caſtitatem deſignat, & quia caſtus, ut ille ait, turtur gemit, gemitum hunc myſticæ etiam exponũt doctores, maxime Bernardus, qui & rationẽ reddit, quur dixerit Moyſes duos pullos columbarum, & non par columbarũ ſicuti par turturum, quibus nos hic breuitatis ſtudio ſuperſedemus: Atq́ hæc nunc ſufficiant &cæ.

Exod.13. 34. — Num.18 — Beda — Ioan.1 — Beda — Bernhar.

Homilia ſecunda in ſolenni feſtiuitate purificationis uirginis matris.

QVadraginta a Chriſti natiuitate diebus, Maria puerum Ieſum a Bethlehẽ detulit in Hieruſalẽ, oblatura eundem in templum ſecundum legem Moyſi, q̃uis ea legis præcepta Mariam nihil ligabant, neq́ Chriſtum qui ex uirili ſemine conceptus non erat: Pulchre hic Bernardus ait: Putas ꝙ dicturus Moyſes, mulierem quæ peperiſſet filiũ, immũdam eſſe, non timuerit ſuper matre domini Blaſphemiam irrogare: & idcirco præmiſit: Si ſuſcepto ſemine: Alioquin ſi non præuidiſſet parituram ſine ſemine uirginem, quæ neceſſitas erat de ſuſcepto ſemine facere mentionem: Et quia legimus ita loquutum eſſe cum domino Moyſen, nemo Chriſtianus credere debet, hoſti uirginis matris Luthero, qui Mariã quoq́ ſub has leges cohercere conatur: fuit autem comitatus ille longe honeſtiſſimus, quem ſecum Maria & Ioſeph cum puero Ieſu & uicinis habebãt, neq́ tamen in eo ſatis erat quoniam adhuc Hieroſolymis Symeon ille iuſtus expectabat redemptionem Iſraël: Quamuis enim plęraq́ male habebant in Hieruſalem urbe omni malitia referta, tamen nõnullos ſibi reſeruauit dominus, quoniam ſemen piorum & iuſtorũ nunq̃ totum perit, ſicut dixit dominus ad Heliam, conquerentem filios Iſraël fœdus domini eſſe tranſgreſſos, ſeq́ ſolũ remanſiſſe cuius iam animam etiam illi quærerent occidere, tunc enim reſpondit dominus, reliquiſſe ſe ſeptẽ milia uirorum in Iſraël qui non incuruarint genua ad idolum Baal. Iuſtum autem fuiſſe hunc Symeonẽ Euãgeliſta teſtatur dicens: Homo iſte iuſtus & timoratus expectans conſolationem Iſraël, & ſpiritus ſanctus erat in eo. Theoph. dicit eum non fuiſſe ſacerdotem, ſed tamẽ cõmuniter doctores dicunt eum fuiſſe ſacerdotem & in officio ſacerdotali, quod credo uerius, quia inducendo puerum in tẽplũ ipſe accepit eũ in ulnas, & benedixit Mariæ & Ioſeph, qđ nõ feciſſet niſi fuiſſet ſacerdos, ut ex Nume. liquet, ꝙ Aaron & filij

Bernar. — Exod.13 & 34 — Theoph. — Num.6

Thomo.ij fol.23.b.c & filij ſui benedicebant, filios Iſraël, uide partem primā: Primum quoqꝫ laudis ſuæ locum obtinet iuſticia, quod de uniuerſali iuſticia dictum eſt, quæ alias in ſe uirtutes complectitur, quomodo dicere ſolemus uirum aliquem iuſtum & probum eſſe, quam laudem non ad unam tantum uirtutem ſed multarum congregationem referimus, q̄uis etiam hic iuſticia illa intelligi poteſt de ſeruatis mandatis dei: Verum quando probitas ſola non raro hominem in ſuperbiam adducit & contemptum reliquorū, ideo merito accedit timor in quo iuſtus conſiſtat, quoniam iuxta ſapientis

Eccle.1 dictū qui ſine timore eſt iuſtificari non poteſt: Ad hæc bon⁹ ille Simeon forti ſuffultus erat ſpe erga Deum, expectans conſolationem Iſraël: Tunc enim ultra modū premebantur Iudæi in ſpiritualibus & ciuilibus rebus, ſiquidem uniuerſum ſæculare imperium penes Romanos erat, & eum quem illi Iudæis præficiebant, qualis tunc Herodes erat Idumęus: Omne igitur, & ſummum Iudęorum deſyderium hoc fuit, ut ſub aduentum Meſſiæ ab huius ſeruitutis iugo liberarentur, ſicut eis prædixerat

Aggæ.2 Aggæus propheta: Veniet deſyderatus cunctis gentibus & domus domini implebitur gloria. Atqꝫ illa oīa confirmat Lucas quum ait, ſpiritum ſanctū fuiſſe in eo, qui ſi malignus extitiſſet, ſpiritum ſanctū inhabitatorem non habuiſſet, iuxta illud,

Sap.1 In maleuolam animam non intrabit ſpiritus ſapientię, nec habitabit in corpore ſub dito peccatis: Spiritus diſciplinæ effugiet fictum & cæt.

2. Ad hæc diuinas quoqꝫ reuelationes habuiſſe Symeonem Lucas innuit quando ait, eum accepiſſe reſponſum a ſpiritu ſancto, non uiſurum ſe mortem niſi prius uideret Chriſtum domini: Quæ reuelatio ſine dubio data eſt ei ſuper tam perſeuerāti oratione ſua, & ardenti deſyderio cum gemitibus, quando tandem adueniret ille Meſſias: ſicut & omnes illi antiqui & pij patres ingemuerunt ſuper eius aduentu,

Iſa.63 & 64 unde Iſa. dixit: Vbi eſt Zelus tuus & fortitudo tua, multitudo uiſcerū tuorū & miſerationum tuarum: Tu domine pater noſter & redemptor noſter, a ſæculo nomen tuum: Vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes: Quid igitur mirū ſi ſuper huiuſmodi ardentiſſimo deſyderio reſponſum accepit Symeon, ſe niſi uiſo antea Meſſia non moriturū: fuerunt ſane iſtiuſmodi hominum non pauci in Iſraël, qui cognorint prophetias Iacob & Danielis iam tū eſſe impletas, aduentūqꝫ tunc ad propinquare Meſſiæ, q̄ cogitarint illud qđ hic Simeon, Putaſne uidebo: putas ne me eouſqꝫ uicturum: putaſne ꝙ Meſſiæ natiuitas uiuum me inueniet: putaſne illis me oculis uiſurum quod firmiter credo, & huiuſmodi quædam alia.

Hæc oīa tāta diligentia enarrauit Lucas, ut ex multitudine teſtium efficacior conuinceretur certitudo ueritatis, nāqꝫ in honorem & gloriam Chriſti teſtes propoſuit Mariam & Ioſeph, angelos qui in eius natiuitate apparuerūt, paſtores, tres Magos, ijs nunc Symeonē addit & Annā: Vt autem pfecta eis fides haberet, uirtutes principio & laudes explicauit Symeonis, ſicut & poſtea Annæ, uerum non abſurdū hoc fuit, quando certiſſimos teſtes etiam ante natiuitatē ſuam habuit dominus, Gabrielem archāgelum, Elizabetham, Iohannē Baptiſtam, & ante eos prophetas & patriarchas omnes: Sed ꝙ ſpiritum ſanctum habuerit Symeon, hinc etiam probat Euāgeliſta, ꝙ nunc quoqꝫ in ſpiritu uenit in tēplum, ita ut ſpiritus ſanctus in eo habitarit, ipſum docuerit & duxerit, hoc eſt hoſpes, doctor & ductor illius fuerit, iuxta illud Iſaię: Spirit⁹ domini ductor eius fuit. Eſa.63

Nec quis ibi miretur, quoniā ſi hoſtis malignus ſuos huc illuc ducit & agit, quomodo non ſpiritus ſanctus bonos ducere & mouere queat quo uolet.

Atqꝫ hinc colligunt doctores Symeonem cōuenientem fuiſſe teſtem ueritatis, eo ꝙ habitatio eius fuerit in præclara & illuſtri ciuitate: Nomen quoqꝫ ſuum fœlix erat, tantum enim ſonat ac ſi obidientem uel auditorem dicas. Virtutib⁹ inſuper & moribus inſignis fuit, ſiquidem iuſtus extitit & timens deum, expectans redemptionē Iſraël, Magiſtro etiam utebatur optimo ſpiritu ſancto.

3. Porro ab operibus bonis & uerbis Symeonem cõmendat Euangeliſta, ut uideas quomodo arbor bona fructus bonos proferat. Quum iam parentes induxiſſent puerum Ieſum in templum, ut ſecundum conſuetudinem legis pro eo ſatisfacerent, Ibi parentes Chriſti cõmemorantur Maria & Ioſeph, uere enim Maria mater eius fuit, Ioſeph autem pater tantum nuncupatiuus ſiue putatiuꝰ, ſicuti deinceps Lucas inſinuat Ieſum filium Ioſeph habitũ eſſe. Eadem hora uenit & in templumſpiritu ſancto ducente Symeon, ipſe quoq; agnouit puerum & accepit in ulnas ſuas. Quã diligenter putas obſeruaſſe Symeonẽ qui nam in templum uenirent, priusq; Maria cum puero Ieſu aduentabat? Hic non ſufficit uel eloqui uel cogitare aliquis homo, quantum admiratus ſit ille ſuper hoc puero, quum etiam nondum ſatis aſpexit, quãtis gaudijs perfuſum fuerit pectus, & cor eius, ꝙ amice Mariam & Ioſeph compellarit, quanta reuerẽtia ſuſceperit paruulum in ulnas ſuas, quando iam tangebat quem tamdiu uidere tantum deſyderarat: Ecce ꝙ habundanter & affatim remunerat dominus, uberius pręſtat ꝙ promiſerat, ſiquidem pollicitus erat Symeoni uiſurũ eum Chriſtum domini, quem ille iam tangit & proprijs geſtat manibus: Quibus quãtiſq; putas gratiarum actionibus exercuerit ſe lingua eius, quando redemptorem mundi manibus ſuis geſtare contigerat ei, & uidere ſalutare ſuum? Statimq; ubi in ulnas recepit puerum, teſtimonium dedit ei in hæc uerba prorumpens: Nunc dimittis ſeruum tuum dñe ſecundum uerbum tuum in pace: En Symeonem uobis de repente nuncium Euangelicum, tantum iam ſalutaria proteſtãtem de puero Ieſu dicenteq;, Nunc dimittis domine: Quid hoc dimittere niſi mori eſt, quaſi diceret: Age nunc o domine mori paratus ſum, quum uiderim Chriſtum domini, quem me ante mortem uiſurum eſſe promiſiſti, quo uerbo ſimul ille diuini uerbi ueritatem certo profitetur. Sed quid eſt in pace dimitere? nimirum in morte, poſtquam ille pacem patribus adnunciaturus eſſe in limbo, modo illa ſibi mors contingeret in pace. Hoc etiam orare & petere debent Chriſtiani omnes ut eos ſinat dominus in pace mori, in pace quo ad proximos ſuos, ut ſine inuidia & odio decedant, in pace propriæ conſcientiæ, ne uermem acquirant remordentem, qui eos ad deſperationem deducat miſericordiæ diuinæ, uel in defectionem fidei, ſed ut liceat quiete & in bona conſcientia mori. In pace inſuper quo ad malignos ſpiritus, qui capitale odium ſimul & bellum incipiũt ſub mortem hominis, omnem mouentes lapidem ut eum decipiãt & fallant, ſecundum quod dominus prædixit ſerpentẽ inſidiaturum calcaneis hominis: Quicquid enim diabolus antea leue alicui propoſuit ut perſuaderet peccatum, id graue facit tempore mortis, resq; hic habet nõ ſecus atq; cum trunco ligneo, qui quum adhuc in flumine natat, facile ab unico pertrahitur, ad littus autem ubi fuerit uẽtum ibi decem oportet manus uiresq; adhibeãt ut extrahant: ita plane peccatum leue eſt uſq; dum perueniat ad littus mortis, ubi tãdem aggrauatur & graue putatꝰ: Ad quẽ cunq; ſenſum ex ſuperioribus intelligi poteſt Symeonẽ petijſſe ut dimittatur in pace, in qua corpora ſanctorum, ſapiente teſte, ſunt ſepulta. Qui exactius pro adfectu uellet emeditari omnia, is cogitandi haberet occaſionem, quidnam Symeon obtulerit paruulo Chriſto, quem pacis datorem confeſſus eſt.

Math. 7 · *Luc: 3* · *Gene. 3* · *Similitudo non abſurda*

4. His accedit ratio rationis huiꝰ. Quia inquit Symeon, uiderunt oculi mei ſalutare tuum, quod paraſti ante faciẽ omnium populorum, quaſi diceret: Ecce cum gaudio moriar deſcenſurus ad patres in limbum, ſimulatq; iam uidi oculis corporeis & ſpiritualibus filium tuum, ſalutare mundi (ſalutare enim quum ait tuum, alloquitur patrem, & Chriſtum confitetur filium ſuum, qui ſit ſalutare actiuum, non ꝙ ſaluificet patrem, ſed ꝙ pater nos ſaluificet per filium) alteraq; hæc laus eſt quã Symeon Chriſto tribuit ꝙ ſalutare eum uocauit. Neq; hic eius laudis finis eſt, inſuper non Iudęorum tantum ſed omnium gentium ſalutare fatetur, quũ ait: Quod paraſti ante faciem omnium populorum, ſicut Chriſtus ipſe ait, multos uenturos ab ortu & occaſu *Mach. 8*

occaſu ſolis qui requieſcant cũ Abraham Iſaac & Iacob. Cõmunis namq; omnium ſaluator eſt Chriſtus, iuxta illud Pauli: Rom. 1.3 Virtus dei eſt in ſalutem omni credenti, Iudęo primum & Græco. Ac deinde: An Iudæorum deus eſt tantum? nonne & gentium? imo & gentium. Atq; hoc tertium eſt encomium Chriſti, quem totius mundi prædicat eſſe ſalutare, non Iudæorum tantum ut Ioſue & alij fuerunt, Quamobrẽ & ipſe cõmiſſionem hanc dedit apoſtolis: Ite in orbem uniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Et hæc tamen pulchre diſcernit Symeon, ut ſit quidem lumen ad reuelationem gentium, gloria autem plebis Iſraël. Intelligi id poſſet quaſi pro interpretatione ſuperiorũ, ubi dictum eſt eſſe Chriſtum ſalutare populorũ, quorũ aũt? quæſierit aliquis: Ecce r̃ndetur, Iudæorũ & gentiũ. Eſtq; hęc multiplicatio et magnificatio gloriæ Chriſti, qui non tantum ſit ſalutare Eſa. 9 ſed & lumen gentium, de quibus propheta dicit: Populus gentium qui habitabat in tenebris uidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis, quæ nam lux illa? hæc nimirum de qua hic Symeon loquutus eſt, & alibi Ioannes, Erat, inquit, lux uera, quæ illumi- Ioan. 1 nat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Concludit ergo hymnum ſuũ, & gloriam plebis tuæ Iſraël. Quoad literã non exigua ſane eſt Iudæis gloria Chriſtũ ſecundum carnem ex Iudęis natum, & Iudæum fuiſſe, & tamen Symeon antea gentes ꝙ Iudæos cõmemorauit: cognouit.n. in ſpiritu prius credituram eſſe multitudinem gentium, ꝙ Iudæos, aliquamdiu in ſua cæcitate futuros induratos, dicẽte etiã Roma. 11 Paulo, quia cæcitas ex parte contigit in Iſraël, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret. Sunt qui per Iſraëlem iuſtos intelligant & beatos, quoniam Iſraël uidentem deũ ſonat, ſicq; contemplantur pulchro ordine Symeonẽ Chriſtũ prædicare ſalutare, lumen & gloriam, ſalutare quidem peccatorum, lumen autem iuſtorum, & gloriam beatorũ. Salutare.n. eſt contra peccata noſtra, lumen aduerſus inſcitiam, et gloria contra miſeriam exilij noſtri. Hinc iam uotum illud Symeonis quotidie uſurpat Eccleſia in completorio, quod ultimum habet locum in horis canonicis, ſicut & ſeptima ætas quieſcẽtium eſt. Inuocemus ergo puerum Ieſum ut quia ipſe eſt ſalutare mundi, malignitatem peccati in nobis ſanet, quia lumen eſt inſcitiam noſtram ſua diuina luce illuminet, & quia gloria plebis ſuæ eſt, noſq; hic exules miſere affligimur inde nos liberet, & gloriam nobis conferat ſalutis æternæ, amen.

Homilia tertia et ultima, in feſto purificationis Mariæ.

SOlennis hæc dies, qua uirgo mater puerum Ieſum Hieroſolymam duxit præſentandum in templũ, a priſcis iam inde Germanis a luminarib⁹ appellationem habet, quæ & hodie conſecrari ſolent ex cõmuni Eccleſiæ conſuetudine. Quam ne contemnatis, ſed potius ut ibi quoq; decẽter uos gerere poſſitis in omni pietate, principio iam dicemus, quomodo feſtum hoc luminariũ cœperit primum, deinde uſum hunc utriuſq; teſtamẽti ſcriptis eſſe conformem, poſtremo oſtendemus eius rei (modo tempus tulerit) myſticam expoſitionem. Et primum omniũ conſtat huic feſto occaſionem dediſſe abuſum quendam Romanorum, qui ſingulis annis ꝟ. primo die Februarij, uniuerſam ciuitatem facibus circumlatis luſtrabant in honorem Februæ Martis, & ea conſuetudo quum ijs qui ex gentibus ad Chriſtum conuerſi erant, facile extorqueri non poterat, inſtitutum eſt hoc feſtum luminariũ in honorem uirginis matris, ut ſic abuſus facularum in laudem et cultum uerteretur diuinum. Neq; male illud in hunc diem Luc. 2 relatum eſt, ut quocunq; modo nos etiam ſpiritualibus Symeonis gaudijs participaremus: ſicut enim ipſe uerum lumen Chriſtum ſuis ulnis geſtauit, ita nos lumen materiale manibus noſtris portamus, quo deſignatur illud quod Symeon confeſſus eſt datum ad reuelationem gentium, nam & nos per lumẽ hoc externum admonemur, lumen illud patris æterni ulnis mentium

& fidei firmiter retinere. Sed & quoad uirginem Mariam non fuit hoc inconueniens, ſiquidem quum alias dies hic purificationis dicatur, ne quis offendatur ratus immundam antea fuiſſe eam, ſicq; purgatione indiguiſſe, inſtitutum eſt eodem die feſtum celebrari debere luminarium, eo φ Maria a ſole iuſticiæ Chriſto domino quem peperit, gratia & uirtutib⁹ nimiſq; exornata refulſit: ita enim reſplenduit interius per puritatem conſcientiæ, ut foris etiam clareſceret totius integritate uitæ.

Quarto loco, ratio etiam illa adſignari poteſt propter uſum luminarium illoꝝ, quæ ſic ſacrantur, de quo ad finem huius Homiliæ. Nicolaus de Lyra ait, feſtum hoc inſtitutum temporibus Imperatoris Iuſtini, idq; Conſtantinopolis, quum ibi maxima peſtis graſſaretur.

2. Quum autem uſum hunc luminariũ in templis temere adeo reijciant Lutherani, ut alias cæremonias omnes, nimiumq; de ijs ridiculæ loquantur, quaſi ſine ijs non uiſurus ſit deus, quæ ſane nõ exiguæ ſunt blaſphemiæ, nos itaq; uſum luminarium teſtimonio ſcripturarum confirmabimus. Quoniam luminaribus uti in templis in cultum diuinum ab ipſo deo edocti ſumus qui parari ſibi candelabrum præceperit ex auro puriſſimo, cum ſex calamis, tribus utrinq;, cum ſuis cyphis, ſphærulis & lilijs,
Exod. 25 ibidem præceptum eſt Moyſi a domino facies & lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum ut luceant ex aduerſo: Emũctoria quoq; &c. Ecce φ diligenter demandauit dominus deus candelabrum hoc ex auro puro parari debere, & de lampadibus aliquanto poſt clarius: Præcipe, inquit, fi-
Exo. 27 lijs Iſraël, ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimũ piloq; contuſum, ut ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij extra uelum quod oppanſum eſt teſtimonio, & collocabunt eam Aaron & filij eius, ut uſq; mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones
Li. 3 c. 7 eorum corã filijs Iſraël. Ioſephus quoq; refert tres ſemper arſiſſe per diem, ad noctẽ aũt incenſas omnes fuiſſe, ut per eam totã
Leui. 6 arderent: Ad hæc precepit dominus ſacerdotib⁹: Ignis in altari ſemper ardebit, quẽ nutriet ſacerdos, ſubijciens ligna mane per ſingulos dies. Ignis iſte perpetuus eſt qui nunq; deficiet in altari, ſemper em̃ ardebat in uſum holocauſtorum. Neq; in aliũ finem Salomon etiã candelabra aurea quinq; parari iuſſit ad dexteram, a ſiniſtra toti- 3. Reg. 7
dem, & in ijs flores ſicut lilia, & lampades aureas deſuper, & forcipes aureos, & hydrias, & fuſcinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro puriſſimo. Quando igitur hæc de luminaribus tam ſedulo præcepit dominus, quis hominum ea erit temeritate ut conditorem ſuum æternum, & indeficientem ſapientiæ fontem, audeat ſine blaſphemia reprehendere? Quod ſi obiecerit ex Neochriſtianis quiſpiam in ueteri hæc p̃cepta eſſe teſtamento, nihil igit̃ ad nos Chriſti Euangelio ſubiectos pertinere, ei quoq; reſponſum uolumus, uerum id quidem eſſe, nam alias nos quoq; habere cogeremur cãdelabra aurea, quorũ unum centum haberet talenta, cum lampadibus ſeptem, ſed unum hoc ex eo uiciſſim quæro: An deus ille in ueteri teſtamento cęcus fuerit, eo φ iuſſerit tot ſibi lucernas accendi, quod is iam impudenter cauillatur. An non idem utrinq; deus qui omnia bene uidit, luminis nullius indigus, & tamen uoluit tot in templo luminaria ardere. Aut unde probabis deum quod olim uoluit & præcepit nunc prohibuiſſe? Aut cum ſacculo bulla e cœlo tibi deſcendit? Quin igitur ſanctas Eccleſiæ cæremonias miſſas facitis.

3. Quid φ & in ueteri teſtamento feſtũ celebre fuit luminarium, in alium tamen finem inſtitutum φ hoc noſtrum? Quum enim Antiochus idolis ſuis templum con- 1. Mac. 4
taminaſſet, omniaq; eius uaſa deboneſtaſſet, illud cum gaudio rurſus conſecrauit Iudas Machabæus, & cõmuni omnium conſenſu uniuerſo populo inſtituit dedicatio- Ioan. 10
nis huius feſtum celebrari debere, quod & feſtum luminum appellarunt, ſicut & Ioſephus teſtatur, id ea de cauſſa φ ubiq; in parietibus templi luminaria adfigebant, qđ etiam nũc fit, ut ubicunq; crucem fecit, ut ſolent 12. fieri in dedicando templo, ſuffraganeus, ibi cæreus ſuffigatur, φuis aliã ad- Li. 12. ca. 14.
huc cauſſam reddit Ioſephus, quur illi feſtum

ſtum hoc luminum dixerint ſemperq; ob-
ſeruarint, eo q̄ eis ſplendidum lumen reue
rendi cultus diuini & fidei inſperato appa
ruerit. Quanto autem rectior nobis Chri
ſtianis ſententia eſt, q̄ diem hunc a lumina
ribus appellemus, quoniam in eo nobis ſal
Luc.2 uator noſter Chriſtus dominus apparuit
oblatus in templum, qui nobis datus eſt
in lumen ad reuelationem gentium, & glo
riam plebis Iſraël. Hic itaq; non illaudatꝰ
luminariū uſus in cultu diuino iam olim
a pijs Iudæis obſeruatus, nunc etiam ab ec
cleſia catholica receptus eſt, quādo et Chri
ſtus datus nobis eſt in lumen ad reuelatio-
Luc.2 nem gentium, lumen illud uerū quod ue-
Ioan.1 nit in mundum, & illuminat omnem ho-
Ioan.8 minem: lumē inquam mundi, in cuius lu
mine inſuper uidebimus lumen fœlicita-
Pſal.35 tis æternæ. In eius luminis ortu reges gen
Ioan.8 tium ambulauerunt, Chriſtus quoq; ipſe
Luc.2 de tenebris uocauit nos in lumen ſuum ad
mirabile: quiſquis enim ſequitur dominū
non ambulabit in tenebris, ſed habebit lu-
men uitæ, quando deus ipſe a Iacobo recte
Iaco.1 pater luminum dicitur. Quum igitur inui
Roma.1. ſibilia dei & æterna eius uirtus atq; ſapien
tia per ea quæ ab eo ſunt facta, cognoſcun
tur & uidentur, quomodo non ab externo
illo uiſibili lumine accenderemur ad con-
templandam excellentiam luminis diui-
ni? Aut quid uetat quo minus cereum ſuc
cendentes pijs animabus oremus: Requiē
ęternam dona eis domine, & lux perpetua
luceat eis. Aut quid tandē in hoc uniuer-
ſo mundo, qui ab ornatu appellationem
traxit, uel pulchrius, uel humanæ naturæ
conformius, uel deniq; neceſſarium magis
lumine? Ec quid tandē futurꝰ ſit ipſe mun
dus lumine deſtitutus, niſi horribilis abo-
minatio oīs calamitatis & miſeriæ? Quur
itaq; Chriſtianum hominem non incitaret
aſpectus luminis ad om̄e bonū? aut quur
quoue modo diſpliceat deo ſi ſibi per hanc
creaturam pie ſeruiatur?

4. Quod aūt Neochriſtiani interim eru
beſcūt in manibus ſuis cęreos geſtare, quo
rum uſum inſuper imprudēter ſuggillant,
neq; tamen intermittunt diabolo lucernā
ſuccendere, mera fit tum ſeductione, tum
ſuggeſtione diaboli, qui iam olim ante mil
le annos Vigilantiū ſimili errore inuoluit,
is.n. ad eundem modum ſimplicitatē Ec- Hierony.
cleſiæ irridebat, dicens: Prope ritum genti
lium uidemus ſub prætextu religionis in-
troductum in Eccleſijs, ſole adhuc fulgen-
te, moles cæreorum accendi, magnum ho-
norem præbent huiuſmodi homines bea-
tiſſimis martyribus, quos putant de uiliſſi-
mis cæreolis illuſtrandos, quos agnus qui
eſt in medio throni cum omni fulgore ma-
ieſtatis illuſtrat. O impudentem ueſaniam
hominis, qui ob inſignē hanc temeritatem
ſuam & hæreſim dānatus eſt, ſicuti S. Hie
rony. eius errores cōdemnauit, ubi contra
ipſum inducit in omnibus orientalibus ec
cleſijs luminaria ſuccendi ad lectionē Euā-
gelij, non ut ſic melius uideatur, ſed ad de-
clarandum Eccleſiæ gaudium ex illo tam
fœlici nuncio quod nobis per Euangeliū
innotuit. Nemo etiam catholicus auerti
& deterreri ſe ſinat a laudabili hac conſue-
tudine ꝑ figmenta & deblateratiōes Neo-
chriſtianoꝶ clamantiū, rem hanc inutilē
eſſe, neq; luminibus indigere Deū. Quod
quidem uerum eſt, quoniā eis opus nō ha-
bet, ſicuti nec indiguit unguento quo eum Mat.26
Magdalena perunxit, quod tamē factum
& ipſe comprobauit, & ab exprobratione
apoſtoloꝶ defendit. Aut nonne in ueteri
quoq; teſtamento deus luminibus nō ma-
gis q̄ nunc indiguit, eorū tamen uſum ibi Exod.25
præcepit: Quando omnes etiā nos Chriſti
ani profitemur Deum neque luminibus,
nec ullo noſtro cultu opus habere, ſed in-
terim nos eo indigemus, & clamamus
cum Dauide: Conſerua me domine, quo
niam ſperaui in te: Dixi domino Deus Pſal.15
meus es tu, quoniā bonorum meorum nō & 40
eges. Conſtat ſane eum noſtri non indige-
re, cuius eſt totus etiā orbis terraꝶ, & quic
quid in illo eſt, & tamen laudamus deum
in donis ſuis, uolentes ſic eſſe grati in eum
ut deinceps plura nobis bona largiter im-
pendat, & dicimus cum Dauide: Tuæ di 1.Par.29
uitiæ & tua eſt gloria, tu dominaris omniū
in manu tua uirtus & potentia. Tua ſunt
omnia, & quicquid de manu tua accepi-
mus dedimus tibi. Maius periculum inten
dunt, qui hic curam prætendunt pauperū
uanos clamitātes eſſe ſumptus luminariū,

quos præſtiterat in uſum pauperum conuertiſſe, ij nō faciunt hoc eo ꝙ tam ſint ſolliciti de pauperibus, quos parum aut nihil adiuuant, ſed blaſphemant dominum, dicentes uanas eſſe luminariū impenſas, qua ſi non deus omni honore digniſſimus ſit, quem ei exhibere totus mundus præualeret & poſſet. Quid mirum autem ſi mali corui malum ſit ouum, iſtiq́ patrem ſuum imitentur Iudam, qui & ipſe ſuccenſebat
Mat. 26 de unguēto corpori Chriſti ſuperfuſo, ratus præſtitiſſe ſi uenundati precium eſſet in pauperes collatum. Sed non erat hic uerus animus ſuus, ſicuti neq́ Neochriſtianorum eſt, uerum hoc ille dixit non ꝙ multū adeo curaret pauperes, ſed quia fur erat & loculos geſtabat, atq́ quicquid domino offerebatur.

5. Quid ꝙ & myſtica expoſitione non caret, ſicut. n. hic Symeon Chriſtū confeſſus eſt eſſe lumen ſpirituale, ita hoc totum facile ad dominū referri poteſt. Apes nāq́ uirgineo opere cærā ex melle conficiunt, & ſic Maria Chriſtum integritate uirginitatis ſalua edidit, ſiquidē luxuria apes non aguntur, neq́ per cōmiſtionem generant, dolorem in partu non ſentiunt, & ſubito tamen magnā apum multitudinē producunt. Quæ omnia pulchre Mariæ conueniunt, quæ ſine uirili commiſtione citraq́ partus dolorem Chriſtū edidit ſaluatorē, & ideo proprie cera humanitatem Chriſti deſignat, ſicuti filum candidum ſanctam eius animam, & flamma diuinitatem, quoniam deus ſæpe in ſcripturis nomine ignis
Heb. 12 ſignificatur, deusq́ ignis conſumens appellatur. Ad hæc ſignificantia luminū admonemur hac præcipue ſolennitate purificationis Mariæ, quomodo nos purgari oporteat in ſpiritu, nēpe luminaria geſtantes puri & mundi corā deo erimus. Quid autem aliud eſt lumen accenſum & ardens niſi fides recta bonis operib⁹ redimita? q̄m
Luc. 12 ſic docuit dn̄s: Sint lumbi ueſtri p̄cincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris: nam
Iaco. 2 ſicut lumen ſine flamma nihil eſt, ita fides ſine operibus mortua eſt. Filum porro rectam animi intentionē in opere deſignat, quoniam hoc ſine illa bonum eſſe non poteſt, iuxta illud: Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Quum ergo homo fidem rectam habens, bona inſuper opera facit adfectu bono, is demum iuſtus erit coram domino, quod alia parabola docuit dominus exemplo uirginū prudentum, quæ ſumpſerunt oleum ſecum cū lampadibus, ita enim nos quoq́ habere decet diuinæ charitatis oleum et recte intentionis, atq́ tunc lumen accenſum hic coram deo geſtabimus, & in futura patria illud impetrabimus æternum. Matt. 6 Math. 25

Hinc ergo eſt quod conſecrationem luminariū inſtituit Eccleſia, ut nō t̄m nobis proſint ad informationē, ſed & utilia fiant & ſalutaria in uſu, iuxta illud quod canit Eccleſia: Vt in quibuſcunq́ locis illuminata fuerit, diſcedat & cōtremiſcat diabolus, & fugiat pauidus cum omnibus miniſtris ſuis de habitationibus illis. Domine deus te humiliter deprecamur, ut has candelas ad uſus hominum & ſanitates corporum & animarum benedicere digneris & ſanctificare. In hoc precatur eccleſia obnixe dominum deum, ut mittat ille archangelum ſuum ſanctum Michaëlem, qui diabolum a noſtris habitationibus & domicilijs omnibus expellat, ſicuti profligauit eum a Sara & Thobia, ita nunc abigat e templis, domibus, & locis om̄ibus, ubi miniſtri ac ſerui dei inhabitāt, uigilantes, aut dormientes, uel quocunq́ modo pie conuerſantes. Omnes itaq́ Chriſtiani luminaribus illis pio adfectu uti debent, ſpe bona firmiter confidentes fore ut ſic ab omnibus inſidijs & fraudibus diabolicis uirtute uerbi & orationis huius liberenē, ipſiq́ tandem ad conſortium peruenire mereantur angelorum & ſanctorum omnium in æterna beatitudine, ibidem perpetuam diuinæ eſſentiæ lucem contemplaturi. Quā rem nobis omnibus miſericors & propicius concedat Ieſus Chriſtus dominus noſter, lumen indeficiens, lucemq́ inhabitans inacceſſibilem, cui laus, honor & gloria in ſæcula ſæculorum.

A M E N.

In



In Cathedra Petri.

Euangelium Matth. XVI.

Illud uide infra in die Apoſtolorum Petri & Pauli.

QVod ad hiſtoriam attinet, breuiter nos expediamus. Quoniam S. Petrus poſt illam apoſtolorum diuiſionem annis quinq; ſe continuit in Ponto, Aſia, Galatia, Bythinia & Capadocia, quas ille tanq; peculiaris Apoſtolus adminiſtrauit, prædicatione ſimul & do-
1.Pet.1 ctrina ſua inſtituit diligenter, ſicut & Epiſtolas ſuas ad eos ſcripſit. Deinde Antiochiam uenit, ubi etiam per ſermones Pauli, Petri & Barnabæ aliorumq; uſq; adeo multi crediderunt Euangelio homines, ut
Act.11 ibi primum a Chriſto Chriſtiani cœperint appellari. Ah miſerere noſtri domine Ieſu quod præclara illa ciuitas, in qua primum Chriſtianæ plebis auditum eſt nomẽ Mahometo nunc ſeruit & infidelibus. Atqui Antiochiam quum ueniſſet Petrus, ibiq; miracula tam & plurima & maxima fierent, ut iam ſupra decem milia hominum baptizata eſſent, ipſeq; adeo qui erat cunctis potentibus in ciuitate ſublimior Theophilus, hic etiam domus ſuæ ingentem (Ex recognit. Clementis li. 10:)
Baſilicam Eccleſię nomine conſecrauit, in qua Petro apoſtolo conſtituta eſt ab omni populo cathedra, ut impleretur ſcriptura, quæ habet: Exaltent eum in Eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum. (Pſal.108) Ibiq; 7. annis rexit Petrus, unde deinceps ab uniuerſo Chriſtianiſmo Eccleſia illa Antiochena digna iudicata eſt, quæ honore & dignitate decoraretur Patriarchatus, ſicut & Alexandria & Hieruſalẽ, longoq; poſt tempore Conſtantinopolis. Quarto uero anno imperatoris Claudij, qui & ultimus ſuæ extitit adminiſtrationis, Petrus Romam uenit, ubi quum magna hominum multitudo ad fidem iam eſſet conuerſa, erexerunt ei hic quoq; cathedram magnificam, & ipſum deſuper impoſuerunt, ibiq; rexit annis 25. quod & D. Hieronimus teſtatur, & Damaſus Papa. (Hierony.)

Qur autem feſtum factum hoc ſit, S. Maximus in quodam docet ſermone: Nã quũ apud Ethnicos moris erat in Februario, feſtum obſeruare conuiuijs dicatum, idq; facile adeo abrogari non poterat, feſtum hoc cathedræ Petri a ſanctis patribus in hoc inſtitutum eſt, quamuis ne ſic quidem aliquandiu adhuc poſtea ab iſta ſua crapulatione abduci poterãt, quin hoc ipſum etiam feſtum epularum Petri dicerent, tantiſper dum hic quoq; abuſus paulatim aboleretur. (Maximus)

In Die Cinerum

In domo pulueris, puluere uos conſpergite, Mich. I.

NOn ſine euidenti grauiq; ratione Eccleſia Chriana inſtituit in hũc ipſum diem ſacros conſecratoſq; cineres capitibus ſuis uti ſuſciperent Chriſtiani, quamuis apud multos id quoq; cõtemnatur, adeo ut iſti inſano, impio & diabolico ſuo furori hodie magis uacent, q̃ toto alias anno, tantumq; in ignominiam Chriſti & Eccleſiæ, ſuarumq; animarum damnationem. Vt autem pij Chriſtiani omnes uſum illum ſacrorum cinerum peni

tus intelligant, ſuaqꝫ corda & animos re-
cte in ea re inſtituant, paucis tantum quæ
maxime ſunt neceſſaria explicabimus.

Principio feria hæc quarta caput dicitur
ieiunij, namqꝫ ipſe etiam Chriſtus, ut ſan-
cti patr s uoluere, anno iam trigeſimo æta
tis, quum feria 3. baptizatus, alteroqꝫ poſt
Matth.4 die in deſertum adductus eſſet, ſuũ inchoa-
re cœpit ieiunium. Et hoc quidem ipſa eti-
am quadrageſimæ ſupputatio ſecum ad-
fert, quæ quum 40. diebus durare debeat,
& tamen in 6. ſeptimanis dies ſint 42. ab-
latiſqꝫ diebus dominicis ſex, dies iam qua-
tuor nobis deficiunt, qui quatuor ijſce hu-
ius ſeptimanæ diebus ſupplentur. De illo
quadraginta horum dierum ſacratiſſimo
tempore nihil nunc dicere intendimus.
Tantum quia illud Chriſtus ipſe obſerua-
uit, & ab ipſis iam inde apoſtolorum tem-
porib9 in hæc noſtra ſæcula uſqꝫ continuo
uſu obſeruatum deuenit, ſicuti nobis San-
Hierony. ctus Hieronymus, Auguſtinus & Dama
ſcenus clare teſtantur, nos quoqꝫ decet il-
lud in omni obedientia ſancte & religioſe
obſeruare. Verum nos huic interim funda
mento noſtrum illum ſuperſtruamus ſer-
monem. Quandoquidem hodie caput eſt
ieiunij, initium temporis pœnitentiæ, de-
cet Chriſtianum quenqꝫ pium, pie quoqꝫ
& ſancte ſe illi parare. Summus autem pœ
nitentiæ gradus humilitas eſt, ut ſic homo
ipſe ſe cognoſcens demittat & humiliet co-
ram ſummo bono & omnipotentia dei, un
de tandem fiat ut ille & miſericordiam &
remiſſionem percipiat delictorum. Hinc
enim toties iam Eccleſia ijs uerbis ueluti
ſolenniter utitur: Humiliate capita ueſtra
Eccleſia. deo, indies etiã illud decantat: Flectamus
genua. Ita te mater illa chariſſima ſubinde
docet & monet, ut uniuerſum tuum ieiu
nium nil niſi mera quædam ſit humilitas.
Aut qd aliud ipſa etiã tota confeſſio eſt, ni
ſi humilitas quædam & obedientia? ſicut
Eccl.4 & Sapiens dicit, Presbytero humilia ani-
mam tuam, & magnato humilia caput
tuum.

Deinde ex ijs iam ſequitur, quur tandẽ
omnia cantica preceſqꝫ omnes hodie in hu
militatem tendant, & pœnitentiam, ut ſic
noſtri aliquando miſereatur deus. Conſe-
cratura etiam cineres. Eccleſia incipit hoc
modo: Exaudi nos domine, quoniam be-
nigna eſt miſericordia tua, ſecundum mul-
titudinem miſerationum tuarum reſpice
nos. Ipſumqꝫ miſſæ hodiernæ officiũ hoc
auſpicatur introitu: Miſereris omniũ & ni- *Sap.11*
hil odiſti eorũ quæ feciſti, diſſimulans pec-
cata hominum propter pœnitentiam &
parcens illis, quia tu es dominus deus no-
ſter, Miſerere mei deus miſerere mei, quo-
niam in te confidit anima mea. Proponit
etiam prophetiam Iohelis: Conuertimini
ad dominum deũ ueſtrum, quia benignus *Iohel.2*
& miſericors eſt, & patiens & multę miſeri
cordiæ, & præſtabilis ſuper malitia, inter
ueſtibulum & altare plorabunt ſacerdo-
tes miniſtri domini, & dicent: Parce domi
ne parce populo tuo. Tractum deinceps
incipit, quem per omnem quadrageſimã
ſecunda, quarta & ſexta ferijs cõſeruat, do *Pſal. 102*
mine non ſecundum peccata noſtra facias
nobis, neqꝫ ſecundum iniquitates noſtras
retribuas nobis: Domine ne memineris
iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito
anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pau
peres facti ſumus nimis. Adiuua nos deus
ſalutaris noſter, & propter gloriam nomi-
nis tui Domine libera nos, & propitius
eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ.
Et ne ſim longior, duabus maxime rebus
uelut innixa & ſuffulta uniuerſa inſiſtit
pœnitentia, Miſericordiæ quidem quo ad
deum, ſine hac enim nõ tantum nemo ho-
minum ſaluatur, ſed & pœnitentiam ſuffi-
cientem agere nullus poſſet, ſicut inquit
Dauid: Non enim iuſtificabitur in con- *Pſal.142*
ſpectu tuo omnis uiuens. Humilitati ue
ro quo ad nos, ea enim, ut ante memoraui-
mus uſqꝫ adeo eſt neceſſaria, ut citra hanc
nequeat uenire homo ad pœnitentiam & *Iaco.4*
miſericordiam Dei: ille nanqꝫ ut ſuperbis
reſiſtit, ita humilibus dat gratiam. Quan-
tum autem filios ſuos ad humilitatem ho-
die exhortetur Eccleſia, uel ex ipſis cineri-
bus, & ijs quæ circa illos canuntur dicun
turqꝫ colligere licet.

3. Eccleſia cineres illos ex ſacratis præ-
teriti anni palmis uſtos conſecrat, idqꝫ col-
lectis quatuor: In quarum priore orat cla-
matqꝫ ad deum, ut mittere dignetur ange-
lum

lum ſuũ ſanctũ de cœlo, qui cineres illos benedicat & ſanctificet, ut ſint remediũ ſalutare, omnibus nomẽ ſanctum dei humiliter inuocantibus, ac ſemetipſos pro conſcientia delictorum ſuorum accuſantibus, ut ſic cineribus iſtis ſeſe aſpergant ad corporis ſanitatem & animæ tutelam: In ſecunda collecta etiam precatur Deum eccleſia, quatenus inſpiciat conditionis humanæ fragilitatem, & hos cineres pro ſua pietate benedicere dignetur, quos cauſſa proferendæ humilitatis atq; promerẽdæ uenię capitibus noſtris imponi decreuim⁹, ut qui nos cinerem eſſe & ob prauitatis noſtræ meritum in puluerem reuerſuros cognoſcimus, peccatorum omnium ueniam & premia pœnitentibus repromiſſa miſericorditer conſequi mereamur. In tertia collecta orat Eccleſia, Deus qui humiliatione flecteris, & ſatisfactione placaris, aurem tuæ pietatis inclina precibus noſtris, & capitibus ſeruorum tuorum horum cinerum aſperſione attactis effunde propitius gratiam tuæ benedictionis, ut eos ſpiritu compunctionis repleas. In Quarta quoq; collecta ſic precatur: Omnipotens ſempiterne Deus, qui Niniuitis in cinere & cilicio pœnitentibus indulgentię tuę remedia pręſtitiſti, concede propitius, ut ſic eos imitemur habitu, quatenus ueniã proſequamur obtentu &cæ.

Ioan. 3 Has Eccleſiæ precationes quum ponderamus diligenter, uidemus quur nam & cineres recipiam⁹, & in recipiẽdis quid recogitare debeamus: Si enim humilitas pœnitentiæ eſt fundamentum, humiliare nos quoq; debemus & cineres capitibus noſtris inſperſos ſuſcipere, ut nobis elargiri dignetur Deus ſpiritum compunctiõis & gratiæ perfectę pœnitentię: Quotquot ergo propoſitum habent bonum, ſe quoq; ordinationibus rite accommodare eccleſiaſticis, inſtituunt etiam hoc ſancto tẽpore pœnitentiã agere, confiteri, & ſacramentum ſuſcipere, ij quoq; debent hodie conſecratos recipere cineres: Porro admonetur hic quilibet homo fragilitatis ſuæ, quoniam & ex terra & puluere compactus ſit & in puluerem rurſus diſſoluẽdus: Et hæc quidem ſalutaris eſt ſanctæ humilitatis cogitatio, firmũq; & ſolidum ſalutaris pœnitentiæ fundamentum: Qui poſſet enim homo magis admoneri apud ſemetipſum peccata fugere, neq; id tantũ, niſi inſuper eo etiam adducatur, ut ea quoq; diſpliceãt ſibi, q̃ dum ſuam uel tacitus ſecum reputat abiectiſſimam etiam imbecillitatem & uilitatem, dum terram ſe & nihil aliud niſi eſcam & receptaculum uermium uidet doletq;: Dum cogitat enim qui magno elatus faſtu ſuperbit: En ego cinis ſum, ſua confunditur inſolens ſuperbia. Dum auarus, Luxurioſus, adulter, crapulator, inuidus & iracundus, ex animo ſecum cõmemorant: Ecce puluis & umbra ſumus, ſumus ecce miſerrima tellus: Et noſtri fugiunt ut leuis aura dies: Carpimur ut ſtipulæ rapido carpuntur ab igni: Nec niſi uiuẽdo ſomnus & umbra ſumus: Qua tandem eſſent obſecro pertinaci & indurata peruicatia, ut talia cogitantibus non ſua diſplicerent ſcelera?

Submonetᷣ præterea hic quilibet iſtius abominationis Adę, cui quod dixit Deus uerbum, idem tibi quoq; ſacerdos dicit dũ cineres capiti aſpergit tuo: Memẽto quod cinis es, & in cinerem reuerteris. Adam in paradiſo in maxima gloria futurus & immortalis erat, ſed propter peccatum & ex paradiſo pulſus eſt, & abominationẽ iſtã meruit, ut in puluerẽ rurſus redigeretur, hoc eſt quod mori ut nos eũ quoq; oportebat. Vt iam tum potuerit illud dicere cũ propheta, pro ſe ſimul & uniuerſa ſua poſteritate: Cecidit corona capitis noſtri, uę nobis quia peccauimus: Coronam ſuam abiecit Adam per inobediẽtiam, imo nos quoq; omnes illam per peccata abijcim⁹, ideo poſt peccatum deniq; nudum eſſe ſe ſenſit Adam, cuius exemplo nos quoq; cognoſcere debemus, peccatis gloria nos noſtra priuatos eſſe, ideoq; ad decorem animæ noſtræ indigere gratia Dei, ex nobis enim nihil niſi puluis & cinis ſumus.

Gen. 3

Threni. 5

Ex ijs itaq; iam cõmemoratis cauſſis homines ſub initio huius ſancti temporis cineribus ſolent aſpergi, in ſignum & ſuæ cuiuſq; pœnitentię, & omnibus in uniuerſum hominibus cõmunis fragilitatis: Sicut apud quoſdã mos eſt, hominibus etiã

morituris quum exhibetur ſacramentum
ſimul quoq; cineres capitibus inſpergere.
4. Firmum etiam huius rei ex ſacris li-
teris fundamentum habet eccleſia, ſicut in
quarta collecta commemoratur: Quum
Iudith.4 enim in Iudæos expeditionem mouiſſet
Holofernes, illicq; ſupra modum tribularē
tur, ſacerdotes ſacrificaturi & cilicio ueſtie
bantur, & cineribus ſuper capita ſua con-
ſpergebantur: Quo exemplo etiam Iob di
Iob.16 cebat: Saccum conſui ſuper cutem meam,
& operui cinere carnem meam. Similiter
Pſal.101 Dauid quoq; pœnitentiam ſuam declarãs
in pſalmis ait: Cinerem ſicut panẽ mandu
cabam, & poculum meum cum fletu mi-
ſcebam. Quid quod Iudæis ſub Aſſuero
grauiter afflictis propter Amon, qui man-
dauerat oẽs quotquot in regno ſuo eſſent
Iudæos occidi, Mardochæus quum hoc
Heſter.4 comperiſſet frater Heſter, ipſe quoq; ſciſſis
ueſtimentis ſuis, ſaccum induit, cinereſq;
ſuper caput aſperſit: Iob uero ad Dominũ
Iob ult. ipſe, inquit, ego me reprehẽdo, & ago pœ-
nitentiam in fauilla & cinere. Et hæc ni-
mirum illa etiam fuit pœnitentia qua uſi
Ionæ.3 Niniuitæ (Poteris hic tu hiſtoriam exten-
dere, quam uoles) gratiam apud dominũ
emeruerunt, ſicuti quarta collecta comme
morat, & idipſum quoq; apud Matthæũ
Luc.10 & Lucam Chriſtus adprobat.
Hancq; pœnitentiæ formam prophetæ
quoq; docuerunt, ita enim ad domum Iu-
Hier.6. da Hieremias, filia, clamat, populi mei, ac
cingere cilicio & conſpergere cinere, luctũ
unigeniti fac tibi, planctum amarum. Et
idem quoq; ad optimates, Vlulate paſto-
Hier.25 res & clamate, & conſpergite uos cinere
optimates gregis, quia completi ſunt dies
ueſtri, ſicut & feciſſe illos conſtat atteſtan-
Thren.2 te idipſum propheta in threnis, Sederunt
in terra, conticuerunt ſenes filiæ Syon, con
ſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt
cilicijs. Daniel quoq; ille uir deſyderiorũ
in propria pſona hoc feciſſe legitur, quũ in
captiuitate detineretur Babylonica, dicẽs,
Daniel.9 poſui faciem meã ad dominũ Deum meũ
rogare & deprecari in ieiunijs, ſacco & ci-
nere, & oraui dominum Deum meum.
Ad eundem modũ Iudæi fecerũt in bello
1.Mach.3 Macchabæitico, quum exercit⁹ Lyſiæ ap-
propinquaret Iudææ, tunc enim Iudæi diẽ
illum ieiunarunt, cilicijs ſeſe ueſtierunt, ue
ſtibus alijs ſciſſis, & cineres ſup capita ſua
aſperſerunt, & deinde legimus: Sciderunt *1.Mac.4*
ueſtimenta ſua, & planxerunt planctu ma
gno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput
ſuum, & ceciderunt in faciem ſuper terrã,
& exclamauerunt tubis ſignorum, & cla-
mauerunt in cœlum. Et hoc quoq; ipſum
eſt quod uoluit Michæas, in ijs uerbis qui
bus Sermonem hũc noſtrũ exorſi ſumus, *Michæ.1*
In domo pulueris puluere uos conſpergi-
te (eſt.n. eadẽ dictio hic & Gene.3. עפר)
His omnibus deſeruit plurimum nobile
illud canticum Eccleſiaſticum, quod ſolen
niter canitur, dũ homines cineribus aſper-
guntur: Immutemur habitu, in cinere & ci
licio, ieiunemus & plorem⁹ ante dominũ,
quia multum miſericors eſt, dimittere pec-
cata noſtra deus noſter &c.
Idq; etiamnum plurimi faciunt pij & ca
tholici homines, qui nunc habitum quoq;
ſuum & ueſtitum permutant, plures enim
& uiri & mulieres abijciũt hodie torques,
anuloſq; aureos, & cætera ornamenta ſua,
nec ſericis porro utuntur ueſtibus, neq; ex
argenteis bibunt poculis, uerum uolupta-
tes huiuſmodi mundanas, omniaq; ſæculi
gaudia procul a ſe amoliuntur, adeo ut ple
riq; rubris etiam aut uiridibus ueſtimen-
tis iam hodie non induantur amplius,
Profecto enim quicqd hoc modo propter
Deum intermittitur, aut cõtemnitur, ſan-
cte & pie fit. Quamuis in multis locis hic
iam uſus increbruit inter homines, ut præ-
cioſis amicti ueſtibus ſi quando cõmunicã
dum ſit, ad ſacramentum euchariſtiæ ſuſci-
piendum accedunt, atq; id tantum faciũt
in honorem & reuerentiã ſacramẽti, domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, credentes ſe illum ue
raciter hic accipere, neq; id etiam omnino
male, modo ueſtes nec nimiũ leues nec ad
ſcandalũ ꝓximi ſint paratæ. Nã ut inquit
S. Greg. Centurio ille qui dominũ ad ſe *Grego.*
in ſuam domum aduenire nolebat, & ſyna *Math.8*
gogæ princeps Iairus aduentum Chri- *Luc.8*
ſti ad filiam ſuam grauiter efflagitans, inter
ſe mutuo non repugnarunt.
Verum furioſi iſti Chriſtiani illud male
intelligentes plurimum aberrant, dum nõ
ſatis

ſatis eſſe putant Eccleſiæ catholicæ ſe a-
uerſari eſſeq; inobedientes, niſi inſuper iam
hodie demũ, ueſtitu ſimul & geſtu fatuos,
bubalos & aſinos ſeſe ſimulent, quaſi pœ-
niteat eos eſſe quod homines ſunt, eſt ea
certe non minima ſanctiſſimæ fidei noſtræ
contumelia & ignominia.

Sed & Lutherani quod hic obijciant
habent, clamitantes, dixiſſe dominum per
Eſa.58 Eſaiam prophetam: Nunquid iſtud uoca
bis ieiunium & diem acceptabilem domi-
no, ſaccum & cinerem ſternere? ſimiliter &
Iohel.2 Iohel dicit: Scindite corda ueſtra, & nõ ue
ſtimenta ueſtra: Ad quæ reſpondemus.
Dominum hic uoluiſſe, exhibitionem iſtã
externam nihil eſſe niſi ſimul ipſum quoq;
cor cõſpiret, idq; ut eſt ueriſſimum, ita om
nia illa ideo intermitti debere externa nuſ-
q; ex ſacris literis uere colligitur: Vtrunq;
enim uno illo capite cõnectit mutuo quo-
dam ueluti nodo Iohel dicens: Conuerti-
mini ad me in toto corde, in ieiunio, fletu
& planctu &c. Sic enim placatus eſt Do
3.Reg.21 minus ſuper Achab, ꝙ coram eo humilia-
tus eſt &c.



Die S. Matthie
Apoſtoli Euangelium
Matthæi.xi.

Euangelium hoc iam an
te explicauimus Dominica 5. poſt feſtum Epiphanie
~~Trinitatis~~, idq; parte prima require: Et
tñ ad uberiorem ſanctiſſimi apoſtoli Mat-
thiæ laudem & gloriam, qui & ipſe iudex
cum Chriſto comparebit in extremo iudi-
cio, libet hic de ſua electione ſcripturã Lu-
cæ in libro Actuum apoſtolorum expla-
nare.

Lucas Cap. I. Actuum
Apoſtolorum.

In diebus il-
lis, Exurgẽs Petrus,
in medio fratrum di-
xit: Erat autem tur-
ba hominum ſimul
fere cẽtum uiginti: Viri fratres opor
tet impleri ſcripturam, quam prędi-
xit ſpiritus ſanctus per os Dauid de
Iuda, qui fuit dux eorum, qui com-
prehenderunt Ieſum, qui cõnume-
ratus erat in nobis, & ſortitus eſt ſor
tem miniſterij huius: Et hic qui-
dem poſſedit agrum de mercede ini-
quitatis, & ſuſpẽſus crepuit medius,
& diffuſa ſunt omnia uiſcera eius,
Et notum factum eſt omnibus habi-
tantibus Hieruſalem, ita ut appella-
retur ager ille lingua eorum achelde
ma, hoc eſt, ager ſanguinis. Scriptũ
eſt enim in libro pſalmorum Fiat cõ Pſal.108
moratio eorum deſerta, & nõ ſit qui
habitet in ea, & epiſcopatum eius
accipiat alter. Oportet ergo ex his ui
ris, qui nobiſcum ſunt cõgregati, in
omni tẽpore in quo intrauit, & exi-
uit inter nos dominus Ieſus, incipiẽs
a Baptiſmate Iohannis, uſq; in diem,
qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem re
ſurrectionis eius nobiſcum fieri unũ Infra.4
ex iſtis. Et ſtatuerunt duos, Ioſeph
qui uocabatur Barſabas, qui cogno-

minatus eſt iuſtus, & Matthiam. Et orantes dixerũt. Tu domine qui corda noſti omnium, oſtẽde quem elegeris, ex ijs duobus unum, accipere locum miniſterij huius & apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas, ut abiret in locũ ſuum. Et dederunt ſortes eis. Et cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim apoſtolis.

Homilia vnica

Act.1 LVcas illam Hiſtoriam quam hic cõmemorat, poſt ipſam nõ longe aſcenſionem Domini contigit ante diem pentecoſtes adhuc, uerum quonã decem illorum dierum facta ſit, in ſcriptura expreſſum non eſt. Certe enim in dieb⁹ illis ſurrexit Petrus in medio fratrum: Qui autem fratres ij fuerint iam ante oſtenderat Lucas, fuerunt enim præter undecim illos apoſtolos, etiam Maria mater Ieſu & cæteri fratres ac mulieres, omnes quidẽ pene centum & uiginti: Quæ quidem prima fuit Chriſtiana congregatio poſt mortem Domini: Primaq; illa Eccleſia catholica, ex ſanctiſſimis perſonis, unde hæc Eccleſia, quam nunc per uniuerſum mundũ longe lateq; diſperſam cernim⁹ & nata eſt & extructa. Et ij quidem fratres & ſorores omnes erant, quapropter dicitur, quoniã ſurrexit Petrus in medio fratrũ, id clarius
Act.4 aliquando expreſſit Lucas deinceps quũ ait, Multitudinis credentium erat cor unũ & anima una, unde non immerito fratres dicti ſunt. Deum immortalem quàm penitus extincta iam eſt charitas mutua & fraterna dilectio, quàm plane non recolimus nos patrem unum habere in cœlis, cui quottidie
Math.6 inclamitamus illud: Pater noſter qui es in cœlis, nõ cogitamus Chriſtum caput eſſe noſtrum, quoniã ſi ſerio meditaremur nos non tantum fratres eſſe quo ad carnem ex primo Adam terreſtri, ſed etiam in gratia quo ad Adam cœleſtem, non tot inter nos quottidie orirẽtur odia, diſſidia, contentiones, bella iurgia & mille diſcordiarum genera. Diceres, An non ex ſpirituſſancti inſtinctu ſcripſit Lucas, eo ꝙ non exacte ſed quaſi dubitanter numerum expreſſerit fidelium, ſic enim ait, erat turba hominum ſimul fere centum uiginti &cæ. Non ſane
hoc ex dubitatione profectum eſt, ſed ſicut Beda
mos eſt ſcripturæ, quod hæc quoq; cõmunem loquendi conſuetudinẽ imitatur, quę ſic habet, ut magnam multitudinem aut ſummam expreſſuri incerto inſiſtamus numero, quàm uis ibi in duobus aut tribus ultro citroq; non conueniat, dicimus tamen fere ita eſſe: Non ergo dubitanter hic Lucas loqui uoluit, ſed cum diminutione aliqua numeri non plane conſummati, ex communi uſu loquendi.

2. Nunc iam ipſum Petri ſermonẽ attẽdamus quum ait: Viri fratres oportet impleri ſcripturam, hæc quoq; nulla coacta neceſſitas eſt, ſed ueritas ineuitabilis, ſi-
cut alibi etiam Chriſtus dixit: Oportuit Luc.24
Chriſtum pati (uide ibidẽ) ita plane opor- Tomo.2
tuit impleri ſcripturã, neq; ignorabat hoc fol.12
Petrus uel ex ipſa obiurgatione dominica, quando in horto montis oliueti audiuit ſibi dici a dño: An putas quia non poſſum rogare patrem meũ, & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum. Quomõ ergo implebũtur ſcripturæ, quia ſic oportet fieri: Et uos igitur dilectiſſimi aliud nõ cogitate, niſi quia oportet impleri ſcripturam, quoniam ſignaculum habet efficax & infallibile ſpiritum ſanctum ueritatem diuinam, ſigillũ certiſſimum quod uiolari non poteſt. Quicquid ergo ſcriptu-
ra habet de periculis nouiſſimi tẽporis, de Math.24
Antichriſto, de uarijs ſectis perditionũ, de Mar.13
defectione & ſciſſione fidei, de maxima tri- 2.Theſ.2
bulatione cuiuſmodi non fuit unquàm, id om- 2.tim.2.3
ne oportet impleri, atq; ꝓh dolor illis etiã 2.Pet.2
noſtris temporibus incipiunt non parua futuræ deuaſtationis præludia, quoniam oportet impleri ſcripturam: Vide plura tomo.2.fol.200. per totum.

Sed quam tandem oportet impleri ſcripturam Petre? quam predixit ſpirituſſanctus per os Dauid de Iuda: Ecce quanta eſt eminẽtia ſcripturæ, quoniã quod dixit Dauid, ait Petrus ꝑdixiſſe ſpiritũ ſanctũ, omnis enim ſcriptura ſancta ex ſpiritu ſancto eſt

cto eſt, quotieſcũq; ergo audis citari tibi lo
cum ex Moyſe, Iſaia, Dauide, Ioanne,
Mattheo,Paulo,aut alijs,nõ eſt quod per-
ſonam aſpicias hominũ, quorũ non ꝓprie-
eſt ſermo ille qui adducit̃,ſed ſpiritus ſan-
Hier. ſup cti per eos loquentis,non ſecus atq; per ca-
Ezec.40 lamũ,autore Hieronymo, idipſum & Pe-
& Mic.3 trus teſtatur: Non uoluntate humana illa-
2.Pet.1 ta eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſan
cto inſpirati loquuti ſunt ſancti dei homi-
Rom.15 nes: Ita de ſeipſo etiam Paulus inquit,non
audeo aliquid loqui eorum quę per me nõ
efficit Chriſtus in obedientiam gentium,
2.Cor.13 & alibi: An experimentũ quęritis eius qui
in me loquitur Chriſtus: Hæc itaq; illa eſt
prærogatiua & dignitas ſacrarũ literarum
immenſa,ſuper omnes diſciplinas & artes
quæcunq; ſunt in mundo,quoniã illæ om
nes ab hominibus ſunt inuentæ, hæc ſola
diuinitus eſt profecta,nemo ergo contem-
nere eam debet,nemo in luſum uertere, ne
mo aliorſum rapere q̃ ſit intelligenda , ne-
mo deprauare. Væ ergo tibi hæretice quiſ-
quis ſigillum diuinum literas ſacras,uanis
falſiſq; tuis gloſſematibus corrumpis, ecce
blaſphemiã cõmittis,& peccas in ſpiritum
ſanctum,ex quo ſcriptura ſacra originem
habet.

3. Iam itaq; Petrus teſtimoniũ ſcriptu
ræ de quo ſic inducit,quia de Iuda qui fuit
dux eorum qui comprehenderunt Ieſum,
id in Euangelio ſuo quomodo factum ſit
Luc.22 explicat Lucas & ait: Adhuc loquente Ie-
ſu ecce turba & qui uocabatur Iudas unꝰ
de duodecim antecedebat eos,& appropi-
quauit Ieſu ut oſcularetur eum : Idem &
Ioan.18 Iohannes commemorat dicẽs: Iudas quũ
accepiſſet cohortem & a pontificibus &
phariſæis miniſtros &c. Pergit de Iuda Pe
trus & ait,qui cõnumeratus erat in nobis
& ſortius erat ſortem miniſterij huius, de
apoſtolatu loquitur hic Petrus, in quẽ &
Iudas electus fuerat a domino ut teſtatur
Mar.3 Marcus,fecit ut eſſent duodecim cum illo,
Math.10 & ut mitteret eos prędicare,ex ijs etiam Iu
das fuit numero ſaltem non merito , quod
& eccleſia de omnibus dicere poteſt mini-
ſtris malis: Vbi ſatis apparet iniquitatẽ nõ
auferre officium,quoniam & ſi quis pecca-
tor eſt,tamẽ adhuc princeps eſt, epiſcopus
parochus, iudex & cæt. ſic Iudas q̃uis ini-
quus, apoſtolatum tñ habuit uſq; ad ſuſpẽ
dium ſuum, & ſic dominus dixit ad diſci-
pulos: Nonne duodecim elegi & unus ex
uobis diabolus eſt: loquens utiq; de Iuda Iohan.6
quem ſciebat ſe traditurũ &c.

Et hic quidem poſſedit agrum de mer-
cede iniquitatis, agrũ intelligit Petrus pe-
regrinorũ, qui triginta denarijs coëmptus Math.27
eſt, quos abiecerat Iudas precium ſangui-
nis: Sunt qui dicãt Iudam poſſediſſe agrũ
illum quoniam in eo ſepultus ſit, uerum ij
nullam habent ſcripturæ autoritatem: Ve- Beda
rũ Beda ait id more ſacri eloquij dictũ eſſe,
poſſedit pro poſſideri fecit,pecunia. n.illa
ꝓcium iniquitatis erat & perditionis quã
aduerſus Chriſtũ operatus fuerat, quoniã
omnis pecunia male conquiſita preciũ eſt
iniquitatis,nec bene commodat ulli.

Suſpenſus etiam ille crepuit medius: O
premium iuſtũ malignitatis ſuæ, indigna
ſiquidem erat anima eius maledicta quæ Li. 10 ec
per os emigraret, quo oſculatus fuerat ipſe cleſ. hiſt.
Chriſtum prodendo,O peccator fili Iudæ Et l.3.tri
quiſq; indigne adſumis ſacratiſſimũ Chri- parti.in fi
ſti corpus,caue tibi ne hac morte & tu mo ne.
riaris,cõtingatq; tibi quod hęretico Arrio.
Teſtatur Matthæus Iudam ſuſpendiſſe ſe-
ipſum,id quando acciderit ex ſcriptura nõ
conſtat,ſunt quidem nonnulli qui factum
eſſe ſtatim putant in die paraſceues,quum
uideret dominum adeo crudeliter magnis
ſupplicijs affici, ratus enim ipſe erat effugi
turum eum manus Iudęorũ ut ſępe antea
fecerat. Alij putant ipſum ſuſpendiſſe ſe
tandem in die paſchæ,ſicq; diuulgata reſur
rectionis dominicæ fama deſperare cœpe
rit & ſemet ſuſpenderit: Quicquid ſit illud
& quandocũq; ſe ſuſpenderit conſtat utiq;
eum iam quũ hæc diceret Petrus,ſe ſuſpen
diſſe ante feſta pentecoſtes.

4. Cæterum deinceps iam teſtimoniũ
ex Dauide introducit Petrus quo confir-
mat alium apoſtolum in locum Iudæ eli-
gi debere,& geminum quidem locum in-
ducit ex diuerſis pſalmis deſumptum, alte
rum ex pſal.68. Fiat commoratio eorum Pſal.68

deſerta & non ſit qui inhabitet in ea, alterũ ex pſal. 108. Epiſcopatum eius accipiat alter: Prior ille locus plærunq; de Iudæis intelligitur, quorum ſynagoga a deo contempta ſedet iam ſine rege, principe, ſacrificio, altari, Ephot & ſine Theruphin: Ita autem inducit Petrus quaſi & de Iuda intelligatur, cuius domus per ſuſpendiũ facta eſt deſerta: Altera autem autoritas proprie de Iuda accipienda eſt, quoniam in eodem pſalmo triginta ſunt maledictiones in Iudam Scariothem illatę, iuxta numerum argenteorum quibus dominũ uendere nõ timuit. Iuda ergo per ſuſpendium cõſummato quum iam duodenarius apoſtolorũ numerus imperfectus eſſet (illũ enim multis locis ſpiritusſanctus abſolutum eſſe comprobauit, ſicut de apoſtolis dicturi ſumus) ideo oportuit teſtẽ adſumi ex ijs uiris qui fuerant congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter eos dominus Ieſus. Ecce ex uiris inquit nõ mulieribus, quę tamẽ ibi erãt aliquot celebres & ſanctæ, imo ipſa quoq; ſanctiſſima uirgo Maria, ſed ea tamen indulſit permiſitq; facile ut Petrus iuſſum & cõmiſſum exequeretur ſpiritus ſancti, neq; præſumpſit ullam in fide ordinationem facere, quod nunc procaculæ conãtur Lutheranorum uxorculæ facere, nõ cogitantes quod Paulus præcipit mulieribus ſilẽtium in eccleſia. Verũ & huc illuc proficiſci oportebat apoſtolos ad officium prædicandi conferendiq; teſtimonium de Chriſto, qua re adminiſtranda minus & aptitudinis & autoritatis habiturus erat ſexus muliebris q̃ uirilis.

Oſe. 3 · *Beda* · *In communi.* · *1. Cor. 14*

Statuerũt ergo duos, quos fuiſſe putant nõnulli ex ſeptuaginta duobus diſcipulis, unanimiter deinde orarunt dominum ut eis reuelaret quem ex ijs duobus elegiſſet ad apoſtolatum, unde cõſuetudo profecta eſt eccleſiaſtica ante electiones dominum rogandi pro gratia ſpiritusſancti. Sed multi interim non expectant illam, ſed preuenientes multis conatibus, aliquando temerarijs corruptelis munerum & largitionibus emunt ſuffragia, non cõfidentes ſpiritui ſancto, certam ſibi faciũt per phas nephaſq; electionem, inique ſane & iniuſte, unde & multa miſerrime ſurſum deorſum iactantur in mundo, Dederunt itaq; ſortes eis & cecidit ſors ſuper Matthiam.

Beda

De hac ſorte multa ſcribũt doctores, eo q; ſortibus epiſcopum aut quẽcunq; prælatum eligere canonibus cautũ eſt, ca. ult. extra de ſorti. Quidam prætextum hunc quærunt, dicentes factam eſſe electionem hanc priusq; perfectio ſpiritus diffuſa fuerit in eccleſiam, dicit ergo Beda, Matthias qui ante pentecoſten ordinatur ſorte quæritur, ſeptem uero diaconi quia poſtea ne quaq; ſortis agitatione ſed diſcipulorum tãtum electione, apoſtolorum uero oratione & manus impoſitione ſunt ordinati: Verũ hoc nõ ab omnibus recipitur, diaconos ex ſpiritu ſancto electos eſſe, & non etiã Matthiam apoſtolum, quum tamẽ apoſtolum eſſe multis modis maius & eminentius ſit q̃ eſſe diaconũ, uoluit ergo hic quoq; apoſtolos dediſſe ſortem ex ſpiritus ſancti inſtinctu. Adhuc alij putãt ſortem hanc nõ cõmuni modo datam eſſe ſicuti nunc numero pari aut impari, uirgultis quoq; utimur breuib⁹ & lõgioribus aut ſimili re fortuita, ſed ſignum fuiſſe diuinitus datum, id ex ipſa apoſtolorum oratione conijciunt, quando orarunt: Tu domine oſtende quẽ elegeris ex ijs duobus, & utiq; in hoc opere ſancto exaudiuit eos deus orãtes & oſtẽdit quem elegerit. Idem affirmat Dionyſ. inquiẽs: Videtur mihi ſcriptura ſortem appellaſſe diuini quippiam & præcipui muneris, per quod illi choro ſacratiſſimo inſinuaretur qui eſſet diuina electione declaratus: Ita putant multi S. Matthiam per illuſtrationem radij aut alterius uiſibilis ſigni a domino deo oſtenſum & declaratum apoſtolum, qui ſic adnumeratus eſt cum undecim apoſtolis, uti in alijs dationibus ſpiritus ſancti factum eſt.

Hierony. · *Beda* · *Act. 6* · *De eccle. Hiera. c. 3 par. 3*

De S. Matthia

SAnct⁹ Matthias apoſtolus a deo electus & per Petrum alioſq; ſanctos cœtui adiunctus, remanſit cũ hac ſancta congregatione donec apoſtoli ex cõmiſſione Chriſti diuiderentur in uniuerſum orbem profecti, ibi tunc primũ ille prædica-

prædicauit in Macedonia, ubi fidem Chriſti adſtruxit, multa inſuper paſſus aduerſa ab idolatris, uenenum exhibitū bibit ſine damno, uinctus quoq;, a Chriſto domino ſibi apparente confortatus & liberatus eſt. Hinc in Iudæam reuerſus, prędicauit, atq; a Iudæis pro blaſphemo captus & lapidatus eſt, incuſſa tandem capiti ſuo ſecuri, ſepultus ita in Iudæa eſt, deinde miſſus Romam a Conſtantino. Quum autem Helena urbem Treuerim multum amaret & gnauiter ædificaret multiſq; templis illuſtraret, curauit per Epiſcopum Agriciū qui antea patriarcha fuerat Antiochenus, nuncq; primus factus fuerat archiepiſcopus Treuerenſis, reliquias S. Matthiæ Apoſtoli Treuerim transferri, illas quoq; in S. Eucharij primi Epiſcopi templo argenteo repoſuit ſarcophago: unde deinceps templum illud S. Matthiæ dici cæpit. Sic itaq; unicus ille apoſtolus eſt, qui in Germania habetur integer & corpore toto, licet in eodem monaſterio magna pars reliquiarum S. Philip. collocata ſit, illum colite, ut pro uobis interceſſor apud dominū deum exiſtat pius ac propicius, Amen.



De Sancto Ioſeph nutritio pueri Ieſu & marito uirginis matris.

Qui cuſtos eſt domini ſui, glorificabitur, Prouer. XXVII.

AB æterno ſibi dominꝰ uirginem elegit Mariam, iuxta id quod & Sapiens agnouit, quum dixit in ſpiritu: Dominus poſſedit me ab initio uiarum ſuarum, anteq; quicq; faceret a principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiq́s anteq; terra fieret. *Prouer. 8* Quod ſi igitur ab æterno deus ſibi illam elegit matrem, ipſaq; uirgo tenella erat, q̃uis multos ſubitura labores & pericula, eo ꝙ puerum etiam Ieſum ita uolente deo, multas ſuſtinere oportebat perſequutiones, cuius curam interim agere decebat Ioſephum in fuga ad Aegyptum & reditu, ideo ſicut Maria ab æterno præuiſa fuit in matrem filij dei, ita & Ioſeph in nutritiū atq; cuſtodem Chriſti & Mariæ electus, conuenientibus huic officio donis ornatus eſt, ut non male de eo intelligatur illud Dauidicum: Preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo: *Pſalm. 22* utiq; enim beatitudinem ille hanc conſequutus eſt, de qua Sapiens dixit: Beatus qui habitat cum muliere ſenſata: & inde: Mulieris bonæ beatus uir, atq; non multo poſt: Pars bona mulier bona, in parte bona timentium deum dabitur uiro pro factis bonis, *Eccle. 25 & 26* quando igitur uir ſanctus in cuſtodem pueri Ieſu, & uirginis matris electus eſt, merito gloria magna exornatus eſt, iuxta id quod principio induximus, Qui cuſtos eſt domini ſui glorificabitur.

Euangelium Matthęi I. Liber generationis. Vel Matthæi I. Quum eſſet deſponſata mater Ieſu. Vel ibidem: Exurgēs Ioſeph a ſomnis. Vel Matthęi ij. Angelus domini apparuit Ioſeph in ſomnis. Vel Lucæ ij. Et erant pater eius & mater eius mirantes. Vel Mar. ſexto: Facto ſabbatho cæpit Ieſus in ſynagoga docere. Varij uariant, quiſq; pro ſua deuotione & cōſuetudine Eccleſiæ, in qua moratur. Euangelium generationis

expoſuimus ſupra in feſto cõceptio
nis Mariæ. Euangelium: Erant pa-
ter eius & mater eius, declarauimus
parte prima, ideo ijs obmiſſis dica-
mus aliqua de dignitate Ioſeph. &c.

ET principio quidem ſi uniuerſam
reuoluamus ſcripturam, inuenie-
mus huius nominis quatuor, eo-
rum ſingulorum laus uni huic decenter
tribui poteſt, primus adeo Ioſeph patriar-
cha fuit filius Iacob, is qui principali uirtu
Gene. 49 te ſapientia laudem emeruit maximã, quo
niam totam rexit Aegyptum (Dic hiſto-
riam quantũ placet, & applica) Ioſeph ille
Aug. ſup typũ Chriſti geſſit, eo ꝙ ipſum fratres ſui
Geneſim tanto proſequebantur odio, ut ne uerbum
Gene. 37 quidem pacificum ullum ei loquerentur:
Quomodo & Iudæi fratres Chriſti ipſum
in mortem uſqꝫ perſequuti ſunt. Inſuper
fratres eius uendiderũt ipſum denarijs 20.
Gene. 37 ex conſilio Iudæ unius ex fratribus, nõ ſe-
cus atqꝫ apoſtolus Chriſti Iudas magiſtrũ
Gene. 41 ſuum uendidit 30. denarijs. Iudas a Pha-
raone pro ſapientiſſimo habitus & reputa-
tus eſt, quamobrem lingua Aegyptiorum
ſaluatorem mundi uocauit. Et dominus a
Iohan. 6 Petro ſapientiſſimus iudicatus eſt, nanqꝫ
cæteris a domino ſecedentibus quũ quære
ret ille an non & ipſe abiturus eſſet, dixit:
Domine quo ibimus? uerba uitæ habes.
Alibi etiã quũ apoſtolos ſuos interrogaret
Math. 16 quẽ nam eſſe dicerent, ſolus reſpondit ipſe
Marc. 6 Tu es Chriſtus filius dei uiui. Ita Ioſeph il
le & multis modis laudatus eſt, & typus
Chriſti extitit.

Alter aũt Ioſeph nobilis iſte fuit ex Ari-
mathia, quẽ ſua cõmendauit fortitudo, ſi-
quidem & ipſe erat expectãs regnum dei,
unde nihil diffidens ingreſſus eſt ad Pila-
tum, & petijt corpus Ieſu, illudqꝫ ſepeliuit
in monumento ſuo nouo, quare non ſine
Mar. 15 laude inſeruiuit dño iam tũ mortuo, unde
et ipſe laudẽ et gloriã meruit apd dñm deũ.
Tertius, porro Ioſeph filius eſt Alphei, &
Marię Cleophæ, unus ex 72. diſcipulis,
frater Symonis & Iudæ, & Iacobi mino-
ris, hunc quoqꝫ ſingulare cõmendat exem
plum iuſtitię, quũ enim ſurgeret Petrꝰ inter
Act. 1 fideles primitiuæ Eccleſiæ, iãqꝫ ſucceſſor
eſſet eligendus in locum Iudæ, cõſtitutus
eſt hic Ioſeph, qui uocat̃ Barſabas, qui co-
gnominatus eſt iuſtus. Aut nõ hęc ei laus
magna eſt, ipſum iam tũ a fidelibus habi-
tum eſſe dignũ qui fieret Apoſtolus, cui
etiã dignitas & exiſtimatio eo fuit ampli-
or, ꝙ ueluti ꝓprio cognomento ab omni-
bus dicebat̃ iuſtus (nõ me ꝑterit, quod alij
dicunt, hoc nomen fuiſſe ꝓprium). Quar
tus hic Ioſeph cuius hodie feſtum colimus
laudari poſſet a quarta illa uirtute cõtinen
tiæ, ſed de eius laude paulo poſt dicturi ſu-
mus, tantũ iam oſtendamus ipſum trium
illorũ uirtutes in ſe cunctas habuiſſe: primi
enim ſapientiã, ſecundi fortitudinẽ, & iu-
ſtitiam tertij in ſe unus habuit: nanqꝫ ſi ſa-
piens nõ fuiſſet, quõ per Aegyptiacã ꝓfe-
ctionem pericula ex Herode imminentia
euitare potuiſſet, ſiquidem uel ex maſcula
ſua uirtute idoneus erat, qui puerũ Ieſum
& Mariã cuſtodiret, fugiẽtes in Aegyptũ.
Sed & iuſtitiæ eius teſtimoniũ Matth. prę
bet, quũ ait: Ioſeph uir eius quũ eſſet iuſtꝰ, *Math. 1*
& nollet eã traducere. Ecce cõmuni ſcri-
pturæ more expreſſit Euangeliſta eũ oibꝰ
ornatum uirtutibꝰ iuſtũ coram deo fuiſſe.

2. Eſt itaqꝫ illud ꝓcipuum in laudibus
Ioſeph, unde reliqua manãt quæ deinceps
explicabimus, qm̃ maritus Mariæ extitit,
ſiquidẽ hæc illi deſponſata eſt Matthęo &
Luca atteſtantibꝰ. Multa hic de matrimo-
nio dici poſſent iter Mariã & Ioſeph, atqꝫ
qđ hoc perfectum cõiugiũ oĩa habuit bo- *Auguſti.*
na matrimonij, ꝗuis corporaliter cõmixti *contra*
ipſi non ſunt, ſed neqꝫ propoſuerunt illud *Fau. li. 23.*
unqꝫ facere, eo ꝙ ambo perpetuam uoue-
rant caſtitatẽ, ſicut ex uerbis Mariæ ad an-
gelum ſatis colligit̃: Virum .n. dixit illa, nõ *Lucæ 1*
cognoſco. Hoc eſt, ut ait Ambro. ꝓpoſui
mihi nullũ me cogniturã, ſi nanqꝫ uere di-
cere potuit Sara uxor Thobiæ: Tu ſcis do *Thob. 3*
mine quia nunqꝫ cõcupiui uirũ, & mundã
ſeruaui aĩam meã ab omni cõcupiſcentia,
uirum tñ cũ timore tuo, non cum libidine
mea conſenſi ſuſcipere, quanto magis po-
tuit hoc dicere Maria uirgo & mater dei?
Sic aũt & Ioſeph uirgo ꝑmanſit, perpetu-
amqꝫ caſtitatẽ ſeruauit, id ijs ṽbis affirmat
S. Hiero. contra Heluid. Tu, inquit, dicis *Hierony.*
Mariã uirginem nõ permanſiſſe, ego mihi

plus

plus uendico, etiā ipſum Ioſeph uirginem
fuiſſe per mariā, ut ex uirginali cōiugio uir
go filius naſceret͂: plus.n.fuit cuſtos Marię
ꝙ maritus. Adduci in hoc idem poteſt
ualidum argumentū: Chriſtus iam morti
Iohā. 19 ꝓximus in cruce pendens, matrem Ioanni
cōmendauit apoſtolo, ubi quęrunt docto
Beda res, quur non Petro aut alteri ex diſcipulis
cōmiſerit eam: reddūtq; ratione huiuſmo-
di, quoniā uirginē uirgini uirgo cōmenda-
re uoluit, qđ ſi igit͂ Chriſtus Mariā iā gran
dæuam annos habentē 48. non niſi uirgi-
ni cōmendauit, ſequit͂ eum tenerā illam ad
huc in annis iuuenilib⁹ puellā nō alteri ꝙ
uirgini commiſſe. Inſuper addit Gerſon,
conſyderandū hoc eſſe non uirginē tantū
fuiſſe Ioſeph, ſed & in eo deum per gratiā
ſuā oēm carnalis concupiſcentiæ ardorem
extrinxiſſe, ut ſic potuerit cum ſanctiſſima
pulcherrimaq; uirgine Maria, citra omnē
prauæ libidinis tentationē cohabitare. Vn
de ſunt qui uolunt Ioſephū in ipſo matris
utero ſanctificatū inſtar Ioannis baptiſtæ,
(& ideo improbāt ſententia aliquoꝝ qui
opinant͂ Ioſeph prius fuiſſe cōiugatum, &
ex priori coniugio habuiſſe filios, qui pro-
Ambro. ſuper 1. Gala. pterea dicti ſint fratres dñi, ſicut Iacobus,
licet illius ſententiæ fuit B. Ambro. tñ per
ſuperiora bene refellit͂, & per Hiero. cōtra
Heluid. & ſup Mat. c. 13. & de uiris Illuſt.
3. Rationes aūt, quur Maria deſponſa
ta fuerit Ioſeph, adſignari multæ ſolent: eo
n. ipſo Chriſt⁹ incarnationē ſuā uoluit cæ-
lare diabolū, qui alias paſſionē & mortem
eius quocunq; modo impediuiſſet, deinde
Orige. in homilia ne Iudæi aduerſus uirginē furore correpti
eam lapidarent. Ad hæc ut ille paruuli ſi-
mul & matris in fuga Aegyptiaca, & alibi
curā gereret, plures paſſim extant cauſſæ,
quaꝝ 14. ſolus Albert⁹ ſuppeditabit. Ma
gnumq; hoc eſt, qđ hic conſyderamus, ſiq-
dem tanti fecit matris ſuę dignitatē dñs, ut
magis paſſus ſit, homines partim dubitare
partim etiā errare circa ſuā natiuitatē, ita
ut fabri filius diceret͂, ꝙ ut mater ſi maritū
non habuiſſet in ſuſpicionem impudicitiæ
apud hoīes incidiſſet. Quis poterant etiā
Iudæi & Herodes hunc ſibi ꝑtextū adſum
pſiſſe, ꝙ merito pſequerent͂ eū, qui nec le-
gitime foret natus. Inſuper abhorrere po-
terant gentiles, ſi qn̄ audiſſent dñm non le
gittime fuiſſe natum: unde & Ambro. ait: Ambroſi.
Quid Iudæis, quid Herodi poſſet adſcribi
ſi natū uiderentur ex adulterio perſequuti?
Mitto hic hiſtoriā, quō uiri de ſtirpe Da-
uid cū uirgis uenerint ad ſummū ſacerdo-
tem, ubi quū ex omnib⁹. ſola uirga Ioſeph Epiphanius.
florere cœperit, declaratū fert͂ ipſum a deo
electum fuiſſe in coniugē Mariæ. Verum
hic occurrit quæſtio: Quū ſupra dictū ſit,
& meminerit Ambro. ideo deſponſatū fu-
iſſe Ioſeph Mariæ, ut eius & filij curā gere
ret in fuga maxime Aegyptiaca, quō huic
labori & ſolicitudini adcōmodus ille fue-
rit iā uetulus & ſenio cōfectus, planeq; ta-
lis qui magis aliena cura indiguerit, ꝙ qui
eam alijs impenderet? Rñdet ad hoc Ger-
ſon, & ait nō fuiſſe eū admodū ætate gra- In ſermo. de natiui. Mariæ.
uatum, ſed adhuc robuſtū iuuenē, ut ſic fa
cile expeditā utriuſq; curā gerer͂ potuerit,
rationē adſignat ille eandē, qm̄ ſeniculus
tā longæ expeditioni, ꝓfectioniq; parū fu-
iſſet idoneus, addit inde locum illū ꝓphe-
ticum: Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, Eſai. 62
& habitabit iuuenis cū uirgine, ait gloſſa:
Ioſeph cū Maria. Ad hæc Ioſeph ita iuue-
nis magis fuit idoneus, & famā defendere
uirginis, & diabolo myſteriū cælare incar-
nationis, ꝙ ſi iā ſenio cōfectus fuiſſet. Quā
uis apud me rationes illæ nō tm̄ ualent, &
concludunt, ſicut eas alij extollūt, ſiquidē
non minus poſſibile fuit deo etiā ſeniculo
Ioſeph uirtutē & uigorē cōferre ꝓficiſcen-
di in Aegyptū, ꝙ ꝙ iuueni donum impē-
diſſet pudicitiæ & caſtitatis: itaq; in hac re
non lubet ad alterutrā partem declinare,
ubi nullū nobis conſtat ſcripturæ pro qua
cunq; parte teſtimoniū, eo maxime ꝙ a re-
cepta & diu perſuaſa opinione temere di-
ſcedendū non eſt, facilius igit͂ paterer anti-
quiori ſententiæ authoritatē ſuam fidemq;
manere.

4. Sequit͂ ex omnib⁹ illis Ioſeph a Deo
electū eſſe cuſtodē Mariæ, ſuæq; intemera
tæ pudicitiæ & uirginitatis, nominis quo-
q; & famæ melioris, inſup uitæ il lius & ſa-
lutis tutorē defenſoremq; in Iudęa ſimul &
Aegypto, ubi conſtat eū coniugi ſuæ fide-
liſſime inſeruijſſe. Quo nomine etiā adhuc
uirgines & matronæ honeſtæ nominis ſui

& honoris integritatem ſancto debent Ioſepho cõmittere, omes inſuper quibus periculoſæ inſtituunt profectiones, locaq; adeunda ſunt parum tuta, ſemet S. Ioſeph cõmittere debent, & ex illo comitatum, ſecuritatẽ, tutelam, & interceſſionẽ petere. Neq; uero uirginis tantum matris, ſed & pueri Ieſu cuſtos ſedulus extitit, atq; ſic nõ Mariæ, ſed Ioſeph apparuit angelus, dicẽs

Matth. 1 Surge & accipe puerũ matremq; eius, & uade in Aegyptum, & eſto ibi donec dixero tibi: Magnũ hoc eſt, tutela ſua Ioſephũ cuſtodire debere & ſuſtentare qui ſuſtentat omnia, omnia cuſtodit, & uniuerſo dominatur orbi, ſed nec in infãtilibus annis hoc tantum fecit, ſed ſemper deinceps paterna ei obſequia exhibuit uſq; dum 12. annorum eſſet, uictum laborib⁹ ſuis ei ſuggeſſit, ipſi de omnib⁹ ut pater prouidit, ita ut pater eius iã ab omnib⁹ haberet, Chrusq;

Matth. 13 fabri filius diceretur. Merito itaq; ab eodẽ quem ſedulo adeo cuſtodiuit glorificatus eſt in æternæ gloriæ fœlicitate. Oremus dominum deum &c.

Homilia poſterior in die S. Ioſeph.

Qui timet deum, faciet bona, & qui continens eſt iuſtitiæ, apprehẽdet illam, & obuiabit illi quaſi mater honorificata, Eccleſiaſtici. XV.

Gerſon. Mirantur plerią;, quur parum adeo in ſacris literis de natiuitate, uita, dignitate & gloria uirginis matris ſit deſcriptũ, & aliquanto min⁹ de Ioſeph, ſed mirari deſinent ſi paulo altius expenderint totum mũdum cõprehẽdere nõ poſſe laudes Mariæ & Ioſeph, ſi ad longum oĩa de eis eſſent deſcripta, ideoq; ſi quis qđ ſcriptum eſt puſillum expendit, facilius etiã reliquum quod maius eſt inueniet, ꝙuis n. uerum eſt qđ de iuſto ait Dauid ad do-

Pſal. 20 minum: Præueniſti eum in bñdictionibus dulcedinis, ita ut nemo niſi ꝓueniente dei gratia iuſtificet, iuxta illud qđ & dñs dixit

Iohãnis 6 Nemo ueniet ad me niſi pater meus traxerit eum, nemo tñ ad magnã uenit ꝑfectionem niſi per media quæ ꝓcedant, dicente

ſuper hoc Maximo, in Homilia de marty-

rib⁹, Martyres propter adipiſcendam cœleſtem coronam omnibus ſe mandatis dominicis ſubdiderunt, & ita cunctis ſe defixerunt legibus ſaluatoris, ut propter ante actam uitam mererentur ad hanc martyrij gloriam peruenire. Non. n. illo in tempore tantum perfecerunt præceptum domini, ꝙ confeſſionis ſupplicium pertulerunt, ſed neceſſe eſt illos prius ſecundum Euangelium Chriſti uixiſſe, ut Chriſti paſſionibus potirentur. Ita hic de S. Ioſeph dicere poſſumus, ut maxime parum de eo ſit ſcriptum, tamen tantum nobis extat ac cõſtat eum etiam antea uitam ſanctã uixiſſe, qm̃ alias ad tam ſublimem gradum euect⁹ nõ eſſet: Chriſtus nanq; ei matrem ſuam cõmiſit, Deus eidem proprium filium ſuum cuſtodiendum cõmendauit, matris dei cõiunx ille fuit, Chriſtiq; cuſtos & nutritius, ex mundo uniuerſo unicum ſibi Deus ad hoc miniſterium delegerat uirũ de ſtirpe Dauid, Ioſeph hunc ſolum, quod utiq; factum non fuiſſet, niſi ille antea quoq; uitã ſanctam, & Deo bene placentem egiſſet. Quia ergo timuit deum, fecitq; bona, continens inſuper fuit iuſtitię, apprehendit illam, ipſaq; ei honorifice obuiauit, ita ut ex omnibus unus putatiuus haberetur pater pueri Ieſu, qui ipſum etiam toties amice patrem appellauit, qm̃ qui timet deũ &c.

Maximus

Euangelium ut ſupra.

Quibus quantiſq; immenſæ ſanctitatis donis diuinitus donatus S. Ioſeph fuerit longum nobis eſt ex ordine recenſere, nos itaq; ex multis paucula tantum recenſebimus, ad laudem dei & ſancti Ioſeph honorem, nihil interim de eius natiuitatis ſanctimonia dicere animus eſt, quõ & quare ſit ille deſponſatus Mariæ, quo pacto in adcumulatione uirtutũ cęteros ſui nominis ſanctos excelluerit, tacebimus qđ ſupra ꝑ nos tactũ eſt, decuiſſe ut ille nutriti⁹ tutor paruulo Ieſu daret a deo, ꝙuis. n. ſint hæc magna, tamen habemus in eo priuilegia illis longe maiora in ſcripturis expreſſa. Principio nanq; quis nõ uideat magnũ hunc eſſe Ioſephi honorẽ, qđ genealogiã Chriſti de ſcriptur⁹ Matth. id ipſum per Ioſeph fac nõ Mariam; ſic. n. ait liber gñationis Ieſu Math. 1

Chriſti filij Dauid filij Abrahã, tandemq; patriarchis & ꝓphetis enumeratis ſubdit, Iacob genuit Ioſeph uirũ Mariæ, de qua *Super Luc. 3* natus eſt Ieſus, q uocat̃ Chriſtus. Ambro. Dubitare, inquit, poſſemꝰ, niſi cõſuetudo nos inſtrueret ſcripturarum quæ ſemper uiri originẽ quærit, & inde, Viri ꝑſona quærit̃, qui etiã in ſenatu & reliquis ciuitatũ curijs generis aſſerit dignitatẽ, ſicq; Chr̃s quum uenit in mundum, etiã ſecundũ mundum debuit deſcribi. Quũq; ij qui ſecundũ mũdum maximi uideri cupiũt, generis ſui nobilitatẽ a primis iã inde maioribus magno tumore & faſtu exaggerẽt, cõſtat ex Mattheo, Ioſeph ex nobiliſſimo patriacharum genere eſſe ꝓgnatum, ex tot, p̃clariſſimis regibus maximiſq; uiris, unde nõ immerito genealogiã Chriſti ex Ioſeph contexere uoluit Euangeliſta (Induc, ſi uis ex feſto cõceptionis Mariæ) Fuitq; genealogię huiꝰ ſtirps illa multũ bñdicta quæ ex Ioſeph ꝑfecta eſt, ſicut ꝓmiſſio Abrahæ & Dauidi *Fol. 10.* facta eſt, atq; ibi cognitionem cernere licet Mariæ & Ieſu quo ad Ioſeph, quoniã oẽs a ſtirpe Dauidica deſcenderunt.

2. Hoc quoq; in laudibꝰ Ioſeph cõputatur, qm̃ non tm̃ Mariæ cohabitauit amice, ſed & puero Ieſu, quæ ſumma fuit eius dignitas. Siquidẽ quũ magni faciamus in *Iohan. 1* Ioan. ꝙ digito oſtenderit Chr̃um, qui deinceps corpore Ioannis cõbuſto illęſus ꝑmanſit. Si pro magno habemus in Ioanne *Iohan. 13* Euangeliſta, ꝙ ſupra pectus dñi in cęna recubuit. Si inſuꝑ magno cõmodo fuit mu*Lucæ 8*lieri illi ſolus fimbriæ ueſtimenti dñici cõtactus, & ſimili modo in alijs, q̃ longe tum illuſtrior tum eminentior erit dignitas Ioſeph, qui ut pie credendũ ẽ, ſine dubio nõ ſemel Chr̃um in ulnis ſuis geſtauit, manibus tractauit, & ſæpe amplexus eſt, amanter eũ inſuper & paterne oſculatꝰ. Quoq; certior ille fuit filium eum eſſe dei, eo plura ei exhibuit obſequia maioriſq; charitatis argumenta, ſicut cũ filio ſuo dilecto pater amantiſſimus agere ſolet. Huiuſmodi nimirum honorẽ & reuerentiã Chriſto exhibuit Ioſeph, ut hinc perſuaſum omnibꝰ eſ*Math. 13*ſet, Maria tantũ excepta, ipſum Ioſeph filium eſſe, eo ꝙ hic illi omnia paternę dilectionis argumenta & officia p̃ſtaret. Quũ

aũt Ioſeph ante Chriſti paſſionẽ & mortẽ mortuus ipſe fuerit, alias.n. quid opus fuiſſet eum tantopere matrẽ Ioanni cõmendare? utiq; Chriſtus & Maria funus Ioſephi deplorarunt, quoniã credit̃ eum ante *Hierony.* Chr̃i baptiſmum fuiſſe demortuũ, ita cum Maria annis 30. uixiſſet. Ioſepho itaq; læthaliter ægrotante, quiſq; pro ſuo pio adfectu cogitare poteſt, quantũ rurſus miniſterij & ſolatij dominus, ut puta filius eius creditus ſuo putatitio parenti quo ad mundũ exhibuerit: ſi.n. ſuper Lazarũ fleuit adeo, ut mirarent̃ tam feruentem ipſius amorem *Iohã. 11* Iudæi, quanto ardentius fleuit nutritij ſui parentis mortẽ? Vſq; adeo mutua illa Ioſephi cum domino Ieſu & uirgine Maria cõuerſatio immenſam eius arguit ſanctimoniam & dignitatem, unde ſperare facile liceat, quod quicquid filium ſuum Chr̃um rogauerit Ioſeph, uel etiam coniugem dilectiſſimã Mariam, eius rei repulſam paſſurus ſit nunq;. Vos itaq; chariſſimi, nolite tam ſancti uiri obliuiſci, quin eum ſedulo inuocate pio adfectu, neq; ille in neceſſitate uos deſeret.

2. Inde quoq; dignitas ipſius eluceſcit, ꝙ ipſe tanq; a ſupernis & intimis dei ſecretis myſteriũ incarnationis Chriſti ab angelis audiuit: quũ.n. deſponſata eſſet Maria Ioſeph, anteq; familiarius cohabitarẽt, uenit ad eam archangelus Gabriel, ipſaq; filium dei, cooperante ſpũ ſancto, concepit, ſtatim deinde ſurrexit, & in montana pro*Lucæ 1*fecta feſtinãter uiſitauit Elizabeth, ubi doctores putant Ioſephum eam fuiſſe comitatum, aut certe eam niſi ipſo permittente non abijſſe, manſitq; hic Maria tribꝰ menſibus, cum cognata. Rurſus autẽ domum reditura ad maritũ inuenta eſt habere in utero de ſpũ ſancto, & Ioſeph, quia iuſtus *Mathæi. 1* erat, metuebat eã ad ſe adducere, unde cogitabat eã clam dimittere. Neq; tamen qđ eam dimittere clam uoluit factum id eſſe credendum eſt ullius ſuſpicione mali, ſed ideo quoniam uirtutem myſterij & ſacramentum quoddã magnificũ in eadem co*Orige.*gnoſcebat, cui approximare ſe indignum æſtimabat, iuſte ſe humilians in omnibus timebat ſibimet ipſius tantæ ſanctitatis cõiunctionem adhibere. Subſcribit Hieron. *Hierony.*

Ioſeph ſciens illius caſtitatem & admirans
quod euenerat, cælat ſilentio cuius myſte-
rium neſciebat. Nouerat ille uitæ ipſiꝰ ſan-
ctimoniā, & uirginalis uirtutis honeſtatē.
Nouerat utriuſqꝫ cōiunctionē et coniugiū
caſtum ex ſpū ſancto eſſe. Nouerat inſup
utriuſqꝫ propoſitum ꝙ uirginalem caſtita-
tem ambo uouiſſent: nō ergo de Maria dif
fidebat, ſed more humilium ſemet indignū
reputabat, qui huic ſanctiſſimæ & a deo e-
lectæ uirgini cohabitaret: ſicut & Petrus
Lucæ 5 dicebat: Dñe exi a me, quia homo pecca-
ſup Mat. tor ſum. Admirat̃ hoc idē Chryſ. & ait: O
inextimabilis uirtus Mariæ, plus credebat
Ioſeph ſanctitati Mariæ, ꝗ eiꝰ utero, plus
gratiæ dei ꝗ naturæ. Videbat quidem eā
grauidā, ſed nihil de ea ſiniſtrum ſuſpicari
poterat, magis potiuſqꝫ credebat uirginem
concipere poſſe, ꝗ Mariam peccaſſe, inde
cogitabat de modo quo tam ſanctā uirgi-
nem dimitteret, cuius cohabitatione ipſe
Gloſſa. dignus non erat. Hinc teſtat̃ quędā gloſſa
ex facie uirginis egreſſum fuiſſe quendam
ſplendorem diuinum, & radium decentiſſi
mum: unde nihil niſi magnum & præcla-
rum de ea cogitare Ioſeph potuit. Neqꝫ mi
rū eſt Ioſeph de Maria mali nihil cogitaſſe
Auguſti. (licet Auguſt. uideat̃ alicubi dicere cōtra-
Bonauen. rium) quum ſcribat Bonauentura habuiſ-
in. 3 ſe ex fideli relatione Iudæi, etſi formoſiſſi-
ma fuerit Maria, neminem tamen eorum
unqꝫ ex eius aſpectu exarſiſſe libidine, aut
in concupiſcentias malas incidiſſe, ſiquidē
illa eiuſmodi adfectiones prauas ſuo hone-
ſtiſſimo aſpectu extinxerit magis atqꝫ dele
uerit. Ioſepho itaqꝫ de dimittenda Maria
Matth. 1 cogitāti apparuit angelus & dixit: Ioſeph
fili Dauid, noli timere accipere Mariam
coniugem tuam, quod enim in ea natū eſt
de ſpiritu ſancto eſt: pariet autem filiū &
uocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſal-
uum faciet populum ſuum a peccatis eo-
rum. Hoc iam ante etiā Mariæ adnuncia-
uerat angelus, uerum illa cælauerat, & ut
erat humilima etiam Ioſepho coniugi nō
dixerat, ſed idem poſtea angelus iſtud ar-
chanum myſterium quoqꝫ aperuit ipſi Io-
ſeph, qui deinceps poſthabito metu coha-
bitauit Mariæ, fuitqꝫ ille honor Ioſeph ue-
re maximus, quod ei per tantum angelum
incarnationis myſterium diuinitus inno-
tuit, ſimiliter & nominis eius ſanctiſſimi et
uniuerſæ redemptionis humanæ myſte-
rium.

3. Accedit ad hunc cumulū dignita-
tum etiam illud quod in ſua præſentia mul
ta & magna fidei noſtræ ſanctiſſimę conti
gerunt archana, & angelus ſæpius inſuper Lucæ 2
ei loquutus eſt. Adfuit enim Ioſeph quan
do Maria Chriſtum peperit ſine dolore,
quando mirabilia a paſtoribus commemo
rabantur de angelorum claritate & laude,
ubi admirabundus ſemper cū ſtupore ad-
fuit ille. Ad hæc in circunciſione Chriſti
interfuit Ioſeph, quando primū innocens
eius ſanguis effuſus eſt, ſanctum illi nomē
impoſitum, iuxta id, quod ei reuelauerat
angelus. Coram adfuit Ioſeph, quando eū
tres Magi adorauerunt, ſuaqꝫ illi munera
obtulerunt. Coram adfuit Ioſeph, quando
in templum præſentatus Chriſtus, & co-
lumbis rurſus eſt redemptus. Audiuit ibi-
dem prophetiam Symeonis, & hymnum
quo ille pueri Ieſu laudes prædicauit, audi
uit & Annam, ſuper quibus omnibus ad-
miratus eſt Ioſeph.

Præterea quater apparuit ei angelus do
mini: Primum quando Mariam dimittere Math. 1
uolebat, deinde quum Herodes occiſurus
erat innocentes: tunc enim apparuit ei an-
gelus & dixit: Surge, & accipe puerum & Matt. 2.
matrem eius, & fuge in Aegyptū, & eſto
ibi donec tibi dicam: Herodes nanqꝫ quæ
ret puerum ad perdendum eum. Tertio,
quum iam ſeptem annis fuiſſet in Aegy-
pto, rurſus apparuit ei angelus dicēs: Sur
ge & accipe puerum & matrem eius, & re
uertere in terram Iuda: mortui ſunt enim
qui quærebant animam pueri. Ad extre-
mum reuerſus Ioſeph in Iudæam quū au-
diret Archelaum loco patris ſui regnare,
uiſus ei angelus iuſſit ipſum proficiſci in
Gallilæam. Vnde facile colligere poterit
quilibet pius, quantum ſanctitatis habue-
rit Ioſeph quem deus tantis donis illuſtra-
uit. Cæterū quomodo ſe exhibuerit puer
Ieſus erga Ioſephum, cui inde plurimum
dignitatis redundat, uel ex illo conſtat qđ
Euangeliſta dicit: Quoniam quum inue- Lucæ. 2
niſſent eum Hieroſolymis, deſcendit rur-
ſus

ſus cum eis & uenit Nazareth & erat ſub-
ditus illis: quibus tandem? Ioſeph nimirũ
& Marię: conſydera hic quiſquis es inobe-
diens, qui magiſtratui parere non uis, con-
ſydera exemplum Chriſti, Attendant libe
ri qui parentib. obedire recuſant, Ecce hic
Chriſtus deus deiqꝫ filius parentibus ſuis
dedignatus nõ eſt obtemperare, & tu tuos
contemnes parentes: neqꝫ illos coles: non
ſequeris eorum monita: qua tandem fron-
te id audebis ut eos non patienter audias?
Ecce in foribus pœnam, aut enim duriſſi-
mum aliquãdo ſuſtinebis ſupplicium, aut
repentinus ſuperueniet interitus, quando
calumniã & contumeliã ipſe incides tur-
piſſimã, omnibus etiam in mundo futurus
abiectiſſimus: Audi ſuper hoc pręceptum
Exo. 20 domini, Honora patrem & matrem ut ſis
longæuus ſuper terram, illud exemplo ſuo
implere uolens dominus ſuis quoqꝫ patien
ter paruit parentibus. O humilitatẽ ſalua
toris noſtri immenſam, O ordinem admi-
randam & ſtupendam mutationẽ, ut deus
hominibus, creator obſequatur & obediat
creaturæ. Verum hoc magnam arguit di-
gnitatem Ioſeph, cui ſimul Ieſus & Maria
obtemperauit, non quod illud obſequium
deſyderarit ipſe, ſed quia ex ſpiritu ſancto
intelligebat ita uelle deum, ſic ergo diſpen
ſatiue factum hoc eſt ad implẽdum myſte
rium redẽptionis. In omnibus adeo Chri-
Philip. 2 ſtus nobis hominibus aſſimilari uoluit, ac-
cepta enim forma ſerui, habitu eſt inuẽtus
ut homo: Expendunt hic latius doctores
in eo ꝙ Chriſtus, pauper naſci uoluit, ipſe-
qꝫ Ioſeph labore ſuo uictum cõquiſiuit, ue
niſſe ſuper ipſum benedictionem hanc, la-
Pſal. 127 bores manuum tuarum qui manducabis
Beatꝰ es & bene tibi erit, quodqꝫ Chriſto
Matth. 13 a uicinis dictum eſt fabri filium eum eſſe,
putant ipſum eo opere uictum ſibi quęri-
Hierony. taſſe. In ſuper Hiero. putat Mariam texẽ-
di imperitam nõ fuiſſe. Docẽtur inde etiã
diuites atqꝫ monẽtur ne liberos ſuos otiari
Eccle. 33 ſinant, multam enim malitiam docuit otio
ſitas, ideo neqꝫ Maria otiũ ſequuta eſt ſed
lana ac tela uictum ſibi quęſiuit, atqꝫ ut ſa
Pro. ulti. piens ait, q̄ſiuit lanã & linũ, & operata eſt
conſilio manuum ſuarum. Hinc pie medi-
tantur deuoti quidã patres Chriſtũ adhuc
paruulum circumcurſitantẽ, q̄ de opere &
labore paterno deciderẽt ligna collegiſſe,
deinde quum adoleuerat etiam manum la
bori adiunxiſſe, unde factũ ſit ut a uicinis
fabri filius diceretur, Hoc opere ueriſimile Mar. 6
eſt uſum Chriſtum eſſe donec in perfectio-
rem ueniret ætatẽ, iamqꝫ per ſe ſuæ matri
proſpicere poſſet, Ibi tum fæliciter ex hoc
ſęculo migrauit Ioſeph, ſine dubio occurrẽ
tibus ſibi angelorũ choris, animamqꝫ eius
ſanctam excipientibus & in lymbum pa-
trum deducentibus, ubi uti qꝫ Abraham,
Dauid omneſqꝫ tum patriarchæ tum pro-
phetæ eum exceperunt, qui narrauit eis
quomodo filiũ haberet iam Meſſiam, qui
mundum redempturus, ipſoſqꝫ ex carcere
limbi illius eſſet liberaturꝰ, & adducturus
in patriam fælicitatis æternę, Eam nobis
quoqꝫ omnibus concedat idem mundi cõ
ditor & redemptor Chriſtus Ieſus dominꝰ
noſter, Amen.



Die Sanctiſſimo Ad-
nunciationis uirginis matris
Quod exordium eſt
noſtræ redemptio
nis. Euangeliũ
Lucæ, I

In illo tempo
re, miſſus eſt angelus
Gabriel a Deo in ci-
uitatem Galileæ, cui
nomẽ Nazareth, ad
uirginem deſponſatam uiro cui no-
Mar. 1 men erat Ioſeph de domo Dauid, &
nomen uirginis Maria. Et ingreſſus
angelus ad eam dixit, Aue gratia ple
na dominus tecum, benedicta tu in
Iudith. 13 mulieribus. Quæ cum audiſſet tur-
Iudith. 6 bata eſt in ſermõe eius, & cogitabat
qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait An-
gelus ei, Ne timeas Maria, inueniſti
Eſaiæ. 7 enim gratiam apud deum. Ecce con
cipies, in utero, & paries filium, &
Matth. 1 uocabis nomen eius Ieſum, Hic erit
magnus, & filius altiſſimi uocabitur.
Et dabit illi dominus deus ſedẽ Da-
uid patris eius, & regnabit in domo
Iacob in æternum, & regni eius non
erit finis. Dixit autem Maria ad an-
gelum. Quomodo fiet iſtud quoniã
uirum non cognoſco? Et reſpondẽs
angelus dixit ei, Spiritus ſanctus ſu-
perueniet in te, & uirt⁹ altiſſimi obũ
brabit tibi, Ideoq; & quod naſcetur
ex te ſanctũ uocabitur fili⁹ dei. Et ec
ce Elizabeth cognata tua, & ipſa cõ-
cepit filium in ſenectute ſua, & hic
menſis eſt ſextus illi, q̃ uocatur ſte-
rilis, quia non erit impoſſibile apud
deum omne uerbum. Dixit autem
Maria, Ecce ancilla domini, fiat mi-
hi ſecundum uerbum tuum.

Homilia prima.

PRiuſq; ad immẽſa feſtiuitatis hui⁹
myſteria perueniamus explicãda,
Breuiter quidem quo fieri pote-
rit, ſed tamen de uerbo ad uerbum hoc ex
cutiemus Euangelium, quod primum om
nium peruenit in mũdum. Miſſus, inquit
Euangeliſta, eſt angelus, qui ut cognoſca-
tur ex nomine, addit, Gabriel, & unde ſiue
a quo ſubdit, a Deo: Ibi primũ cępit ſal⁹
humana & redẽptio noſtra, quã nõ teme-
re ab angelo incipit & exorditur Euange-
liſta, quoniam myſterium & ſacramẽtum
illud ab æterno fuerat abſconditum in deo
qui tñ omnia creauit, donec idipſum per Eph. 3
angelũ reuelaret, fuitq; negotio huic nun-
cius nõ incõueniens angelus, eo ꝙ ꝑ Chri-
ſti incarnationẽ reſtauratus etiã eſt lapſus
angelorũ, iuxta id quod ait Paulus, quo- Eph. 1
niã propoſuit in eo in diſpenſatione pleni-
tudinis tẽporũ, inſtaurare omnia in Chri-
ſto quæ in cœlis & q̃ in terra ſunt in ipſo,
& illud etiã Dauidicũ Iudicabit in natio- Pſal. 109
nibus, implebit ruinas, Decuit ergo ange
lum mitti, ut ipſius lapſus (ex ſingulis em̃
choris aliquot exciderant angeli) reſtaura
retur, ex promiſſione domini facta per pro
phetã, Suſcitabo tabernaculũ Dauid qd'
cecidit & ea quę corruerãt iuſtaurabo: Ad Amos. 9
hęc lapſus hominis a malo angelo incepit.
Multa hic de miſſione angelorũ dici poſ-
ſent, ſed nunc in p̃ſentiarũ animus non eſt
ab hiſtoria recedere: Angelo huic a Deo Beda
miſſo nomẽ erat Gabriel. Raro, inquit Be
da, legimus ꝙ apparentes hoĩbus angeli
deſignãtur ex noĩe, uerũ q̃tieſcũq; fit utiq;
fit ut etiã ex noĩe ipſo qd miniſtraturi ue-
niant, inſinuent: Gabriel autẽ fortitudinẽ De nomi-
dei ſignificat, autore Hiero. qm̃ in hoc ue- bus heb.
nit ãgelus ille ut fortitudinẽ ipſumq; filiũ
dei adnũciaret, qui uere fortis extitit ad ex
pugnandũ diabolũ in hoc mundo: Vulga
re quidẽ eſt ꝙ Gabrielẽ hunc archangelũ
dicere ſolent, nemo tñ opinet eũ ex aliquo
inferiori choro fuiſſe angeloꝝ, ſed ex ſupre
mo illo principatuũ, ita inquiente Greg. Gregori.
Mittit ad uirginem nõ quẽuis angelũ ſed
fortitudinẽ ſuã archangelũ, decuit nãq; ad
hoc ſublime myſterium mitti altiſſimum
angelũ qui altiſſimum adnunciaret, quiq;
ipſo noĩe opus ſuũ & laborem deſignaret:
Gabriel. n. fortitudinẽ dei ſonat, quũ uene Pſalm. 23
rit ille iam adnũciaturus regẽ gloriæ, dñm
uirtutũ, potentẽ in prælio ad debellandũ
aërias poteſtates: Probari idẽ poteſt ratio-
ne, Rex etenim negotiũ in quo multũ ſitũ Li. 12 de
eſt expediturus facit illud ꝑ chariſſimũ & tri. Ca. 19
fideliſſi.

fideliſſimum ſibi miniſtrũ. Iam uero certũ
eſt quod ait Augu. In rebus per tẽpus or-
tis illa ſumma gratia eſt ꝙ homo in unita-
te perſonę coniunctus eſt deo, miniſteriũ
ergo tñ uni ex altiſſimis angelis cõmittere
uoluit, Quid ꝙ ad ꝓphetã Iſaiã de ſummis
Iſa.6 angelis unũ miſit deus qm̃ ſic ſcriptum eſt,
Volauit ad me unus de Seraphin: quod ſi
ad eum demiſit dñs unum ex ſupremo cho
ro ipſum tñ expurgare, ut magis idoneus
eſſet ad adnunciandam prophetiam futu-
ræ incarnationis Chriſti, Quãto magis ex
ſummo choro angelorꝫ miſit unũ q iamiã
iminentẽ illã denũciaret, & quia inferiores
ãgeli a ſupremis mittunt̃, dixit hic Lucas,
angelũ illũ a deo miſſum, puta, imediate,
& ex ſupremo choro, nõ talẽ q ab alio an-
gelo fuerit miſſus, ideoqꝫ & ad Zach. dicit
Luc.1 Ego ſum Gabriel qui aſto ante deũ (& ita
eſt de angelis adſiſtentibus) neqꝫ hoc parũ
illi decuit angelo quo ad proprietatẽ ſuã,
eo ꝙ ipſi reuelatio' tribuit̃ myſteriorũ dei,
Dani.8 iuxta gloſſam q̃ habet, Gabriel fac ut intel
ligã uiſionẽ (.i. prophetiã) Iam uero incar
natio filij dei myſteriũ longe ꝓfundiſſimũ
eſt. Ex eo q̃qꝫ decẽtius fuit illud ꝙ Euam
in paradiſo peſſim⁹ oĩum ſeduxit diabolus,
Iohan.8 quẽ ait Chriſtus homicidã fuiſſe ab initio
& nõ ſtetiſſe in ueritate, unde eundẽ Da-
Psal.103 uid q̃qꝫ draconem uocat quẽ poſuit dñs ad
illudendũ hoĩ. Rurſus iã cõueniebat ad re
demptionẽ hoĩs reſtaurãdã altiſſimũ mitti
angelũ ad Mariã, Et quur tandẽ nõ nobi-
liſſimum angelum de⁹ ad nobiliſſimã uir-
ginẽ mitteret? imo decuit ut de⁹ ad uirginẽ
qua in terris nõ habebat electiorẽ, angelũ
mitteret q̃ dilectior ei nõ erat in cœlo: Vni
uerſam.n. legationẽ illã ut inſtituit ita per-
fecit dñs ex mera charitate generis hũani:
Iohan.3 Ita de⁹ dilexit mũdũ ut filiũ ſuũ unigenitũ
daret. Eſt aũt Seraphin ſupmus angelorũ
chorus, nomẽqꝫ ſuũ hẽt a dilectiõe petitũ.

2. Iã porro circunſtãtias oẽs ꝓprie de-
ſcribit Euangeliſta, quo maior ei tãqꝫ uero
ſcriptori fides adhibeat̃, tẽpus iam ante in-
dicauerat ſexti mẽſis, puta ab adnunciatio
ne Zachariæ facta, nunc poſt nomẽ ange-
li & illũ a q̃ miſſus ſit & locũ iſinuat, quia
ciuitatẽ Gallileæ cui nomẽ Nazareth, ide
uirginis meminit cui nomẽ Maria, & uiri
cui deſpõſata fuerat Ioſeph, Quę oĩa ſollici
te ad eo nõ temere utiqꝫ ſpirit⁹ ſanct⁹ p Lu
cam deſcribi uoluit, nã ꝙ a deo miſſus erat
angelus ille, nũcij magnificẽtiã arguit ꝓfe-
cti a dño dñantiũ regũqꝫ oĩum rege, ꝙ aũt Apoca.19
in Nazareth Gallilea, ciuitatẽ mittit̃, a pro
phetia nõ abhorret, qm̃ Nazareth Gallilee
oppidũ fuit nõ ꝓcul a mõte Thabor unde
Nazaren⁹ dict⁹ eſt Chriſt⁹, iamqꝫ olim qui
Chro fuerunt infenſi, nos etiã Nazarenos
uocabãt. Adhuc q̃qꝫ autore Euſebio, ciui-
tas eſt q̃ dicit̃ Nazareth, ſed in tribu Zabu
lon, de qua dixit ꝓpheta, Prĩo tpe alleuia
ta eſt terra Zabulon & terra Neptalim, & Iſa.9
nouiſſimo aggrauata eſt uia maris trãs Ior
danẽ Gallileæ gẽtium, Populus q habita-
bat in tenebris uidit lucẽ magnã, & ſic in-
ducit Mattheus illud de Chro quia Naza Math.2
ræus uocabit̃. Neqꝫ parꝫ cõuenit huic opi
expoſitio duorꝫ iſtorꝫ nominũ, imo multũ
cõducit ad illud qđ in hoc nuncio parabat
dñs, ſiqdẽ Gallilea rotã ſonat aut tranſmi-
grationẽ, ſic ergo in Gallileã miſſus eſt an-
gelus, Chri natiuitatẽ nũciaturus, ut hõ a
rota miſerię & iſelicitatis mũdi hui⁹ libera-
ret̃ atqꝫ ab exilio trãſmigraret in ciuitatẽ fu
turæ prię, ideo ẽt Chrus ibi cõcipi uoluit, 2. Tomo.
ibi primũ icepit pdicare glĩamqꝫ reſurrecti fo.4
onis ſuę mãiſeſtauit, ſicut angel⁹ mulierib.
apud ſepulchrũ adnũciauit ut ſic pricipiũ, Mathe.4
mediũ & finis pulchre conuenerit, ipſi q̃qꝫ Mar.16
apl̃i Gallilei dicti ſũt, nõ tñ a Iudeis & gẽ Mat.ulti.
tib. ſed ẽt ab ãgelis poſt Chri aſcẽſionẽ. In Acto.2
ſup illud eo cõueniebat, magis, ꝙ qa Chri- & .1
ſt⁹ in ſalutẽ & redẽptionẽ uenit nõ tñ Iu-
deorꝫ ſed & gẽtiũ, i gallilea ãt Iudei & gẽ
tes cohabitabãt, hinc itaqꝫ in eorꝫ oĩum re
dẽptionẽ Chriſt⁹ humanã uoluit adſume-
re naturã, iuxta illud qđ ei dixit dñs Poſui
te in lucẽ gentiũ ut ſis ſalus mea uſqꝫ ad ex
tremum terrę: Pulchre etiã cõuenit Naza
ret appellatio, florẽ.n. uel germẽ ſonat, aut
etiã ſanctificationẽ ſeu malis unctionẽ, un-
de Nazarei appellati ſunt q ſemet ſctifica- Num.6
uerãt & addixerãt deo, hic autẽ iam cõci-
pi debebat ſanct⁹ oĩum ſctõrũ, flos florum Gloſſ.
iuxta illud, Egredief uirga de radice Ieſſe, Iſaiæ.11
& flos de germine eius aſcendet, flos hic
Chriſtus dominus eſt in ciuitate floris ad-
nunciatus, conceptus & educatus.

3. Præterea addit Lucas miſſum eſſe
Matth. 1 angelum ad uirginem deſpoſatã Ioſeph,
cui nomen Maria, quæ quia uirgo perhibe
tur, laus ipſius eſt peculiaris, uirgo enim
eiuſmodi eſt quæ ſuperat omnes, uirgo
prudentiſſima quæ ſumpſit oleum ſecum,
ſiquidem in corde ſuo caſtitatem uouit, ui
tam uixit angelicam, per contemplationẽ
myſteriorũ dei, pudica & caſta tota in uir
ginali geſtuũ morũq; honeſtate (ex illis. ſ
mẽbris potes facere ſermonẽ de uirginib⁹)
laudẽ hanc ꝑpetuæ uirginitatis nulla po⸗
tuit ante Mariã uirgo habere, ſed oẽs ante
eã nihil prius habuerũt ꝙ populũ dei ele⸗
ctũ ſuo ꝗlibet tꝑe augere, itaq; nulla ꝑpe⸗
tuã ſibi ꝓpoſuit caſtitatẽ, niſi Maria quę &
primã & maximã inde retulit palmã, ſiqui
dẽ quẽ humano generi lapſum intulit con
iugiũ Euæ, Marię recuperauit uirginitas,
Coniugiũ Euæ angelis impediuit imple⸗
tionẽ ruinæ, Mariæ caſtitas rurſus imple⸗
uit, Coniugiũ Euę deſpoliauit cœlos, Ma
Ambroſi. riæ uirginitas reſtaurauit. Quod autẽ illa
Orige. ita diſponente ſpiritu ſancto deſponſata eſt
marito, rationes adſignãt Ambr. & Orig.
quarũ aliquas in die. S. Ioſeph declaraui⸗
mus, Ioſeph. n. de domo Dauid fuit, quod
nõ tm̃ Ioſeph ſed & Mariæ cõpetit, quæ
etiã fuit de ſtirpe regia Dauid, cui⁹ hic me
minit eo maxiẽ Lucas ut memorẽ reddat
lectorẽ ꝓmiſſionis diuinę, q̃ facta eſt Daui
Pſal. 131 di ĩ illo uerbo, Iurauit dñs Dauid ueritatẽ
& nõ fruſtrabit̃ eũ, de fructu uentris tui po
nã ſuper ſedẽ tuã, & ſecundũ illud ꝓphetæ
Suꝑ ſoliũ Dauid & ſuꝑ regnũ ei⁹ ſedebit.
Iſaiæ. 9 Et nomẽ uirginis Maria, nomẽ hoc ſanctũ
& bñdictũ eſt quod reuelauit angelus Ioa
chim & Annę, de eo dici ſolet in die nati⸗
uitatis Mariæ, ſed idipſum huic rei ualde
De no. m. adcõmodũ, eſt, autore. n. Hiero. dicit̃ illu⸗
Hæbr. minatrix mea, uel illuminans eos, uel ſmyr
Beda na maris, uel ſtella maris, ſermone aũt Sy⸗
ro dña dicit̃, q̃ oĩa p̃ cęteris mulierib. Ma⸗
rię cõpetunt, qm̃ ipſa in mũdũ ꝓtulit ſolẽ
iuſtitiæ, lumẽ uniuerſi orbis, ipſa ſtella illa
maris eſt in quã aſpicere nos oẽs debemus
ꝗtꝗt in mari mundi huius nauigam⁹. Pri⸗
mus legislator Moyſes & ipſe noĩs huius
ſororẽ habuit, mulierẽ p̃ſtantiſſimã oĩum
earꝫ q̃ tranſierant per mare rubrũ, illa nãq;
glorioſo iſto cantico celebrauit dñm dicẽs,
Cantem⁹ dño, glorioſæ. n. magnificat⁹ eſt, Exo. 15
equũ & aſcẽſorẽ ꝓiecit in mare: Ita ſecũdi
legislatoris mater nr̃a hæc Maria cantico
ſuo magnificauit dñm, ſicut oẽs utriuſq;
partes ĩter ſe cõparari poſſent (at hoc plus Vergeri⸗
eſt ꝓ meditatione ſeu cõtẽplatione doctis us proſe⸗
ꝙ pro communi plebe & turba indocta) quitur.
Quodq; Mariæ nõ inconuenienter nomẽ
hoc ſit inditũ ex ſuperiori interprætatione Apoca. 12
ſancti Hiero. teſtatur S. Iohannes quũ ait
ſignũ magnũ apparuit ĩ cœlo, mulier ami
cta ſole & luna ſub pedibus eius, ſuꝑ caput
eius corona ſtellarũ duodecim: Ecce quur
Maria dicta ſit illuminata uel illuminatrix
ſiue ſtella maris aut dña, quõ de ea ait ſpon
ſus, Viderũt eã filiæ Syon & beatiſſimã p̃⸗ Can. 6
dicauerũt, & reginæ laudauerũt eam. Imo
uniuerſus hic mũdus ſatis eam laudare nõ
poteſt, nihil. n. hic Neochriſtianorũ cura⸗
mus blaſphemias, qui ſoli ab eius gloria &
honore uenerationeq; abhorrent.

4. Ingreſſus eſt ergo ad eã angelus in
thalamũ. i. quo habitabat, ubi diligẽter at⸗
tẽdũt doctores Mariã nõ hinc inde fuiſſe
uagatam, qđ petulantes & laſciuæ faciunt
puellæ, ad inſtabilẽ & libidinoſum animũ
ſuum mundo declarandũ, Maria orationi
incubuit ardenter & tranquille, quod in⸗
de dñs eius & fili⁹ docuit ſuos, ut orare uo⸗
lentes cubile intrent, ibiq; clauſo oſtio orẽt
deũ patrẽ, qui ſic inuocatus exauditurus
ſit eos. Ita plane in oratione ſua ſemet abdi Mathei. 6
dit domi, ſicut fortiſſima Iudith, q̃ in pene Iudith. 7
trabilib. ædituũ cõclaue habuiſſe legit̃, ubi
ſecluſa cũ ancillis ſuis habitet. Sara quoq;
Thobiæ in ſupremas dom⁹ ſuę partes aſcẽ Thob. 3
dens cõmorata eſt ibi tribus dieb. & nocti⸗
bus, continue cũ lachrimis orans dñm ut
eã a calumnia liberaret, Quanto magis ſan
ctiſſima & caſtiſſima uirgo Maria recluſa
ab alĳs habitans ꝑſeuerauit in orationibus
ſuis, quoniã de ea typice dictum eſt illud,
Hortus cõcluſus ſoror mea, nec quiſquam Cantic. 4
ſuſpicari debet autore Bernardo, fores hic Bernhar.
apertas fuiſſe. Recolunt ibi pĳ patres Ma⸗
riam in conclaui ſendentem profuſis pre⸗
cibus dominũ oraſſe pro aduentu Meſſię,
atq; p̃ oculis habuiſſe illud Iſaię, Ecce uir⸗ Iſaiæ 7
go concipiet & pariet filium, & uocabitur
nomen

nomen eius Emanuel, hoc eſt nobiſcum deus, taliaqꝫ lectitantē ſummo ſtupore & admiratiōe attonitā fuiſſe, atqꝫ inclamaſſe O fœliciſſimam uirginem illā, utinam ea mihi contingeret fœlicitatis pars, ut te uidere tibiqꝫ ancillari & ſeruire merear, O domine miſericordiarum quādo erit tempus illud, ut populum tuum redimas, ut Meſſiam mittas mundi redemptorē, Talia meditantem uirginem inuenit angelus ingreſſus tunc ad ipſam. Conclaue illud in quo Mariam reperit angelus obſcurum eſt, & mirabiliter ꝑ ſanctos angelos a Nazareth per mare tranſlatum, iamqꝫ cernitur in loreta in Marchia Anconitana in magno & auguſto templo, ubi & uirgo Maria omnibus fidelibus undecunqꝫ confluentibus multa auxilia, ſolatia & præſidia exhibet. Aethyopes quoqꝫ ex mari quod ab eo loco uix duobus diſtat miliarib⁹, conati ſunt tēplum hoc ſpoliare, ſed in ipſo monte excæcati ſunt nec potuerunt cū angelo Gabriele intrare. Aiunt inſuper ſæpe cęptum eſſe etiam pio adfectu aliquid muro eius conclauis adſtrui, ſed ꝑmanere nihil potuiſſe uti coram uidimus ueſtigia. At iam uos metipſos & omnia quæ habetis chariſſima in Mariæ tutelam commendate &c.

Homilia ſecunda in feſto adnunciationis B. uirginis Mariæ.

VNus ex principatibus ſupremo illo angelorū choro Gabriel a deo miſſus in ciuitatem Nazareth uenit ad uirginem Mariam, idem ille antea adnunciaturus Iohannis Baptiſtæ natiuitatem apparuerat uiro, uerum hic in adnūciando Chriſto domini non Ioſeph, ſed ſoli apparet Mariæ, quoniam ex ea tantum ſine ullo uirili ſemine Chriſtus cōceptus ſimul & natus eſt, Quomodo autem ingreſſus ſit angelus, aiunt doctores ueniſſe eum adſumpto corpore ex aëre, ſicqꝫ in figura hominis & quidem adoleſcentuli ornatiſſimi (id enim angelum decebat tantæ puritatis) appăruiſſe Mariæ, quomō & Abra-
Gene .18 hę tres angeli corpali ſpecie apparuerunt,
& 19 ipſi Loth duo, unus quoqꝫ qui fortiſſimi
Iudith. 13 Samſonis adnūciauit natiuitatem, namqꝫ is adeo reprǽſentabat hominē, ut neſciret Manue eum angelum eſſe, tantiſper dum in flamma ſacrificij uideret eum aſcendere in cœlum, ſic & angelus Raphaël angelus Thobię miſſus eſt: neqꝫ ſciebat ipſe eū angelū eē donec diceret ille, Ego ſū Raphaël Toho. 5 & 12
angelus un⁹ ex ſeptē qui aſtamus ante dominum, Quūqꝫ eſſem uobiſcum per uolūtatem dei eram, ipſum benedicite & cantate illi: Videbar quidem uobiſcum manducare & bibere, ſed ego cibo inuiſibili & potu qui ab hominib⁹ uideri nō poteſt utor. Huiuſmodi nimirum facie humana apparuit etiam Gabriel Mariæ, nec eſt quod cogitēt ſimplices eum alis ſuis aduolaſſe ſicqꝫ ad Mariā ingreſſum fuiſſe, nam quod alatos pingunt uulgo angelos, eo tantum fit ut ipſa pictura ab hominibus ſecernantur, uel ut eoꝝ declareť celeritas, neqꝫ enī opus eſt angelum pedibus uti ad ambulandum quo uolet, ſed illuc uelociſſime conferre ſe poteſt quocūqꝫ lubitum fuerit. Sic ergo ingreſſus ad Mariā angelus eſt in corporea, & uiſibili forma, habitu honeſtiſſimo, non ita tn̄ ut putes eum auro gemmiſqꝫ redimitum fuiſſe, ꝙ hæc tēporalia nō fuerint magni momenti apud Mariam, quæ ut erat pudiciſſima, honeſtatē tantū in ueſtitu & alijs rebus maximi fecerit. Quæras unde ſcierit hic nomē angeli Lucas, quū tn̄ non fuerit hoc ſæpius in ſacris literis uſitatū ut angelorū expreſſa ſint nomīa, Raphaële excepto, & ubi ipſe nomē ſuū Gabriel Zachariæ dixit, at hic nō item? Reſpōdeť habuiſſe hoc Lucā ex uirgīe Maria, ſicuti pie credendū eſt Lucā ex ipſius doctrina & reuelatiōe permulta accepiſſe, quāobrem ꝑ cęteris Euāgeliſtis multa de Marię uirginis uita & actis cōſcripſit. Maria aūt illud ex inſtinctu ſpiritus ſancti cognouit qui & angelū ei manifeſtauit & nomē ei⁹ expreſſit. Quis.n.nō credat frequēs apud Mariā fuiſſe miniſteriū angelorū, unde & quod deinceps ait Lucas perturbatā eſſe Mariā in ſermone ipſi⁹, nō ad pſonā eius referēdū eſt quaſi alienū ſibi fuerit, ſed tm̄ quo ad ſermonē eius, ſiquidem cogitabat qualis hęc eſſet ſalutatio: credēdū ergo eſt principio ſtatim etiā ex nomine cognitū fuiſſe Mariæ angelū per ſpiritus ſancti inſtinctum.

2. Ingreſſus itaq; angelus ſalutare ipſam cœpit & dicere: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. O ſalutationem magnificam & honeſtiſſimã cuiuſmodi in terra omnibus retro ſæculis audita nunq; fuit, O quantum inde gaudiorum concepit ſibi regina cœli Maria & habitura eſt perpetuo, Quamobrem uniuerſa eccleſia toties eã illi offert quottidie, ſanctiq; patres multas pias ſuper ea meditationes deſcripſerunt, quas hic breuitatis ſtudio non adducimus, ſed unum tamẽ reticere non poſſumus, ut paululum quid ſuper ea conſuetudine dicamus, quod mane & ueſperi pulſum glorioſæ huius ſalutationis recolendæ obſeruamus, admonemurq; eo ipſo omnes gaudiorum uirginis Mariæ meminiſſe quæ habuit ex ſalutatione angeli, ſimulq; gratias agere deo Opti. Max. de glorioſa filij ſui incarnatione.

Aue dixit angelus Maria, hinc a tali principio toti remanſit ſalutationi nomen & appellatio, quam utiq; conſtat in conſilio factam altiſſimæ & indiuiduæ trinitatis. Pulchre enim hic contemplãtur ſancti patres ſingulas perſonas trinitatis Gabrieli commiſſionem dediſſe, & patrem quidem dixiſſe, Vade ad uirginem illam quam mihi ab æterno ſponſam elegi, ut mater eſſet filij mei, cuius ego ſum pater, filium quoq; ei ſic cõmiſiſſe Eia age abi ad eam quã ex omnibus filiabus hominum mihi elegi ut eſſet mater mihi chariſſima, ſub eiꝰ ego uiſceribus & præcordijs conquieſcam, eius ubera ſugã, ipſiuſq; filius ero dulciſſimus, Hinc ſpiritum quoq; ſanctum iniunxiſſe Gabrieli, Perge & ei nuncia me uenturũ, ipſamq; omnibus gratiarum donis impleturum, & ex eius ſanguinibus puriſſimis filio dei corpus formaturum, unde fiat ipſa mulier ex omnibus ſanctiſſima, mater & genitrix dei. Huiuſmodi quædam poteſt pro ſuo adfectu quilibet homo pius hodie meditari, quę tunc in cœlo ſint geſta, quãdo honeſtam & glorioſam hanc legationẽ deus deſtinauit in terrã tali ſalutatiõe præmiſſa, tanta cõmiſſione adiũcta, quæ quinq; iam milibus annorum in conſilio trinitatis occulte fuerat ſuſpenſa. Dices quum tanta ſit eius ſalutationis autoritas tamq; eminẽs dignitas, quid eſt quod & eccleſia & fideles omnes ea frequenter adeo & pene ad uilitatẽ utatur? Reſpondeo hic tibi quoniam ſine dubio non recepiſſet ipſam eccleſia pro quottidiana oratione, propria autoritate, niſi habuiſſet ſuper eo inſtinctũ ſpiritus ſancti, cuius numine factum eſt ut quottidianæ ſint preces inſtitutæ, & primo quidem oratio illa quam dominus ſuo ſanctiſſimo ore, & fecit primus & inſtituit (Matth. 6) ad laudem & inuocationem patris cœleſtis in ſeptem petitionibus, quas continet Huic proxime uoluit ſuccedere ſalutationem angelicam, cui addidit laudem & cõmendationem Chriſti Ieſu, quæ & ipſa a ſpiritu ſancto per Elizabetham ad nos deuenit, benedictus fructus uentris tui. Quo modo enim præſumere auderet peccator ut immundo ore adſumat uerba diuina & angelica, niſi illud ita fieri debere ordinaſſet eccleſia ex ſpiritu ſancto. Salubriter aũt hoc ita inſtitutum eſt, ut poſt laudem ſummi patris & petitionem eorum quæ nobis ſunt neceſſaria, breuiter etiã deinceps laudemus Chriſtum, interiecta tamen laude mediatricis noſtræ, quatenus ſic per utriuſq; aduocati Ieſu & Mariæ interceſſionem, quicqud a deo patre digne petimus efficaciter conſequamur.

Et hinc morem illum in ſeptem horis canonicis & alibi habet eccleſia, ut poſt fi- (Haſſia) nitam & orationem dominicam & angelicã ſalutationem, rurſus repetat illud ultimũ dñicæ orationis, Et ne nos inducas in tentationem &ce. quaſi dicere uellet, Omnipotens pater ſeptem nobis neceſſaria dare te rogauimus, in oratiõe quam nos ipſe docuiſti, per ĩterceſſionẽ filij tui Ieſu Chriſti, quem ex Maria uirgine naſci uoluiſti, iam itaq; per ipſius interuentum exaudi nos, ne nos inducas intentationem, ſed libera nos a malo: Amen. Ita ut in oratione noſtra properantes a principio ad mediũ, recurramus rurſus a medio ad principiũ.

3. Sed hic diſſerendum nonnihil eſt & inuehẽdum aduerſus nefandum Neochriſtianorum errorem, qui nec orari uolũt ſalutationem hanc, neq; ad orandam eã pulſu homines admoneri, dicentes non hanc eſſe orationem, ſed tantum Mariæ cõmen-

dationem

datíonem,eo q non ſit in ea uerbũ aliquod petitionem in ſe habens. Hi non eo tantũ male faciunt,quod ſe a communi Eccleſiæ conſuetudine ſegregant,imo in hoc quoq; imprudenter agunt,quod eo ipſo neſcire ſe profitentur & non intelligere,in quonã forma moduſq; orationis cõſiſtant: poteſt enim orare qui uerbo petitorio nullo utit̃, quod in noſtris mendicis clare cernitur, quoniam alij quidem petunt ſibi aliquid propter deum conferri & dari, alij autem cantu aut inſtrumento quopiam ſiue fidibus egeſtatem ſuam declarant,alij bonitatem tantum & diuitias eius quem rogant commendant,alij quoq; miſeriam & calamitatẽ ſuã quam patiuntur deplorãt, alij morbos & incommoda monſtrant, ulcera aut uulnera oſtentant, quę pro ipſis loquãtur & petant, ſatis eſſe ducentes mala ſua cognoſci & patere ijs qui miſericordiam eis uelint exhibere. Ita & in ſpirituali mendicitate magna admodum eſt hominum copia,imo homines omnes quotquot ſunt in mundo, in hoc xenodochio ægroti decumbunt,quorũ ſupremus curator Chriſtus eſt,qui nos docuit mendicare dum iuſſit orare: Pater noſter qui es in cœlis &cæ. Verum adhuc præter illam orandi formulam plures aliæ ſunt ſpiritualis mendicitatis uiæ,& ex ijs tres potiſſimæ: Prima eſt, quum rogatur quidem deus, ſed non expreſſis uerbis,tantum cum commendatione bonitatis ſuæ ex deuotione & humilitate, puta quum dicitur q̃ magnus, beneficus,propitius & miſericors ſit &c. Secunda,ſi proponatur ei aduerſariorum & inimicorum ſuorum furor,tyrannis & crudelitas. Tertia,ſi qui rogat,inopiam,miſeriã, & egeſtatem deplorat, dicens atq; cõmemorans q̃ debilis ſit & impotens. Id adeo uel ex eo certum eſt,quoniam nemo Chriſtianus negare poteſt nos Pſalmos orare, quot autẽ ſunt Pſalmi in quibus nihil petitur,ſed tantum celebratur deus,diabolus interim atq; hoſtes Chriſti incuſantur? Quot ſunt etiam in quibus Dauid ſuam ipſius deplorat miſeriam, ut in Pſalm. 8 10. 13. 45. 46. & 47.

Quum itaq; fateri cogantur Chriſtiani omnes iſtiuſmodi Pſalmos quibus laudatur deus eſſe utiq; precationes, quid uetabit ſalutationem & laudem Mariæ orationem haberi? ſi quando ſic ſalutat peccator Mariam: Aue gratia plena, dominus tecũ, quid aliud dicere uidetur niſi illud: Admoneo te o uirgo Maria illius gaudij tanti qđ habuiſti in adnunciatione archangeli Gabrielis, quãdo plena fuiſti & adhuc es omni gratia, fac me illius gratiæ participem, tecum enim dominus eſt, ut ſic poſſis conſtanti fiducia apud illum pro me interpellare &c.

4. Ipſa quoq; archangeli uerba ſingula ut ſunt efficaciſſima ita myſterio non uacant,ſic nanq; exorſus eſt: Aue,quod Germani ſalutationis uerbo exprimunt, eo q deceat omnes homines ſalutationem hanc oraturos in genua ſua procidere. Nã quur homo mortalis genua ſua non demittat in terram ad hanc ſalutationem, ad quam ex ſummo cœlorum throno filius dei deſcendit in terram? aut quid mirum ſit ſeruulũ humiliare ſe,& genua flectere, cum reginã cœli & terræ eſt ſalutaturus. Sunt ex doctorib⁹ q aiunt, Gabrielẽ q̃q; ſe corã uirgine inclinaſſe ſuaq; genua curuaſſe,qñ eam ſalutauit,ſiquidẽ iam olim typice figuratũ fuerat Chriſtum reuerenter eam habiturũ, quoniam in hiſtoria Regum legimus ſurrexiſſe regem, ut obuiaret matri ſuę,ac deinde inclinaſſe ſe erga eam, quæ ſane figura extitit eius q Chriſtus matri ſuæ in adſumptione obuiauit. Inſup Ioannes quoq; in ipſo adhuc matris utero exultauit,quãdo Maria uiſitauit Elizabeth. Inuitet ergo nos ad ſalutandam Mariam Gabrielis exemplum, Ioannis exultatio, & lucrum nobis inde proueniens, quoniam ab ea reſalutamur, ſicut hic doctores fructus tres commemorant,qui proueniũt ijs qui ſalutant Mariam,deſumptos ex uerbis Sapientis: Obuiauit illi quaſi mater honorificata, cibabit illum pane uitæ & intellectus, firmabitur in illo,& non flectetur, & exaltabit eum apud proximos ſuos. Quiſquis ergo ex Maria auxilium ſperat, & ſcientiam impetrare uitę,ſedulo ſalutet eam. Quiſqs in bono perſeuerare cupit, ne flectatur in malum,ſalutet Mariam. Quiſquis in honore uitam tranſigere cupit, & is Mariam

3. Reg. 2

Lucæ. 1

Eccle. 15

ſalutet. Fuit Romæ ciuis, & matrona quædam honeſta, nomie Maria, de qua ſic ſcripſit Paulus Romanis: Salutate Mariam quæ multum laborauit in uobis (Pulchrũ hoc eſt thema, quod adplicabis ad ſalutationem angelicam) Quod ſi igitur Paulus diligenter adeo uoluit ſalutari Mariam ciuem, quanto magis nos ſalutare debebimꝰ uirginem Mariam omni tum diligentia, tum pietate, cum angelo dicentes: Aue gratia plena &c. Deprecemur dominum deum pro omni neceſſitate Eccleſiæ ſanctæ & catholicæ, pro omnibꝰ in utraq; poteſtate poſitis, pro ijs etiam cũctis pro quibus nos ille uelle uelit, & debere orare: Oremus & pro parentibus noſtris, fratribus & ſororibus, pro benefactoribꝰ noſtris omnibus & fautoribus, etiam pro ijs quibus cauſſam & occaſionem dedimus peccandi, pro fidelibus omnibus defunctis, & ijs qui ſingularem interceſſionem non habent &c.

Roma. 15

Homilia tertia de eodem feſto adnunciationis beatæ uirginis.

Miſit deus ad Mariam Gabrielem archangelum, qui ad eam ingreſſus dixit: Aue gratia plena. Salutationem hanc omnium longe glorioſiſſimam proprie ſibi ſumpſit Eccleſia uſurpãdam, & in ea pleriq; ſancti patres multa cũ pietate ſe exercuerũt, animi ſui feruentem oblectantes adfectum, ſicut S. Bernhardꝰ mellifluus Mariæ ſeruus multum & grauiter in ea laborauit, quoniã apud ſe quiſq; non ſine admiratione cogitare poteſt illud cum Maria. Qualis eſt hæc ſalutatio? Quid ſibi uult Gabrielem angelum de cœlo miſſum uenire ad Mariam in conclaue, curuare genua, flectere caput, & ſalutare honorifice, quam norat iamiam futuram angelorum cœlorũq; reginam. Id adeo etiamnum hodie contemplamur, quomodo oporteat Mariam plenam eſſe gratia & uirtutibus, coronam gloriæ, quam Deus tanta dignatus eſt per angelum ſuum ſalutatione. Hinc eſt ꝙ toties ei illam proponimus, ut diuinæ miſerationis recognoſcat initium, humanæq; redemptionis exordium, præter id per quod ipſa ſumpſit initium in hac ſalutatione, ut eſſet mater Dei, quum ita exorſus eſt angelus, Aue. Mitto hic quod uerbum illud ſi inuertas literis Eua dicitur, quoniam quod amiſit Eua Maria reſtituit. Mortem nobis intulit Eua, Maria reddidit uitam. Neq; cõmemorare hic libet expoſitionem uerbi Aue, hoc eſt, ſine uę, ſiquidem ſine omni uę peccati Maria concepta eſt & nata extra maledictionem Euę, ſine qua ipſa etiã deinde concepit & peperit, quum triplex uę reliquerat Eua filiabus ſuis, primum ꝙ in peccato originali concipiantur & pariantur, alterum dum grauiter ferunt liberos, poſtremum in eo ꝙ non ſine ſummis doloribus pariunt ipſæ, inde quum exempta & immunis fuerit Maria recte ei dictum eſt Aue: nos quoq; dum illud ei inclamamus, eo ipſo admonere eam debemus, ut gratiam nobis impetrare dignetur, quatenus ipſius interuentu liberemur, non tantum a uę pſentis peccati, ſed & futuræ damnationis. Poſſem hic latius ex ipſa uocabulorũ proprietate oſtendere, quomodo uox hæc ſalutationis apud Græcos & latinos gaudiũ proprie deſignet (quoniam aue ab auendo dictum gaudium importat ex re cupita, ſicut χαῖρε in Græco) quicquid autem hoc eſt, ſcholis relinquatur, tibi ſatis hoc ſit per uerbum illud aue uniuerſo mundo gaudium & pacem eſſe adnunciatam.

Bern.

2. Addidit angelus: Gratia plena. Vere plena tota, quoniam gratia tanta digna erat, ut mater dei efficeretur, iuxta illud q& ait Sapiens: Mulierem gratia plenam inuenturam gloriam. Ita Maria plena gratia adinuenit gloriã, imo ipſum gloriæ & dominum & regem: atqui ut plena eſſet gratia, uitia & peccata a ſe omnia profligauit, unde intellectui ſuo lumen acceſſit, ut uirtutes amaret, ſicut in perſona ſua dixit ille: In me omnis gratia uiæ & ueritatis, in nobis interim miſeris mortalibus plenitudo eſt prauæ concupiſcentiæ & ardoris in omne malum. Propone in hoc tibi principes, reges & optimates, ecce non implentur niſi faſtu et peruerſa dominandi libidine,

Prouer. 11

Eccle. 24

ne:ubi modus nullus eſt cogitandi de am-
pliandis dominijs, diuitijs coaceruandis,
ab ijs immunis Maria extitit, & pro eo gra
tia dei plena inuenta eſt. Penitius intuen-
tur doctores hic & examinant ſcripturas,
Actu.6 quæ teſtantur Stephanum quoq; gratia
& fortitudine plenum fuiſſe, & de Chriſto
Ioan.1 ſic habent: Vidimus eum plenum gratia
& ueritate. Atqui Mariam conſtat non eã
habuiſſe gratiæ plenitudinem quam Chri
ſtus, & tamẽ maiorem Stephano. Ad hoc
diſcernendum dicunt doctores, multipli-
cem eſſe gratiæ plenitudinem. Eſt enim
plenitudo gratię quoad ſufficientiam quę
alicui ſui tum ſtatus tum meriti reſpectu
ſufficiens eſt, qua etiam ille ſatiatur, ea eſt
in omnibus ſanctis, quam tamen alius alio
habet uberiorem, alius minorem, ſua tamẽ
Pſal.16 gloria quiſq; cõtentus eſt, dicens cum Da-
uide: Satiabor quũ apparuerit gloria tua.
Non ſecus ac ſi habeat rex filios tres, adul-
tum & maturæ ætatis unum, alium adole
ſcẽtulum, tertium inter hos duos mediũ,
ueſtiat autem ſingulos habitu deaurato,
habebit utiq; minor natu ueſtem minorẽ
adulto, ſibi tamen ſufficientem, ſiquidem
maior ei futura erat inutilis, qua de re alias
plura, applica. Alia gratiæ plenitudo eſt
per ſingularem aliquã prærogatiuam ſeu
eminentiam, eaq; præ alijs ſanctis fuit in
Maria: illa enim glorioſe adeo omni reple-
ta eſt gratia, & inſtar ſcrinij referta, atq;
a deo electa, omniq; gratia impleta. Tertia
porro plenitudo copiæ & habundantiæ
eſt, hanc conſtat eſſe in Eccleſia Chriſti ca
tholica, qui theſaurus eius eſt, cõmune me
ritum ſanctorum, ex operibꝰ perfectionis.
Quod quiſquis recte intelligit iam funda-
Fundamẽtum indulgentiarũ. mentum & rationem habet adſignare in-
dulgentiarum. Quarta inſuper gratiæ
plenitudo emanationis eſt & ſuperfluen-
tiæ, quam Chriſtus habet, & de ea Iohan-
Ioan.1 nes dixit, quia de eius plenitudine omnes
2.Cor.11 accepimus, plenitudo illa gratiæ Chriſtũ
Ephe.5 caput efficit, ut ſępe Paulus commemorat,
ſic em̃ gratia illius diffuſa per omnia mem
bra totamq; Eccleſiam promanat in ſacra-
mentis & omnibus operibus bonis, influ-
itq; hoc modo motum & ſenſum. Quic-
quid ergo in Eccleſia bonum eſt, puta il-
luminatio fidei, gratia ſacramentorum bo
norumq; operum, id omne ex paſſione &
morte, imo ex ſanguine Chriſti redun-
dat, quod intelligens Augu. ait: Sicut om- *Ad Dardanum.*
nes ſenſus in capite ſunt, ita omnes gra-
tiæ in Chriſto. Et hoc iam diſcrimen inter
eſt plenitudinis gratiæ in Chriſto, Maria
& Stephano, ſicut in uaſculis quorũ quæ-
dam etiam non oppleta plena dicuntur,
aliter enim concha plena eſt, aliter canalis,
alio modo ſcaturigo fontis, patera per ſe
plena dicitur, tantum ſiquidem capit quã
tum infunditur, ultra id canalis etiam in a-
lios locos deuehit aquam, quum interim
fons diuiti uena ſcaturiens ex ſe largiter
aquam ſubminiſtrat, nec unq; deficit. Sic
res ſe habet in propoſito, quoniam ſic ſan-
cti ſunt pleni gratia ut concha aqua, quam
ſi infundas multam multum habet, namq;
cuilibet ſanctorũ dicere poſſumus: Quid *1.Cor.4*
habes quod non accepiſti? ſignificatumq; *Iudi.6*
id eſt in concha quã impleuit Gedeon ro-
re ex uellere. Maria autem plus habet gra-
tiæ, unde & ipſa plena gratia dicta eſt, ſed
inſtar canalis qui licet non habeat aquam
ex ſe tamen habundat & aquam latius de-
riuat: ſic Maria non ipſe fons eſt aquæ, ſed
eam ex illo habet a deo nimirum, diuitem
tamen & adeo uberem, ut poſſit alijs com-
municare: unde eam Sapiens ait, inſtar ca-
nalis egreſſam de paradiſo. At Chriſtus *Eccle.24*
omni gratia pleniſſimus eſt, ſicut fons a-
quis habundat uera ſcaturigine ebulliens.
is enim hortum Eccleſiæ irrigat gratia ſua,
omniſq; aqua gratiæ ab eo diffundit̃ tanq; *1.Tim.2*
mediatore redemptionis unico, quod at-
tendens Sapiens ait: Fons hortorum, pu- *Cant.4*
teus aquarum uiuentium.

3. Deinceps laudat Mariam angelus
et ſalutando ſubdit: Dominus tecum. Iam
erat apud eam dominus author legationis
huius, quando em̃ plena erat gratia in cor-
de, ore & opere, utiq; fuit apud eam domi-
nus, imo hinc plena erat, ꝙ ſecum habebat
dominum omnis gratiæ fontẽ: Dominus
tecum. Pater ille tecũ eſt, qui ad te iam ue-
nit cum filio ſuo manſionem apud te factu *Ioan.14*
rus, eriſq; mater filij dei, dominus ergo te-
cum, tecum deus filius in utero (ſtatim id
erat futurum) deus ſpiritus ſanctus, & ipſe

tecum eſt in obumbratione. Declinata hic eſt humanæ naturæ miſeria quæ hic eſſe nulla poterat, ubi dominus & theſaurus e-
Roma.10 rat omnis gratiæ, de quo Paulus ait: Vnus eſt dominus omnium, diues in omnes qui inuocant eum, quoniam non eſt inopia ti-
Pſal.33 mentibus dominum. O te beatiſſimā uirginem Mariam, quæ te cruciare poſſit miſeria, quum tecum ſit dominus? Quanto uerius poterat tibi dicere Gabriel: Quicquid in corde tuo eſt, uade age & perfice il-
2.Reg.7 lud: tecū enim dominus eſt, ꝙ dixerit Nathan ad Dauid. Omnes itaqꝫ Chriſtiani inuocent Mariam, ut per eius interuentum cū ipſis quoqꝫ ſit dominus, quod & ſi non ea fiat perfectione, ut in Maria, quod nemo noſtrum nec petere audet, nec habere poteſt, ſed quantum cuiqꝫ ſatis eſt, ſicut cum multis pijs hominibus utriuſqꝫ teſtamenti fuit dominus: quoniam ſic dixit
Ioſue.1 ad Ioſue: Ego tecum ero, non dimittā nec derelinquam te. Sic in huiuſmodi ſanctorum hominū perſona inclamauit prophe-
Eſa.8 ta: Inite conſilium & diſſipabitur, loquimini uerbum & non fiet, quia nobiſcū deus. Simili modo ſalutauit angelus Gedeonē,
Iudic.6 dominus tecū, cuius uerbi uirtute percuſſit ille caſtra Madianitarum.

Et eſt ſane hic illud admirandum, ꝙ angelus qui uenerat adnunciaturus Mariæ aduentum filij dei, dixit eum iam eſſe ſecū quem adnunciabat ad eam uenturū, iam enim in mente illius erat, qui paulo poſt de ipſius carne humanam uolebat adſumere naturam: ita properauit ad ſalutem et redemptionem noſtram deus. Et ideo de ce-
Cant.2 leritate eius, ait ſponſa: Ecce hic uenit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: atqꝫ ex huiuſmodi gaudio prior Angelo uenit Chriſtus ad Mariam, exultauit namqꝫ ut
Pſal.18 gigas ad currendum uiam, a ſummo cœlo egreſſio eius: Curſum hunc iam cōſummauit ad Mariam, ut eſſet cum ea, & per illā cum uniuerſo hominum genere pacem firmaret, quando apud Mariā, & ex ipſa carne humana adſumpta factus eſt frater noſter. Ora itaqꝫ o Maria, filium tuum pro nobis, ut ſicut fuit ille ſingulari pręſidio tecum, in corpore & animo tuo, ita ſit ille iā nobiſcum per ſuam magnam gratiam hic in terris, & per gloriam ſuam illic in æterna patria Amen.

4. Necqꝫ adhuc ille fuit laudum Mariæ modus, inſuper adiecit angelus, benedicta tu in mulieribus, id adeo manifeſte & aperte ex præcedentibus colligitur, & ſequentibus. Nam quum antea per prophetas fuerit adnunciata, in utero matris ſanctificata, a filio dei electa, a ſpiritu ſancto in tēplum dei conſecrata, quam uir nullus attigerat, ſed uirtus obumbrauerat altiſſimi, quis non eā benediceret ſupra omnes mulieres (in namqꝫ hic in mulieribus dicit excellentiam) quæ uirgo concepit, uirgo peperit, uirgo ante & poſt partum permanſit. O uirginem ſanctam, o uirginitatem admirandam: Vere benedicta tu in mulieribus, mundiſſima in uirginitate, ſanctiſſima in filio. O Maria benedicta tu in mulieribus, quoniam in tua uirginitate fertilitas magna eſt, & in fructuoſa fertilitate immenſa ſanctitas, hinc eſt ꝙ beatam te dicunt omnes generationes, te colunt *Luc.1*
angeli, metuunt & contremiſcunt diaboli, ex te conſolationem, ſpem, & fructū uberrimum recipiunt peccatores. O te Maria benedictam, quia benedictionem adſequuta es diuinam, quæ abominationem legis contempſiſti. O quanto magis te benedictam ꝙ fuit Iahel uxor Aber, quam tamē & Delbora benedictam dixit in mulieri- *Iudic.5*
bus, quoniam tu partē elegiſti optimam, *Luc.10*
De te recte canit eccleſia: Benedicta filia tu a domino, quia per te fructum uitæ cōmunicauim⁹. Quid in muliere uirginitate præſtantius, ſi ſpecies honorem? quid quo ad uſum fertilitate utilius? utrumqꝫ tamen id ſola coniunctim habuit Maria, iuxta illud quod ex Poëta in canticum Eccleſiaſticum eſt adſumptum.

Gaudia matris habens cum uirginitatis honore, *Sedul.*
Nec primam ſimilem uiſa es nec habere ſequentem.
Sola ſine exēplo placuiſti fœmina Chr̄o.

Recolat itaqꝫ apud ſe quilibet, quam ſublimiter ſummus ille Dei nuncius ſalutet Mariam, commendet & extollat, Aue, quoniam gratia plena es, eaqꝫ ab eo qui

tecum

Gene.3 tecum eſt deus impleta, quo maxime iure optimo benedicta es ſuper omnes mulieres, quæ ante in Eua fuerant maldictæ. Ora filium tuum Chriſtum Ieſum pro nobis, ut & nos filij tui benedictionis eius participes efficiamur in ęterna patria.

A M E N.

Homilia quarta in glorioſa feſtiuitate Adnunciationis uirginis matris.

Sinum miſericordiæ ſuæ aperire uolens clementiſſimus deus, ablegauit cœlitus angelum Gabrielem ad uirginem Mariam, quam ille primo ingreſſu ſalutauit & dixit: Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ quum audiſſet, turbata eſt in ſermone, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Turbationem hanc uirginis glorioſæ dicunt patres, neqꝫ ex dubitatione, neqꝫ deſperatione profectam, ſed tum ex uerecundia uirginea, tũ uero ex ꝓfundiſſima humilitate, geminã.n. licet in ſcripturis repire turbationẽ, paſſionẽ alterã, ꝓpaſſionẽ alterã. Altera dũ uoluntatem hoĩs (Auguſt.) tangit & adficit, ſimul quoqꝫ concutit ac exterret, ad infidelitatem adigit & ignorãtiæ tenebras, ſicut contigit Zachariæ qui (Luc.1) etiam turbatus eſt loquente ſecum Gabriele, quoniã horror cecidit ſuper eum. Sic (Daniel.10) Daniel correptus eſt perturbatione, ut non manerent in eo uires, ſed deformata facie, omni deſtrueretur uirtute.

Alia adhuc turbatio eſt, quæ uoluntatem quidem hominis tangit & aggrauat, ſed neqꝫ in infidelitatem adducit, neqꝫ alienationem mentis infert & rationem. Sic per(Ioan.12 & 13.)turbatus eſt Chriſtus quando dixit: Nunc anima mea perturbata eſt, & quid dicam? Similiter & ĩ cœna, ſed & Maria hic turbata eſt ſine omni uitio, ex ſola uirginea pudicitia & caſtitate ſimul ac humilitate,

Ait ergo Ambroſius: Trepidare uirginũ (Ambro.) eſt, & ad omnes uiri ingreſſus pauere, omnes uiri affatus uereri. Diſcite itaqꝫ uirgines uerborum euitare laſciuiam, quoniam Maria etiam ex angelica turbata eſt ſalutatione.

Ad hæc magna penſanda eſt uirginis huius ſapientia, quia ſtatim audita ſalutatione, ipſa eius uerba expendit, neqꝫ reſtitit per infidelitatem, neqꝫ ſubito per leuitatem conſenſit: eo ꝙ omnis qui cito credit, (Eccl.19) leuis eſt corde: ſimul tamen Maria hic Zachariæ in credendo duriciem euitauit, & leuitatem Euæ, quæ maluit ſerpenti credere q̃ deo. Et proprie dicit hic Euangeliſta turbatam eam eſſe in ſermone eius, ex cuius aſpectu & apparitione perturbata non fuerat, ꝙ ea infrequens illi non erat, ſed ex ſermone tantum & inſolita ſalutatione perturbari cœpit: unde & cogitauit qualis eſſet hæc ſalutatio, quomodo & Ruth mirabatur quum ueniſſet ad Boos: (Ruth.2) ſic enim dicebat: Vnde mihi hoc, ut inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem. Obſeruata autem uirginis perturbatione ſubiunxit angelus conſolaturus eandem: Ne timeas Maria inueniſti.n. gratiam apud deum, tantum abfuit ut ex laude ſua efferret ſe, ut etiam perturbaretur Maria, quamuis hoc plæriſqꝫ filijs Euæ uitium eſt, ut placeat eis multum ſi laudentur etiam falſo: quod fit non raro. Quum itaqꝫ Angelus ſapientiam obſeruaſſet Mariæ, iam cogitantis de ſalutatione mirabili, uolens eius auferre triſticiam, ſtatuit aperire qualem attuliſſet ſalutationem. Ne timeas, inquit, Maria, quinimo qualis hæc ſit ſalutatio uide: Inueniſti gratiam apud deum, quo nomine & merito te ſalutaui plenam gratiæ, quia placuiſti altiſſimo apud quem & gratiam inueniſti, quam Eua in paradiſo perdiderat. Statim uero ubi confortauerat Mariam, nuncium proponit angelus, & ait: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius IHESVM. De hoc nomine ſanctiſſimo ſatis multa diximus die circuncíſionis domini, prædictumqꝫ hoc iam ante fuerat per (Eſa.7) prophetam dicentem: Ecce uirgo concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen

eius Emanuel, quod eſt nobiſcum Deus. Proprie autem ad Mariam dixit angelus, Quia uocabis nomen eius IHESVM, quoniam ei qui uere inter homines patrem non habebat, nomen imponere matrem conueniebat. Atq; hoc illud nomen *Iohel. 1* eſt, de quo propheta dixerat: Omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Sed quia eius nominis plures fuerant, ſecernit illum a reliquis, & ait: Hic mgnus erit, & filius altiſſimi uocabitur. Non eo modo quo multi Hæretici temere aſſeruerunt Chriſtum puram eſſe creaturam, pro inde additum eſt. Quia filius altiſſimi uocabitur. Magnus quidem fuit & Iohan- *Theoph.* nes, ut ait Theophylactus, ſed non ad hoc *Ambro.* altiſſimi filius, IHESVS autem filius altiſſimi: Ille quaſi homo magnus, hic magnus quaſi deus.

Magna ſiquidem eſt diuinitas, quæ nec comprehendi neq; concludi, nec uetuſtate poteſt immutari, atq; ut uerbis angeli plus crederet illa: addit ipſe deinceps promiſſionem propheticam, dicens: Quia dabit ei dominus deus ſedem Dauid patris eius, eo ꝙ promiſſum erat Chriſtum de ſtirpe Dauid naſciturum, iuxta illud: Iurauit dominus Dauid, & non fruſtrabitur *Pſal. 131* eum, de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. Sedes hæc & imperium ſiue regnum omnia illa ſpiritualiter debent intelligi, quomodo ille per prædicationem, fidem, & gratiã regnaturus ſit in omnibus pijs ac timentibus deum: ideoq; & ſubdit: *Theophy.* Regnaturum eum in domo Iacob in æternum. Quæ autem eſt domus Iacob alia, niſi qui ex Hebræis crediderunt? Verun- *1. Cor. 15* tamen ſicut Paulus ait: Quia non omnes qui ex Iſraële ſunt, Iſraëlitæ ſunt, ſed qui ſunt filij promiſſionis, atq; ideo regnum eius non habebit finem. Semper etiam in Eccleſia reget mundum, donec regnum *Auguſt. 83. q. 9* tradat deo patri. Hoc eſt, ut ait Auguſtinus, donec tradet ei fideles, in quibus hic regnat per fidem & gratiam, ut deinde in ijſdem regnet perpetuo per gloriam & fœlicitatem æternam.

3. Neq; adhuc ſubito ad hoc nuncium in nomine ſanctæ Trinitatis factum reſpondit Maria, ſed ut uirgo omnium prudentiſſima latius inſtitui cupiuit: dicens: Quomodo fiet iſtud, quia uirum non cognoſco? Quæ etiam interrogatio non animo dubitantis facta eſt, quum non dixerit ſe uel non ſatis credere, uel adhuc dubitare de eo quod futurum eſſet, ſed maius patet ex ijs uerbis argumentum, eam credidiſſe angelo, iuxta illud Elizabethæ: Bea- *Luc. 1* ta es quæ crediſti domino: ergo modum quo futurum ſit tantum inquirit, poſſibile namq; id eſſe iam legerat, edoctaq; erat in Eſaia dicente: Ecce uirgo concipiet, & *Eſa. 7* ideo credidit futurum, ſed quomodo fieret ante non legerat: non enim quomodo fie- *Ambro.* ret uel prophetæ tanto fuerat reuelatum: legerat, quia uirgo concipiet, non legerat quemadmodum generaret. Omnia hæc diuerſa fuerunt in Zacharia, quem opor- *Lucæ. 1* tuerat utiq; credere ex omnibus circunſtantijs & argumentis ueritatis, angelum illum bonum fuiſſe: ſiquidem & in loco ſancto apparuit ei, in templo, & officio, cultuq; diuino occupato illi: neq; aliud adnunciabat, niſi quod ad gloriam dei & ſalutem eſſet humanam, ad hæc itaq; proprie & adcommodate cuncta explicabat, ut decuerit Zachariam ei credere. Verum neq; ille interrogauit, ſicut hic Maria: Quomodo fiet iſtud: ſed dixit: Vnde hoc ſciam? nolens enim credere angelo quaſi alium requirebat fidei teſtem, & angelus ei ſufficiens teſtis non eſſet. Vide Arma- *Armacã.* canum de quæſtionibus Armeniorum libro decimo tertio, capite quinto de peccato Zachariæ. Et hinc ob dubitationem ſuam punitus eſt, ita ut mutus fieret, ſicut & Sara deridebat Angelos, natiuitatem *Gene. 18* Iſaac adnunciantes: quamobrem & angelus dixit ad Abraham: Quare riſit Sara uxor tua? Nunquid Deo quicquam eſt difficile? Ad hæc Theophylactus ait: Non prius tale quiddam factum eſt, neq; poſthac fiet: ideo ignoſcit ei angelus, & non cõdemnat, ut Zachariam qui merito condemnatur: habuit enim exempla multa, quandoquidem & multæ ſteriles fuerunt; uirgini autem nullum exemplum

erat

Gene.30 *1.Reg.1* erat, ſicut illi ſuppetebant plurima, ut Saræ Rachelis, Annæ Samuëlis &c.

Non caruit etiam hic angelus reſponſo, habebat enim inſtructionem abſolutiſſimam, quo amplius adhuc erudiret uirginem, dixitq;, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, Immenſa ſunt hęc uerba & ineffabilia, proinde a litera lõgius nõ diſcedemus, ut hac homilia Euangelium finiamus: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, quaſi diceret: Quod uouiſti domino uirum te nullũ cognituram, id ſane illa ſanctiſſima generatio non prohibebit, quoniam ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te, operaturus ibi incarnationem filij dei, & ex puriſſimis ſanguinibus tuis corpuſculũ illius adformaturus: In te, inquit, non ab externo ſemine fiet illud, ſed ſine omni uirili cõmixtione operabitur hoc in te ſuperueniẽs ſpirit⁹ ſanctus. Ecce q̃ graphice ſimul & prudenter angelus hic modum oſtendit Mariæ, quo fit futurum illud, quum ait breuiter, Spiritus ſanctus, ecce ſublimitatem & maieſtatem operantis, Superueniet, en modum quo fiat: In te, ait non in phantaſmate aut ſomnio, proprie in te fiet hæc operatio.

Et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi, Quæ alia eſt dei uirtus, niſi ipſe filius dei? Aut quis altiſſimus, niſi DEVS pater? ita hic trium perſonarum operationem in incarnatione CHRISTI proponit angelus, uirtutem altiſſimi, eo ꝙ omnem uirtutem declarauit deus in filij ſui incarnatione, quæ longe amplior fuit q̃ creatio cœli & terræ: Atq; huc adcõmodandum eſt il-
Pſal. 109 lud Dauidis: Tecum principiũ in die uirtutis tuæ: Sed & filium dei uirtutem eius
Rom.1 dici Paulus teſtatur, dum Chriſtũ dei uirtutem dicit in ſalutem omni credenti. Sed quænam hæc obumbratio eſt, eo nimirum referenda ꝙ ſicut cõcupiſcentia praua urit, iuxta illud, Melius eſt nubere q̃ uri, ita uiciſſim gratia dei refrigerat & extinguit ar-
Can.2 dorem iſtum, ſicut ait ſpõſa: Sub umbra illius quem deſyderaueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Maria ergo ſub umbra filij dei fuit, eo ꝙ ſicut umbra refrigerat, ita agnatus concupiſcentiæ ardor in hac Mariæ obumbratione extinctus eſt.

Hinc colligunt doctores ꝙ q̃uis Maria in utero matris ſit ſanctificata, imo & in cõceptione immunis ab omni cõtagione peccati originalis, attamen innatam illam concupiſcẽtiam malam habuit q̃uis ligatam, qua de re multa diximus ſupra in feſto con- *Supra fol.10*
ceptionis Mariæ, in hac autem obumbratione illa penit⁹ extincta eſt, utiq; enim ſanctificata eſt Maria in conceptione Chriſti, non fuit autem ſanctificatio illa facta in extinctione peccati alicuius uel originalis uel actualis, ſed tantum fomitis: Atq; idem ſentit hic gloſſa dicens, quia obumbrare eſt re- *Gloſ.*
frigerare incentiuum uitiorum, quod non *Ambro.*
eſt aliud niſi fomes. Breuitatis ſtudio intermitto hic expoſitionẽ Ambroſij, qui uult umbram Mariæ factam ex nube carnis Chriſti.

Nunc tandem glorioſe & magnifice cõcludit angelus, per illationem reſponſum ſuum: Ideoq; ait, & quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei, quid enim aliud ſperabatur, imo quid aliud ex aduentu ſpiritus ſancti, ex uirtute altiſſimi, ex caſtiſſima uirgine poterat niſi ſanctũ naſci, & huiuſmodi quidem ſanctum, filius ipſe dei? Vide hic latius duos obumbrationis modos in Theophylacto.

4. Porro iam reſponſum ſuum Gabriel ſimili confirmat exemplo, neq; remoto eo ſed ex proximo deſumpto, ab Elizabeth cognata. Adeo fuit ille in curando negotio diligens, pacificus quoq; fuit ingreſſus ſuus, quod in ſalutatione manifeſtum fuit, Mirabilis fuit denũciatio eius, uirginem filium dei concepturam & parituram: Non ignarus ille fuit myſteriorum dei, ſiquidem etiam modum quo fiat illud Mariæ reuelauit: Ad extremum iam nuncio ſuo fidem facit, dum exemplo cõprobat dicens: Ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa filium ſuũ concepit, in ſenectute ſua: Id ut uerum eſſe doceret, addit tempus, menſem ſextum cõmemorans illi, quæ iã nõ latebat omnibus

grauidata & pregnans: Quod nō ita intelliges quaſi Maria de uerbis angeli addubitante, uoluerit ideo Gabriel huiuſmodi exemplis fidem eius confirmare, quando illa ne minimum quidem aliquādo diffidit de myſterijs dei, ſed eo factum eſt ut ille Mariā magis exhilararet ex gaudio cognatæ, & ut illa precurſoris filij ſui natiuitatem ab angelo non ab homine addiſceret primū, deinde ne uirgo a deo electa quaſi ignara haberetur myſteriorum dei, inſuper ut doceret eam imminere iam tempus naſcituri Meſſiæ, cuius ꝓcurſor ante. 6. menſes iam fuerat conceptus.

Sic ergo ait: Ecce Elizabeth cognata tua: Quomodo cognatæ fuerint, ſcriptura non exprimit, hinc mirantur nonnulli quomodo fieri potuerit ut fuerint cognatæ, *Luc. 1* quum Maria ex tribu Iuda extiterit, Elizabet de tribu Leui nata, ſiquidem filia fuit Aaronis, ut Lucas teſtatur, fuit autem hic mos Iudæorū ut unius tribus perſonæ cō*Num. ult.* traherent matrimonium, ſicut præceptum eſt a domino. Omnes uiri ducēt uxores de tribu & cognatione ſua, & cunctæ fœminę de eadem tribu maritos accipient, ut hæreditas permaneat in familijs: Reſpondetur, quia prohibitio hæc eo facta eſt, ne bona cōmutarentur, illi autem de tribu Leui immobilia bona nulla habuerunt, ideo ad eos lex hæc non pertinuit, maxime uero poterant contrahere matrimonium cum tribu *Nume. 6* Iuda, id adeo confirmat Beda quum ait: In Exodo ſcriptum eſt Accepit Aaron uxorem Elizabeth filiam, Aminadab ſororem Naazon, quæ peperit ei Nadab, & Abiud & Eleazar: Ecce & ante edictum legis ſuperna prouiſione, ſacerdotalem regali iunc*2. Par. 22* tā fuiſſe progeniē. Sic deinceps Ioſabeth filia regis Ioram nupſit pontifici Ioiade, neq; id ita factū eſt inmerito, imo qa Chriſtus futurus erat rex & ſacerdos uerus, quo nomine in utraq; hac tribu & progenie unctionis ſeu chriſmatis remanſit uſus: Non ſunt quidem hæc quæ in hunc modum retulit Beda inepta dicta, ſed tantum non ſatis declarāt, quanta fuerit inter Mariam & Elizabeth cognatio: Reperio in antiquioribus Cyrillum in concilio Epheſino dixiſ- *Cyrillus* ſe patribus: Emerentiam habuiſſe duas filias Annam & Eſmeriam, atq; hanc quidē matrem fuiſſe ipſiꝰ Elizabeth, Annam autem Mariæ, ſic conſtaret Mariam & Elizabetham duarum fuiſſe ſororum filias, atq; ita ſentit eccleſia Hieroſolymitana (uide etiam in Vigerio) *Vige.* Ecce menſis hic ſextus, inquit Gabriel, eius q̄ uocatur ſterilis, quoniam nō eſt impoſſibile apud deum omne uerbum (omne quod non includit contradictionem fieri) *Gene. 18* Omnia ſiquidem poteſt DEVS in cuius potentia obedientiali omnis eſt creatura, ſic angelus, Aut eſt nequicquam deo difficile? & Hieremias *Hier. 32* Non erit, inquit, tibi difficile omne uerbum qui facis miſericordiam in milibus, ſic pſaltes ait, *Pſal. 113* Omnia q̄cunq; uoluit fecit.

5. Quum autem iam Maria a principio ſalutationis perturbata fuiſſet rurſuſque animam recepiſſet, rogaſſetque quomodo futurum eſſet illud myſterium tantum, iam tandem uoluntatem ſuam omnem contradit & offert inquiens: Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum, quæ uerba magno ardore ponderat Sanctꝰ Bernardus in hunc modum: *Bernar.* Quid differs o MARIA ultro conſentire in hoc opus tantum tamq; admirabile, ubi expectant omnium hominū animæ ipſiq; in limbo patres per tui uentris fructum liberari: Conſenſum tuum preſtolantur & angelorum chori, ut eorum ruina tuo partu reſtauretur: Deus & ipſe pater uoluntatem tuam deſyderat ut ſibi deſponſeris: Hoc & filius cupit ut eius mater efficiaris, ipſeque ſub tuo materno pectore conquieſcat: Idem ſpiritus ſanctus petit, quatenus diuina ſua operatione CHRITO corpus ſanctiſſimum admirabiliter ex tuis puriſſimis ſanguinibus conformet.

Expectamus & nos domina uerbum miſerationis quos miſerabiliter premit ſententia damnationis: In tuo breui reſponſo

ſumus

ſumus reficiendi ut ad uitam reuocemur: Hoc ſupplicat a te pia uirgo flebilis Adam cum miſera ſobole, exul de paradiſo: Hoc Abraham, hoc Dauid, hoc cæteri flagitant ſancti patres, pręs.ſ. tui qui & ipſi habitant in regione umbræ mortis: Hoc totus mundus tuis genubus prouolutus expectat, da uirgo reſponſum feſtinanter, & celeriter propicium: O domina reſponde uerbum, quod terra, quod inferi, quod expectant & ſuperi: Ipſe quoq; rex & dominus tantum deſyderat reſponſionis aſſenſum.

Tandem ergo conſenſit & id quidem humiliter, breuiter, modeſte, planeq; obedienter (extende hæc ut placet, nam ex hoc ſolo dicto facile facies duos ſermones, nos properamus ad finem) Ecce ancilla domini: Statim poſtq; uerba hæc eloquuta eſt MARIA, eodem momento corpus CHRISTI a ſpiritu ſancto formatum eſt, ſuiſq; membris totum conſtitit perfectum, Benedicta quoque eius anima eodem momento a DEO creata corporique eſt infuſa, & ſic uerbum dei ęternum ſimul utrunque illud ſibi uniuit, adſumpſitque in unitate diuinæ perſonæ, & ſic VERBVM dei tunc caro factum eſt.

O quanta myſteria operatus eſt deus ad unicum MARIAE conſenſum, ideoque puerum illa non ut aliæ mulieres tam diu in utero geſtauit anteq; uitalis eſſet, ſed a principio puer IESVS perfecte uiuus membriſque ſingulis fuit perfectiſſime formatus: Quamobrem Hieremias in SPIRITV præuidens myſterium hoc tantum in hæc uerba prorupit dicẽs, Nouum faciet dominus ſuper terram, mulier circundabit uirum utero gremij ſui: Ecce paruulum IESVM uirum uocat, eo ꝙ a principio omnibus mẽbris integre ſit formatus, quodq; norat omnia uſu ſuæ rationis non minus q̃ ſi annos. 30. haberet, ſtatim enim impletũ eſt in eo illud Pauli, ꝙ in eo omnes ſint theſauri ſapientiæ & ſcientiæ dei reconditi, & iſtud q' Iohãnes Hier.31

ait, datus eſt ei SPIRITVS non ad menſuram. Col.2 Ioh.3

Et quãuis feſtum illud conceptionis actiue Mariæ dicatur, tamen multo magis nomine incarnationis Chriſti appellandum eſſet. Tu itaque quum audis ad ſalutationem angelicam pulſari, non tantum recole gaudium Mariæ ex illa ſalutatione profectum, ſed & CHRISTO gratias age pro glorioſa ſua incarnatione. Iamiam paratus eram cantare receptui, & ecce ſuccurrit mihi in mẽtem Blaſphemia impudens & impia Neochriſtianorũ circa pulſum ad ſalutationẽ illã, qui & pari malicia abrogarunt cantica Beatæ Virginis, Salue regina, & Regina cœli, propria tantum temeritate & citra omnem rationem: Vbi mirari ſatis non poſſum quaſdam urbes, quæ quum inſignes habeant ſapientiæ uiros, non tamen uident, q̃ ineptas nihilque concludentes rationes præ ſe ferant eorum prædicatores huius abrogationis, Verum hoc argumentum euidens eſt eos in proprio faſtu & propoſito excæcatos eſſe, aduerſus eccleſiam catholicam.

In iſtarum rationum numero hæc quoq; prætexi ſolet, quod in illis canticis regina dicatur MARIA quæ ſeipſam domini ancillam tãtummodo profitetur: Quis obſecro tam cæcus eſt ut non uideat quã nihil concludat hæc ratio: MARIA magnæ humilitatis exemplo ſeme humilem profitetur ancillam, non debet ergo a nobis appellari regina.

Iohannes ſeipſum negat & Heliam & prophetam eſſe, imo indignum aſſerit qui DOMINO ſoluat corrigam calceamenti: Inique igitur feciſſe dominum cenſendum eſt, qui affirmat eum HELIAM & pluſq; prophetam eſſe, imo non ſurrexiſſe inter natos mulierum ſanctiorem illo? Similiter PAVLVS ſe abortiuum, minimum apoſtolorũ & indignum uocat qui dicatur apoſtolus: Num itaq; nos peccabimus principẽ apoſtolorum eum ſubinde dictitantes? Aut male in hoc fecerit Iohan.1 Mat.11 1.Cor.15

Chriſtus ꝙ eum uas appellauit electionis
Act.9 eo ꝙ nomen ſuum portet coram gentibus
regibus, & filijs Iſraël: Nec abhorret ꝙ ſi-
mili caſu Bethſabea ſe ancillã Dauidis uo-
cauit inquiens: Nonne tu domine mi rex
iuraſti mihi ancillæ tuæ per dominum deũ
3.Reg.1 tuum &cę. Aut ideo ne regina nõ fuerit ꝙ
ſemet appellauit ancillam? nonne ei Salo-
mõ thronũ erexit ſuo proximũ ad dextrã?
Conſimilibus exemplis totaundiꝗ́ ſcriptu
ra pleniſſima eſt: Ecce enim quando Hie-
Hier.1 remi. dixit ad dominum: A a a domine ne-
ſcio loqui quia puer ego ſum, dixit rurſus
ad eũ domin⁹: Noli dicere quia puer ſum,
quoniã ad omnia quæ mittam te ibis: Pu-
deat te o Chriſtiane miſerrime, nolle hono
rare te uirginẽ Mariam: Erubeſcat homo
infœlix qui non uult nominare reginam,
quam rex regum non dedignatur dicere
matrem: Aut nonne quæ regem habet fi-
lium regina eſt & dici meret̃, atꝗ́ adeo de-
bet? Nunquid ei dixit angelus de filio ſuo
Luc.1 ꝙ regnabit in domo Iacob in æternũ, ꝗꝗ́
regni eius nõ ſit futurus finis? Dic age ho-
mo temerarie & reſponde, plus ne ſit ꝙ eã
nos homines peccatores ſalutamus reginã,
an ꝙ eam ſalutauit angelus dei gratia ple-
nam & in mulieribus benedictam? aut etiã
hoc plus illo ſit ꝙ etiam tu cogeris, nolis ue
lis matrem eam confiteri dei, atqui negare
hoc nõ poteſtis etiamſi diſrumpamini, niſi
impium nõ ducatur uos cum Neſtorio cõ
ſorte hoſtes Mariæ dici & eſſe: Accedit ꝙ
uos (Neochriſtianos compello, gigantes
iſtos qui parata in cœlos irruptiõe ſanctos
omnes, ipſam glorioſiſſimam uirginem
Mariam, & mirum ſi non ipſum Chriſtũ
deturbare inde conati ſunt) inficias ituros
non puto, quin credatis eam ſuper choros
angelorum eleuatam. Nos itaꝗ́ dilectiſſi-
mi in Chriſto Mariam collaudemus cum
angelis, cum Elizabetha, cum uniuerſa ec-
cleſia catholica, una tum uoce tum pie
tate ingeminantes ſubinde ei ſalu-
tationem illam angelicam di-
centes: Aue gratia
plena dominus
tecum
&c.

Homilia quinta et ultima in ſolenni feſto incarnationis Chriſti Ieſu domini noſtri.

Natus ex Maria uirgine & homo
factus eſt, ex ſymbolo: Vel Exordiũ
noſtræ redẽptionis deuote recolam⁹
& exultemus, dicẽtes, Gloria tibi do
mine, Ex cantico eccleſiaſtico &c.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus Formula
per meritum ſuæ ſanctiſſimæ in- exordien-
carnationis, & per immẽſum glo- di Ectio
rioſæ matris ſuæ Mariæ gaudium, quod familiaris
illa ex angelica ſalutatione & uirtute altiſſi
mi hodierna die concepit, ſuper omnia om
nium hominum gaudia in terris, dignetur
nobis diuinam ſuam cõferre benedictionẽ
& pacem, deinde omne quod conducibile
nobis eſt ad ſalutem mentis & corporis,
quatenus tranſacto calamitoſæ uitæ huius
curriculo, conſequi poſſimus æternæ gau-
dia uitæ: Hoc quiſquis ardenter deſyderat,
ex animi ſui deſyderio dicat Amen.

Verba principio ſtatim huius homiliæ
uobis propoſita ſanctæ ſunt matris eccle-
ſię, quibus illa filios & alumnos ſuos ad ho
diernæ feſtiuitatis uenerationem exhorta-
tur, & ſic habent: Exordium noſtrę redem
ptionis deuote recolamus &c.

Simulatꝗ́ dilectiſſimi in Chriſto, Adam
primus ille parens omnium noſtrum per
peccatum ſuum ſimul cum paradiſo & cœ
lo gratiam ipſam dei & dona omnia non
pro ſe tãtum amiſit, ſed & pro poſteris ſuis
qui iam omnibus dei donis deſtituti miſer
rime uiuebant, pro filijs dei nati filij iræ, lo-
cumꝗ́ tunc habebat illud alterum Pauli,
Omnes peccauimus & egemus gloria dei, Eph.2
quia ſicut per unum hominẽ intrauit pec- Rom.3
catum in mundum & per peccatum mors, & 5
ita & mors intrauit in omnes, quoniã pec-
cauerunt omnes: Hinc igitur cœlum clau
ſum omnibus erat, quia quantũcumꝗ́ ſan
ctus quis erat, tamen oportebat eum deſcẽ
dere in limbum, ſic Noë deſcendit illuc qui
tamen

tamen iuſtus & perfectus extitit in genera
Gene. 6 tionibus ſuis & conuerſus eſt cū deo. Abra
17.13.12 ham quoq; qui tam gratus fuit deo ut pro
mitteret ei ꝙ in ſemine ſuo bñdicerent om
nes gentes, & ꝙ ſemen ſuum futurum eſſet
ſicut puluis terræ & ſtellæ cœli: Cuiq; di-
xit dominus deus, benedicam benedicenti
bus tibi, & maledicam maledicētibus tibi:
Exod. 33 Moyſes uir fuit mitiſſimus qui & de facie
ad faciem cum domino loquutus eſt, ſi-
cut ſolet amicus cum altero: Dauid adeo
Deo charus fuit & gratus, ut ille ſe inue-
niſſe eum diceret hominem ſecundum cor
ſuum: Nullus tamen horum in cœlum ue
nire potuit plus quinq; milibus annorum,
donec domino deo complacuit ſanctiſſima
uirgo, ex qua filius ſuus humanam aſſume
ret carnem: Qui & ipſe noluit cōmuni om
nium peccatorū lege naſci, ſed modo quo-
dam incōſueto, inaudito & ſupereminēti,
ſicut illum ſanctum ſanctorum probe de-
cuit: Namq; ille pro patre operationem ha
buit ſpiritus ſancti, pro matre uirginem pu
diciſſimam, pro ſemine immaculatas uirgi
Damaſ. nei ſanguinis guttulas: Quūq; reliqui ho-
mines in peccatis concepti etiam naſcātur,
hic unus ſine omni peccato, plenus gratia,
etiam ex matre gratia & uirtutibus plena
naſci uoluit. Incarnatio hæc hodierna con
fecta eſt die, gaudeāt igitur Chriſtiani om-
nes ut qui maxime, quādo & Maria ineffa
bile gaudium inde retulit, ex ſalutatione
quam ei angelus ex ſanctiſſimæ trinitatis
concilio denunciauit, in qua & ipſa multis
modis collaudata eſt, adeo ut merito iam
abominatio Euæ & maledictio abolita cre
datur. Talia quoq; recolit hodie ſancta ma
ter eccleſia in ſingulis ſeptem horis canoni
cis repetens illud nobile cāticum: Hæc eſt
dies quam fecit dominus, hodie dominus
afflictionem populi ſui reſpexit & redem-
ptionem miſit: Hodie mortem quam fœ-
mina intulit, fœmina fugauit, hodie deus
homo factus, id quod erat permanſit & qđ
non erat adſumpſit: Ergo exordium no-
ſtræ redemptionis deuote recolamus & cę.
exultemus dicentes, gloria tibi domine.
Quæ & fuere exordij noſtri uerba prima
unde oīs illa noſtra promanat oratio, at-
qui de iis ut ualeamus nos plura dicere &
uos cum fructu audire, petamus gratiam a
domino, q̄ uti facilius conferatur interue-
niente pro nobis beatiſſima uirgine dei ge
nitrice Maria, ipſam ſalutatiōe angelica ſa-
lutate qua eam hodie ſalutauit archange-
lus Gabriël, dicite toto mētis adfectu Aue
gratia plena & cę.

Euangelium Luce
primo ut ſupra.

Homilia ſequitur
de dignitate & emi-
nentia glorioſæ
huius feſti
uitatis.

SOlenne hoc & illuſtre fe
ſtum quatuor in ſe preci
pua & maxima continet,
qua gratia cuiq; pio Chri
ſtiano prę cæteris magis
& diligētius eſt obſeruā
dum: Quāuis enim appellationem habet a
uirgine Maria deſumptam, cuius etiam re
uera feſtiuitas hæc magna & inclyta eſt, tñ
peculiariter feſtum Chriſti & totius huma
næ naturæ continet: Primo nāq; omnium
uerbum dei patris æternum hodie caro fa-
ctum eſt: Deinde humana natura ſuper
omnes exaltata eſt choros angelorum, dū
in unitate perſonæ unita eſt filio dei. 3.
Ad hæc hodie cępit redemptio generis hu
mani, unde feſtum hoc aliorum omnium
fundamētum exiſtit, quoniam omnia Ma
riæ uirginis feſta uileſcunt, ſi non ſit hodie
mat' filij dei effecta: magna ſunt feſta Chri-
ſti, præſertim dies ſanctus dominicæ reſur-
rectionis, qui dierum totius anni omnium
longe ſanctiſſimus eſt, ſicut infra dicturi ſu
mus, ꝙ ſi tñ nō eſſet ille hodie homo factꝰ,
nullum haberemus aliorū feſtorū, non fe-
ſtum illud ſolenne natiuitatis, non circun-
ciſionis, non reſurrectionis, non aſcēſionis,
Deinde ſi non ipſum haberemus nouæ
huius legis Euangelicæ latorē, nec apoſto-
los haberemꝰ nec martyres q̄ mortē ꝓ Chri
fide cōſtanter ſuſtinuerūt, reliquū eſt ergo

ſeſtum hoc aliorum omnium fundamen-
tum eſſe. 4. Poſtremo nō minimum eſt qđ
illud in ſe feſtum continet, immenſa uirgi-
nis matris dignitas & exaltatio, quoniam
ea hodie mater dei eſt facta. Et ꝗuis antea
ſanctificata fuerat in utero matris, ita ut eā
hodie angelus dixerit gratia plenam, non
paulo tn̄ magis adhuc hodie eſt ſanctifica-
ta, uberioremq; gratiā recepit ꝗ habuerat
antea: Quid quod tātum hodie gaudium
infuſum eſt in animam eius, quando ipſam
impleuit ſpiritus ſanctus & uirtus obum-
brauit altiſſimi, ut ſuperet illud omnia gau
dia mundi. Et ſi quis unq; homo purus in
hac uita diuinam eſſentiam clare aſpexit,
ſane credendum eſt illud etiam cōmunica-
Bernar. tum eſſe Mariæ iuxta illā elegantem theo-
ricam ſiue regulam Bernar. Quicquid alijs
etiam minimis eſt conceſſum, Mariæ utiq;
Auguſt. non fuit negatum: Sunt autem qui putent
ad Pauli- Paulum & Ioſeph in hac uita diuinā eſſen
nam de ui tiam uidiſſe, quomodo idem hoc negari po
dēdo De- terit de beatiſſima uirgine Maria, creatura
um, & utiq; nobiliſſima & ab æterno electa ut
in dialo. eſſet mater & genetrix filij dei.
ad Oroſ. 2. Ex ijs quatuor primo loco dicturi
q. 63 ſumus circa hanc ſolēnitatem qđ ad ipſam
uirginē Mariam pertinet, interimq; nihil
dicemus de Mariæ ſanctimonia quæ mul-
tis ueteris teſtamenti figuris non ſemel eſt
deſignata, in archa Noë, in rubo quem ui
dit Moyſes, in uirga Aarōis, in uellere Ge
deonis, in porta Ezechielis, in fonte ſigna-
to & ſimilibus: Quum itaq; definitū eſſet
in ſanctæ trinitatis conſilio ut redimeretur
genus humanū, eiq; officio deſignata Ma
ria, ex qua filius dei humanam naturam,
carnem ſimul ſuſciperet & ſanguinem, nū-
cium illud Gabriëli demandatum eſt, hoc
eſt uidit ille in diuinæ eſſentiæ ſpeculo, ſibi
faciendum hoc eſſe: Et ſine dubio quia ipſe
ex ſupremo angelorum choro fuit, plurimi
eum comitati ſunt angeli, quod inde colli-
gunt doctores, quoniam ſi in natiuitate fi-
Luc. 2 lij dei magna apparuit cœleſtis exercitus
multitudo, quid uetat quur non & illud fa
ctum ſit in eius incarnatione.

Expendētes apparitionem angeli huius
doctores, dicunt eum ſepius in terris uiſum
Daniel. 2 eſſe, primum Danieli cui incarnationem
Chriſti reuelauit per figurā petræ abſciſſæ
a monte ſine manibus, petra ſiquidē Chri-
ſtus eſt, qui ſine uirili ſemine ex Maria con
ceptus & natus eſt. 2. Apparuit etiam Ga Luc. 1
briël Zachariæ dum ei natiuitatem Ioan-
nis adnunciauit, prædicens præitutum eū
Chriſto in ſpiritu & uirtute Heliæ. 3. Ho-
die quoq; uiſus eſt Mariæ eidemq; Chriſti
incarnationem reuelauit. 4. Apparuit & Mat. 1
Ioſeph uolenti dimittere Mariam, dixitq;
Ioſeph fili Dauid ne timeas Mariā accipe
in cōiugē tuā, quod enim in ea natū eſt de
ſpiritu ſancto eſt. 5. Paſtoribus apparuit Luc. 2
uigilātibus noctu ſuper gregem, natumq;
iam Chriſtum eis adnunciauit, & procul-
dubio ipſe etiā natiuitati Chriſti iterfuit. 6
Tribus magis quoq; uiſus monuit eos ne
reuerterentur ad Herodem. 7. Apparuit
in ſomnis Ioſeph & dixit ei: Surge accipe Mat. 2
puerum & matrē eius & fuge in Aegyptū
8. Rurſus iubens eum cum puero & ma-
tre reuerti mortuo iam Herode. 9. Eidem
denuo apparuit quando præcepit ut non
in Iudæam ſed in Galileā proficiſceretur
reuerſus. 10. Idē ille Gabriël uiſus eſt die
ſancto paſchæ uirgini Mariæ, ſine dubio ſic
ad eam loquutus: Regina cœli lætare quia
quē meruiſti portare reſurrexit ſicut dixit.
2. Deinde apparuit & mulieribus in ſe Mar. 16
pulchro, plane enim ſunt qui illum Gabriē Luc. 24
lem fuiſſe autumant. 12. Apparuit quo- Act. 1
q; apoſtolis poſt ipſam domini aſcenſionē.
An autem idem ille apparuerit domino in
mōte Oliueti, ex multis colligi poteſt argu
mentis & Gabriëlem eū fuiſſe, ſicut in paſ-
ſione Chriſti dictum eſt: Inſuper & plures Tomo. 1
adhuc apparitiōes ei tribuunt doctores, ut fol. 137
Abrahę, Iacob, Ioachim & Annę, quibus
nos hic ſuperſedemus.

3. Sic itaq; Gabriël mādatū exequutꝰ
diuinum ſuſcepto corpe uiſibilis ad Mariā
uenit, & ita uocaliter cum ea loquutus eſt
(neq; enim intellectualis tātum iſta fuit lo
quutio) ut uocem eiꝰ corporaliter audiret,
factūq; id eſt a cōdito mūdo anno. 5199.
ꝗuis Iudei computant. 3760. Aduentum
ſuum quur tamdiu diſtulerit dominus, ali-
bi diximus: Contigit autem hoc. 25. die
Martij, qui menſis in hoc placuit deo, qm̄
cōmuni doctorū noſtrorū & Mathemati-

corū

corum ſententia eodē menſe conditus eſt
mundus,ſole exiſtente in ariete,ideoqꝫ do-
Exo. 12 minus dixit Hebræis: Menſis hic princi-
pium erit menſium, uobiſqꝫ adeo primus
menſis erit in anno. Eodem menſe popu-
Exo. 14 lus ex Aegyptiaca captiuitate liberatus
eſt,tranſiuitqꝫ per mare rubrum. Decuit
ergo & illo menſe Chriſtum incarnari,qui
totum genus humanum ex tenebris Ae-
gyptijs liberatum traduceret per mare ru-
brum ſanguinis ſui & mortis, quoniam in
Martio renouant oïa, tunc germina cūcta
uirent,eodemqꝫ modo Chriſtus renouatu
Hiere. 31 rus omnia, imo & deus nouum facturus
in eo opus illud cæpit in Martio (hæc oïa
ſecundum communem ſenſum, quia He-
bræi tenent mundum eſſe creatum in Se-
ptēbri,& omnes arbores plenas fructibus,
hinc in hunc uſqꝫ diem celebrant feſtum
noui anni concurrenter ad noſtrum 14.di-
em Septembris, & appellant feſtum illud
Ros haſchana,id eſt, caput anni. Vide Pi-
cum,ſi placet) Neqꝫ diuerſum eſt ab ijs ꝙ
ideo dominus agnum eodem menſe man-
ducari præcepit. Iudæi quoqꝫ feſtiuitates
ſuas omnes a menſe Niſan, hoc eſt,Martio
computarunt.

Quo ad diem controuerſia nulla eſt,fa-
ctū hoc eſſe die 25. Martij, quod ideo cō-
tigiſſe creditur, quoniam eodem dominus
etiam cœlum & terram, angelicamqꝫ na-
turam creauit,ſic & uno hoc hodierno die
& conditus eſt mundus,& deus homo fa-
ctus,ꝗuis hic feria 6.fuerit, cuiuſmodi die
Adam conditus, lapſus & paradiſo eſt eie-
ctus. Videat hic pro ſuo quiſqꝫ captu, quo
modo ſumma ſapientia probe omnia ordi-
nauit,& ordinare digeſſerit.(Nota obiter
nunc calculanti occurrit, ꝙ b fuerit litera
dominicalis,& cyclus ſolaris decē, quia in
34. anno ſequenti iterū fuit dies 25. Mar-
tij feria ſexta in qua Chriſtus paſſus eſt, &
tunc fuit cyclus ſolaris 16. In omnibꝰ iſtis
magna diuerſitas eſt,Strabi tamen & Hai-
monis ſententiæ p̄feruntur. Occurrit in
terim iam ad manus Beda li.de natura re-
rū, cap. 46. ubi ex Dionyſio Abbate Ro-
mano,& quodam Victorio cōcludit indi-
ctionem 4.fuiſſe,aureum numerum 2. E-
pactas 11.&c.

Habito igitur anno (nam de hebræis
nō laboramus,qui etiā inter ſe ſunt diuerſi
quia & Ioſephus,leui per Gerſhom, Kim
hi & alij mire uariant) credimus Chriſtū
incarnatū anno mundi cōditi 5199.(ita
computat Beda & Oroſius, Iſidorus de-
ficit in tribus annis) ſcimus menſem quia
Martium, & cognoſcimus diem.ſ.25. Ve
rum ibi adhuc ſubeſt quæſtio,qua diei ho-
ra factum id ſit. Id quia in ſacris literis ex-
preſſum non eſt,quiſqꝫ pro ſuo arbitrio &
iudicio citra fidei offenſionem poteſt pro-
ponere. Quidam nanqꝫ moti Sapientis di
cto,putant media nocte id perfectum eſſe
Ita.n.Sapiens ait: Quum quietū ſilentiū Sap.18
contineret omnia,& nox in ſuo curſu me-
dium iter haberet, omnipotens ſermo tuꝰ
dn̄e exiliens de cœlo a regalibꝰ ſedibus ue-
nit. Sunt alij qui factum credunt hora ter
tiarū, quę hora diei tertia ē, ea Adā ex hu Gene. 1
mo rubra a deo creatus eſt,eadē lex Moyſi
data eſt,eadē ſpūs ſanctus in linguis igneis Exo. 19
uenit ad diſcipulos. Adhuc quidā uolunt Acto. 2
Gabrielem ueniſſe ad Mariam cōpletorij
tempore, quoniam poſt reliqua luminaria
ſol ſero tandē ueſperi creatus ſit, quo tem-
pore & ſol iuſtitiæ ſit incarnatus ex uirgi-
ne, ſed hæc oïa nullis ſunt ſcripturaꝝ au-
thoritatibꝰ ſuffulta. Quod ſi aūt nos cōſy-
deremus Eccleſiæ conſuetudinē qua ma-
ne & ueſperi pulſari ſolet ad ſalutationem
angelicā, colligere poterimus facile, quur
illud a primis Eccleſiæ authoribus ad nos
uſqꝫ peruenerit,ſup ijs quidā doctores ſen-
tentiam huiuſmodi firmant,Gabrielē mul Auguſti.
to pluribꝰ uerbis officium nuncij ſui pere-
giſſe ꝙ a Luca ſit deſcriptū,quoniā peculi
are fuerit Euangeliſtis omnibꝰ breuiſſime
complecti ſingula & ea ſubſtantialia tātū,
Putant ergo angelum ad Mariam ueſperi
ueniſſe eamqꝫ ſalutaſſe, quū eſſet ueſperti-
næ orationi intenta, deinde ſic angelū cū
ea noctem abſumpſiſſe totā ſanctis & cœ- Franciſ.
leſtibus colloquijs uſqꝫ in mediam noctē, Maronis.
quando tandē illa conſenſit in incarnatio-
nem Chriſti,& adhuc qd' reliquū erat tē-
poris cōſumpſiſſe mutua myſterioꝝ Dei
collatione uſqꝫ ad exortum diei, quo tem-
pore demū abierit Gabriel ab ea,hinc aiūt
illi pulſari ſalutationem angelicam ueſperi

ꝙ tunc uenit angelus ad Mariã, mane aũt quia tunc receſſit ab ea. Quod horum triũ factum eſt, ſcit ipſa quæ Chriſtum genuit mater, & nouit ille quẽ nil latet deus Opt. Max. Quomodo autem Maria fuerit uera mater Chriſti, & quid fecerit ad natiuitatẽ Chriſti, quidq́ requirat adhoc ut aliqua fiat mater, remitto me ad doctores, non.n. uidetur eſſe pro plebe, maxime coram iuuenibus non ædificat, *Thom. Bonauen. Richard. Ales.*

4. Nihil hic ſumimus nobis dicendũ de humanæ naturæ ſublimatione, quoniã ea res manifeſto opere patet in aſcenſione Chriſti, & adſumptione Marię, ſatis hic ſit interim ſcire ꝙ per incarnationem Chriſti, humana natura capax facta eſt gloriæ in uita æterna per ſingulos angelorum choros, imo Chriſtus & Maria ſuper omnes illorũ choros ſunt exaltati, quodq́ pie credendum eſt S. Iohannes ſupremũ iam angelorum locum conſequutus eſt, unde lucifer exciderat: eſtq́ ille iam non tantum *Math .11* omnibus natis mulierum, ſed & cunctis angelis ſuperior. Hinc putant quidam doctores parem eſſe Ioſeph, de quo nunc nõ laboramus, ſed de incarnatione Chriſti dicere pergemus. Filius itaq́ dei uerbum æternum humanam naturã, corpus & animam, carnem, ſanguinẽ & oſſa ſuſcepit nõ ex fœmineo ſemine, ſicut alia ꝓles ex ipſo coagulatur in ipſo matris utero, ſed ex ca*Damaſ.*ſtis & ſanctiſſimis Mariæ ſanguinibꝰ, neq́ ex quolibet ſanguine, ſed ex ſanguine cordis Mariæ. Vnde etiam prouenit ꝙ Chriſtus ſubtiliſſimæ fuerit complexionis, naturæ omniũ tum tenerrimæ tum nobiliſſimæ, cuiuſmodi nullus unq́ homo in terrã peruenerat, ut recte de eo dixerit Dauid: Specioſus forma præ filijs hominum. Ob mittimus quomodo aliqui doctores meditantur unam particulam transfuſam eſſe in Euam, & ex Eua ſucceſſiue uſq́ in Mariam, & ex illa portiuncula ſpiritus ſancti uirtute formatum, & organizatum fuerit corpus Chriſti. Vbi ergo corpus ita formatum fuit omnibus membris, eodẽ momento etiam anima creata, ſimul & infuſa eſt, ſtatimq́ a filio dei adſumpta, pari cooperatione trium ſanctiſſimarum perſonarũ, ꝗuis ex ijs una tantum, ſ. filius humanam ſuſceperit naturam. Eius rei ſimilitudinẽ hanc proponunt doctores, ſi quando uirgines tres unam ex eis induant, tres quidem illæ ſimul in ueſtienda una laborant, & tamen una tantum ueſtitur. Ita hic in propoſito ꝗuis tres perſonæ omnes operatæ ſunt incarnationem, ſolus tamen filius homo factus carnem illam ſuſceperit. Neq́ omnino diſſimilis hæc comparatio eſt etiã ſacris literis, ſiquidem & Paulus incarnationem habitum uocat, quũ ait: Hic quũ *Philip.2* in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed exinaniuit ſeipſum, formã ſerui accipiens, habitu inuẽtus ut homo. Eſt quidẽ ſimilitudo illa paulo remotior, uerum interim unio illa diuinæ humaneq́ naturæ, in una perſona uſq́ adeo omnem noſtrum ſuperat intellectũ, ut non liceat nobis eam comprehendere, nec aliquam ſufficientẽ eius rei ſimilitudinem in terris oſtendere. Iacobus alia ſimilitudine uſus cõparauit implantatiõi, uel inſitioni dicẽs: Cũ omĩ mãſuetudine ſuſcipite inſitum uerbum. *Iac. 1* Sicut .n. truncus ipſe per ſe conſiſtit, cui de nouo uirgultum inſeritur, neq́ uel a ſeipſo conſiſtit uel uiuit, niſi uitale nutrimentum ex trunci aut ſtipitis radice attrahat. Ita humana in Chriſto natura, per ſe perſona nõ eſt, ſed in perſona diuina eſt, cui & inſita eſt, unde & omnis in eam uitalitas permanat. Hęc ſunt qualeſcunq́ tandẽ directiones intelligentiæ noſtræ, quoniam altiſſima illa unio admiranda magis eſt ꝗ intelligenda, ut & canit Eccleſia: O admirabile commertium, creator generis humani animatum corpus ſumens de uirgine naſci dignatus eſt, & ꝓcedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem. Hieronymus in Epiſtola ad Paulum & Euſtochium ſic ait: *Hierony.* Quod natura non habuit, uſus neſciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, ſtupet terra, creatura omnis etiam cœleſtis miratur, hoc totũ eſt quod per Gabrielem Mariæ diuinitus nunciatur, & per Chriſtum adimpletur. Auguſtinus quoq́: In rebus, inquit, per tempus ortis, illa ſumma gratia eſt, ut deus homo, & homo fieret deus. *Aug. li. 13. de trinita.c.19* Ex illa ſancta unione prouenit ꝙ naturæ proprietates ſuas in

uerbali

uerbali ſaltem attributione non in rerum
permixtione cõmunicant,in hunc modũ:
Humanitas Chriſti ex uirgine nata eſt,ea
dem in Aegyptum fugit, capta, illuſa,fla-
gellata, crucifixa, ad extremum mortua
eſt, ſimiliter dicimus filium dei ex uirgine
natum, captum, crucifixum, mortuũ, nõ
quidem ſecundum ſuam naturam diuinã,
ſed humanã. Viciſſim quũ dicimus Chri-
ſtum hominem condidiſſe mundum, nos
ſaluare,omnia gubernare, omnipotentem
eſſe, hæc non quoad humanam ſunt acci-
piẽda naturam (fit autem communicatio
idiomatum in concretis,non in abſtractis,
ſecundum totum, non ſecundum partes,
in affirmatiuis, non in negatiuis &c. Vi-
de Aliacen.q. unica tertij.) Eius rei ſimili-
tudinem a remotis in nobiſmetipſis ſume-
re poſſumus, Homo,dicere ſolemus,ratio
nalis eſt & intellectualis, id ex parte ani-
mæ tantum uerum eſt, homo beari poteſt
& hoc tantum quoad animam. Rurſus ſi
dixero: Homo materialis eſt,mortalis,pro
cerus, niger & inſalubris,hæc corpori tan-
tum conueniunt. Ecce quælibet hominis
pars proprietates ſuas habet cõmunicans
eas cum toto homine, quod etiam aliquo
modo hic fieri ſolet.

Ad extremum uideat & recogitet hic
omnis Chriſtiana anĩa immenſam dei gra-
tiam & miſericordiam,in hoc ꝙ ipſe dei fi-
lius tantũ ſe humiliauit & exinaniuit, ut ꝓ
redemptione noſtra non horruerit uirgi-
nis uterum carnem adſumpturus ab illa,
hodieꝗ inceperit mereri,& theſaurum Ec
cleſiæ colligere. Quotienſcũꝗ ergo huius
myſterij mentio fit in Eccleſia, omnes pro
cidere debent ad genua ſua,ut quum cani-
tur illud in ſymbolo: Et homo factus eſt,
atꝗ in Euangelio Iohãnis: Verbum caro
factum eſt. Gaude & lętare fidelis anima,
quoniam hodie tua omniumꝗ hominum
ſalus incepit, hodie pax inter deum & ho-
minẽ firmata eſt, inter angelos & nos,quę
tãdem die natiuitatis Chriſti per angelos
promulgata eſt,quum cantarẽt: Gloria in
Lucæ. 2 excelſis deo, & in terra pax hominibus bo
næ uoluntatis. Glorificate itaꝗ dominum
deum,laudate & uirginem ſanctiſſimam
Mariam,quæ quum mater facta ſit uirgo
permanſit, creatura ſuum peperit creato-
rem, filia parentem, quam ideo ut ſuã re-
ginam omnes perpetuo concelebrant an-
geli. Deus Opti. Maxi. nobis in hac uita
gratiam conferre dignetur,quatenus exa-
cta hac tranſitoria uita laudare eam poſſi-
mus,nos quoꝗ cũ ſanctis angelis in æter-
na patria. Id adeo tũ p̄ſtare dignare Chri-
ſte Ieſu,qui es bñdictus in ſæcula, Amen.



Sanctiſſimo et celeberrimo die, quam uere fecit dominus, glorioſiſſimæ reſurrectionis dñicæ,

הללויה Aleluia.uel
In reſurrectione tua Chriſte cœlum
& terra lętentur, Aleluia.

REceptiſſima fuit omnibus retro
ſęculis apud priſcos conſuetudo,
ut ſi quando rex aut princeps ali
quis ex hoſtibꝰ ſubactis uictoriam retuliſ-
ſet, domũ reuertetur eo apparatu & ma-
gnificẽtia triumphans,ut ipſe ſublimi cur-
ru inſidens albis ueheretur equis, omniſꝗ
populus ferias,quas repentinas uocabant
ageret, laudẽ exclamantes uictorię prin-
cipis, magnificis quoꝗ titulis eũ excipi-

ebant, uictorem, triumphatorē exclamantes, hoſtium ſubactorem, adſertorem patremq́ patriæ, iuſtū, pium, clementē &cę. Sed quis unq̃ triumphum & uictoriam meruit ampliorem q̃ ipſe Chriſtus Ieſus dominus noſter, qui uexillo crucis aduerſus draconem immaniſſimū pugnauit diabolum, ipſumq́ deuicit, mortem æternam eripuit, limbum confregit, uectes & uincula dirupit, uinctos patres illos iuſtos q̃s ille annis 5200. collegerat, liberauit, ſecūq́ tanq̃ diuitem rapinam, & opima ſpolia hoſtib⁹ eripuit, uictorq́ potentiſſimus triumphauit in curru fœlicitatis æternæ, qui rotas habuit quatuor, quatuor donorꝝ quib⁹ glorioſum Chriſti corpus clarificatū eſt. Ideoq́ canit Eccleſia per uniuerſum mundum: Salue feſta dies, toto uenerabilis æuo, Qua deus infernum fregit & aſtra tenet. Imo cœlum & terra gaudium magnum conceperunt ex glorioſa Chriſti reſurrectione. Inde Eccleſia filios ſuos exhortatur ad laudem dei, utens porro ſemper in omnibus canticis nobili illo uerbo Aleluia, laudate deum. Haleluia. n. hoc ſonat, quia halelu laudate ſignificat, Ziuui a uerbo הלל & יה eſt unum de nominibus diuinis, deſignans deum & dominum, cuius meminit S. Dionyſius in lib. de eccle. hierarchia, cap. de ſanctificatione chryſmatis. Vos itaq́ omnes hic congregati, gaudete & lætamini hoc die ſanctiſſimo, gaudete inquam in reſurrectione Chriſti Aleluia &c.

Euangelium, Marci XVI. Illud require parte ſecunda in principio.

TRia in hoc præſenti ſermone nobis ſunt peragēda, auxiliante dei gratia. Primo, omnium differendum de ijs quæ glorioſam Chriſti reſurrectionem præceſſerunt, puta quomodo ille deſcenderit ad inferos. Deinde de gloria ſimul & tempore reſurrectionis. Poſtremo, de uarijs tum apparitionibus tum geſtis, quæ hodierno die contigerunt. Et principio quidem conſtat hunc certum eſſe fidei noſtræ articulum deſcendit ad inferos, hoc eſt, in limbum. Articulum hunc communiter credunt conſtituiſſe Thomam apoſtolum, ſimulq́ teſtimonium dediſſe reſurrectioni Chriſti, quoniam unus ille eſt articulus perpetuo filo cōtextus, qui habet: Deſcendit ad inferos, reſurrexit a mortuis. Glorioſa enim & benedicta anima Chriſti die paraſceues per mortem a corpore diſſoluta reuera & eſſentialiter deſcendit in limbum, liberare & eripere inde patres. Sicq́ impleuit propheticum illud: Penetrabo omnes partes inferiores terræ. Nam etſi diabolus quoq́ mortem Chriſti expectabat ut habet gloſſa quædam ſuper Danielem, tamen ille ſpe & expectatione ſua om̄i fruſtratus eſt, ideoq́ ad eius confuſionem & conſolationem patrum, illis ſingularē gratiam exhibiturus, deſcēdit Chriſtus in anima ſua ad inferos: neq́ ſuſpicandum eſt eā deſcendiſſe ſolam, ſed cum magno comitatu angelorum etiam præcurrentium, & in limbo pulſantium cum hac uoce: Attollite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales, quia introibit rex gloriæ, illi autem exterriti uix per tremorem eloqui ualentes dixerūt: Quis eſt iſte rex gloriæ? Pulchre hic contemplantur ſancti patres angelos plane limbum totum circum uallaſſe, multum gauiſos de animarꝝ quas in hac uita cuſtodierant liberatione, unde & reſponderūt illis: Dominus fortis & potens, dominus potens in prelio, hic eſt ille rex gloriæ: ſicq́ potenter angeli expugnatum iam limbum ingreſſi, expulerūt inde dæmones, tanq̃ præualidi ſerui & miniſtri Chriſti.

Eccle. 24

Pſal. 23

Quantum autem hic exterriti ſunt ſpiritus maligni, tantū uiciſſim gauiſi ſunt patres, ſiquidem iam gaudium angelorum exaudierant iubilantium & cantantium, radium quoq́ & fulgorem aduentantis Chriſti conſpexerant, quo reſpiciens dixit propheta: Habitantib⁹ in regione umbræ mortis lux orta eſt eis. In huius itaq́ fulgidi luminis intuitu, admirabundi omnes dixerūt adinuicem: Ecce redemptor noſter uenit. Eccum Meſſiam, quem tot annorꝝ milibus expectauimus, profecto is eſt, iam aduenit. Adpropinquante deinde illo oēs prociderunt in genua ſua (eo modo quo ſpiritibus competunt geſtus hominum.)

Eſa. 9

Id repræſentãs Eccleſia celebrat proceſſionem ſolennem cum iubilo decantans: Cũ rex gloriæ Chriſtus, infernum debellaturus intraret,& chorus angelicus ante faciẽ eius portas principũ tolli præciperet, ſanctorum populus qui tenebatur in morte captiuus, uoce lachrimabili clamauerat: Aduenisti deſyderabilis, quem expectabamꝰ in tenebris,ut educeres, hac nocte uinculatos de clauſtris. Te noſtra uocabãt ſuſpiria, te larga requirebant lamenta, tu factus es ſpes deſperatis, magna conſolatio in tormentis, Aleluia.

Eccleſia.

Hinc ergo magna cum lætitia exultantes iubilant, unde & impletum eſt illud Zachariæ dictum de Chriſto: Illuminare ijs qui in tenebris & in umbra mortis ſedent. Quid multa? gaudium illud ſanctorum patrum ſatis exprimere nemo poteſt, quãdo coram uiderunt Chriſtum, animã eius ſanctiſſimam,nobiliſſimam, planeqꝫ ſuper benedictam.

Lucæ 1

2. Quatuor ſunt inferni partes,ſicut in ſacris literis manifeſte exprimuntur: Eſt enim infernus damnatorum in pœnis, & illuc dominus non peruenit. Eſt alia pars eorum quæ tantum habent pœnam damni, ubi detinentur paruuli iam non baptizati, olim in lege non circuncisi, & gentiles fatui. Superior inferni locus ipſe eſt limbus patrum,de quo & iam diximꝰ, & plura poſtea dicturi ſumus. His accedit purgatorium, in quo detentæ animæ non tantũ uiſione carẽt,& aſpectu dei,ſed aliquid inſuper patiuntur propter peccata, de quibus hic pœnitentiam quidem, ſed tamen non ſufficientem ſatiſfactionem habuerunt. Hic ergo pie credendum eſt Chriſtum non tantum ad limbum patrum deſcendiſſe,ſed & in ipſum purgatorium, qđ tunc totum euacuauit, ita ut qui multis adhuc annis debebant in purgatorio pati, ſint ibi per Chriſtum liberati (ideo referũt aliqui in tenebris ad limbum patrum, & umbram mortis ad purgatorium.) atqꝫ hoc facile crediderim uoluiſſe Gregorium in hodierna Homilia, qñ locũ tractat Oſeę: Ero mors tua o mors,morſus tuus ero inferne,quum ait: Id quod occidimus,agimus ut penitus non ſit, ex eo autem quod mordemus, partem abſtrahimus, parteqꝫ relinquimus: quia ergo in electis ſuis funditus occidit mortem,mors mortis extitit, quia uero ex inferno partem abſtulit (.ſ.in purgatorio)& partem reliquit (damnatorum)non occidit funditus, ſed momordit infernum. Purgatorium quidem permanſit, ſed qui in eo fuerant liberati ſunt per Chriſtum. Sicqꝫ uult Grego. ꝙ dominus eos quos ex fide & operib s ſuos eſſe cognouit,etiam ex iferni clauſtris eripuerat, eo ꝙ Chriſtus dixerit: Quum exaltatus fuero, omnia traham ad meipſum: hoc ergo fecit quando nullum electorum ſuorũ reliquit in inferno. Atqui illi qui in purgatorio ſunt, ſunt electi oẽs,& in gratia dei,ſeq̄tur ergo eos quoqꝫ exemptos & liberatos eſſe cum Chriſto.

Gregori. Oſæ.13 — *Iohan. 12*

Confirmari hoc poteſt etiam corporali exemplo,uidemus enim apparatũ & magnificentiam regum ubicunqꝫ ingrediuntur cum comitatu ſuo, quomodo & profugi,& ij qui expulſi erãt ob facinora ſua calcaribus & equis inhærentes adcurrant, p̃terea ſi quando ad coronationem ueniant carceres & ergaſtula ſoluunt reos omnes inde liberantes. Quum ergo Chriſtus dominus ſit omniũ longe mitiſſimus, ideqꝫ ditiſſimus ſimul & potẽtiſſimus, quur nõ ipſe ea ſit miſericordia in triũpho ſuo, ut amicos & electos ſuos liberet uictos? Et tñ hoc quidã firmare nitunt̃ per uerba Petri, quum ait in primo ſermone ſuo, ꝙ ſuſcitauerit deus Chriſtum a morte ſolutis doloribus inferni,non ſuſpicãdum eſt autem de Chriſto deum in perſona ſua ſoluiſſe dolores,quoniam a morte quam ſemel paſſus eſt, amplius nihil mali ſuſtinuit Chriſtus, quoniam conſummatum iam erat, intelligendum itaqꝫ hoc illi uolunt eſſe de dolore infernali,eorum qui fuerant in purgatorio. Vide iuniores qui omnes communiter hoc tenent. Marſilius quæſtione 13. tertij Thomas de argentina,Prulifer, Vorrilon, Londulphus &c. Hos tibi cito,non ut eorũ nitar authoritate,ſed ut eis uiſis & ſcripturis per eos adductis, melius ualeas iudicare.

Actuum 2 — *Concertatio Stapu.*

3. Videmus etiam ex illo,quomodo quottidianus ille fidei noſtræ articulus ſit

intelligendus, deſcendit ad inferos (Ecce numerum pluratiuum, ut non unum, ſed plures inferos indicet. ſ. limbi & purgatorij, ad quos Christus deſcenderit) ita nimirum ꝙ ille non tantum in limbum, ſinum ipſum Abrahæ, ſed & in purgatorium deſcendit, ubi fuerunt dolores inferni. Et qd uetat quin dicam fuiſſe illam peculiarem Christi gloriam & magnificentiæ ſuæ cōmendationem? Atq; hic uideo ſubſcribere ipſum Augu. in Epiſtola ad Euodium, ubi poſt multa ad longum inducta eo declinat, ꝙ in ſinu Abrahæ non fuerint aliqui dolores inferni, ac proinde ob eum locum tantum dici non poſſe Christum deſcendiſſe ad inferos, ſolutis doloribus inferni, ſed quia quoſdam ex diuina ſua miſericordia liberauit, declinādo pœnas eorum, cuius rei manifeſta extant teſtimonia, ubi inferni & dolorꝫ eiꝰ fit mētio, Nulla, inqt ille cauſſa occurrit, quur illo credaꝛ ueniſſe ſaluator, niſi ut ab eius doloribus ſaluos faceret, quod non fecit ijs qui erant in ſinu Abrahæ, expectātes in ſecura requie, quādo tandē educerenꝛ in gaudia beatorū. Vide tu Epiſtolā, pulchra eſt enim & grauis. Eo poteſt hæc quoq; ratio adduci quoniā Christus ad Latronē dixit: Hodie mecum eris in paradiſo. Quærit ergo Augu. Euodiū: Si fuiſſet Latro cum Christo, quoad corpus, in ſepulchro ipſius eū oportere fuiſſe. Sin quo ad animā, nonne fuit apud inferos? Cōmunis aūt eſt doctorꝫ ſenſus & intellectus, Christū in cruce paradiſum intellexiſſe illum ſpiritualem, ſ. aſpectū eſſentiæ diuinæ, ſicut ſtatim dicturi ſumus (ꝙuis ſubtilis & acutus poſſet tueri, proprie etiā de paradiſo terreſtri, ſed prætereo, non ſumus hic ut diſputemus) At hinc tale colligunt argumētū, latro hic multa mala in uita ſua operatus eſt, unde facile in eo aliquid fuit quod opus habebat purgatione, de quo hic per eum ſatisfactum non erat. Et tamen illo nō attento promiſit ei Christus paradiſum: ideoq; licet in paradiſo fuerit, & in eū debuerit uenire, Christus eū inde liberauit. Ad hęc ſi obijceres pœnam & culpā remittere potuiſſe, aut etiā remiſiſſe Christum huic latroni, ſicut ille mulieri adulterę fecit. Rurſus ex me audires amplius quiddā: Si miſericors fuit dominus in cruce pendens, quanto magis iam a reſurrectione triumphans, quoniam ſic argumentaꝛ & Ambro. Si paſſionis humilitas tantum præſtitit confitenti, reſurrectionis gloria quantū tribuit deprecanti? Largior n. ad præſtandum ſolet eſſe, ſicut ipſi ſcitis læta uictoria ꝙ addicta captiuitas. Aut ſi paradiſum promeruit latro, quanto magis Christianus ueniā deprecans & miſericordiam. Poſſumus ergo hæc ita ad paradiſum referre, ꝙ eū euacuauerit Chr̄us ad incrementū gaudij & gloriæ tā ſanctæ diei.

Epiſt. 99 · Ambroſi.

4. Audiuimus Christum ita deſcēdiſſe ad inferos, ꝙ bn̄dicta eius anima ad patres uenerit in limbum, & animas miſeras in purgatorio detentas. Verū inde non dū conſtat ꝙdiu Christus in inferno permanſerit, qm̄ ab hora nona diei paraſceues qua mortuus eſt, aliquot neq; paucæ ſunt horæ uſq; ad tempus reſurrectionis eius. Sic ergo reſpōdent cōmuniter doctores, quoniam anima Christi nō diu in purgatorio permanſerit, ſed ſtatim liberatis animabus duxerit eas ad reliquas in limbo detentas. Quoniā is tunc ordo quoq; erat, ꝙ ſi quis homo decedebat in gratia dei, habens tamen adhuc in conſcientia ſua aliquid pœnale, anima eius primū ueniebat in purgatorium, ubi ſimulatq; ſatisfecerat, liberata inde procedebat ad limbum. Quia autem ordinate fit quicqd a deo fit, Christus ꝙq; ordinem hunc non inuertit, quāuis etiam triumphi ſui glorioſam uictoriam minus decuiſſet diu in purgatorio remorari, ipſumq; ſic paſſum electos ſuos præſente ſe diutius ibi pati dolores. Quamdiu autem anima Christi fuerit in limbo (neq;. n. hic curo quoſdā doctores, qui arbitrantur eam manſiſſe uſq; ad inſtans reſurrectionis, innitentes cuidā dicto Augu. in lib. de fide ad Petrū, quia aūt ille locus apparet mihi ambiguus & ꝓpoſitū non ꝓbare, ideo remitto illa ad ſcholas) Qn̄ nō habet quęſtio expreſſam in ſacris literis diſſolutionē, neq; nos funditus poſſumus aliqđ tēpus definire: ſatiſq; eſt ſimpliciter credere Chr̄m deſcendiſſe ad inferos, ꝙdiu autem ibi remanſerit, relinquamus ei, qui ipſe deſcendit, & ſuæ diuinæ omniſcientiæ.

Rom. 13 · Richar. Thom.

Sine

Sine tamē temeritate pie contemplantur doctores, Chriſtū ſimulatq; tradito in manus patris ſpiritu mortuus ſit, deſcēdiſſe in limbū, eoq; occupato tm̄ manſiſſe cū prib⁹ cōmemoraſſe eis q̄ & quāta paſſus ſit pro uniuerſo genere humano, atq; quō oportuerit eū pati & ſic itrare in gloriā ſuā: Nō
Luc. 24 multo aliter q̄ cū duob. diſcipulis i Ema⁹ euntibus declarauit ſcripturas: Id ita aiūt feciſſe eum uſq; in mediam noctē diei paraſceues, & tunc miniſterio angelorum lymbum totum deſtruxiſſe, & confregiſſe, patres autem ex eo loco ſecū adduxiſſe in paradiſum terreſtrem, ubi ſuſtentarit eos diebus. 41. uſq; in diem aſcenſionis, quo aſcē
Zacha. 9 dit in cœlum, iuxta dictum prophetę, In ſanguine teſtamenti tui eduxiſti uinctos tuos de lacu i quo nō eſt aqua: In reliquis hoc quoq; ſciendum eſt, quoniam ubi primum anima Chriſti in paradiſum & lymbum peruenit ibi ſtatim fuerūt illi ſaluati, diuinam contemplantes eſſentiam, qui paradiſus ſpiritualis erat, quē intellexiſſe pu
Luc. 23 tant Chriſtum in cruce, quando eum latroni promiſit, Hinc eccleſia in ſabbatho reſumit cantus angelicos. ſ. Gloria in excelſis, Aleluia, Sanctus &c. protenta tamē ſemper intētione ad noctem reſurrectionis, ut benedictio Gregoriana cærei paſchalis explanat. Quod autem q̄uis beati nō peruenerint in cœlū, qui uerus eſt beatorum locus, in promptu ratio eſt, quoniā nō decebat quēcunq; hominem priorem Chriſto aſcendere in cœlum, quare expectarūt eū qui illos ſecum adduxit, ſicut p̄uidit in ſpi
Pſal. 76 ritu Dauid dicens, Aſcendens Chriſtus in
Eph. 4 altum, captiuā duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: Explicato igitur gaudio patrum in lymbo, nūc proxime de magna lætitia hominum & exultatione dicturi ſumus angelorum &c.

Homilia ſecunda in glorioſiſſima feſtiuitate. reſurrectionis Chriſti.

Hæc eſt dies quā fecit dominus exultemus & lætemur in ea, pſalmo. cxvij.

Dubiū nemini eſt, chariſſimi, Deū Opti. Maxi. qui uniuerſum mundum, qui cœlum & terram, angelos, homines, ipſumq; tempus creauit, omnes etiam creaſſe dies: ſed tamē ipſi inter ſe dies ęquales non ſunt, non quidem ritu & Col. 2
errore gentiliū quem reijcit Paulus, ſed tū diuina inſtitutione, tum eccleſiaſtica ordinatione, ſiquidem maximus nūc error eſt inter Neochriſtianos contendentes æquales eſſe omnes dies, nec alterum alteri pręferendū, inde haberent illi cōtinua bacchanalia, quum tantū iam olim ueteri prouerbio receptum ſit, non ſemper eſſe Panathenaica, longe aliter iam inde ab origine mūdi obſeruatū eſt, ubi in ipſo ſtatim primordio creationis quum. 6. diebus opus ſuum Gene. 2
conſummaſſet dominus, tandē conquieuit Exo. 23
die ſeptimo, illumq; ſanctificauit, deinceps quoq; a Iudæis feſta quædam pręcepit obſeruari, ex quib⁹ adhuc aliqua ſibi retinuit eccleſia, q̄uis diuerſa de cauſſa, alia demiſit, & pro ijs rurſus alia Euāgelicę legi cōformiora ſubſtituit. Ne uero lōgius euagemur, diſcedēdo a themate propoſito, Et ſi inquā dies feſti multi fuerint annis. 5233 hunc tamen paſchalē diem pręcęteris omnibus elegit, tum angelis in cœlis, tum hominibus in terra, patribuſq; ex lymbo iam in paradiſum adductis ad æterna gaudia, De hac ſiquidē die in ſpiritu pręd ixit Da Pſal. 117
uid inquiens, Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea: Et ſic iam inde a primo Adam oēs dies peccati fuerant, imo potius atra quędā & caliginoſa nox mortis & ærumnę, omnes homines inuoluēs caligine ſua, ita ut totum illud tēpus ab Adam nox merito queat dici, qua mortalis homo ad tenebras urgebat̄ inferorū, uel in lymbū, uel purgatoriū, uel etiā in ipſum detruſus infernū damnatorū: Verū noctis hui⁹ finē fecit dies illa glorioſa reſurrectionis Chri, cū qua ſimul uita cæpit ęterna, qn̄ hac ſctā nocte Chrs reſurrexit: Vnde. S. Greg. ſanctitatē hui⁹ diei tātope admirat⁹ ait de hac nocte (recepit hoc eccleſia i bn̄dictiōe cęrei, uſus eſt pri⁹ etiā Gelaſius papa) Exultet iam angelica turba cœlorum, exultent diuina myſteria, & pro tanti regis uictoria, turba inſonat ſalutaris:

Gaudeat & tellus tantis irradiata fulgoribus, & æterni regis ſplendore illuſtrata totius orbis intelligat ſe amiſiſſe caliginem, lętetur & mater eccleſia tãti luminis adornata fulgorib⁹: & magnis populorum uocibus hec aula reſultet: Quapropter aſtantibus uobis fratres chariſſimi, ad tam mirã huius luminis claritatem, una mecum quęſo omnipotentis dei miſericordiam inuocate: Hæc nox eſt in qua deſtructis uinculis mortis Chriſtus ab inferis uictor aſcendit.

Gene. 2 Quia ergo Chriſtus hoc die reſurrexit,
Exo. 20 ideo eũ præ cæteris ſanctificauit, quaobrẽ & dies appellatur dominica, ꝙ hęc ſit illa dies multo priuilegio donata, in quã antiquum illud ſabbathum legis eſt translatũ, ut iam nos amplius nõ ſabbathum, ſed dominicũ diem feſtum peragam⁹, quod iam olim temporibus cępit apoſtolorum, utiq; non ſine ſpiritus ſancti inſtinctu, unde &
Apoca. 1 Iohannes eius meminit fuiſſe inquiẽs ſe in ſpiritu in die dominico. Quando igitur tu quiſquis es qui itegrã adhuc ſectaris Chriſti fidem, quereris, quur diem dominicum non ſabbathum feſtum colas & obſerues? reſponde habere te hoc ab eccleſia catholica, cui idem a ſpiritu ſancto eſt reuelatum & inſpiratũ, neq; id immerito ob imenſum gaudium Chriſti reſurgentis, quomodo & Iſaias in ſpiritu præuidit fore ut ſit ſabbathum ex ſabbatho, ſiquidem diem hũc reſurrectiõe ſua ſanctificauit dominus, ideoque dominicum dici uoluit.

Hinc promanauit illa eccleſiæ conſuetudo, ut per octo hos dies cõtinue in ſacris precibus & diuinis officijs uerſus hic decãtetur ex pſalmis, Hæc dies quã fecit dominus, deinde quoq; per totum annũ pſalm⁹ ille ſingulis diebus dominicis totus cantari ſiue orari ſolet ĩ eccleſia, ĩ eccleſijs bene ordinatis. Vnde recte Greg. in hodierna homilia ſic dicit. Hãc recte nobilitatem, ſolennitatem nobilitatis dicam⁹, quia ſolennitates cęteras antecedit, ſicut enĩ in ſacro eloquio ſancta ſanctorum, uel cantica canticorum pro ſui magnitudine dicũtur, ita hęc feſtiuitas recte dici poteſt ſolennitas ſolennitatũ: Caue itaq; tibi fidelis anima, ne aliquod hoc tam ſancto die peccatũ ĩcurras, qm̃ ob peccati circũſtantiã grauius ſit etiã peccatũ ipſum, ſicq; peccatũ quod hodie quis perpetrat grauius eſt ꝙ quocũq; toti⁹ anni die. Sed neq; ex ſola reſurrectiõe Chriſti, cuius glorioſa magnificentia colligitur huius diei, uerũ & eo ꝙ hæc futura ſit dies domini magna, dies perpetua quæ noctẽ non habebit, dies fœlicitatis ęternæ: Sicut ergo dies hæc prima fuit, quã domin⁹ creauit cœlũ & terram angelos & luminaria, ita poſt diem illum nouiſſimum ſol ſtabit neq; mouebitur amplius, ſed erit dies perſeuerans, immotus ultra & continuus, perpetuo duratur⁹, Dies ille dominicus erit, Gene. 1
octau⁹ dies ſanctorum, ſemper manſurus. In eius rei argumẽtum non ſolemus ueſperas exordiri more aliarum horarũ per hos octo dies ut in alijs dieb⁹ hoc uerſu ex pſalmis deſumpto, Deus in adiutorium meũ intende, ſed cum Kyrie eleiſon Chriſte eleiſon, eo modo quo officiũ miſſę inchoatur (illud enim olim hoc mõ incipiebat a Kyrie eleiſon uſq; ad tẽpora Celeſtini Papæ, a ſancto Petro, qui introitum conſtituit.) nõ debent ergo hodie preſbyteri incipere ueſperas cũ uerſu illo. Veſpertina oratio aſcẽdat ad te domine, quoniam dies illa domini nec ueſperã habitura eſt neq; noctẽ, unde & Dauid inquit, Ordinatione tua perſeuerant dies, Atq; ſic dies illa dies ſancta Pſal. 118
eſt, quã fecit dñs, de qua gauiſi ſunt ipſi angelorum chori, eo ꝙ cœleſtis Hieruſalem reędificari cępta iam eſſet numeruſq; ciuiũ plurimũ augeret, Gaudeamus itaq; & lętemur, cum gaudio concinentes illud,

Salue feſta dies, uel Surrexit
Chriſtus hodie.

hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemini itaq; & lętemini Chriſtiani omnes, quoniam hanc nox atra & caliginoſa præceſſit. Nox enim antea fuit angelis qui tot milibus annorum hoſpitem nullum ſuſceperant in cœlum, quum iam rurſus quotti die aliquid numero accedat, unde ruinæ eorum impleantur, læt⁹ ergo & alacer deſcẽdit angel⁹ de cœlo iſtar fulguris, reuoluit lapidem ab oſtio monumẽti, & ſedit ſuper eũ: Erat ꝗ́q; aſpectus eius ſicut fulgur Matth. 28
& ueſtimentũ eius ſicut nix, præ cuius timore

more exterriti ſunt cuſtodes. Nox inſuper
fuit patribꝰ, qui tot milibus annorū uincti,
detenti erant in lymbo, ijs nimirū lęta fuit
hæc dies, quādo cū benedicta anima Chri-
ſti aſcenderunt ad monumentū, uiderūtq;
quō dominus gloriæ glorioſam animā ſuā
ſancto corpori rurſus uniuit, fecitq; illud re
ſurgere ornatum dotibꝰ fœlicitatis & bea-
titudinis æternæ. Multa magnaq; nox fuit
uirgini matri & apoſtolis, uere nox mœro
ris, lachrymarum & fletus, compaſſiōis &
perturbationis, & Maria quidem dulciſſi-
mum filium amiſerat, apoſtoli autē Opti.
Maxi. præceptorem & dominū deſerue-
rāt, omneſq; alij Chriſtiani, qui ſpem in do
minū repoſuerāt, ij omnes ſpe ſimul & cō-
ſolatione deſtituti erant, nox ijs omnibus
atra fuit. Nox & Ioſepho fuit ab Aryma-
thia ſicut Euāgelium Nazareorum oſten-
dit, quem ideo Iudæi captiuum tenebant,
Chriſtus autem hodierna die rurſus libera
uit nō ſine magno gaudio. Similiter & de
Nicodemo res habet, eo q̄ Ioſephum in ſe
peliendo Chriſto adiuuerat, ſed his omni-
bus Chriſtus diem hunc attulit lætitiæ ſi-
mul & ſalutis: Vt iam non illi tantum ſed
Chriſtiani omnes merito debeant exulta-
re deumq; rogare, ut nobis diem lætū &
æternum concedat, qui perpetuo duratu-
rus finem non habebit in æterna patria.

2. Nunc tandem ad feſtiuitatis huiꝰ
hiſtoriam perueniamus, dicturi quænam
hodierna die contigerint inſigniora, Vbi
primum meditetur fidelis anima, quātum
gaudiorū benedicta anima Chriſti hodie
ſit adſequuta, hęc enim dies illa eſt in qua
Chriſtꝰ magna lætitia exultauit gauiſuſq;
eſt, unde & nos omnes capiti noſtro Chri
ſto congaudere debeamus: Id adeo ut ſun
ditus intelligatur, ſcire uos cōuenit benedi
ctam animam Chriſti ab initio ſuæ creatio
nis in ipſo die adnunciationis Mariæ bea-
tam fuiſſe, atq; aſpexiſſe iam tum eſſentiā
diuinam, eamq; ſumme dilexiſſe (habuit ui
ſionē & fruitionem eſſentiæ diuinæ) bea-
ti porro tria habēt in beatitudine ſua uiſio
nem eſſentiæ dei, fruitionē eiuſdē, & quæ
inde ſequitur, imenſam delectationē cum
ſūmo gaudio. Tertiū hoc anima Chriſti
annis 33. nō habuit, ſed eo ultro ſe priua-
uit, in hoc tātū ut humanos pati poſſet de-
fectus, ipſamq; ſuſtineret mortē ob redem
ptionē generis humani (uolo dicere, Ani-
ma Chriſti fuit beata in inſtanti creationis
ſuæ, quūq; tria ſint in beatitudīe uiſio, frui
tio & delectatio conſequens, delectatione
hac miraculoſe caruit anima Chriſti, ut ſu-
ſtineret miſerias humanas paſſionem, cru-
cem & mortē: Maximas igitur gratias aga
mus Chriſto, qui ut nos beatos efficeret,
tot annis caruit delectatiōe & gaudio bea-
titudinis ſuæ) Poſt ipſam uero Chrī mor-
tem, unita iam rurſus anima corpori, uiſio
eſſentiæ diuinæ ſūmæq; delectationis, gau
dium īmēſum cum maxima delectatione
infudit, quæ ſane delectatio & ab anima
permanauit in corpꝰ in de quoq; glorifica-
tum, quattuorq; dotibus beatitudinis lar-
giſſime donatum, puta, ſubtilitate, celerita
te, ipaſſibilitate & icorruptibilitate. Hinc
igitur dominus immenſo cum gaudio po-
tenter & glorioſe propria ſua uirtute & im
perio a morte triumphans reſurrexit, ad eo
ut in obſequium eius angeli etiam cōcuſſe
rint terram, quæ tunc tremuit, demiſſo an-
gelo cœlitus inſtar fulguris: Cōmuni enī
doctorum ſentētia (quia Hiero. exiſtimat
reſurrectionem Chriſti factā media nocte,
at cōmunior ſentētia eſt poſt medium no-
ctis tandē reſurrexiſſe eū) Chriſtus media
nocte patribꝰ reuelauit ſe reſurrecturū in
corpore, quūq; plurimas ſecum animas ab
inferis reduxiſſet, multis etiam hanc gratiā
tunc contulit, ut reſumpto corpore ſecum
reſurgerent, iuxta illud quod ait Matthęꝰ, *Matt. 27*
monumentis apertis multa corpora ſancto
rum reſurrexiſſe & ueniſſe in ciuitatē ſan-
ctam, ibiq; apparuiſſe multis.

3. Vnde ſequitur articuli fidei noſtræ
intellectus, quādo ꝯfitemur Chriſtū tertia
die reſurrexiſſe a mortuis, nō q̄ triduū to-
tū Chriſtꝰ fuerit mortuus, ſed quia cōmu- *Sinechdoche.*
ni ſcripturarū more partē ſępe totiꝰ appel-
latione ſignificamus, Mortuus ergo dn̄s in
die paraſceues eodem & ſepultꝰ eſt, totoq;
ſabbatho decubuit in ſepulchro, deīde poſt
medium noctis uerſus auroram dominicæ
diei reſurrexit. Vide Auguſt. lib. 4. de *Auguſti.*
trini. dei. c. 6. Et quia ante ſabbathum to-
tum aliquot horis diei paraſceues, ſimiliter

& diei dominici dñs iacuit in ſepulchro, dicit ſcriptura eũ tertia die reſurrexiſſe, Quot autem fuerint illarum horarũ, qñ etiã hic doctores uariant, alijs ponentibus. 36. alijs 40. id totum diuinæ reliquamꝰ omni ſciētiæ: Qui ſuper ijs tribus ſingula uellet deuotius cōtemplari, haberet plurima quib. pium animum ſuũ exerceret, ſi ergo quis uoluerit plura uidere, uideat Stapulen. de Stap. triduo mortis Chriſti, & quæ catholici cōtra eum ſcripſerunt, quia non eſt bonũ coram plebe, recepta fidei noſtræ myſteria in dubium uocare, quod ille & imprudenter & impie fecit in quibuſdam. Hoc etiã antea de ſe futurum prædixerat Chriſtus diſcipulis ſuis, Lucæ. 18 inquiēs, Ecce aſcēdimus Hieroſolymam, & cōſũmabuntur omnia quæ per ꝓphetas ſcripta ſunt de filio hominis, Dies memorabiles quoniam occident eum & die tertia reſurget: Atq; illi ſunt dies perpetua memoria digni in eccleſia ſemper habiti, & ex omnibus alijs tres ij electi, qui præ cæteris haberentur illuſtriores, feria. 6. enim deꝰ creauit Gene. 3 hominē, eadem & lapſus emeruit mortem, Rurſus in illa die Chriſtus morte ſua hominem demortuum a mortis faucibus eripuit & liberauit, Die autē ſabbathi, requieuit dominus in creatione mundi, quũ Gene. 2 iam conditis omnibus opus ſuæ creatinois cōſummaſſet. Ita & Chriſtus ſabbatho cōquieuit in ſepulchro, abſoluto iam redemptionis myſterio. Deinceps glorioſa hac Gene. 1 die dominica, ſicut dominꝰ prima creationis ſuæ die cœlum condidit & terram, Ita Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam nouus apparuit homo & imortalis, dominus cœli & terræ, triumphator mortis.

4. Neq; uero tria hæc ſine magno myſterio in hunc modum ſunt diuinitus præuiſa, quoniam feria. 6. diem primum ſignificat innocentiæ, qui non fuit integer, partim tamen fuit in paradiſo tranſactus, ſed Adam diſrupit eum, eo ꝙ nō toto die permanſit in illo: Dies alrer dies gratię eſt per ſabbathum repręſentatus; hic nimirum totus extitit, quoniam & præcedentē habuit noctem peccati originalis & ſubſequentē actualis peccati: Dies tertiꝰ glorię eſt quē dies paſchalis ſignificauit, is perpetuꝰ ille dies quem nulla noctis ſubſequētis caligo obſcurare potuerit, quoniã Chriſtus quũ in eo reſurrexerit a mortuis ſemel, amplius Roma. 8 nō moritur. Vnde hac nocte, ut ait Beda, Beda temporum mutatus eſt ordo, ſiquidē ante Chriſti reſurrectionem dies ſupputabãtur ab aurora, licet feſta in priori ueſpera incepiſſent, nũc autem dies a media nocte una Li. 1. ſup. gen. c. 17. in aliam connumeramus. Auguſt. inquit, primus homo cecidit a luce & dies creationis in noctem peccati, quēadmodũ prima dies a luce inchoata in noctem deſijt, ſicut Moyſes dicit factũ eſt ueſpe & mane Gene. 1 dies unus: Nũc aũt ab ipſa Chriſti reſurrectione incipiendum eſt a nocte diem uerſus, hoc eſt a peccato Adæ ad redemptionem Chriſti, ideoq; & dies iſte magnum illum diem domini, quam nulla nox intercipiet, deſignat.

Sed hic unum adhuc occurrit, quod prętereundum non eſt, Math. 28 quando ex Matth. ſupra diximus angelum deſcendiſſe de cœlo & reuoluiſſe lapidem, intelligendum non eſt, quaſi Chriſtus aliter reſurrexiſſe nō potuiſſet, quoniã firmiter illud nobis eſt credēdum, propria uirtute eum etiam clauſo reſurrexiſſe ſepulchro, qui deinceps occluſis foribus ingreſſus eſt ad diſcipulos, & antea natus fuerat non reſeratis uirginei uteri clauſtris. Sed ut ad angelum redeamus, ſi quis ſolerter omnium conſyderet Euangeliſtarum ſcripta, uidebit nullum eoꝝ cōmemoraſſe, quomodo tandem reſurrexerit Chriſtus, ſed tantum multa ubiq; fit mentio angelorum, qui apparuerint mulierib. quando uacuum inuenerant ſepulchrum: Angelus igitur ille qui legitur lapidem ab Beda. oſtio reuoluiſſe, credēdus eſt tandem poſt Chriſti reſurrectionē apparuiſſe, quod ex multis certis colligitur argumentis, Quoniam ſi Chriſtus propria uirtute aſcēdit in cœlum iuxta illud pſalmi, Pſal. 20 Exaltare domine in uirtute tua, quur non & eadē ſua uirtute reſurrexerit? Aut quid magni adeo feciſſet Paulus ꝙ Chriſtũ Ieſum & uirtutē 1. Corin. 1 reſurrectionis eius cognouerit? Pręterea ſi Philip. 3 adeo præpotens fuit ille ut cōfregerit portas inferorum, unde & ibidem potēs, ideo fortis, dominus uirtutum & rex glorię appellatus eſt, Pſalm. 23 quis credat indiguiſſe eum angelo qui lapidem amoueret ab oſtio? quũ

tamen

tamen nihil reſiſtat poteſtati illius qui uer
bo unico montē monti imponere poteſt:
Credendum igitur eſt dominum prius re-
ſurrexiſſe,ꝙ aurora refulſerit,idqꝫ propria
ſua uirtute,deide illi in obſequiū, nobis &
mulieribus in exemplum doctrinæ, ſimili-
ter & cuſtodibus ſepulchri, deſcēdit ange-
lus de cœlo,& apparuit circa monumētū,
uſqꝫ ad terrorem cuſtodum, reuoluit inde
lapidem ab oſtio monumenti,ſeditqꝫ ſuper
illum,ut ſic mulieribꝰ pateret ingreſſus in
Marc. 16 monumentum, ſicut clare Euangelica nar
rat hiſtoria, poſt hæc miniſterio angelorū
terra tota tremuit, & ſicut illa in paſſione
Chriſti,quaſi & ipſa compatiens concuſſa
eſt,ita iam rurſus in reſurrectione condito-
ris ſui uelut in lætitiæ ſignum contremuit,
Bernhar. Serueri. Audi & euigila peccator, Si ſic terra tre-
muit,quum dominus ad ueniam ſuoꝝ re-
ſurgeret,quomodo cōtremiſcet quū noxio
rum omnium turba reſurget ad pœnam?
Gaudete itaqꝫ dilectiſſimi in hac ſacra die
& exultate, quoniam diem hāc fecit domi
nus, Clamemus omnes in ſpiritu cū pſal-
miſta,quum diem illam præuideret, dicen
Pſal. 117 te, O domine ſaluum me fac, o domine be
ne proſperare, benedictus qui uenit in no-
mine dñi: Id itaqꝫ præſtare digneris triū-
phator potentiſſime Chriſte Ieſu,qui es be
nedictus in æuum. Amen.

Homilia tertia in eodem die Sancto.

Apoc. v.
Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid &c.

Iohānis 1 Iſaiæ. 53 1. Pet. 2 DOminus noſter Ieſus Chriſtus ut
agnus innocens occiſus eſt, quo-
niam ipſe agnus ille erat qui tollit
peccata mundi,ut agnus innocens ad occi
ſionem ductus eſt nec aperuit os ſuum, &
quum maledicebatur non cōminabatur:
Verum enimuero & ſi ut agnus mortuus
ſit, tamen ut leo generoſus & ualidus præ
potenter reſurrexit,leo animal utiqꝫ eſt ani
moſum,forte,magnanimū,præclarū,gene
roſum & uictoriæ appetētiſſimū eſt, Quū
itaqꝫ Chriſtus fortitudinem & potentiam
ſuā omnē reſurrectione declararit in lym-
bo inferorū, in cœlo & terra, recte eū leo-
nē uocauit Iohannes in ſpiritu de tribu Iu-
da:quo nomine S. Marcus facie leonina
efformatur,ꝙ præ cæteris Euangeliſtis re-
ſurrectionē Chriſti grauiter adeo deſcripſe
rit, cuius etiā Euangelium hodie uſurpari
in miſſa ab eccleſia iuſtitutum eſt: Hic eſt
ergo ille leo de tribu Iuda quem ipſe etiam
patriarcha Iacob in ſpiritu ꝑuidens dixit,
Catulus leonis Iuda, Merito quoqꝫ gaude *Gene. 49*
re debent hodie Chriſtiani omnes una cū
Chriſto,qui triumphator hodie inſtar leo-
nis deuicta morte reſurrexit, infernūqꝫ ſub
egit,ipſum laudemus & glorificemus om-
nes læto pectore cantantes.

Salue feſta dies, uel Surrexit
Chriſtus hodie.

Vicit īquā leo de tribu Iuda radix Da
uid:Quādo ſemel in mentionē leonis inci-
dimus,operepreciū fuerit ſuper ea re non-
nihil quoqꝫ dicere,& id ꝗ breuiſſime,dein
de ad geſta huius diei progrediemur: Me-
rito aūt Chriſtus leo dicitur de tribu Iuda
& ille uictor,qm̄ Chriſtꝰ hodie Iudęos,dia
bolū, mortē,oēſqꝫ mundi huiꝰ calamitates
deuicit:Iudęos quidē ſuperauit, qui antea
in cruce pendentē ſuſpenſo naſo calūniabā
tur,dicētes,Si tu es Chriſtꝰ deſcēde de cru
ce, Ecce, quod multo maius eſt, ille iā ho-
die uicta morte,clauſo reſurrexit ſepulchro
Blaſphemi antea Iudęi clamitabāt, Cōfi-
dit in deū,liberet eū nūc ſi uult,dixit enim
ſe filiū dei eſſe,Ecce hodie liberauit eū deꝰ,
iuxta id qđ ipſe ꝓdixit per os Dauid, Ego *Pſal. 3*
dormiui & ſoporatꝰ ſum, & exurrexi quia
dñs ſuſcepit me: Diabolū ꝗqꝫ deuicit & de
bellauit,eo ꝙ lymbum ipſius cōfregit, pur
gatoriū euacuauit, multā magnāqꝫ eiꝰ po-
teſtatē in mundo diminuit,ſicut ꝓdixerat:
Iam princeps huiꝰ mundi eijcietur foras,
Quæ etiā cauſſa eſt,quur iā non tot ſint in
mūdo obſeſſi & dęmoniaci, quot āte Chri *Iohā. 12*
ſtū natū fuerūt,deinde quur idololatria &
uniuerſus dęmonū cultꝰ qui tūc in mūdo
frequētiſſimus erat,ꝓ magna parte abolitꝰ
ſit: Deinde mortē ꝗqꝫ ſubegit dñs dū ad
uitā ipſe reſurrexit,noſqꝫ ſimul omnes cer-
tos fecit reſurrectionis noſtrę, dicente Pau *1. Cori. 15*
lo,Si Chriſtus reſurrexit & nos reſurgemꝰ.

Ad extremum dolores etiã & omnes mũ-
di huius miſerias ſuperauit, quibus adhuc
nos miſelli continuis aduerſitatibus & ca-
lamitatibus perpetuis preſſi iactamur ſub-
inde & excruciamur, Quæ mala omnia
Chriſtus in paſſione ſua deuicit, omneſq;
poſt eũ ſancti per gratiam ſuã, iuxta illud
Apoca.21 Iohannis, Abſterget deus omnem lachry-
mam ab oculis ſanctorum, & iam amplius
nõ erit neq; luctus neq; clamor ſed nec, ul-
lus dolor, quoniam priora tranſierunt. &c.

Extende illa quatuor, & habebis bo-
num ſermonẽ, Circa uictoriam in Iudeos
indue uigiles territos, Iudeos iam expul-
ſos, uagos per totum mundum, ſine Re-
ge, ſine Principe, ſeruos Chriſtianorũ, ſem
per timidos, & ſpretos. &cę. Circa uicto-
riam diaboli, induc quæ ſupra de Purga-
torio, de Lymbo Patrum dicta ſunt, Item
quõ ſit ligatus, ſicut uidit Iohãnes in ſpiri-
Apoca.20 tu: Et uidi angelum deſcendentem de cœ-
lo, habentem clauem abyſſi, & catenam
magnam in manu ſua, & aprehendit Dra-
conẽ, ſerpentem antiquũ qui eſt Diabolus
& Sathanas, & ligauit eũ per annos mille,
& miſit eum in abyſſum, & clauſit & ſigna
uit ſuper illum, ut non ſeducat amplius gẽ
tes, donec conſumerentur mille anni. Cir-
ca uictoriam mortis, dic de potentia & mo
do Reſurrectionis ut ſupra. Circa uictoriã
autem doloris, dic de gaudio huius diei, &
quomodo apparuit Diſcipulis, & dixit:
Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo &
in terra. Sic habebis egregium ſermonem,
Vt ſemel finem apponeremꝰ, ſtudioſe illa
reſecauimus.

2. Adhuc penitius inueſtigant docto-
res rationes quur Chriſtus in ſacris litteris
leoni conferatur: Id q̃uis illi multis lon-
giſſime proſequantur, nos tamẽ paucis ab
ſoluemus, quoniam præcipue cõditionem
hanc leo habet, quum primum leæna pe-
perit, & leũculi pro mortuis humi iacent,
die tertio ſtare ſolet ſuper eos leo & rugit,
ſicq; illi uitam recipiunt: Nonne ad eundẽ
modum & Chriſtus poſtq; tribus diebus
conquieuit in ſepulchro, tandem uoce dei
patris reſuſcitatus a morte ſurrexit, iuxta
Pſalm.3 illud. Ego dormiui & ſoporatus ſum &
exurrexi quia dominus ſuſcepit me.

2. Ad hæc apertis leo dormire ſolet ocu
lis, ita & Chriſtus triduum totum dormi-
uit quidem in ſepulchro, ſed tamen uigila-
uit ĩ lymbo & purgatorio, ut facile ſic dice
re potuerit illud, Ego dormio, & cor meũ Cant.5
uigilat. 3. Inſuper leo dum a uenatore
fugatur, ueſtigia ſua propria cauda delens
ne conſpiciantur, perturbat & obnubilat,
Ita Chriſtus diuinitatem ſuam occultauit,
ne eam diaboli & Iudæi cognoſcerẽt, Atq;
eodem modo per longum decurrẽdo indu
cere potes de eius fortitudine, q̃ ſit intre-
pidus, neminem metuens, iuxta illud leo
fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit
occurſum: Præterea ita ille animaliũ om- Proue.39
nium rex eſt, ut nullum audeat ipſum ex-
citare, dicẽte Balaam, Accubans dormiuit
ut leo, & quaſi leæna quã ſuſcitare nullus Nume.24
audebit, Sic nemo uel auſus eſt uel potuit
excitare Chriſtum niſi pater illius. Samſon
per modum ænigmatis propoſuit, quidnã
hoc eſſet, De comedẽte exiuit cibus & de Iudic.14
forti dulcedo, cibꝰ ille mel & fortis leo erat,
quid enim uel melle dulcius uel leone for-
tius? Et de noſtro quoq; leone Chriſto exi
uit cibus uitæ æternæ, mel doctrinę ſaluta
ris iuxta illud Dauidis: Quam dulcia fau
cibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauũ
ori meo: Gaudere itaq; & lętari merito poſ Pſal.118
ſumus atq; adeo debemus, quoniam hodie
leo noſter uicit de tribu Iuda: Vnum tamẽ
nobis a Chriſto poſtulemus profuſiſq; pre
cibus deprecemur, ne ab eiꝰ rugitu horrea
mus tremuli, quoniã alias ea eſt leonis na-
tura, ut ad eius rugitum feræ omnes cõtre
miſcant, occultẽt ſeſe & aufugiant, Sic q̃q;
leo noſter rugiet ĩ die nouiſſimo, ita ut cœ-
lum pariter & terra contremiſcant, iuxta
illud propheticum, leo rugiet & quis non
timebit? O domine Ieſu Chriſte ne nos ex Amos.3
terreas in die nouiſſimo, per gaudium glo-
rioſæ tuæ reſurrectionis Amen.

3. Nunc tandem ad huius diei geſta
perueniamus, illud quoq; breuiter expedi
turi, Simulatq; glorioſa & bñdicta anima
Chriſti ſũmo gaudio & lętitia adfecta eſt
ex ſuſcepto corpore, ornata iã dotibus bea
titudinis, primum omnium apparuit Chri
ſtus dominus noſter matri ſuæ Marię, quo
niam nullus unq; in terra filius matrẽ ſuã
amauit

amauit ardentius ꝗ Chriſtus Mariã. Ap-
paritionis huius modum pŋ patres ſic con
templantur, ꝙ Maria ſepulto iam corpore
Chriſti in die paraſceues, reuerſa ſit dolen
tiſſima ad crucem eamq; adorarit, ſiquidē
ibi recens adhuc uiuus ille Chriſti ſanguis
apparebat. Deinde ut erat reſurrectionis
Chriſti certiſſima, abdidit ſe in cõclaui me
ditatura myſteria dei, creationē hominis,
peccatum & lapſum eius, qui iam paradi-
ſo exulabat miſer, diluuium, promiſſionē
patriarchis factam, & prophetis. Contem
plabatur inſuper hic quomodo ipſa conce-
piſſet Chriſtum, peperiſſet, educaſſet, cum
eo in Aegyptum fugiſſet; deinde quomo
do ille captus, paſſus, crucifixus, mortuus
eſſet & ſepultus, impletis ita circa hæc ſcri-
pturis omnibus: Hæc & huiuſmodi plura
alia ſanctiſſima uirgo toto anĩo adfectuq;
meditabatur, expectans glorioſam Chriſti
reſurrectionem, utiq; non caruit etiam hic
conſolatore ſuo Gabriele, qui eam confor-
tarit. Poſtq; ergo Chriſtus ruſurrexit, ſta-
tim ſuæ matri apparuit, reneruntq; ante
eum angeli ad illam, ſalutantes ipſam, &
dicentes: Regina cœli lætare, quia quem
meruiſti portare, reſurrexit ſicut dixit. Ibi
deinde per immenſum aëra uectus Chri-
ſtus aduenit, inſtar radiãtis ſolis fulgidus,
& ſine dubio eam dulciſſime ſalutauit, &
cõſolatus eſt, ꝙ iam luctus & dolores eius
finem haberent. Viciſſim Maria in genua
procubuit ipſumq; adorauit, gratias ei a-
gens pro generis humani redemptione.
Reuelauit etiam illi dominus ibi, quomo-
do in ſolatium fidelium aliquãdiu adhuc
deberet permanere in terris, & tunc ipſe eã
ad ſe ſine mortis doloribꝰ eſſet ſuſcepturus
in cœlum, ad æternæ gaudia uitæ. Medi-
tantur hic doctores etiam, quomodo pa-
tres una cum Chriſto aduenerint, uiſuri
Mariam, quam filius dei elegerat matrem,
ita ut admirati ſint illam, ubi Abraham,
Dauid et alŋ, ut eam obſtupuerit non ſine
laude Eſaias, quoniam ipſa eſſet uirgo de
qua prædixerat: Ecce uirgo concipiet &
pariet (curre tu per patriarchas & prophe-
tas, quia longum eſſet de omnibus recen-
ſere, tamen mire ſolet adficere populum)
Atq; in tali apparitione anĩa Mariæ ſum-
mo gaudio a Chriſto perfuſa eſt, ꝙ non ſo-
lum corpus Chriſti glorificatum uiderit,
ſed & diuinam eius eſſentiam, unde læti-
tiam ſuauiſſimam concepit. Quo aũt gau- *Chriſtus*
dium illud effuſius extitit & admirabilius, *Mariæ*
eo fuerat antea anima eius doloribus ma *primo ap-*
gis aggrauata, quando dulciſſimus eius fi- *paruit.*
lius Chriſtus in cruce crudeliter adeo fue-
rat occiſus. Dices: Atqui nullus Euange-
liſtarum quicq; de hac apparitione ſcriptũ
reliquit, quid igitur? num ideo non eſt fi-
des adhibenda, iuxta id quod Neochriſtia
ni putant & perſuaſum habent? Imo ap-
paruiſſe Chriſtum Mariæ, & pie credendũ
& firmiter eſt tenendũ, quando argumen-
ta hic extant non inualida, quoniã ille ma-
trem ſuam utiq; in honore habuit ex præ- *Exod.20*
cepto legis: non itaq; paſſus eſt eã diutius
in maximo luctu uehementiſſimiſq; dolo-
ribus permanere. Quod ſi aũt primum ap-
paruiſſet Magdalenæ, ſaltem ei commiſiſ-
ſet, ut illud etiam matri ſuæ denunciaſſet:
non fecit aũt hoc, ſed tantum iuſſit ut fra-
tribus diceret, & alŋs mulieribus iniunxit
angelus ut diſcipulis Chriſti renunciarent *Ioan.20*
& Petro: quoniam non decebat ut alius *Mar.16*
ad Mariam ueniret reſurrectionis Chriſti
nuncius niſi filius ipſe: ſicut idipſum Anſ-
elmus Landulphꝰ, et alŋ multi, multis ra-
tionibus aſtruunt, uide tu etiam Cuſanũ.
Et aperte dicit Ambroſius li. 3. de uirgini *Ambro.*
bus. col. 14. Cõſyderate quia uirgines præ
apoſtolis reſurrectionē domini uidere me-
ruerunt. Et infra: Vidit Maria reſponſio-
nem domini, & prima uidit & credidit. Vi
dit & Maria Magdalena, ꝗuis adhuc iſta
nutaret. Rationi quoq; hoc conſentaneũ
eſt, quoniam quum nemo hominum ma-
gis doluit ex paſſione Chriſti ꝗ mater ipſi
us Maria, decuit ut gaudium & conſolati-
onem reciperet prima.

Dum quæritur autē: Quur Euangeli-
ſtæ nihil de hac apparitione ſcripſerint? Re
ſpondeo eas deſcripſiſſe Euangeliſtas ap-
paritiones, quæ ad manifeſtationem & re-
ſurrectionis teſtimonium ſunt factæ, iuxta
illud quod ad eos dixit dominus: Eritis
mihi teſtes in Hieruſalem & Iudæa & Sa- *Actu.1*
maria, & uſq; ad ultimum terræ. Præterea
ideo ille aſcenſionem ſuam ad cœlum diſ-

tulit, ut eo tempore reſurrectionem ſuam
pluribus argumentis confirmaret. Non
decuiſſet autẽ Mariam de filij ſui reſurre-
S. Lucas. ctione teſtari. Quæ etiam cauſſa eſt quur
Lucas in Actis, ubi naſcentis Eccleſiæ pri
mordia narrantur, nuſq; teſtimonium cõ-
memorat Mariæ, neq; eius mentionem a-
liquam facit, niſi ubi ipſam in aliorum ſan-
ctorum numero reponit, q̃uis ſine dubio
fideles tunc omnes, & apoſtoli plurimum
conſolationis ex ea receperunt, ſicut multa
ex ea audiuit & didicit ipſe Lucas: patet
quoq; idem manifeſtiſſime ex Epiſtolis
Ignatius. Ignatij ad Mariam ultro citroq; conſcri-
ptis. Atq; hinc diſſolui poteſt etiam altera
obiectio, quando induci poſſet contra arti-
Mar. 16 culum hunc illud Marci: Surgens Ieſus
mane prima ſabbathi, apparuit primo Ma
riæ Magdalenæ de qua eiecerat ſeptem dę
monia, nam & hoc non ita accipiendũ eſt,
quaſi nõ antea apparuerit Marię, ſed quia
inter homines peccatores, & eos qui teſti-
monium reſurrectionis ſuæ dare debebãt,
Magdalena prima fuit cui ille apparuerit,
ſicut iam porro dicturi ſumus.

5. Secundo ergo poſt reſurrectionem
ſuam dominus apparuit Mariæ Magdale
næ: idq; in hunc modum: Mane priuſq; il-
luxiſſet, uenerunt mulieres ad ſepulchrũ
uncturæ dominum: neq; inuenerunt illũ,
ſed angelum ſedentem a dextris, hoc eſt,
uerſus meridianam plagam. Ita enim do-
minus iacuit in ſepulchro, ut caput uerſus
occaſum, pedes autẽ ad ortum ſolis cõuer
terit, ſicuti inter catholicos ille ſepeliendi
mos adhuc obſeruatur. Et hic angelus re-
ſurrexiſſe dominũ eis denunciauit, ut nar-
rat Euangeliſta. Volunt igitur doctores,
ꝙ qñ mulieres fuerũt apud monumentũ,
iam antea reſurrexerit Chriſtus, eoq; tem-
pore Mariæ apparuerit matri ſuæ. Dein-
de quum mulieres nõ inueniſſent corpus
Ioan. 20 Chriſti, renunciarunt illud diſcipulis eius:
uenerunt ergo Petrus & Ioannes, qui in-
uenerunt omnia iuxta ſepulchrum conſti-
tuta, ſicut narrauerant mulieres: iterum
metus cauſſa non ita diu morati ſunt, quo
niam iam dies inualuerat. Mulieres autẽ
permanſerunt in horto, & ex illis una Ma-
ria Magdalena rediit ad ſepulchrum, cui
ibidem apparuit dominus in ſpecie hortu-
lani, quumq; eam compellaret ex nomine
retroſpiciens, agnouit illum, uoluitq; eum
tangere &c. Hinc eſt quod Auguſtinus
& Hieron. dicunt mulieres bis ueniſſe ad
monumentum.

Apparitio tertia ſtatim poſt hanc facta
eſt: Magdalena enim hoc cæteris in horto
mulieribus poſtq; narrauit, dicto citius om
nes illæ cum ſummo gaudio properabant
apoſtolis nunciare. Et in ipſa uia obuiam
eis uenit dominus, & dixit: Auete: illę de- Math. 28
inde tetigerunt eum & adorauerunt.
Quarto apparuit etiam Petro, iuxta illud
quod dixerunt diſcipuli: Surrexit domi- Luc. 24
nus & apparuit Symoni.

5. Apparuit & S. Iacobo, quem docto 1. Cor. 15
res aiunt ſepulto domino uouiſſe amplius
nihil edere uelle, donec Chriſtus reſurge-
ret. Ieiunium hoc nonnulli adhuc habent
in uſu, quod & ieiunium S. Niniani dicit,
qui ſepulto domino a meridie diei paraſce-
ues uſq; ad reſurrectionem domini ieiu-
nant uſq; ad reſurrectionem dominicam.

6. Inter reliquos uiſus eſt & Ioſepho ab
Arymathia, ſecundum Euangelium Na-
zaræorum, quoniam illum tunc Iudæi ca-
ptiuum tenebant, eo tantum ꝙ dominum
in monumento ſuo ſepelierat: ibi ergo ap-
paruit illi dominus, & liberauit eum: hinc
& cuſtodes ſepulchri dixerunt ad Iudęos:
Date nobis Ioſeph, & nos dabimus uobis
corpus Ieſu. Apparitiones illæ tres hodie
utiq; factæ ſunt, ſed quibus horis ſingulæ
ex ſacris literis non conſtat.

7. Interdiu deinde apparuit dominus
diſcipulis duobus habitu peregrini in uia,
quum ambularent in Emaus, ſicuti To- Luc. 24
mo ſecundo ad longum recenſuimus.

8. Decem quoq; diſcipulis apparuit
Chriſtus die paſchæ, ſed ad noctem. Vtiq; Ioan. 20
apparitiones illæ omnes magnifice factæ
ſunt, omniq; gaudio pleniſſimæ fuerunt.
Quibus etiam docere uoluit Chriſtus ſe il
lum eſſe uerum fortemq; leonem de tribu
Iuda, qui mortem diabolũ & inferos ſube-
gerat, impleueratq; omnia quæ diſcipulis
prædixerat ipſe. Qua re etiam reſurrectio-
nis fidem comprobauit, ut omnes qui iu-
xta uoluntatem ſuam & legem uiuunt, re-
ſurrecturos

ſurrecturos ſe firmiter credant in gloria, uitamq; cōſequuturos æternam, quam omnibus nobis ipſe triumphator potentiſſimus concedat Ieſus Chriſtus dominus noſter, Amen.

Hæc omnia ita plane ſunt digeſta, ſecundum literæ corticem, quia parum prodeſt coram ſimplici populo diſputare, an eadem fuerit Magdalena, quæ uenit comitata, & quę uenit incomitata, an mulieres ſæpius uenerint ad ſepulchrum, an minus ut Hieronymus & Auguſtinus uolunt, an etiam Magdalena tenuerit pedes Chriſti cum alijs mulieribus, aut minus. Vide Roffenſem contra Stapulenſem.



Euangelium in die ſancti Georgij martyris. Ioannis XV.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus adferat. Iam uos mundi eſtis, propter ſermonem, quem loquutus ſum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in uitę, ſic nec uos, niſi in me māſeritis.

Homilia prima

Memini me aliquando Euangelium hoc Fryſingæ prædicaſſe, in *Fryſingæ.* die S. Georgij, qui ibi parochialis Eccleſiæ patronus tutelaris habetur, nunc non diſſimili modo tractabimus. Ego, inquit Chriſtus, ſum uitis uera &c. Quod ſi mundū hunc uniuerſum expenderimus, qd aliud niſi magnus quidā dei liber eſt, in quo creaturæ ſingulæ, ſingula ſiue capita ſunt, ſiue lrę, ſiue folia, in ijs ſapientiā, potentiā & bonitatē dei cōſyderare *Roma. 1* licet, iuxta illđ Pauli: Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas: hinc fit ut deus omniū creaturarum nominibus appelletur, quoniam authore Dionyſio, non eſt aliqua na *Dionyſi.* tura a ſuprema ad minimam & abiectiſſimum uſq; uermiculum, unde diuina theologia non poſſit ſimilitudinem aliquam colligere, ad deſignandam primam rerum omnium cauſſam, hoc eſt, Deum: & ideo toties parabolis uſus eſt Chriſtus in Euangelio, ut Marcꝰ ſcribit: Huius rei cauſſam *Mar. 4* quiſquis funditus intelligit, uidet utiq; ꝙ inconſulte agāt Iconoclaſtæ in eo, ꝙ omnem uſum imaginum e medio tollere conantur, quum tamen nos mortales in hac uita ob intellectus noſtri imbecillitatem imaginibus carere nequeamus (Vide dominicam ſexageſimæ) Iniquum eis uidet imagini Chriſti aliquid honoris exhibere, neq; conſyderant ꝙ in nomine eius flecti cōueniat omne genu cœleſtium, terre- *Philip. 1* ſtrium, & infernorum. At quidnam Chriſto ſimilius, imago ne an nomen? ſed iam miſſam faciamus eorum inſaniam, quam alias pro dignitate tractabimus. Satis hoc nobis interim eſt, quamlibet creaturā uer-

bum dei eſſe,& aliquid loqui,non tantum
Pſal.17 laudando deum cum benedictione,ſed &
eundem manifeſtando. Atq; ideo parabo
lis in Euangelio uſus eſt dominus, ut nos
doceret, ſicut hic quando ſeipſum uitẽ uo-
cat,& patrem agricolã, quibus rebus quid
ille uoluerit,iam porro inquiramus.
1. Ego,dicit dominus,ſum uitis uera.
Hæc quia locutio ſymbolica eſt,conſydera
re oportet qua re dominus uiti ſit cõferen-
dus. Et ne longius euagemur,ſeipſum uiti
patrem agricolæ, & diſcipulos palmitibus
confert: Sicut.n. palmites uinum bonum
non ferunt,niſi eorum curam gerat agrico
la q̃ maxime ſedulam,ita omnia noſtra ni-
Ioan.15 hil ſunt ſine gratia dei,quoniã,ſine me, in-
quit ille,nihil poteſtis facere: omniſq; ſuffi
2.Cor.3 cientia noſtra ex deo eſt, & nemo, ut ipſe
Ioan.6 ait,poteſt uenire ad me,niſi pater meus tra
xerit eum. Ad hæc palmites oportet ex ui
te ſuccreſcere,alias areſcẽt:ita fideles Chri-
Auguſt. ſto decet inſitos eſſe, ut humectationẽ gra
tiæ ab eo percipiant. Et ſic Augu. ait: Chri
ſtus ubi ſe uitem & diſcipulos ſuos palmi-
tes dicit,ſecundũ hoc dicit,ꝙ eſt caput Ec
cleſiæ: nos quoq; membra eius, mediator
dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus. Vnius
quippe naturæ ſunt uitis & palmites. Q̃q;
uis etiã Chr̃us ,ſi homo non eſſet,uitis q̃q;
non eſſet, tamen adhuc humorẽ gratiæ fi-
delibus cõferre non poſſet,ſi deus nõ eſſet,
ubi intelligere facile poſſumus , quantum
ſolicitudine,imo prouidentia dei opus ha-
Chriſoſt. beamus. Hinc Chryſo. dicit,quia Chriſtus
ſibi ſufficit, diſcipuli uero multi indigent
agricolæ officio,propterea de uite nihil di-
cit,ſed de palmitibus (Quia per ſymbola fa-
cile eſt iter, potes extendere per duos ſer-
mones) Poteſt ad lõgũ extendi hoc idem,
tranſcurrendo per ſingulas uitium propri
etates: quoniã lignũ earum abiectũ eſt & ui-
le: ſic quoq; Chriſtus cõtemptus & humi-
lis extitit: q̃uis fructu plurimo habundãtiſ
Eſa.53 ſimus,cuius facies licet deſpecta multũ ex-
titerit,plurimũ tamen fructus attulit, quia
operatus eſt ſalutẽ & redemptionẽ gene-
Eccl.24 ris humani,ut potuerit facile dicere illud
Ego quaſi uitis fructificaui ſuauitatẽ odo-
ris: lignum quoq; uitis non ita ſolidum eſt,
ſed medullã magnã habet, quõ & Chr̃us
manſuetus, atq; ut ipſe ait,mitis fuit & hu- Mat.11
milis corde. Magnitudo medullæ deuotio
nem ſignificat,unde omnes Chriſtiani do-
centur, iuxta illud Augu. Omnis Chriſti
actio noſtra eſt ĩſtructio. Quo facit & hoc
uerbũ Iob: Medullis oſſa illius irrigant̃. Præ Iob.21
terea uites alimenta ſua cõtrario plane mo
do a reliquis arboribus attrahunt,quæ inter
corticem & lignũ adripiunt humorem, ex
quo alimentũ ſuum ſibi attrahit lignũ. Vis
illud experiri: Age detrahe corticem arbo-
ris circum circa ad duorum digitorum magni-
tudinem,& uidebis arborem exareſcere to
tam & emori cortice depoſito, quoniã nu-
trimentum humidũ aſcendere nequit ulte
rius. Hoc in uite non eſt, cuius alimentum
per medullam attrahit̃ in ipſo meditullio:
unde humidum illud ad externa diffuſum
etiam lignũ nutrit, ubicunq; ergo ſcindas
in palmite uidebis poros quoſdam ad me-
dullam tendere. Ita capita reliqua omnia
omnes magiſtratus, deforis ex cortice,hoc
eſt a ſubditis ſuis ſuſtentationẽ acquirere
debent, ſolus id Chriſtus nõ facit, ſed gra-
tiam ſuã & dona nobis ex ipſa medulla dif
fundit,hoc eſt, ab initio meriti ſui, quoniã
omnia ſacramenta & opera bona uirtutẽ
ſuã ex merito Chriſti obtinent, qui gratiã
ſuam diffundens totã cibauit Eccleſiã, iu-
xta illud: Aſcendens in altũ captiuã duxit Eph.4
captiuitatẽ,dedit dona hominibus (Multas
huiuſmodi proprietates uitis potes referre
ad Chriſtũ,qa p ſymbola apertiſſimũ iter) Tuicen.
Nõnulli naturã uitis Chriſto adcõmodãt
quoad paſſionẽ ſuã, eo ꝙ poſt multa quæ
Chriſtus diſcipulis de paſſione ſua p̃dixit,
tãdem hanc uitis ſimilitudinem induxit.
Siquidẽ & uitem ad hoc ut palmites pro-
trudat,& botros ferat,multa pati oportet,
per hyemem in terram reponit̃, amputat̃,
ligno alligat̃ &c. Ita Chriſtus quoq; filius
dei ſub humo contectus, hoc eſt, utero uir
ginis incluſus eſt, circũciſus,inſuper ad ex-
tremũ clauis ligno crucis adfixus eſt, ut ui
num ꝓduceret calicis ſui, uinũ ſanctiſſimi
ſanguinis,quo gaudiũ adferret deo & ho-
minibus, & ſimiliter. (Apta iuxta ſymbola
& habebis uiam qua gradiaris.)
2. Nõ abſolute ſe dñs uitẽ ſed uerã uitẽ
eſſe dicit: ubi Augu. ſic ait: Nunquid ut ad Auguſt.

deret uera, hoc ad eã uitẽ retulit, unde iſta
ſimilitudo tranſlata eſt? Sic.n. dicit uitis ꝑ
ſimilitudinẽ, nõ per ꝓprietatẽ; quoniã etiã
metaphorice aliqua eſt uitis bona, aliqua
mala. Mala utiq; uitis fuit Adam, ex quo
quicunq; ꝓdierunt palmites, mala concu-
piſcentia infecti fuerunt: ſicut ait Paulus:
1. Cor. 15 Oẽs in Adam moriunt. Et iterũ: Per unũ
Roma. 5 hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per
peccatũ mors; hinc oẽs palmites ex hac ui-
te uitioſi ſunt, niſi per fidẽ & baptiſmũ ue-
ræ uiti Chriſto inſerant, ut etiã fatet Pau-
lus, quia primus homo de terra terreſtris,
ſecundus aũt de cœlo cœleſtis. Quicunq;
igit peccando a uera uite Chriſto excidit,
alienæ uiti & malæ inſerit: & de huiuſmo-
Hiere. 2 di uitib⁹ dicit dñs per prophetã: Plantaui
te uineam electam, omne ſemen uerum,
quõ ergo conuerſa es mihi in prauũ uinea
Eſa. 5 aliena? Et per aliũ rurſus: Expectaui ut ꝓ
duceret uuas, & fecit labruſcas. Moyſes q̃-
Deut. 32 ꝙ ſignificantius dicit: Vua eoꝝ uua fellis
botrus amariſſimus, ſed draconũ uinũ eo-
rum, & uenenum aſpidum inſanabile. De
uinea Sodomoꝝ uinum eoꝝ, & de ſubur-
banis Gomorrhæ. Et pater meus agricola
eſt uineæ illius. Vniuerſæ nimirum Eccle-
ſiæ, qui optime nouit plantare uineam iſtã
Math. 15 ſicut ait dominus: Omnis plantatio quam
non plantauerit pater meus, eradicabitur.
Hoc ſi ad paſſionẽ Chriſti referat, intelle-
ctum hunc habet: Pater meus agricola eſt,
& ideo me uitem plantauit in hunc mun-
dum, parauit me cultro paſſionis & mor-
tis, ut ſic amplius extendã palmites meos,
fideles, deinde poſt rigidã hyemẽ. i. tribu-
lationẽ mundi huius & mortis, ſuaues pro
feram fructus reſurrectionis, quos ubi gu-
Cant. 2 ſtarit ſponſa Eccleſia, dicere poſſit: Botrus
Cypri dilect⁹ me⁹, niſi in uineis Engaddi.
Damaſ. Dices: Si pater agricola eſt, quur nõ &
filius? an nõ opera trinitatis ſunt indiuiſa
ut qđ una perſona facit, faciat & altera?
Cyrillus Reſpondet Cyril. & fatet immenſum illud
opus ædificationis fidelium, opus utiq; eſ-
ſe totius trinitatis: ideoq; & Chriſtus ſecũ-
dum diuinitatem quoq; agricola eſt, ſecun
dum humanitatẽ aũt uitis, ſecundum quã
& fideles oẽs unũ corpus ſunt in Chriſto
Ieſu. Vnde ſi ſingula proprie inueſtigam⁹,
lõge plus facit agricola cœleſtis ad ſpiritu
alis uitis purgationẽ, q̃ corporalis hic co-
lonus, qui uitẽ extrinſecus tantũ adiuuat,
amputat, impinguat, terram ſubminiſtrat
fertilem, ad hyemẽ recondit, ad æſtatẽ pro
fert rurſus, frangit & educat: cœleſtis autẽ August.
ille & ſpiritualis agricola palmitibus ſuis
internum etiam impendit incrementũ gra
tiæ ſuæ, iuxta illud Pauli: Neq; qui plan- 1. Cor. 3
tat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incre-
mentũ dat deus. Vide hic ſi placet Alber- Albertus
tum allegorizantem omnia quæ fiunt cir-
ca electam uineam ſ. ꝙ ſit in terra pingui,
ad latus montis, uerſus meridiem, ꝙ in me
dio habeat uallem, de nobilioribus uitib⁹,
ꝙ ſit cepta per maceriem, habeat torcular,
& turrim pro uigile, labor aũt in uinea ſit
uineam impinguando, locũ irrigãdo, uites
putando, terrã fodiẽdo, uuas colligẽdo me
rum exprimendo, & uinum in cellaria col
locando, quæ omnia facit cœleſtis agrico-
la in fidelibus ſpiritaliter (Facilimum eſt
ire per ſymbola.)
3. Deinceps dicit dñs: Omnẽ palmi-
tem in me non ferẽtem fructum, tollet eũ.
Vitis quaſi mater & alitrix eſt palmitũ ex
ſe ſuccreſcẽtiũ. Sed quõ interim nos palmi
tes ſumus in ſpirituali uite Chriſto, ſic em̃
ait: Omnẽ palmitem in me nõ ferentẽ fru
ctum. Reſpondet Cyril. nos non naturales
eſſe palmites ex Chriſto prognatos, quũ ſi Cyril.
mus ab Adam progeniti, & ideo filij iræ
omnes natura cõſtituti: ſicut aũt plantator Ephe. 2
ſylueſtre aut agreſte uirgultum domeſtico
trunco inſerit, in quẽ illud innaſcit: ita nos
quoq; agreſtis plantatio ſumus iam inde
ab Adam, & tamen per fidẽ atq; ſacramẽ-
ta inſerimur Chriſto. Sic Paulus ijs qui ex
gentibus ad fidem perueniunt ait: Si tu ex Roma. 11
naturali exciſus es oleaſtro, & contra natu-
ram inſertus es in bonã oliuã, quanto ma-
gis ij qui ſecundũ naturã &c. Sic & Ioãnes 1. Ioan. 4
dicit: In hoc cognoſcimus ꝙ in eo mane-
mus & ipſe in nobis, qm̃ de ſpũ ſuo dedit
nobis. Atq; in hunc ſenſum dixit hic dñs:
Omnẽ palmitem in me &c. Sed quid eſt
hoc qđ ſequit: In me non ferentem fructũ,
Aut poteſt ne palmes in Chriſto eſſe, qui
fructũ non ferat? Ad hoc rñdens Augu. August.
dicit, in corpore nõnunq; membra eſſe ari-

cta & demor tua, quæ operationē non ha-
bent: & ſicut in naturali uite excreſcũt pal
mites interdũ nimis humidi, alij plus æquo
tenues & inualidi, alij nimiũ corpulenti &
ligno habundantes, ita ut illud nequeat to
tum ꝓtrudere & uegetare uitis. Quæ oĩa
prudēs & ꝑitus agricola diſcernere debet,
& cognoſcere q̃d quãtũq; expediat uiti in
hoc ut botros multos adferat, reliquũ ꝓſci-
dat q̃d fructũ nullũ polliceri uidebit. Ita q̃
ꝑ fidem ſolummodo cõiungunt, ſola illi cõ
Cyrillus feſſione inhærentes, nec charitatis uimine
ſe colligantes, palmites quidē ſunt, ſed nõ
fructuoſi: nam fides ſine operibus mortua
res eſt. Vbi interim exulant Neochriſtiani
noſtrates cum ſua miſera nudaq; fide? ue-
re eis non ſufficiens erit, quãuis.n. illa etiam
facit palmitem ineſſe uiti, fructum tamen
operum bonorum nõ profert, ſed tolletur
& auferetur e medio.

4. Poſtq̃ iam narrauit dñs de palmite
non fructificante, cuiuſmodi & Iudas fuit
filius damnationis, quo nomine & in ignē
ꝓcipitatus eſt æternum: pergit de reliquis
dicere, qui iam incipiunt fructũ adferre, ſi-
cut apoſtoli: eos purgat agricola ut plus
adferant fructum. Multa purgatione pal-
mites opus habent, eo q̃ inſiti ſunt ex agre
ſti germine, multumq; immundiciei con-
traxerunt ex concupiſcẽtia praua, quæ ho
minem ſemper irritat ad malum, & impe-
dit a bono. Illa ergo quia nos in hac uita
nõ deſerit, ꝑpetuo etiã bonos purgat de⁹:
August. hinc Augu. ait: Quis eſt in hac uita ſic mũ
dus, ut non ſit magis magiſq; purgandus?
Purgant.n. palmites per ſacramenta, per
opera bona, ieiunia, orationes, uigilias, ele-
emoſinas, adſiſtente & auxiliãte cõprimis
gratia dei: quoniã ſi dixerimus q̃ peccatũ
1.Ioan.1 non habemus, ſeducimus nos metipſos, &
ueritas in nobis nõ eſt. Verus ergo purga-
tor deus ipſe eſt, fide purificans corda: de
qua purgatione ſuo ipſius exemplo ꝓpoſi-
Roma.7 to ſic ait Paulus: Scio quia non habitat in
me, hoc eſt, in carne mea bonũ: nã uelle ad
iacet mihi, perficere aũt bonũ nõ inuenio,
non.n. q̃d uolo bonũ, hoc facio, ſed quod
nolo malũ, hoc ago, ſic ego carnalis uenun
datus ſum ſub peccato. Video.n. aliam le-
gem in membris meis, repugnantē legi mē
tis meæ, & captiuantē me in lege peccati,
quæ eſt in membris meis. Ecce quantum
uir ſanctus etiã purgatione indiguit, quũ
ait: Infœlix ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius? & inde ſibi rñ-
det ipſe: Gratia dei per Ieſum Chriſtũ. Ita
idem in uniuerſum de purificatione Eccle
ſiæ loquit̃, ubi dicit: Chriſtus dilexit Eccle Ephe.5
ſiam, & ſeipſum tradidit pro ea, ut illã ſan-
ctificaret, mundans eã lauacro aquæ in uer
bo uitæ. Sic nimirum etiã bonos purificat
deus, ut eo plus fructuũ ferant, quo magis
purgantur, & deinde ſic purgati uitam in-
grediantur æternam, Amen.

Homilia ſecunda in die D. Georgij martyris.

CHriſtus dominus noſter ſeipſum
uiti, patrem ſuum cõparauit agri-
colæ, dixit ſe omnem palmitē non
ferentem in ſe fructũ tollere, bonos aũt pur
gare, ut fructũ plus adferant: deinceps do-
cet quonam purget palmites, et ait: Iã uos
mundi eſtis ꝓpter ſermonem meum quē
loquutus ſum uobis. Ecce quomodo pur-
gemur per uerbũ dei, dum illud operibus
adimplemus: ſiquidē & egregios illos pal-
mites apoſtolos ſic purgauit, quib⁹ & di-
xit: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis ea quæ Ioan.15
ꝓcipio uobis: ſemper ergo ad purgationē
concurrit uerbum dei. Quod ſi quis per ſa
cramenta purgat̃, ibi adeſt uerbum: ſic eñ
Augu. ait: Detrahe uerbum, & quid eſt a- August.
qua niſi aqua? Accedit uerbum ad elemē
tum, & fit ſacramentũ etiã ipſum tanq̃ ui-
ſibile uerbum. Et infra: Vnde iſta tãta uir-
tus aquæ ut corpus tangat & cor abluat,
niſi faciente uerbo, non quia dicit̃, ſed quia
credit̃. Et infra: Hoc uerbũ fidei tantũ ua-
let in eccleſia dei, ut per ipſum credentem
offerentē, bñdicentē, tingentē etiã tantillũ
mũdet infantē, quãuis nõ dũ ualentē corde
credere ad iuſticiã, & ore cõfiteri ad ſalutē.
Sic patrē ſuũ orauit dñs, ut apl'os ſuos ſan- Ioan.17
ctificaret in ueritate: q̃m uerbum ſuũ ueritas
eſſet. Imo & oĩs creatura ſanctificat̃ ꝑ uer-
bum dei & orationē. Fuitq; hoc apoſtolis
magno ſolatio, q̃ a Chrõ ꝓbitatis ſuæ te- 1.Tom.4
ſtimonium haberent, q̃m tunc Iudas non
aderat

Ioan.13 aderat,quē ideo opus non erat excipere,ſi-
cuti antea dictũ erat: Vos mundi eſtis, ſed
non omnes:Hoc quoq; ſolabatur eos ꝙ ſe-
cum haberent purificatorē illũ uerum,agri
colam quoq; cum deo patre,cui in diuina
natura coęqualis eſſe creditur:Poſſent etiã
uerba hæc de Chriſti paſſione & morte in-
telligi,de qua hic agebatur ſimul & de re-
ſurrectione, quaſi diceret: Sermo hic,imo
res per eum manifeſtatę & expreſſæ mun-
dos uos reddunt,ſi tamē credideritis:Hinc
ergo exhortatur eos dominus & ait: Ma-
nete in me & ego in uobis: Audiſtis uitem
ueram eſſe me,manete in me,& ſic per me
adcreſcetis,quoniam & ego manebo in uo
Ephe.3 bis per gratiam meam, iuxta illud Pauli,
det uobis ſecũdum diuitias gloriæ ſuæ uir-
tutem corroborari per ſpiritum eius in in-
teriorem hominem: Chriſtum habere per
fidem in cordibus ueſtris,in charitate radi-
cati & fundati. O uere fœlicem & beatum
hominē q ſic in deo eſt,ut maneat uiciſſim
quoq; deus in ipſo: Proprie tamen ad apo
ſtolos uerba hæc referri poſſent, quos ſic
præmonere uoluerit dominus ut ſecũ ma-
nerent nec fugerent ab illo.

2. Addit inſup mãſionis hui⁹ cauſſam,
eo ꝙ palmes niſi uiti inſitus per ſe fructum
nullũ adferat,ſicuti neq; diſcipuli ſine Chri
ſto facere quicq; poſſunt: Quo dicto Pe-
lagianorum hæreſim retrudit dominus,
Pelagiani illi enī hoſtes & inimici gratiæ dei adſere-
bant,hominem gratia dei deſtitutũ ex na-
turalibus uiribus poſſe opera meritoria fa-
cere,& uitam æternã mereri,quũ tñ nemo
hoīum nō tm̄ nō bonũ quicquã poſſit face
re in hac uita,ſed ne cogitare quidē,ſine p̄-
uio diuinæ gratiæ auxilio: Aduerſus hanc
hęreſim ſuo tēpore natã multa hic grauiter
inducit Auguſt. qui cōcilio interfuit Mile
uitano,qñ reuocauit Pelagius,ſed is pro cō
muni hæreticoꝝ more non perſtitit, uerũ
in antiquum recidit errorē. Aug. inter alia
Auguſt. ſic ait: Magna gratiæ commēdatio fratres
mei,corda inſtruit humilium,ora obſtruit
ſuperborũ:Huic ueritati reſiſtunt homines
mente corrupti, reprobi circa fidem,qui lo
quuntur iniquitatē dicentes. A deo habe-
mus,ꝙ homines ſumus, a nobis autem ꝙ
iuſti ſumus,quid dicitis: quid uos ipſos de
cipitis,nō aſſertores ſed p̄cipitatores liberi
arbitrij ex alto elationis,ꝑ inania p̄ſumptio
nis in ꝓfunda ſubmerſi: Errorem hunc im
pium ſubuertit Paulus,pręedicans omnem
ſufficiētiam noſtram ex deo eſſe, qui etiam 2.Cor.3
inclamat. Quid habes quod nō accepiſti: 1.Cor.4
ſi autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non
acceperis: Iohannes quoq; Baptiſta ſic ait,
Non poteſt homo accipere quicquam,niſi Iohan.3
fuerit ei datũ de cœlo, & Iacobus teſtatur Iac.1
omne datũ optimũ & bonũ ꝑfectũ deſcen
dere a patre luminũ, Paulus ratiocinando
infert,ꝙ ſi deus alicui beatitudinē daret ex Rom.11
operibus,iam gratia non eſſet gratia:Hinc Ioh.15
Chriſtus hic ait,ſine me nihil poteſtis face- & 6
re,& alibi:Nemo,inquit, poteſt uenire ad
me,niſi pater qui miſit me traxerit eum,ſic
nos docet orare eccleſia: Actiones noſtras
quæſumus domine inſpirando præueni &
adiuuando proſequere: Iſtiuſmodi locis to
ta undiq; plena eſt ſcriptura ſacra confun-
dens hæreſim Pelagianorum.

Sed tu interim quiſquis uerã ſectari cu-
pis fidem,uide, ne dũ Charybdim deuitas
impingas in Scyllam, quod iam Neochri-
ſtiani faciunt: Nimium enim Pelagius tri
buit libero arbitrio, contempta & poſtha-
bita gratia dei: Cōtra Manichęi ſpreta per
omnia libera hominis uolũtate, cuncta de-
tulerũt gratiæ dei: In eãdem erroris nauim
deſcenderũt iam quoq; Neochriſtiani, qui
& ſi multum prauam libertatē arbitrij ſui
exerceant aduerſus magiſtratus, ea tñ ſunt
temeritate, ut uniuerſum in nobis negent
arbitriũ liberũ, neq; illud aliquid poſſe: Id
ut falſum eſt,ita ſacris literis & legibus ad-
uerſum, atq; contra omnem tum intelligē-
tiam tum experientiã eſſe conſpicitur: Au Auguſt.
guſt. enim lib.3. hypognoſticon ſic ait, li-
berum arbitrium ineſſe hominibus certa fi
de credimus & prædicamus indubitanter,
Vlterius ſuper hac re iam dicturi nil ſum⁹,
quæ iuſto deberet ſermone tractari: Satis
hoc ſit cuiq; Chriſtiano confiteri arbitrij li-
bertatē, quod accepimus a deo,hinc qui-
libet a deo petat gratiã,qua arbitriũ ſuũ ad
bonũ impellat. Pulchre ſup hoc ait Bern. Bernar.
Si deus tria hæc,hoc eſt bonum cogitare,

uelle & perficere operatur in nobis, primũ
profecto ſine nobis, ſecundũ nobiſcum, ter
tium per nos facit: Et inde, ſic iſta cũ libero
arbitrio operatur, ut tãtum illud in primo
præueniat, in cæteris comiteť, ad hoc utiq;
præueniens, ut iam ſibi deinceps cooperet̃,
Ita tamen quod a ſola gratia cœptum eſt,
pariter ab utroq; perficiatur, ut mixtim nõ
ſigillatim, ſimul non uiciſſim, per ſingu-
los profectus operantur, non partim gra-
tia, partim liberum arbitriũ, ſed totum ſin
gula opere indiuiduo peragunt: Gratia ita
que dei ſimul cum libero arbitrio operatur
1.Cor.15 bonum, iuxta illud Pau. Plus omnibus la-
1.Cor.7 boraui, non ego, ſed gratia dei mecum,
Satis ſit cuiq; ad probandam arbitrij liber-
tatem illud Paulinũ: Qui ſtatuit in corde
ſuo firmus, non habens neceſſitatem, pote-
ſtatem autem habens uoluntatis ſuæ: Ecce
ꝙ aperte teſtatur Paulus habere ſe arbitrij
ſui facultatem, quod tñ temerario nimis ne
gat Neochriſtian9, q ſi renuit credere Pau-
Mar.14 lo, ſaltem Chriſto fidem adhibeat dicenti,
Pauperes ſemper habebitis uobiſcum, &
quum uolueritis poteritis benefacere eis,
Pſal.118 Credat Dauidi in pſalmis ſic ꝯfitenti: Ani
ma mea in manib9 meis ſemper: Quid mul
ta: beluinus plane eſt error, negare uolun-
tatis noſtræ libertatem. 3. Quum iam
plurima de uite dixiſſet dominus & palmi
tibus, neq; dum declaraſſet, quinam eſſent
illi, iam porro explicat & ait: Ego ſum ui-
tis uos palmites: Ego inquam ſum illa ue-
ra uiuaq; uitis, unde uos omnes gratię uitã
habetis: Ego ſum uitis quæ cunctis homi-
nibus largiter effundo uinum lætitiæ ſpiri
Iudic.9 talis: Vere ille uitis eſt quæ ait: Nunquid
poſſum deſerere uinum meum quod lætifi
cat deum & homines, quum itaq; ego ſim
uitis ſucci plena, quiſquis in me manet fru
Auguſti. ctum multũ adfert: Ne autem quiſquã pu-
taret ſaltem paruum aliquem fructũ poſſe
a ſemetipſo palmitem ferre, quum dixiſſet,
Hic fert fructum multũ, non ait, quia ſine
me parum poteſtis facere, ſiue ergo parum
ſiue multum, ſine illo fieri non poteſt, ſine
quo nihil fieri poteſt: Sic omnes qui ſemet
p̃ſciderunt ab unitate eccleſiaſtica, in Chri
ſto uite uera nõ permanẽt, ideoq; etiam ni
hil boni p̃ficere poſſunt, qm̃ palmes niſi ui
ti inſitus fructum nullum ferre poteſt, Hæ
retici autẽ ſchiſmatici & Chriſtianæ unita-
tis perturbatores præciſi ſunt, & penes eos
demortuũ eſt quicquid etiam cogitant &
proponunt: Ac ſi quid ſanctum inſtituũt,
& operantur, id quoq; pollutum efficitur,
teſte Paulo, Speciem pietatis habẽtes, uir- 1.Tim.3
tutem eius abnegant: Hinc & ſacramenta
inter hereticos nõ uiuũt, ſanctimõia apud
eos nulla, nihil quod pietatem deceat, atq;
ut maxime uigerent illa per ſe, hæreticis tñ
nihil prodeſſent: Sic ꝗuis ab hæretico ba-
ptizatus forma eccleſiæ legitima non reba
ptizatur, attamen eccleſiæ recõciliatur, qñ
ab ea rurſus adſumiť, uſq; adeo alia opera
hæretici nõ faciũt niſi plantationẽ mortis.

Qualis porro ſit hic expectandus finis,
deinceps oſtendit dominus & ait: Si quis
in me nõ manſerit, mittetur foras ſicut pal
mes & areſcet, & colligent eum & in ignẽ
mittent & ardet: Solent ſubinde conqueri
hæretici & querere. Quur tandem cõburã
tur, ecce hic eis cauſſam ad literã, quia ĩ uite
non permanent: Vere enim ad hæreticos
hoc refertur, q ſemet ab eccleſia ſegregãt,
ſicuti ſupra dixit dñs de peruerſis Chriſtia-
nis: Omnem palmitem in me non ferentẽ
fructũ &c. Iſti nimirũ mali & p̃uerſi ſunt
Chriſtiani, qui fide quidẽ ſunt in uite Chri
ſto, ſed nihil boni operantur: Nunc hic do-
minus de præciſis Chriſtianis loquitur, q
in uite omino nõ ſunt, eos relegat ad ignẽ:
quos etiam oportet antea foras mittere &
per excõmunicationem iudicare, ꝗ ampli9
eccleſiæ membra non ſint: prędixit illud iã
olim dominus dicens ad prophetã, fili ho- Ezec.15
minis quid fiet de ligno uitis ex omnibus
lignis nemorũ quę ſunt inter ligna ſyluarum,
nũquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus
aut fabricabiť de ea paxillus? Ecce igni da
tum eſt in eſcã, utraq; partẽ eius cõſumpſit
ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillã
Atq; infra: Quomodo lignum uitis inter
ligna ſyluarum, quod dedi igni ad deuorã-
dũ, ſic tradam habitatores Hieruſalẽ: Hinc
iam facile ſimilitudo illa intelligitur, quia
ut Auguſt. ait: Vnum de duobus palmiti Auguſt.
congruit, aut uitis aut ignis: At nos uerbũ
hoc ſimul & propheticũ illud diligentius
introſpiciamus: Nunquid tolletur, ait pro
pheta

pheta ut fiat op⁹, quaſi diceret: Nobile quidem eſt lignum uitis in ſe, fructum precioſum proferens, unde magna eius cura geritur, & plurimi fit inter homines, ubi autem præciſum fuerit ad nihil amplius conducit in hoc mundo, niſi ut detur igni, neq; enim ędificijs, neq; tectis neq; ſculpturę, neq; uaſis, neq; currib⁹, neq; capiſtris, neq; leuigationibus aut dedolationibus cōducit, nō eſt opifex, qui uſum eius aliquē habeat, quū nulli rei adcōmodari poſſit: Vbi tu immēſam dei ſapientiam conſydera, q hic ſimilitudine utitur rei huic cōuenientiſſima, nam q; boni ſumus, dum manemus in Chriſto fructificantes, tam uiciſſim inutiles & quauis creatura abiectiores efficimur, quando in Chriſto non manem⁹, &. quid aliud fierent tunc homines niſi diabolo ſimilimi uel etiam proximi, quoniā eum in uita ſua ſequuntur. Ponderandum inter reliqua nobis eſſet, q grauiter hic & ꝓprie domin⁹ de eorum pœna loquatur, quæ in ſe quatuor continet, primum enim ait quia mittetur foras, deinde areſcet, mox quia colligent eum & in ignem mittent, poſtremo & ardet, ſed hæc omnia ſingillatim expendere tempus non patitur. Tu tamen ex 4. illis membris fac ſermonē, addendo ea quę dicuntur de Zizaneis & paleis Lucæ 3. Matth. 3.

4. Vbi iam mala palmitis in uite nō remanentis percenſuit dominus, porro bona cōmemorat eorum qui in ipſo manſerint, & ait. Si uerba mea in uobis manſerint, omnia q̄ uolueritis petetis, & fiet uobis: Ecce hic de manſione loquitur nō tantum quoad fidem, ſed & per gratiam & charitatem,
1. Ioh. 2 iuxta illud, qui dicit ſe manere in eo, debet quō ille ambulauit, & ipſe ambulare, qm̄ ſic intelligēdum eſt quod ait. Si uerba mea in uobis mãſerint, ita nimirum ut ea cuſtodientes etiam opere adimpleatis, ſicuti nō diſſimili ſenſu loquitur & Iacobus: In manſuetudine ſuſcipite inſitum uerbum, quod
Iac. 1 poteſt ſaluare animas ueſtras: Huiuſmodi nāq; membra deo dilecta facile exaudiuntur, iuxta illud quod ait Moyſes: Deus no-
Deut. 4 ſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris,
Eſa. 58 & Iſaias: Tunc inuocabis & dominus exaudiet te, clamabis & dicet: Ecce adſum. An autem ſemper & quō exaudiantur iuſti in omnibus orationibus ſuis, alias ad lōgum declarauimus.

De S. Georgio martyre.

INclytus & ꝓcioſus martyr Georgius uere uiuus extitit palmes, & in Chr̄o ꝑmāſit, unde fructus nobiliſſimos bonoꝝ operū protulit, per quos ad gloriā & coronā peruenit ſanctorū martyrū: Quãuis autē quæ de uita ſua referuntur nōnihil habeant ambigui, eo q autor ignoratur eorum quæ de ipſo ſcripta ſunt, eccleſia tamen ſupplicium & paſſionē eius ueneratur glorioſe. Nos interim pontificē ſanctū Gelaſium audiam⁹ ſuper hac re diſſerentem c. Sancta Romana diſ. 15. Ge- Gelaſ. ſta ſanctorum martyrū, qui multiplicibus tormentorū cruciatibus & mirabilibus cōfeſſionū triumphis irradiant: Quis ita eſſe Catholicorū dubitat, & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis uiribus ſed dei gratia & adiutorio uniuerſa toleraſſe: Sed ideo ſingulari cautela in ſctã Romana Eccleſia nō legunt, quia eorū qui ſcripſere noīa, pœnit⁹ ignorãt &c. ut ab infidelibus idiotis ſuperflua, aut minus apta q; ordo rei fuerit, ſcripta eſſe putantur: Sicut cuiuſdã Cirici & Iulicæ matris eius, ſicut Georgij aliorūq; paſſiones (nota ubi debet legi Georgij, cōmunia exemplaria habēt Gregorij, ſed menda eſt expungēda & pro Gregorij legēdū Georgij, ut ex uetuſtis exēplaribus Paſcaſij, Iſidori & aliorū liquet: Quę ab hereticis perhibentur cōpoſita, propter quod ut dictū eſt, ne uel leuis ſubſannãdi oriretur occaſio, in ſancta Romana eccleſia nō leguntur: Nos tn̄ cum prædicta eccleſia omnes martyres, ut eorum glorioſos agones, qui eis magis quã hominib⁹ noti ſunt, omni deuotione ueneramur.

Quãuis ergo uita S. Georgij adeo adprobata non eſt, nos tamen de eius ſanctimonia dubitare non debemus, idq; primū eo, q per uniuerſam eccleſiam Græcam Sanctus Georgius præ cũctis colitur martyribus, unde & peculiari titulo eum cohoneſtant in libellis precum ſuarum

ſuper hodiernum diem, quem illi.23. die Aprilis ſolennem ſanctũq; obſeruant, ſicuti etiamnũ in Cõſtantien. Spirenſi, Straſburgen. diœceſib. obſeruari cõſueuit, & in Gallia ſimiliter atq; Romæ, q́uis in Augusten. Eyſtetten. Fryſingen. & Ratiſbonen. diœceſibus feſtum hoc tranſpoſitum ſit in diem.24. Aprilis, Græci autẽ titulum hũc habẽt. του ἁγίου ενδόξου μεγαλομάρτυρος τροπαιοφόρου καὶ θαυματούργου γεοργίου hoc eſt, Glorioſi, magniq; martyris, uexilliferi & miraculorum operatoris Georgij: Inſuper Græci cantica, multa & pulchra habent de hoc ipſo & frẽ ſuo Theodoro etiã martyre: Adhæc extat adhuc ciuitas in qua nat⁹ eſt, unde & ab eo nomen hactenus ſeruat, non longe diſtans a magna illa gentilium ciuitate Accõ: Eſt etiã urbs Baruth quatuor dierum itinere a Hieruſalẽ poſita, inter eã & aliam quæ uocatur Capadocia, ferũt S. Georgium occidiſſe draconem, & filiam regis liberaſſe, ibi adhuc eſt ſacellum S. Georgij quod mulieres grauidæ etiam ethnicorum multum uiſitant, neq; Chriſtianos ingredi ſinunt niſi ſoluto pecuniæ precio, ſicut fratres & mercatores qui ibi fuerunt, commemorant: Certum igitur eſt S. Georgium occidiſſe draconem, ut habet eius hiſtoria, fuiſſeq; ſupremum equitum præfectum: Tandem uero mundanum ille habitum depoſuit, palam confeſſus nomẽ Ieſu, unde & a Daciano eius regionis præfecto tentus eſt, qui ſuſpendi eum fecit, mẽbraq; ipſius ungula radi & uulnera ſale fricari, Vbi adparens illi dominus conſolatus eſt eum, oſtendens quomõ multa adhuc oporteret eum pro ſuo nomine pati, & ſanctæ ſidei profeſſione: Dacianus ratus S. Georgium maleficijs magicis uti, magum adduci iuſſit nomine Athanaſium qui ipſum ſuperaret, ſed hic quoq; quum uenenum bibiſſet Georgius illæſus, etiam Magus ad Chriſtum cõuerſus eſt, quẽ decollari iuſſit Dacianus propter fidem: Deinde inſtituerat ille nouo ſupplicio S. Georgium ſuper rota diſſecare cultris utrinq; poſitis acutiſſimis, ſed ad preces ſancti martyris rota per miniſterium angelorum cõfracta eſt, unde rurſus Magneti⁹ alius equitum præfectus conuerſus credidit in Chriſtum: Præterea S. Georgius cuiuſdam uiduæ filium ſanauit in carcere, qua re iterum multi peruenerunt ad fidei ſanctæ profeſſionem: Dacianus tandem Georgium adduci curauit in templum ſolis ut oraret, uerum orante eo delapſus ignis de cœlo templum ſimul cũ ſacrificulis idololatris exuſſit: Cõmotus inde Dacianus iuſſit lebetem pice ſuccendi, quũq; Georgium iam eſſet coniecturus in illum, deſcendit angelus de cœlo, extinxit incendium & picem infrigidauit, quæ res fructu ſuo rurſus non caruit, nam inde ipſa Daciani uxor credidit, quæ quum maritũ de infidelitate & impietate ſua corrigeret, ille capillis ſuſpẽſam eã tantiſper cedi iuſſit dum Chriſto ſpiritum ſuum traderet, proxime ſequenti die Dacianus S. Georgium decollari fecit, ubi ignis cœleſtis Dacianũ & ſeruos ſuos perdidit: Hinc itaq; triũphatorem magnum & martyrem præclarum hodie toto mẽtis adfectu colite, interceſſionem eius implorate &c.



De feſto S. Apoſtolorum Philippi & Iacobi Euangeliũ Ioan. xxiiij.

In illo

IN illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nō turbetur cor ueſtrum, neqꝫ formidet: Creditis in deum, & in me credite: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Si quo minus, dixiſſem uobis, quia uado parare uobis locum. Et ſi abiero, & pręparauero uobis locum, iterū uenio, & accipiā uos ad me ipſū, ut ubi ſum

Supra.5

ego & uos ſitis: Et quo ego uado ſcitis, & uiam ſcitis. Dicit ei Thomas, Domine neſcimus quo uadis & quo modo poſſumus uiam ſcire? Dicit ei Ieſus: Ego ſum uia ueritas & uita: Nemo uenit ad patrē niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrē meū uticꝫ cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eū, & uidiſtis eū: Dicit ei Philippus. Dn̄e oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Dicit ei Ieſus: Tanto tempore uobiſcum ſum, & non cognouiſtis me? Philippe q uidit me uidit patrem, & quomodo tu dicis oſtende nobis patrem. Non credis quia ego in patre, & pater in me ē? Verba quæ ego loquor uobis, a me ipſo nō loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me eſt, alioquin propter opera ipſa credite. Amē amē dico uobis, qui credit in me, opera q̄ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado. Et quodcūqꝫ petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam.

Homilia prima

IN hoc quocꝫ Euangelium partē habet illius prolixi ſermonis, quē Chriſtus habuit a cœna ultima cum diſcipulis ſuis, ſicuti eum Iohannes a 13. cap. uſqꝫ ad 18. deſcripſit, nos ipſum iam hic breuiter textum adgrediamur. Nō turbet, inquit Chriſtus, cor ueſtrum neqꝫ formidet: creditis in deum & in me credite. Mœſti uticꝫ & triſtes admodum erant diſcipuli ex ijs quæ dixerat eis dominus de negatione Petri, de proditione Iudæ, de oſtenſa eorū omnium in ipſo, percuſſo iam paſtore, ouibuſcꝫ gregis diſperſis: Hæc & huiuſmodi plura alia quæ retulerat ac prædixerat eis dominus, triſtitiam ipſis cōmouebāt, unde conſolaturus eos dn̄s ait. Non turbetur cor ueſtrum neqꝫ formidet.

Incipit ille quidem conſolationem ſuā a fortiſſimo argumēto, oſtendens ſe deum

Auguſt.

eſſe, unde & Auguſt. ait: Ne mortem tāqꝫ hominis timerent, & ideo turbarentur, cōſolatur eos etiam ſe deum eſſe conteſtans, Creditis, inquit, in deum, & in me credite, quod non eſſet conſequens, ſi Chriſtus nō

Philip.2

eſſet deus, ſua nāqꝫ hæc natura & non rapina eſt, eſſe æqualem deo patri: Vos itaqꝫ ſi de hac forma ſerui periculum timetis, age animum recipite, quoniam reſuſcitabit eā

Chryſoſt.

forma dei: Hoc pacto, ait Chryſ. primū diuinitatis ſuæ potentiam indicat, creditis in deū, inquit, & in me credite, hoc eſt ꝙ omnia mala tranſibunt, iam & in me & in patrē, fides omnibus uos perſequentibus potentior eſt, & nihil uos ſuperabit. Voluit etiam dominus hic docere, ꝙ perfecta fides perturbationem & triſtitiā omnem ſedat,

Gloſſa.

ut habet hic Gloſſa: Id adeo in ſanctis apoſtolis Philippo & Iacobo, in S. Laurentio & alijs ſatis patet, qui cum magno gaudio plurima ſuſtinuerunt ſupplicia, eo ꝙ firmiter crediderunt in Chriſtum pro quo patiebantur, ꝗbus etiam ultra fidem interiorem adhuc habuerunt ſpiritus conſolationem, qua de re alias plura.

Cyrillus

Mirabili inquit Cyril. quodam atqꝫ diuino in confortandis firmandiſqꝫ apoſtolorum animis utitur artificio, nihil obmittēs quod ad erigēdos eorum animos facere uidebatur, quorum non poſtremum hoc eſt, ꝙ imminentia mala prænunciat, ut minus feriant præuiſa, ſiquidē & tela præuiſa minus feriunt, iuxta illud Dauidicū, paratus

Pſal.118

ſum, & non ſum turbatus: Ita parare eos uoluit dominus dicens: creditis in deum & in me credite, eritiſqꝫ parati.

2: Deinceps conſolatur eos ob futurā Cyrillus beatitudinē, audierat enim ꝙ Petrus eū abnegaturus, reliquiq; ab eo diſcipuli eſſent fugituri, ne triſtarentur quaſi in iugi rerū omnium perturbatione derelinquendi, latēter eis dimiſſionem pollicetur timoris, dū ait, in domo patris ſui māſiōes multas eſſe, Chryſoſt. ſeq; adeo abire paraturū eis locum: Chryſ. Quēadmodū, ait, Petri mœrorem conſolatur dicens, ſequeris autem poſtea, ita & ijs ſpem ſuggerit, ne crederent illi ſoli factam promiſſionem, unde & cœlum domum uocat patris ſui multis māſionibus diſtinctā, ꝙ ibi regnat in gloria, ſicut & eccleſia præſens domus patris ſui dicit, quoniam in ea per fidem regnat iugiter.

Verbum hoc diligentius examinant doctores & dicunt, Chriſtum non tantum hic adſtruere uoluiſſe cœleſtium manſionum multitudinem, ſed & earundem diſcretionem cōtra hæreticum Eunomium, qui dixit, beatos omnes æqualiter eſſe beatos, quem errorem Lutherus quoq; in euāgelio ſuo ex pulueribus adſerto reuocaſſe uidetur ex Orco, dum omnes nos æquales eſſe affirmat, etiamſi ante mille annos & ultra Hierony. hæreſim hāc exploſerit B Hieronymus atq; cōdēnarit: Sed nos miſſis hæreticis diſpiciamus, quæ ſancti patres ſuper hunc locum tradiderunt: Auguſti. Auguſt. ait Chriſtū quādo de multitudine manſionum loquitur, ſignificare uoluiſſe multiplicem remunerationem, & magnam remunerationis dignitatem: Cyrillus Sic & Cyrill. inquit: Hæc multitudo manſionum differentiā quoq; gloriæ ſignificat, omnes enim uitæ ſuæ congruentē honorem ſuſcipient, & ipſi beatorum ordines, ita ut ſunt ab æterno præuiſi, manſiones uocantur, 1. Cor. 15 quarum inæqualitatem apoſtolus intendens dixit: Sicut ſtella a ſtella differt in claritate, ſic erit & reſurrectio mortuorum. Obijceret quiſpiam ex parabola illa in qua dominus uineę operarijs in eā cōſtitutis æqualem pollicetur mercedem, Tom. 1 fol. 70 Eius rei diſſolutoriam reſponſionem require Tom, i. Et quia nō omnes ſint ęqualiter beati, manifeſte docet illud Dauidicū: Pſal. 44 Aſtitit regina a dextris tuis in ueſtitu deaurato circundata uarietate: Et ſi inter tot hominum millia in terris tanta ſunt faciei diſcrimina, ut uix aliquem inuenias qui uultu alterum repræſentet exacte, quanto magis huiuſmodi diuerſitas erit in æterna beatitudine: Vide ſupra in die S. Sebaſtiani: Interim hæc mihi præclara uerba Auguſti. cōſydera: Auguſt. Manſionem unuſquiſq; pro ſuo recepturus eſt merito, denarius quidē æqualis eſt, quē paterfamilias iubet dari operanti in uinea, quo utiq; denario ſignificatur uita æterna, ubi amplius alio nemo uiuit, quoniam non eſt uiuendi diuerſa in æternitate menſura: ſed multæ manſiones diuerſas meritorum in una uita æterna ſignificāt dignitates, alia enim eſt gloria ſolis, alia lunæ & alia ſtellarum 1. Cor. 15 (quod Auguſti. refert ad æternitatem durationis, cum ſingulo denario, Grego. Gregorius refert ad unitatem obiecti. 22. moralium.)

Sequitur, quū ait dominus: Si quominus dixiſſem uobis: Tam mihi eſtis chari, ut nolim uos deſertos, re etiam male cōmutata, niſi ſcirem meliorem uobis uitam inſtare, 1. Cor. 15 iuxta illud, ſi in hac uita tātū in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus &c. Chryſoſt. Chryſoſ. uidetur totum in unum contrahere, quia uidelicet audiſſent Petro promiſſum, ꝙ poſtea ſequeretur eū, ne putēt ſe excluſos, teſtatur multas māſiones eſſe in cœlo pro eis, quæ ſi nō eſſent paratæ, ego dicerem uobis quia parabo, ſed modo ſunt paratæ, & Grecum uidetur cōſonare, et expreſſe interpretať Theo. Theoph. ſed latini latinam ſequamur eccleſiam uelut ipſa legit.

Tertio conſolaturus eos dominus promittit ſe eis præparaturū locum in æterna patria, ubi diceret quis, paratas iā tū fuiſſe manſiones in cœlo, quid ergo opus fuerit Chriſtum adhuc parare ſuis locū: Reſpondeo, triplices eſſe diuinarum manſionum præparatores, quoniam & deus ab æterno præparauit in ſua diuina pręſcientia, iuxta illud Pauli, Ephe. 1 elegit nos ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate, & ſic manſiones paratæ ſunt ab æterno: Chriſtus autē illas quoq; parat duplici uia, altera per meritum ſuum, hoc eſt, quia morte ſua meruit nobis, ut manſiones illas aliquando adipiſceremur, quę nobis ſunt ab ęterno paratę,

deinde

Deinde in hoc quoq; parat ille, quia facit
ut nos eas habeamus, ipſe nos poſsidere fa-
cit: & de hoc loquitur ibi, quaſi diceret:
Multas uobis pater meus ab æterno præ-
ordinauit manſiones: nunc ergo uado ego
adiuuare uos in poſſeſsione acquirenda:
ubi morte mea prius redemptionem me fa
cere oportet, uobiſq; ianuã reſerare, quo-
niam alias intrare non poteſtis: Præparati
onem illam iam ante præuidit Micheas, di
Michæ. 2 cens: Aſcendit pandẽs iter ante eos. Neque
eſt quod mireris facere hoc Chriſtum ex
tempore, quod pater ordinauit ab æterno,
ſiquidem Paulus, ut paulo ante citauimus
ait: illum nos elegiſſe ante mundi conſtitu
tionem. Et tamen hoc idem fecit Chriſtus
in tempore hoc, quando elegit diſcipulos
Lucæ. 16 ſuos, ſicut ait Lucas: Elegiſſe eum duode-
cim, quos & uocauit apoſtolos.

3. Ipſi quoq; nos præparatores ſumus
(imo Cyrillus totam hanc preparationem in
telligit de præparatione Chriſti, quia cœ-
lum fuit inuium ante Chriſtum) ſicuti le-
1. Reg. 7 gitur: Præparate domino corda ueſtra: ſic
Pſal. 121 intelligitur illud Dauidicum: Hieruſalem
quæ ædificatur ut ciuitas, quoniã ibi mul-
tæ erunt manſiones, & aſcendent illic tri-
bus tribus Iſraël. Et ideo debet homo per
omne hoc uitæ ſuæ tempus ædificare ſibi
manſionem quam illic habeat. Cuius rei fi
guram habemus, quando filij propheta℞
dixerunt ad Helizęum. Ecce locus in quo
4. Reg. 6 habitamus coram te, anguſtus eſt nobis,
Eamus uſq; ad Iordanem, & tollent ſingu
li de ſylua materias ſingulas, ut ædificem⁹
ibi domum nobis ad habitandum. Et no-
bis locus noſter per peccatum anguſtus fa
ctus eſt: quiſq; igitur ſibi præparet ligna,
ut per opera bona manſionem ſibi extruat
Proue. 16 cœleſtem. Sic Sapiens ait: Hominis eſt
2. Corin. 5 præparare ſibi uiam. Et Paulus: Scimus,
inquit, quoniam ſi terreſtris domus noſtra
huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ædifica-
tionem ex deo habemus, domum non ma-
nufactam, ſed æternã in cœlis. Quid mul-
ta? ſunt utiq; manſiones illæ cœleſtes ab
ęterno paratæ a deo patre, per ęternam ſu-
am electionem & p̄deſtinationem, ſimulq;
tamen parantur temporaliter a Chriſto,
per redemptionem ſuam cœliq; reſeratio-
nem, per nos parantur quoq; operibus me
ritorijs & ſacramentorum perceptione.

Aliæ expoſitiones ſunt magis ſcholaſti-
cæ, ꝙ manſiones non parentur quo ad bea
titudinem, ſed quo ad beandos, & ita man
ſiones dicuntur parari, quando eis paran-
tur manſores, ait Auguſtinus.

4. Adhuc quartam addit conſolationẽ
dicens: Si abiero & præparauero uobis lo-
cum, iterum uenio, & accipiam uos ad me
ipſum, ut ubi ſum ego, & uos ſitis. Magno
ſolatio fuit eis uerbum hoc: ſiquidem mo-
leſtum & graue illis erat dominum iam a-
bire, ſed quia iam reuerſurum eum audie-
bant, merito recipiebant animum: duplici
autem commodo eos exhilarat: ſiquidem
manſionem ipſis præparaturum ſe dicit in
cœlo, reuerſumq; eos ad ſe accepturum, ut
maneant ibi perpetuo. Quomodo manſio
nem præparet iam ante diximus: de redi- De reditu Christi
tu nunc reliquũ eſt diſſerere, & quomodo
accipiat illos ad ſe: quoniam intelligi pri-
mo poteſt de reditu ad extremum iudiciũ,
iuxta illud Pauli: Deĩde nos qui relinqui- 1. Theſ. 4
mur, ſimul cum illis rapiemur in nubibus
obuiam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum
domino erimus.

Hoc ꝙuis ſit uniuerſo totius mundi ap-
paratu precioſius, quibuſdam tamen inte-
rius uidetur ꝙ ut ſatisfaciat, eo ꝙ illud in
die nouiſſimo ſanctis omnibus erit æqua-
le: hinc putant hoc loco apoſtolis quiddã
excellentius eſſe promiſſum. Volunt ergo
hunc domini reditum intelligi debere ad
mortem apoſtolorum, ſicut fere de ſingu-
lis illis legitur, quomodo Chriſtus apparu
erit eis, ipſoſq; ad uitam inuitarit æternam:
quomodo & de S. Ioanne canit Eccleſia,
qui ſic orarit ad dominum: Domine ſuſci-
pe me, ut cum fratribus meis ſim, cum qui
bus ueniens inuitaſti me, aperi mihi ianuã
uitæ, & perduc me ad conuiuium epularũ
tuarum. Volunt ergo illud hic dominum
promiſiſſe apoſtolis, ꝙ pręparaturus ſit eis
locum, hoc eſt, ut meritum eorum reſpon-
deat electioni: ſicut ab æterno fuerunt a
Deo patre electi, ubi & manſio eis parata
eſt. Tuncq; recepturus ſit ipſos ad ſe, pri-
mum daturus eis locum fœlicitatis. Hæc
ergo ſuprema & æterna eſt apoſtolorum

cum Chriſto ſocietas. Nihil enim catholi-
cos mouere debent, uel ueterum uel nouo
rum hæreticorũ ſomnia, qui temerarie ni-
mis contendunt ſanctos nondũ eſſe in cœ-
lis, ſed expectare adhuc nouiſſimum diem
iudicij: quoniam hic error eſt ante multos
annos in Eccleſia cõdemnatus, ſicut illum
Græci cum alijs quibuſdam reuocarunt in
Concili. concilio Florentino ſub Eugenio quarto.
Aliam inſuper conſolationem propoſuit
adhuc eis dominus, dicens, ſcire eos & quo
iret & uiam ipſam, quaſi diceret: Quid tan
dem mœrore cõficimini, quum uiam ſcia-
tis ad beatitudinem, nõ ignari quo me uia
Iohan. 16 hæc ducat, quoniam ad patrem uado qui
Chryſoſt. miſit me. Chryſoſtomus putat, ꝙ hic eorũ
indicat cordis deſyderium, & dat ſimul ro-
gandi occaſionem. Petrus quidem amoris
gratia quo iret interrogauit: Thomas aũt
metu, id quod omnes ſcire geſtiebant, &
utiq; omnium hæc erat ſententia quæ Pe-
tri: ſiquidem dubitabant de itinere omnes
quibus ita ambigẽtibus intulit dominus:
Scitis quo ego uado, & uiam ſcitis. Cuius
rei certa quidem & breuis erat diſſolutio,
ſed eam ignorabant diſcipuli, ꝙ ille ad pa-
trẽ iret, ſimulq; per ſeipſum iret, per paſſio
nem ſuam & mortem. Verſimile hoc eis
non erat, neq; uidebat quomodo fieri poſ-
ſet, ut filius dei crucifigeretur. Nos iam o-
remus dominum &c.

Homilia ſecunda in die ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi.

DOminus noſter Ieſus Chriſtꝰ per
turbatos diſcipulorum animos e-
rigere uolens, eo ꝙ ipſe deus eſſet
ꝙ in patris ſui domo plurimæ ſint manſio-
nes, ꝙ abiret paraturus eis locum, inde re-
uerſurꝰ accepturuſq; illos ad ſeipſum, quo-
niam quo ipſe abiret, ſcirent, ſimul & uiam
Chryſoſt. ipſam. Verum hinc metu, illinc urgẽte tri
ſtitia intelligere non poterant, quod ille di-
cebat, cuius rei exemplum apertiſſimum
in Thoma apparet, qui dixit: Domine ne-
ſcimus quo uadis, & quomodo poſſumus
Auguſti. uiam ſcire? Vtrumq;, ait Auguſtinus, illos
dominus dixerat ſcire: utrũq; dixit iſte ne-
ſcire, & locum quo itur, & uiam qua itur,
ſed neſcit ille mentiri: ergo iſti ſciebant, ſed
ſe ſcire neſciebant. Suo ergo intellectu &
ſenſu uero, bene & uere ambo loquuti ſũt,
id adeo ex reſponſione Chriſti patet, quæ
quanto perfectior eſt ꝙ interrogatio Tho-
mæ? quia ſic dicit dominus: Ego ſum uia,
ueritas & uita: quaſi dicturus eſſet: Tu tã-
tum de uia quæris Thoma, ego inſuper a-
liquid tibi multo plenius dico, quoniam
ego & uia ſum, & ueritas & uita (liquet in
terrogationem Thomæ fuiſſe diſpenſato-
riam, quia per reſponſionem Chriſti tota
Eccleſia inſtructa eſt Chriſtum eſſe uiam,
ueritatem & uitam.)

Omniũ apoſtolorũ noĩe dixerat Tho-
mas, neſcire ſe uiam, Chriſtus infert: Ego
ſum uia, ſi ergo me ſcitis, & uiã ſcitis, qua
nemo errat: ĩſuper ego ueritas ſum, nemo
itaq; in me fallitur: & uita ſum ego, quia
nemo in me moritur, ſed uiuit in ęternum.
Non temere utiq; tria hæc coniunxit Chri
ſtus, ꝙ ipſe ſit uia quam ingrediantur oẽs,
& qua itur, ut inquit Auguſtinus, uita au- Auguſt.
tem & ueritas ad quam itur, Chriſtus uia
uera & regia eſt, ſine qua uia alia uera non
eſt, utut uiæ adhuc multæ ſint: ideo uiam
hic præponit dominus, ut Theophylactus Theophi.
ait, Via eſt ipſe Chriſtus, per me enim ue-
lut mediatorem omnes ueniunt ad patrẽ.
Oportet hominem uiam ambulare rectã,
ſi ad uitam & ueritatem peruenire cupit.
Quur enim hæretici ad ueritatem non per
ueniunt, quæres forſitan? ſed quum ſem-
per diſcant, ad ſcientiam tamen ueritatis 2. Timo.3
nunq; aut raro pertingunt, quia uiam re-
ctam non ingrediuntur: ſicq; nec ad uitam
ueniunt, neq; ueritatem attingunt. Vo-
lens hic ſuperſedeo multis expoſitionibus
quomodo Chriſtus ſit uia, ſiquidẽ unam
hic ipſe indicat dominus, quũ ait: Nemo
uenit ad patrem niſi per me. Ecce qualis Iohan 6
nam uia ſit Chriſtus? quia per eum ueni-
tur ad patrem. Sic Paulus ait: Per eum ac
ceſſum habemus ad patrem, ideo & medi-
ator ille eſt dei & hominum, homo Chri- Roma.5
ſtus Ieſus. 1. Tim.2

Quæris: Quur dominus horum trium
meminerit, uię, ueritatis & uitæ? Reſpon-
dens

Cyrillus. dens hic Cyrill. iquit: Profunda res eſt ut arbitror, dicimus tamen, ꝙ gratia dei noſtro commiſerit ingeniolo. Tribus igitur rebus conſequemur ſuperiores manſiones, per actionem uirtutis uariam, per fidem rectam, per ſpem uitæ, quorum omnium nemo largitor eſt, nemo fons, nemo cauſſa p̄ter dominū noſtrum Ieſum Chriſtum. Ita ergo Chriſtus nobis uia eſt, quam nobis oſtendit ad deum, ipſe quoqꝫ rectitudo fidei eſt, & amuſſis optima, ipſe uita eſt quoniam a morte nos reſuſcitauit, ut cum eo uiuere deinceps poſſemus in æuum.

2. Amplius adhuc docet dominus ſe uiā eſſe, & ait: Si cognouiſſetis me, & patrem meum utiqꝫ cognouiſſetis, quoniam ut ait Sapiens: Candor eſt lucis æternæ,
Sapient. 7 & ſpeculum ſine macula dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Et ſicut dicit Pau-
Hæbr. 1 lus: Splendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius: neqꝫ ſibi ipſe in hoc contrarius eſt do-
Chryſoſt. minus, quoniam etſi apoſtoli cognoſcebāt patrem deum uerum: non tamē ita patrē eum eſſe ſciebant, ꝙ filium ab æterno genuiſſet in deitate æqualem, ſicut eum in hunc uſqꝫ diē ignorant, & non cognoſcūt Iudei. Ne tamen dominus apoſtolos ſuos plane cenſeret ignaros, uerba ſua mitigat
Iohānis 1 aliquantulum, & dicit: Amodo cognoſcitis eum & uidiſtis eum. Viſio hæc in fide tantum eſt, quomodo eum Nathanaël co-
Math. 16 gnouit, ſimiliter & Petrus, dicens: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Apoſtoli autem ubi ſpiritū ſanctum accepturi eſſent, tunc demū uere eum cognoſcere poſſent. Quomodo autem uiderunt eum? Vtiqꝫ diuinitatem eius eſſentialiter non uiderunt, ſiqui-
Iohan. 1 dem nemo unqꝫ in terris homo uidit deū, uiderunt ergo illum, iuxta id quod Chry-
Chryſoſt. ſoſtomus ait: Viſam dixit ſubſtantiā dei ſecundum eorum poſſibilitatem, oſtendens ꝙ qui ipſum uidit, uidit & patrem, uidit autem ipſum non in nuda ſubſtantia, ſed carne ueſtitum. Sic perpetuo eum cognoſcere didicerūt ex operibus ipſius, ſicut in ſequentibus dominus oſtendit. Et præui-
Pſal. 138 dit hoc idem Dauid in ſpiritu, quando in perſona Chriſti dixit ad patrē: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, ſic enim mirabilis facta eſt cognitio dei patris ex uirtutib⁹ & miraculis filij ſui. Conſydera etiam hic, ꝙ cognitio filij dei Euangelium a lege diſcernit, quoniam antea uulgo hominum non erat perfecte cognitum, deum patrem habere filium in diuinis ſibi coæternum.

3. Atqui nonne mirabilis hic uidetur ſermo, quū diſtinctis temporibus ait Chriſtus: Vidiſtis eū, & cognoſcetis eum? hinc ergo Philippus quando non ſatis poterat apud ſe deprehendere, quomodo uidiſſet patrem, dixit ad dominū: Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Putabat enim ſatis ſe iam cognoſcere Chriſtū, ſed patrem non ita. Cyrillus exiſtimat hæc Cyrillus
uerba Philippi prodijſſe ex quadam incredulitate, ꝙ putabat oculis huius corporis ſe diuinam poſſe uidere naturam. Chryſo- Chryſoſt.
ſtomus ſic ait: Dixerat Chriſtus, ſi cognouiſſetis me, & patrem meum utiqꝫ cognouiſſetis, & ita per ſe patrem oſtendebat. Philippus autem in contrarium ordinem uertit, inquiens: Oſtende nobis patrem. Cyrillus
Inſuper Cyril. hic uidit, & declarauit, quomodo illa interrogatio Philippo laudi tribuatur & uirtuti, quoniam omne fundamentum Iudæorꝝ Chriſto aduerſantium eo tendebat, ꝙ Chriſtus legi Moſaicæ contrarius quam deus tuliſſet, per hoc etiam aduerſaretur ipſi deo patri: ſi ergo patrem apoſtolis oſtēdiſſet, iam tum omnis Iudeorum calumnia corruiſſet: deinde addit ille Philippū deſyderaſſe uidere patrē corporalibus oculis, ſicut Chriſtum hic uidebat, hoc attendens & Chryſoſtomus ait: Chryſoſt.
Ipſe carneis oculis uidere eū uolebat, quū tamē debebat ille uel ex ueteri edoctus eſſe teſtamento, ꝙ nunqꝫ in ſua natura apparuerit Deus, ſed per multas alias uiſiones, ut in Ezech. Eſaia, Hiere. & alijs legitur. Quod inſuper addit, & ſufficit nobis, ſane ſi putaſſet hoc ſatis non eſſe, aberraſſet (nō intromittimus hic nos de controuerſia iuniorum, an poſſit uideri una perſona ſine alia, & an beatus poſſit frui una perſona ſine alia.) Poterat etiam Philippus illud ita intelligere, ꝙ uiſio patris ſufficeret illis, diuinæ enim eſſentiæ uiſio hominē ſufficentem facit, & indeficientē, ita ut ulterius nihil deſyderet, quum beatitudo ſit ſtatus omniū bonorum aggregatione perfectus.

Quicquid autem ſit illud, conſtat Philippum, niſi inepte quæſiuiſſet, in hac ſchola reſponſionē huiuſmodi non audiiſſe ab optimo magiſtro. Putabat.n. ſe uidere filiū & ultra illud aliquid melius uidere cupiebat, quia patrē, ſed dñs oſtendit eū nec patrem noſſe, neq; filium, ait ergo: Tanto tēpore uobiſcum ſum, & non me cognouiſtis? Philippe qui uidet me, uidet & patrē meum: quomodo itaq; dicis: Oſtende nobis patrē. Augu. ait: loqui hic Chr̄um cōmuni hominum more, nos.n. ſi forte uideamus duos inter ſe ſimiles dicimus: Alterutro cōſpecto, uiſum etiā eſſe alterū, ſic & Chriſtus iam ante habunde ſatis docuerat ſe & patrem nō eſſe unam perſonā, queadmodum Hæretici Patripaſſiani turpiter aberrauerunt. Ne aūt putarent aliū in natura eſſe a filio patrē, oſtendit quia unum ſint, adeo ut qui Chr̄um uiderit, uiderit patrem. Errauit igit̃ Philippus ſi putauit patrem ſe tanq; filio meliorē uiſurū, qm̄ ęqualis eſt pater, æqualis filius, æqualis & ſpūs ſanctus, ęqualis gloria, eadē & una diuinitas, coęterna maieſtas. Cōfundit̃ hic & refellitur hæreſis Arriana, quæ antiquarum omniū fuit turbulentiſſima maximeq; nociua (Si placet dic ex Eccleſiaſtica aut tripartita hiſtoria aliquas ſeditiones & facinora huius hæreſis, quæ etiā Imperatores Epiſcopos, & totas prouincias inuoluit. Sæuit.n.per Alexandriam, Aegyptum & Aſiam minorem, Græciam, Italiā, Aphricam, & progreſſa eſt uſq; in Hiſpanias, uide ubi ſupra.) Dixerunt autem Arriani filium nō eſſe eſſentialiter deū, & ideo neq; deo patri æqualem, ſed creaturā, q̄uis nobiliſſimam. Magna & inſignis hæc fuit blaſphemia turpiter deo irrogata, filio diuinitatem adimere: quomodo.n. magis blaſphemaretur deus, q̄ ſi negaret̃ eſſe Deus? Multum igitur conati ſunt ſancti patres & concilia ipſa errorem hunc euellere, pręcipue uero concilium ſanctum Nicænum, ipſeq; Athanaſius, Hieronymus, Augu. Chryſoſt. Cyrillus, Ambro. Victorinus: Fulgētius: Victor & alij ſancti patres, quorum induſtria ſimul adiuuante gratia Dei hæreſis hæc eſt conſopita, qui finis & exitus eſt hæreſum omnium: ſiquidem Eccleſia ædificata eſt ſuper Petram, adeo ut portæ inferorum præualere nō poſſint aduerſus eam: ita fides Petri confirmata eſt, ut nequeat diſcindi, Chriſtus pro eo rogauit ne deficeret, & exauditus eſt pro ſua reuerentia, ut inquit Paulus.

Augusti. — *Athana.* — *Arriana hæreſis.* — *Math. 16* — *Luc. 22* — *Hæbr. 5*

Diceres: Quur non obtemperauit hic dominus, & adquieuit petitioni Philippi, ut oſtenderet ei patrem, quē tamen in ueteri teſtamento pater ſeipſum uideri permiſerit in rubo? Reſpondet Cyrill. uerum quidem eſſe ꝙ in igne uiſus ſit dominus, ſed quid hoc ad cognoſcendam naturā & ſubſtantiam dei? parum ſane ad hoc contulit ignis, magis profuit illa manifeſtatio per ignem, non ad uidendam eſſentiā dei, ſed ad operationem eius intelligendam in nobis: ſiquidem hic populus erudiebatur in religione legis, & quia ille multū durus & contumax erat, ſicuti non ſemel cōqueſtus eſt ſuper eo dominus, ideo opus erat ut horribili aſpectu appareret eis, quaten⁹ hinc diſceret tranſgreſſores magnam manere pœnam eos, ꝙ ardentem offenderēt ignem, iuxta illud quod Moyſes ait: De⁹ noſter ignis conſumens eſt, & ideo tanto horrore & terrore data lex eſt, quoniam incipiebant audiri tonitrua, apparere fulgura, & nubes denſæ circumdederunt montem, tubarum ſonitus auditus eſt, inde timor inuaſit ſuper populum, quādo totus etiam mons Synai fumabat, aſcendente fumo ex eo ſicut ex camino, eratq; mons totus formidoloſus, & ſemper creſcebat ſtrepitus & ſonitus tubarum: nihil ergo huiuſmodi apparitiones profuerūt ad cognoſcendam eſſentiam diuinā, neq; nunc Philippo quicq; contuliſſet, etiam ſi dominus ſuæ petitioni adquieuiſſet, quia multo æqualior patri filius erat q̄ ignis: unde & dixit Chriſtus ad Philippum: Qui uidet me uidet & patrem meum (Vide Hilarium libro. 7. de Trini.

Cyrillus — *Exo. 33 & 34* — *Exo. 19* — *Hilarius.*

4. Corripit inſuper dominus Philippū, dicens: Quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem, non credis ꝙ pater in me eſt, & ego in eo? quaſi diceret: Philippe non ſane intelligis, dum ſeparare nos uis ab inuicem, qui inſeparabiles ſumus: male putas nos abeſſe mutuo aut diuerſos eſſe, quum

deus

deus unus ſimus: quomodo ergo dicis, oſtende nobis patrem? an ne in hac uita aliquid ſupius fide reqris. Non credis ꝙ ego in patre & pater in me eſt? Hilarius libro 3. de Trini. ſic ait: Humani intellectus imbecillitas rationem dicti huius percipere nō poteſt, neq; exemplū aliquod aut ſimilitudinem inuenire poteſt rerum diuinarū, quomodo filius in patre & pater ſit in filio, quum enim aliquid ſit in alio, nō uiciſſim hoc eſt in illo, ſed quia de ſpū ſpiritus, lumen de lumine, de deo deus, totuſq; filius ex toto genitus eſt patre: hinc ſit nimirum quod ſuperat illud captum noſtrum, ꝙ filius in patre & pater eſt in filio. (Latine hanc mutuam inexiſtentiam perſonarum ſcholaſtici cæperunt appellare modum eſſendi in, per circum inceſſionē, per quā intellige intimam præſentiam realiter diſtinctorum, ſubſiſtentiū in eadem ſubſtantia. Et magiſter & alij allegant Hylarium lib. 4. de Trini. quum ſit in lib. 3. & 7. quaſi ſimile dicit) Auguſtinus dicit propter eſſentialem unitatem totus pater in filio eſt, & ſpiritu ſancto, totuſq; hic ſpiritus ſanctus in patre & filio eſt, & nullus illorum extra alium eſt, tantum propter unitatem ſubſtantiæ diuinæ. Hæc tu, qui ſimplex es & rudis tantorum myſteriorum, caue uel dubites, uel eruere coneris cum Philippo, ne cum eodem obiurgeris a domino: tantum ſimpliciter crede, reliquum deo & omnipotentiæ ſuæ ſimul & ſanctæ matri eccleſiæ relinquens. Oremus dominum.

Hilarius — *De fide ad Petrū*

Homilia tertia in die apoſtolorū Philippi & Iacobi.

Philippus Apoſtolus quum non dum accepiſſet ſpiritum ſanctum rudis adhuc & imperfectus in fide petijt a domino oſtendi ſibi patrem, & audiuit Chriſtum ſibi dicētem: Philippe qui uidet me, uidet & patrem meum: ego n. in patre & pater in me eſt. Eo ut facilius adigeret & permoueret Philippum, uerba & opera allegat, quoniā ijs duobus, dictis nimirum & factis ad credendum perſuademur: ex ijs etiam diuinitas cognoſcitur, quaſi ex illis quæ eam proprie declarant. Verba, inquit Chriſtus, quæ loquor, nō loquor a meipſo: duplicia erant uerba Chriſti, alijs docebat, alijs miracula operabatur, uerba doctrinæ inde firmabat, ꝙ ea nō ex ſeipſo haberet, ſed a patre, in quo quū quis dubitare poſſit, ſtatim & opera adgredit, & ait: Pater in me manens ipſe facit opera, ꝙ ſi ergo mihi credere recuſatis, ſaltem ratione operum credite, quibus doctrina uerbaq; mea confirmantur: Non a me ipſo loquor, inquit Chriſtus. Verba hæc ut funditus intelligamꝰ, paulo altius nobis ſunt repetenda, & ea non ſic accipienda ſunt, quaſi non loquatur ipſe, ſed ſententia hæc eſt, quia filius dei diuinam eſſentiam a ſeipſo non habet, ſed ab æterno habet eam a deo patre: & operationem ex ſeipſo nō habet, ſed a patre ſicut eſſentiam: ſenſus ergo hic eſt, a me non loqr, hoc eſt, a me ipſo nō ſum qui loquor, & ideo pater ipſe ſi uobiſcum uerba facere uellet, non aliter ꝙ̄ ego, loquutus eſſet, uſq; adeo una in nobis eſſentia eſt, ut opera uerbaq; mea etiam patris ſint, noſq; ſimus indiuiſi. Et ꝙ̄uis ante me uenerunt nonnulli, qui uerbis ſibi diuinitatem adrogarunt, eis tamen opera teſtimonium nullum dederunt. Hinc conſpicimus Chriſtū multo plus operibus ꝙ̄ uerbis tribuiſſe, unde etiam hic magis ſuper ea urget.

Auguſti. — *Cyrillus.*

2. Et ꝙ̄uis fides naturalibus non debet fulciri rationibus, ſiquidem meritum, ut ait Greg. nō habet, ubicunq; ratio humana præbet experimentum, tamen conſtat etiā fidē rationes ſuas habere motiuas, ſicut hic dn̄s conatur fidem eoꝶ ex operibus comprobare. (Hybernicus eſt mirabilis in hac materia, q. 1. primi, ſed excutiatur in ſcholis) quoniam quiſquis nude crederet citra omnē rationē, leuis potius ꝙ̄ fidelis futurꝰ eſſet, quia qui cito credit leuis eſt corde.

Gregori. — *Eccle. 19*

2. Quū ergo dn̄s fidem in doctrina ſua fundarit, hāc aūt operibus firmarit, obijceret cōtra eum quiſpiā: Atqui nō multum probabis operibus tuis, quoniā aliena poteſtate ea facis: nō itaq; laus illorum ad te pertinet, ſed eius eſt in cuius poteſtate miracula facis, hoc præuenire uolens domi

nus ait, non ſe tantum, ſed omnes in ſe cre-dituros opera huiuſmodi utiq; ex ſua poteſtate eſſe facturos. Amen amen, ait dominus, dico uobis, q credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ faciet. His uerbis oſtendere uult, & ſe eſſentialiter eſſe deum, neq; diuerſam habere naturam a patre, quod quum nondum intelligeret Philippus, puta imperfect⁹ adhuc in fide, nec illuminatus, quia ſpiritum ſanctum adhuc non acceperat, fortiter hic in Philippo hæreſim Arrhianam confutauit dominus, nos interim ſenſum uerborũ illorum diſpiciamus: Qui in me credit, opera quæ ego facio, & ipſe faciet. Multum ſubtilis eſt hic Augu. in iſtius loci expoſitione, tantũ intelligens eum de uerbis operum, quoniã & uerba opera ſunt, domino atteſtante, quũ ait: Verba quæ loquor &c. Loquutus eſt igit dominus, audierunt eũ diſcipuli, quũq; pauci eſſent, crediderũt, ubi fides diſcipulorum fructus extitit uerborũ Chriſti, ſed in paucis. Apoſtoli inde maiora fecerunt opera uerbis ſuis: multo eñ plures crediderunt ad prædicationem apoſtolorum q̃ Chriſti: ad primum Petri ſermonem in die Pentecoſtes baptizati ſunt ſup tria milia hominum: deinde quinq; milia: Senſum ergo hunc colligit Auguſtinus: Quicquid ego operor, id omne uerbum fidei eſt, hoc etiam uos facietis, plane idem prædicaturi, & maiora ijs facturi, hoc eſt, maiora pluraq; uerba fidei prædicabitis uos, quæ nondum reuelaui: Non poteſtis enim portare modo, ſed docebimini a ſpiritu ſancto, puta de ceſſatione circumciſionis, de fine legis, de cæremonialibus, quoniã de circũciſione ſic ait Paulus: Si circũcidimini, Chriſtus uobis nihil proderit, ſic in omnibus concilijs facit Eccleſia. Similiter Chriſtus conſuluit diuiti, ut uenderet omnia quæ haberet, & pauperibus erogaret, nec tamen ille audiuit Chriſtum, quũ interim multi diuites ſequuti ſunt apoſtolos idem docentes,

Fidelis maiora opera faciet. Auguſti. Actu. 2. 4 Auguſti. Iohan. 16 Gala. 5 Matth. 19

Alij doctores tenatius adhærentes literæ aliter exponunt, ex quibus Cyrillus ſic ait: Nullus putet quoniam cœlum, ſolem & lunam angelorumq; multitudinẽ produxit, maiora ijs fidelibus per gratiam conceſſurum, non enim ad hæc dicentis intentio extenditur, ſed quæ ad utilitatem hominum & ſanctificationis humanæ menſuram reſpiciebant, ea ſolum obtulit. Neq; hoc intendit q̧ Chriſtus una tantum lingua, apoſtoli autem uarijs prædicarint, deinde quia Chriſtus in Iudæa tantum, neq; multum in Samaria: apoſtoli uero per uniuerſum mundũ diuiſi prædicauerũt ubiq; & miracula fecerunt, ubi Chriſtus nullum fecerat: quoniã ad quemcunq; horum ſenſuum apoſtoli maiora fecerunt miracula q̃ antea per ſe operatus fuerat Chriſtus. Auguſtinus adhuc alio intellectu dicit apoſtolos maius feciſſe opus, quando iuſtificarunt peccatorem, cõcurrente diuino auxilio, q̃ deus qñ mundum condidit, & inter cætera ſic ait: Intelligat qui poteſt, iudicet q poteſt utrũ mai⁹ ſit iuſtos creare q̃ ipſos iuſtificare. Certe eñ ſi æqualis eſt utrunq; potentiæ, hoc maioris eſt miſericordiæ. (Et per hoc ſoluit obiectionem: Qui credit, faciet maiora: ergo qui non facit maiora, non credit, quotuſquiſq; ergo erit Chriſtianus? Reſpondet, Credens facit maius deo faciente in ipſo, quando ex impio ſit pius.

Cyrillus August.

3. Nunc tamen cõmunem audiamus illorum uerborum expoſitionem, cũ qua cæteras tamen non excludimus, quoad literam etiam fideles maiora fecerunt miracula Chriſto, quia ille dæmonia ex hominibus tantum eiecit, apoſtoli expulerunt inſuper etiam ex ſtatuis & ſymulachris: Chriſtus Lazarum ex quatriduo fętentẽ reſuſcitauit cũ fletu, fremitu, magnoq; clamore: Petrus & Iohannes alijq; apoſtoli mortuos q̃plurimos reſuſcitarunt, Petrus etiam baculum ſuum miſit, qui ubi ſuper corpus S. Materni poſitus eſt, reuixit ille. Chriſtus impoſitione manuum ſuarum, & contactu, ſanauit infirmos, Matthæi. 8. 9. Marci 7. 8. Lucę 5. 6. &cę. Sed Petro ponebant infirmi in lectulis ſuis ſuper plateis, ut prætereuntis eius etiam umbra curarentur ſeſe contingente: ſimiliter ſudaria Pauli & ſemicincta medebantur ægrotis. Et ea iam ſunt impudentia Neochriſtiani ut impudenter contemnant ſanctorũ tum ueſtitum tum reliquias: non attendentes

Iohãnis 11 Actuum 5 Actu. 19

q̃

ꝗ aduerſetur illud ſacrarum literarum authoritati. Tantum ualuit uox Chriſti dicētis: Ego ſum, ut retrocedentes Iudęi ceciderint retrorſum ſuper terram. Sanctus Petrus uoce ſua effecit, ut Ananias & Saphira collapſi ſubito mortui ſint, & ſimiliter in alijs multis ſe res habet. *Ioānis 18*

Duo tamen hic nobis diligentius ſunt ponderanda: alterum, quia ſi modum operandi conſyderes, miracula Chriſti omnibus alijs ſunt utiꝗ maiora: propria enim poteſtate & iuſſione fecit ea tanꝗ deus uerus: apoſtoli autem fecerunt illa in nomine Ieſu, uel deprecati in hoc dominum, uel a ſpiritu ſancto impulſi. Alterum, ꝙ non ideo cogitandum eſt apoſtolos maiores & ſuperiores eſſe Chriſto, ꝙ maiora fecerint miracula, quæ tamen etiam Chriſtus fecit, iuxta illud quod ſequitur: Sine me nihil poteſtis facere. Et hoc ipſa teſtatur in ſe litera, ꝙ in Chriſtum credens maior non ſit ipſo, ſed hæc eius fuit ſententia: Magna ego hactenus feci miracula, ſicut uidiſtis ipſi. At iam mihi moriendum eſt, uti prædixi uobis: uerum inde non minuetur potentia mea, quoniam maiora adhuc miracula facturus ſum per uos miniſtros meos ꝗ hucuſꝗ fecerim ipſe: potentior itaꝗ ero & fortior ualidiorꝗ in declaranda poteſtate mea poſt mortem, quando potenter reſurgam, ꝗ nunc ſim humana fragilitate grauatus. Idꝗ uobis miniſtris meis futurum eſt honeſtum, ſiquidem inde laudem per uniuerſum mundum conſequemini: mihi tamen erit illud magnificentius, qui hæc tanta per uos tanꝗ inſtrumentū meū uiuum ſum operaturus. *Iohan 15*

4. Supra dicta & memorata omnia dilucidiora fiunt ex uerbis ſequentibus, quū ait: Quia uado ad patrem. Ecce quoniam magnitudo operum non futura ſit ob magnitudinem miniſtri, ſed ideo ꝙ Chriſtus tunc in ampliori gloria erit: atꝗ hæc ſententia Cyrilli eſt, & aliorū: neꝗ ſuſpicādū eſt Chriſtum præſentē minus poſſe ꝗ abſentem, ſed quia abijt ad patrem per reſurrectionem ſuā & aſcenſionem, manifeſtata eſt etiam eius diuinitas, quā opertā antea habuerat ueſtimento paſſibilis humanitatis, quā ſuſtinuit in hoc, ut ueritas carnis, p baretur adſumptæ, contra Manichęos. Ita ergo ait dominus: Magis adhuc poteſtatē meam declarabo per uos, quādo regnabo in cœlis, ꝗ quum iam ipſe humana mortalitate preſſus, ipſe operor in terris. Inſuper hoc uerbo tacite reſpondit interrogationi Petri, & aliorum quærentium quo abiret? Ecce quia uado ad patrem, & ne putarent ſe derelinqui ac inde timerent, addit: Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciā. Vnde ſatis intelligimus ſeipſum operari uelle miracula illa maiora, ut pater glorificetur in filio. Quomodo autem conſequamur omnia quæ petimus a deo, alias affatim docuimus, nunc non eſt animus repetere. Oremus dn̄m deum pro &c. *Cyrill.*

De S. Philippo

Philippus in ciuitate Bethſaida natus in Gallilæa, unde Petrus etiā & Andræas progeniti ſunt, ille quoꝗ principio ad apoſtolatum uocatus tertius fuit, hic Nathanaëlem perduxit ad dominum, anteꝗ acciperet ſpūm ſanctum rudior aliquanto & imperfectior extitit in fide: quā obrem & a domino interrogatus eſt, unde panes comparari poſſent in deſerto: poſt cænam quoꝗ quū multa dixiſſet dominus de ſua diuinitate, & de deo patre petijt oſtendi ſibi patrem. Poſt diuiſionem apoſtolorum profectus eſt in Scythiam ad 20. annos uſꝗ prædicauit ibidem: quūꝗ ab infidelibus captus duceretur ad idolū Martis, exiuit inde draco qui multos inficiebat, unde & plurimi moriebantur. Philippus aūt prædicata ibi pœnitentia, ſanauit infirmos, mortuos ſuſcitauit, cōuerſiꝗ illi baptizati ſunt: deinde ille pontifices & ſacerdotes per prouinciā undiꝗ ordinauit profectuſꝗ in Aſiam in ciuitatē Hieropolim, uel authore Hiero. in Phrygiā, factus annorū 87. rurſus ibi etiam ab idolatris captus & crucifixus eſt. Super hoc refert Euſebius, quomodo Polycrates Epheſi⁹ ſcripſerit Victori Epiſcopo urbis Romæ: Magna lumina in Aſiæ partibus dormierunt, quę reſuſcitabit dominus in nouiſſimo die aduentus ſui, cū ueniet in gloria, & requiret omnes ſanctos ſuos, dico autē de Phi- *Iohan. 1* *Iohā. 6* *Ioann. 14* *Hierony.* *Li.3.c.32*

lippo qui fuit unus ex apoſtolis, qui dor-
miuit apud Hieropolim, ſed & duæ filiæ
eius inibi uirgines conſenuere, & alia eius
filia ſpiritu ſancto repleta, permanſit apud
Epheſum, ubi & Ioannes Euangeliſta fu-
it. Nemo tamen putet hunc illū fuiſſe Phi
Acto. 21 lippum, quem Lucas refert quatuor habu
iſſe filias: is enim non ex diſcipulis duode-
cim, ſed unus e diaconis ſeptem fuit, qui &
Actu. 8 baptizauit in Samaria. Huius autem Phi
lippi corpus deinceps Romam delatū eſt,
ſucceſſu temporis ſub Cōſtantino magno
urgente Helena, alterum eius brachium
& bona pars corporis ſui per S. Epiſcopū
Agricium deportata ſunt Treuerim in cæ
nobium S. Matthię extra mœnia urbis.



De ſ. Jacobo apoſtolo.

IAcobus hic minor dicit̄, alias etiā
frater domini, filius Alphei, frater
Symonis Iudæ & Ioſeph, qui con
ſtitutus eſt cum Matthia ad electionē apo
ſtolatus. Iacobus hic eo habet̄ ſanctior, ꝙ
credit̄ eſſe ſanctificatus in utero matris. E-
geſippus. n. ut Euſeb. & Hiero. cōmemo-
Li. 2. c. 23 rāt, ait hunc ſanctū fuiſſe, ex ipſo utero ma-
de ui. illu. tris. 2. Magna fuit inſuper ſanctimo-
nia uitæ ſuæ, quia ſequit̄, uinum & ſiceram
non bibit, de animali nullo guſtauit (ubi
exemplum habent Carthuſiani magnum Chartuſ.
ſuæ abſtinentiæ a carnib⁹, neqꝫ patiantur
ſe ab hoc inſtituto auelli per Neochriſtia-
noꝝ impudentiā & gulam) nouacula non
aſcendit ſuper caput eius. Nazareus enim Nume. 6
fuit, oleo ſe non perunxit, ſicut tunc moris
fuit: balneo uſus non eſt, laneis quoqꝫ ueſti
mentis nō eſt opertus, ſed lineis tantū: ijs
accedit pro tertio ꝙ Hiero. teſtatur, eū ſan Cōtra Io.
ctam ſeruaſſe uirginitatem uſqꝫ ad mortē.
4. In oratione tam fuit intentus ſedulo
ut frequenter ſolus templum ingreſſus pro
cideret ad genua orās dn̄m, ut populo pec
cata dimitteret: hoc ſæpius adeo faciebat,
ut genua eius callū contraxerint inſtar ca-
meli, ita ab oratione nunqꝫ ceſſabat. 5.
Hinc factum eſt ut ab omnib⁹ Iuſtus dice-
retur & Oblias, hoc eſt cuſtodia ſiue iuſti-
tia populi, ſicuti ſuperiores tres cōmemo-
rati teſtes adfirmant. 6. Tantæ apud om-
nes non Chriſtianos tantum, ſed & Iudæ-
os creditus eſt fuiſſe ſanctimoniæ, authore Ioſephus.
etiam Ioſepho de bello Iudaico, ut perſua
ſum fuerit eis omnia iſta mala accidiſſe Iu-
dæis pro uindicta Iacobi iuſti, qui erat fra
ter Ieſu, qui dicitur Chriſtus, quem iuſtiſſi-
mum & pijſſimum omniū confeſſione ui-
rum Iudæi interfecerunt. 7. Præterea ob-
inſignem illam uiri ſanctimoniā huic uni
permiſſum eſt a Iudæis ingredi in ſancta
ſanctorum. 8. Frater quoqꝫ domini di-
ctus eſt, ſicut Paulus ait, ſe non uidiſſe ali-
quem apoſtoloꝝ, quū ueniſſet Hieroſoly- Galat. 1
mam, niſi Iacobū fratrem domini: id autē
non eo credendū eſt, ꝙ fuerit ille Mariæ fi
lius: quoniā ea uirgo ſemper manſit, neqꝫ
ideo ꝙ filius extiterit Ioſeph ex alia coniu-
ge, quā forte habuiſſet ante Mariā, ſicut ali
qn̄ opinat⁹ eſt Ambro. & ante eū Euſeb. Ambro.
lib. 2. eccle. hiſt. ca. 1. Verum ille frater dn̄i Euſebius
dicit̄ nō tm̄ cōmuni Iudæoꝝ cōſuetudine,
qui nepotes ꝓximos fratres uocabant, qm̄
ſic nō ſolus hic Iacob⁹, ſed alij etiā ſimiliter
cū Chr̄o ſanguine iuncti, fratres eius dici
poſſunt: fuit aūt Iacobus hic filius Mariæ
Alphei, quæ ſoror extitit Mariæ matris Ie
ſu: ita Chriſtus & Iacobus duarum ſoro-
rum filij fuerunt, id ex Matthæo colligi-
mus, qui ait: Erant ibi mulieres multæ a Math. 27
longe quæ ſequutæ erant IHESVM

a Gal-

a Gallilæa, miniſtrantes ei, inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioſeph mr̄, & mr̄ filiorum Zebedei. En teſtimonium tibi apertum ꝙ Maria hæc mater fuerit duorum fratrum, Iacobi & Ioſeph. Marcus addit hanc Mariam matrem fuiſſe Iacobi minoris. Maria ergo illa uxor fuit Alphæi, unde & Iacobus iſte Alphæi cognominatur, eam Ioannes uocat Mariam Cleophæ, a patre nimirum: quia ſic ait: Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius Maria Cleophæ. Atq; hinc Iacobum & fratres ſuos uocabant Iudæi fratres Ieſu, ſicut Marcus ait: Multos admiratos eſſe in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia, & quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi? & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic eſt faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioſeph, & Iudæ & Symonis? peculiariter autem Iacobus hic frater domini dicitur, ꝙ cæteris ſimilior fuit illi, tum ſanctimonia uitæ tum ſimilitudine formæ, quoniam ſimilimus ei fuit, adeo ut propter ipſum Iudas ſignum illud dederit Iudæis oſculandi dominum, ne pro eo caperent Iacobum, qui facie repræſentabat dominum (uide S. Hieronymum ſuper Epiſtola ad Galathas 2.)

Maria Alphæi. Cleophe — *Marc. 15* — *Ioan. 19* — *Marc. 6* — *Euſebius.*

9 Accedit ijs oib⁹ ꝙ unus hic præ cūctis apoſtolis conſtitutus eſt primus Epiſcopus Hieroſolymitanus, ſicuti Clemens inquit: Petrus, Iacobus & Iohannes poſt adſumptionem ſaluatoris, ꝗuis ab ipſo fuerint omnibus pene prælati, tamen nō uendicabant ſibi primatus gloriam, ſed Iacobum qui dicebatur iuſtus apoſtolorū Epiſcopum ſtatuunt. Hoc idem & Hierony. teſtatur, uerum multo dilucidius Sanctus Anacletus Papa & martyr, quum ait: Hieroſolymitanus primus archiepiſcopus B. Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecundū carnem frater domini nuncupatus eſt, a Petro, Iacobo & Ioanne apoſtolis eſt ordinatus, ſucceſſoribus autem ſuis formā dantibus, uidelicet, ut minus ꝗ a tribus Epiſcopis reliquiſq; omnibus aſſenſum præbentibus nullaten⁹ Epiſcopus ordinetur. Et ob hanc cauſſam exiſtimat Hieronym⁹ Sanctum Iacobum in primo apoſtolorū concilio, quando quærebatur de cæremonialibus obſeruandis ultimū habuiſſe ſuffragium cōcludendi poſt Petrū, cui tanꝗ ſupremo apoſtolorū omnium prima uox & ſententia merito competebat, authore Auguſtino (Tu ſuper hoc plura uide in primatu noſtro S. Petri) Neq; hic exiguus fuit honor S. Iacobo primum habuiſſe locum in hoc ſancto concilio ante Ioannem Andræam & alios.

Clemens — *Anacletus* — *Ad aug. Actu. 15* — *li. 2. ca. 25 & lib. 3 ca. 36*

10. Ad hæc illa quoq; dignitate hac præ cæteris coruſcat Iacobus, ꝙ ei ſingillatim apparuit dominus poſt reſurrectionē ſuam, hoc pulchre probat Hieronymus, dicens: Euangelium quod appellatur ſecundum Hebræos, & a me nuper in Græcum latinumq; ſermonem tranſlatum eſt, quo & Origenes ſæpe utitur, poſt reſurrectionem ſaluatoris refert. Dominus quum dediſſet ſyndonem ſeruo ſacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus ſe non comeſturum panem ab illa hora qua biberat calicem domini, donec uideret eum reſurgentem a mortuis. Rurſusq; poſt paululū: Adferte, ait dominus, menſam & panem: ſtatimq; additur: Tulit panē & benedixit ac fregit, & dedit Iacobo iuſto, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit filius hominis a dormientibus.

De uiris illuſtribus

11. Hunc inſuper honorē reliqui apoſtoli detulerunt S. Iacobo, ut permiſerint primitias, hoc eſt primā miſſam, illū ſuas celebrare Hieroſolymis, qđ inde fecit Petrus in Antiochia, & Marcus in Alexandria. In eius rei fidem & teſtimonium ſuffragatur nobis ſexta ſynodus Cōſtantinopolitana, quæ ſic habet: Iacobus frater domini ſecundum carnem, cui primum credita eſt Hieroſolymitana Eccleſia, & Baſilius Cæſarien. Epiſcopus, quoꝝ claritas ꝑ totum orbem refulſit in ſcripturis, addiderunt nobis miſſæ celebrationem.

De conſ. diſt. 2. Iacob.

12. Quod ad mortē uiri ſancti attinet ſunt qui uelint eum bis ex ſuggeſto præcipitatū, ſemel annis 7. ab aſcenſione Chr̄i, quum prædicaret Chriſtū uerum eſſe Meſſiam, multiq; ei fidem haberent, commota ſeditione adcurriſſe quendam cum tumultu in ſuggeſtum, indeq; eum deieciſſe, qui & offenſus in pede poſtea per omne tem-

Euſebius Ioſeph. li. 20. ca. 7

pus uitæ claudicaſſe dicitur: quamuis Euſebius aliter recenſet hanc Hiſtoriam.

S. Hieronymus refert ex teſtimonio duorum. Ioſephi. ſ. & Clementis libro ſeptimo hypotypoſeon, ad extremum, rem ſic habuiſſe: Quum iam Feſtus præſes mortuus eſſet, Nero alium qui ei ſuccederet miſit Albinū, is antequam ueniſſet in prouinciam, Ananus adoleſcens Epiſcoporum adrepta occaſione ſupremū ſenatum eius temporis coëgit (αναςχίας) & quoſdā iudicio ſiſti curauit: ubi in eoꝝ nūero fuit & frater dn̄i Iacobus, hunc impulit ut palam Chr̄um abnegaret: uerū quū ille libere cōfiteret̄ dn̄m, iuſſus eſt lapidari, quūqꝫ eū ex ambitu tēpli p̄cipitaſſent, oſſib. comminutis fractiſqꝫ tibijs, ſemiuiuus ille manibus ad cœlū eleuatis, dixit: Dn̄e dimitte eis, quia neſciunt quid faciunt. Adcurrēs aūt unus pertica ſiue uecte fullonis ꝑcuſſit eū in capite, ita ut diſperſo cerebro moreretur: Sicqꝫ annis 30. rexit eccleſiā Hieroſolymitanam uſqꝫ ad 7. annum Neronis, ſepultus eſt iuxta templū eo loco quo deorſum p̄cipitatus erat. Alij cōmuniter eiꝰ mortem referunt imitantes Euſebium.

13. Hinc ſequitur cauſſa quur minor hic Iacobus dicatur: neqꝫ. n. cogitandū eſt id eo fieri, ꝙ minor fuerit ætate: deinde deus proprie nouit qui nam ſanctitate excellāt, aut ab alijs ſuperentur, ſed minor hic uocatur ratione uocationis: quoniam Chriſtus antea uocauit Iacobum Zebedei cum fratre ſuo Ioanne, & hunc Iacobum: factum eſt igitur ibi quod etiam nunc hodie fit in cænobijs, ut qui priores nomina ſua dant ordini aut ſectæ alicui, primos etiam locos poſſideant. Sed hæc de uita S. Iacobi in præſentiarum ſufficiant.

Die ſanctiſſimo ſolenniqꝫ feſtiuitate glorioſiſſimæ Aſcenſionis Chriſti, Euangelium Marci decimo ſexto.



IN illo tempore: Recumbētibus undecim apparuit illis Ieſus, & exprobrauit incredulitatē eorum, & duritiam cordis, quia his qui uiderant eum reſurrexiſſe non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundū uniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui uero non crediderit, condemnabitur. Si-
gna autem eos, qui crediderint, hæc Matth. 10
ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, Et ſi mortiferum quid
biberint, non eis nocebit. Super æ- Lucæ 10
gros manus imponent, & bene habebunt. Et dn̄s quidem Ieſus poſtqꝫ loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœ-
lum, & ſedit a dextris dei. Illi autem Acto. 1
profecti prædicauerunt ubiqꝫ domi- Luc. 14
no cooperante, & ſermonem confir- Apoca. 11
mante ſequentibus ſignis.

Homilia

Homilia prima.

EVangelium hoc poſtremum commemorat apparitionem Chriſti poſt reſurrectionem illius factam 40. diebus a die paſchæ, quum iam eſſet ipſe aſcēſurus in cœlū: & quatuor in ſe cōtinet. 1. Quomodo apparuerit ille undecim diſcipulis diſcumbentibus. 2. Quo pacto rurſus uiſus ſit eis in mōte Olıueti, quando prædicandi & baptizandi ipſis impoſuit officium. 3. Aſcenſionem Chriſti comprehendit. Poſtremo, quomodo apoſtoli abierunt ad iniunctū ſibi prædicationis officiū, cum operatione miraculorum. Vult enim magiſter in Hiſtoria ſcholaſtica bis dominum hodie apparuiſſe. Et ꝙuis ſæpius per illos 40. dies apparuerit dominus, ſicuti commemorauimus de quibuſdam in die ſancto paſchæ, in Euangelio tamen legimus eum decies apparuiſſe, quinquies in ipſo die reſurrectionis ſuæ, Mariæ Magdalenæ, mulieribus abeuntibus a ſepulchro, Petro, duobus in Emaus euntibus, & ad noctem decem apoſtolis. 6. Poſt dies octo apparuit undecim diſcipulis, quando etiam Thomas aderat. 7. Septem diſcipulis in piſcatu ad mare Tyberiadis. 8. Super montem Thabor cōuenientibus diſcipulis in Gallilæa. 9. Apparuit hodierno die rurſus undecim diſcipulis iam diſcumbentibus Hieroſolymis in cænaculo, ubi antea cænauerat ultimo cum ipſis. 10. Et ultimo, quum iuſſiſſet eos exire ad montem Olıueti, ibi quoqꝫ apparuit ipſis, & uidentibus illis eleuatus eſt, ſicut infra dicemus. Mora hæc 40. dierum ideo facta eſt, ut huius temporis ſpacio reſurrectionis ſuę ueritatem probaret dominus: quoniam in hoc fidei articulo plurimum poſitū erat: unde & Lucas ait, multis argumētis per dies 40. apparēs eis præbuit ſeipſum uiuum, non ꝙ quotidie apparuerit tunc ipſis, ſed quia a die reſurrectionis quo primum apparuit uſqꝫ in hunc diem aſcenſionis quo uiſus eſt eis poſtremo, dies interfuerunt 40. in quorum nonnullis etiam apparuit eis, ſicut & nos iam docuimus: & plures adhuc apparitiones Paulus numerat, ꝙ apparuerit etiam Iacobo, & deinde quingentis fratribus. Argumenta porro illa deſcripſerunt Euāgeliſtæ, ſiquidē manducauit cum eis, uulnera ſua & cicatrices oſtēdit in manibus, pedibus, & latere, carnē ſuam & oſſa mōſtrauit, dicens Spiritū carnem & oſſa non habere, ſicut in ipſo uiderent. Inſuper Thomas digitos ſuos impoſuit in loca clauorum & uulnus lateris, piſcem & fauum mellis manducauit cum eis, quæ omnia certa ſunt argumenta ueriſſimæ ſuæ reſurrectionis. Sed nos uerba Euangelij adgrediamur.

Apparitiones Chriſti. — *Lucæ. 24, Ioānis 20 & 21.* — *Math. 28* — *Actuum 1* — *1. Cori. 15* — *Lucæ. 24* — *Iohā. 20*

Auguſti.

2. Nouiſſime, inquit Marcus, recumbentibus undecim: non cogitandum hic eſt ultimam hanc fuiſſe apparitionē, quoniam in ciuitate facta eſt, & deinceps rurſus adhuc apparuit eis extra ciuitatem, ita ergo intelligendum eſt, nouiſſime, hoc eſt, nouiſſimo die apparitiōis ſuæ recumbentibus undecim, quando conueſcens & ipſe eis præcepit a Hieroſolymis ne recederēt, ſed expectarent promiſſionem patris quā audierant per os ſuum. Marcus addit, quid nam cum illis loquutus ſit dominus inter edendum, quia exprobrauit incredulitatem eorum & duritiem cordis: quod non ſic accipiendum eſt quaſi tunc quoqꝫ non crediderint poſt tot argumēta, & aperta ſuæ reſurrectionis indicia, ſiquidem hoc uſqꝫ adeo apoſtolis non conueniſſet, ut animos magis deſperatos & induratos cōprobaſſet: ſed quia antea dubitauerant, iuxta illud Matthæi: Diſcipuli abierunt in Gallilæam, in montē, ubi conſtituerat eis Ieſus: & uidentes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt: ſic etiam renunciante eis Magdalena, quia uiueret Dominus, non crediderunt, ſed ne illis quidem fidem habuerunt, qui ex Emaus ueniebant. Imo quum mulieres eis dicerent uidiſſe ſe dominum, uiſa ſunt uerba hæc ante illos, ſicut deliramentum, & non crediderunt. Inſuper ipſo apparente eis domino nocte paſchali conturbati ſunt & conterriti, exiſtimantes ſe ſpiritum uidere: deinde quum etiam manus & pedes eis oſtenderet, quidam non

Actu. 1 — *Math. 28* — *Marc. 16* — *Lucæ. 24*

credebant,ſed admirabantur tantum. Thomas omnium uehementiſſimus urgebat,dicens:Niſi uidero in manibus eius fixuras clauorum,& mittam manum meã in latus eius,non credam. *Iohan. 20* Huiuſmodi nimirum infidelitatem & duriciem cordis exprobrauit eis dominus: Fuerunt tamen illæ dubitationes diſpenſatoriæ,eo ꝙ per illas ueritas reſurrectionis probata magis eſt & certius manifeſtata,fides quoqꝫ noſtra fortius confirmata. Vnde & Gregori⁹ *Gregori.* ait,in Homi.paſcæ:Nunquid caſu geſtum creditis,ut electus ille diſcipulus tunc deeſſet,poſt autem ueniens audiret,audiens dubitaret,dubitans palparet, palpans crederet?non hoc caſu,ſed diuina diſpenſatione geſtum eſt. Egit nanqꝫ miro modo ſuperna clementia, ut diſcipulus ille dubitans dum in magiſtro palparet uulnera carnis, in nobis ſanaret uulnera infidelitatis: plus enim bonis Thomę infidelitas ad fidẽ,ꝙ̃ fides credentium diſcipulorum,profuit. *Auguſti. Beda.* Beda inſuper oſtendit,quare Chriſtus non principio eis exprobarit incredulitatẽ,ſed tunc demum quum iam credebãt,quia ſic eadem opera exprobratum eſt etiam iſtud alijs gentibus,quę nolebant credere prędicationi apoſtolrum.

3. Quamuis Lucas pluribus hanc rem uerbis proſequitur,in Euãgelio ſuo & in actis: illis tamen poſthabitis , nos ab Euangelio noſtro non diſcedemus. Et Gregorius quidem putat Chriſtum ideo diſcipulis infidelitatem poſtremo exprobraſſe,ut illud tenacius inhęreret. Deinde ſubdit:Ite in orbem uniuerſum,& prędicate Euangelium omni creaturę. *Gregor.* Nunquid,ait Gregorius,ſanctum Euangelium uel inſenſatis rebus,uel brutis animalibus fuerat prædicandum,ut de eo diſcipulis dicatur: Prędicate omni creaturę? ſed omnis creaturæ nomine ſignat͂ homo: omnis.n. creaturæ aliquid habet homo:habet namque eſſe commune cum lapidibus, uiuere *Homo oĩs creatura.* cum arboribus,ſentire cum animantibus intelligere cum angelis. Quamuis & ideo omnis creaturæ nomine accipitur homo, ꝙ omnia ſint creata propter hominem,ſicut ait Auguſtinus: Mundus factus eſt ꝓpter hominẽ, & homo propter Deũ, *De doct. Chriſtia.* quo facit illud Pauli: Omnia ueſtra ſunt ,uos aũt Chriſti. *1.Corin.3* Grego. alium preſcribens ſenſum, *Gregori.* addit per omnem creaturam poſſe omnem nationem gentium deſignari:quod equidem puto Gregoriũ eo retuliſſe,quia antea prohibuerat Chriſtus apoſtolis, ne quid prędicarent gentilibus, quando uetuit ne in uias gentium aut in ciuitates Samaritanorum abirent; *Math. 10* de ſeipſo quoqꝫ ſic ait:Non ſum miſſus,niſi ad oues quę perierunt domus Iſraël. Inhibitionem iſtam hoc uerbo abrogauit, dum præcepit non tantum in Iudæa, ſed undiqꝫ ad finem orbis terræ uſqꝫ prædicare eos debere, quę etiã cauſſa eſt, quur ille tam uniuerſali uſus eſt ſermone, dicens: Euntes in mundũ uniuerſum,prędicate omni creaturæ, qua ſi diceret: Antea prohibui uobis, ne prędicaretis exteris & gentibus; iam porro prædicate omni creaturæ ſuper terram, adeo ut ſi ſermonis ueſtri capaces forẽt lapides, ijs quoqꝫ prædicetis, qua de re alias plura diximus. *Parte.1 fo. 79. c.* Theophylactus ſua quoqꝫ fretus ſententia ait,dominum hoc uniuerſali ſermone uoluiſſe docere diſcipulos,ne ijs tantum prædicarent qui uerbum ſuſcepturi eſſent,quiqꝫ ſoli ſunt homines nuncupandi, ſed eis etiam qui ſuſcepturi non eſſent. Iuſſionem hanc Chriſti præuidens in ſpiritu Dauid,dixit: In omnem terram exiuit ſonus eorũ,& in fines orbis terræ uerba eorum: *Pſalm. 18* ꝙ̃uis ibi quæſtio occurrit, an Euangelium ab apoſtolis per uniuerſum terrarum orbem ſit prædicatum? nonne multæ adhuc quotidie inueniuntur inſulæ, & nationes antea incognitæ,quibus apoſtoli nunquam prædicarunt fidem? Cuiuſmodi ſunt Blemij,Nigrites & alij populi multi, *Ad Eſichium quaſi in fine.* de ijs ſic ait Auguſtinus: Quo pacto ab apoſtolis eſt prædicatio iſta cõpleta, quãdo adhuc uſqꝫ ſunt gentes, quod certiſſimum eſt nobis,in quibus modo cæpit, & in quibus nondum cæpit impleri.

Non itaq; ſic dictum eſt apoſtolis tanq̃ ipſi
ſoli quibus tunc loquebatur, tantum mu-
nus fuerint impleturi, ut fierent teſtes Ieſu
uſq; ad extremũ terræ, ſed illa Dauidis pro
phetia q̃tidie adhuc habet impleri: Et hęc
ſane ſententia Auguſt. noſtris adhuc illorũ
temporum geſtis confirmatur, quando in-
uictiſſimus & catholicus imperator Caro-
lus, illiuſq; auus Ferdinandus rex Caſtiliæ
& Arrogoniæ tot inſulas nouas inuenerũt
uerſus occaſum ſolis, quarum aliquæ non-
dum ſunt diſcoopertę ut uocãt nautæ, hoc
eſt nauigio emenſæ, ea autem ſunt amplitu
dine ut quaſi iuſtum integrũq; mundum
conficiant, in ijs, ut aiunt, inauditum eſt no
men Ieſu, earum unam quatuor potentiſſi
mi reges habuerunt, quam nunc ſolus poſ-
ſidet Petrus Corteſius, Catholicæ & regię
maieſtatis Hiſpaniarum Capitaneus ſupre
mus: Hinc ergo iam oritur quæſtio multũ
dubitabilis: Quomodo ſe res habeat cum
illis qui ſic neq; de baptiſmo neq; de Chri-
ſto quicq; audierunt, quum tamẽ nulla lex
liget niſi promulgato, aut an ad eos quoq;
pertineat & contingat Euangelium, ita ut
iſti quia non credunt in Chriſtũ, ideo dam
nentur: Hæc iuſta indigerent homilia, &
quia forſitan aliquid infra dicturi ſumus de
apoſtolatu, ideo hoc loco ſuperſedebimus.

4. Immenſum porro fructum oſtendit
dominus qui ex eorũ prædicatione ſit pro
uenturus, qui enim crediderit & Baptiza-
tus fuerit, ſaluus erit: Ecce duo ad ſalutẽ
neceſſaria proponit dominus, fidem, & ba-
ptiſmũ: Vbi tumultuantur magno tumo-
re elati Neochriſtiani, & ſæuiunt aduerſus
bona opera, clamantes ſufficere fidem, ope
ra omnia deliramenta eſſe & ad ſalutẽ nihil
conducere, ſiquidem credẽs & baptizatus
ſaluabitur: Huic errori occurrentes circun-
ſpiciamus ſingula, & uidebimus Lutherũ
nihil præſidij hic haurire, quia docet: Solã
fidem iuſtificare & ſaluare hominem: At-
qui dominus illud uſq; adeo nõ docuit, ut
contrarium etiam eius dixerit ſ. ſolam fidẽ
non ſufficere, niſi accedat baptiſmus, nõ au
tem hic tantum ſed & alibi docuit hoc do-
Ioh.3 minus dicens ad Nicodemum: Niſi quis
renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto nõ
poteſt intrare in regnum cœlorum, deinde
& ſi Euãgeliſta nullam hic facit mentionẽ
operum non tamen ea ideo omnino negle
xit dominus: Imo utendum eſt hic regula *de doct.*
B. Auguſt. in omnium ſcripturarũ cogni- *Chriſt.*
tione longe utiliſſima, de mutua earũdem
inter ſe collatione, & tunc uidebimus ean-
dem cõmiſſionem a Matthæo ſic deſcribi
in hunc modum: Euntes docete omnes *Math.28*
gentes, baptizãtes eos in nomine patris &
filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare
omnia quæcunq; mandaui uobis: Ecce q̃
ſupra fidem & baptiſmum neceſſaria ſint
etiam opera, quæ mandauit in hoc dominꝰ
ut ſeruentur: Cæcorum ſunt ductores qui
cũq; unum tantummodo locum inducũt,
neq; præter eum aliud inquirunt: Vel hoc
ſaltem ſcire deberẽt quod pro regula ponit *Li.1.c.5*
Auguſt. Quoniam quod unus Euangeli- *& 6.de*
ſta tacet, cõmemorat alter: & interdũ quod *con.Euã:*
uno in loco ſcripſit aliquis, deinceps inter-
miſit.

Neq; uero ſententia illa domi noſtræ
nata, aut per nos eſt excogitata, ſiquidẽ &
B. Gregor. iſtum errorem refutat graui- *Greg.*
ter, & ait, fortaſſe unuſquiſq; apud ſemetip
ſum dicit: Ego iam credidi, ſaluus ero, ue-
rum dicit, ſi fidẽ operibus teneat, uera ete-
nim fides eſt, quę in hoc quod uerbis dicit,
moribus non cõtradicit, de huiuſmodi qui
male & falſo credũt, inquit Paulus confitẽ *Tit.1*
tur ſe noſſe deum, factis autem negant, &
Iohan. Qui dicit ſe noſſe deum, neq; man
data eius ſeruat, mẽdax eſt, quę ſi ita habẽt, *1.Ioan.2*
debemus utiq; ueritatem fidei noſtræ pro-
fiteri in contemplatione uitę, quoniam tũc
uere fideles erimus, quando operibus im-
plemus quod uerbis pollicemur: Et ex illis
ſolis Gregorij uerbis diſcant Neochriſtia-
ni errorem ſuum agnoſcere & emendare,
At is iam ſolidus eſt illorum uerborũ in-
tellectus ex ſententia doctorum: Quicũq;
fide formata & per charitatem operantem *Gal.5*
crediderit, atq; Baptizatꝰ fuerit ſaluus erit,
q̃ ſi autem Neochriſtianus nudæ uoluerit
literæ inſiſtere, neq; permittere ut aliquid
de ſpiritu accedat, rurſus corruet: Eſto.n.
ut fidelis aliquis baptizetur, neq; tamen in
propoſita pietate ꝑſeueret ſed decidat, ecce
is non ſaluabitur, addendum ergo inſuper
eſt illud. Qui crediderit, & baptizatꝰ fuerit

& perſeuerauerit &c. Atq; ſic tractandæ & exponendæ ſunt ſacræ literæ, ut unius intellectum uerum ex alterius ſenſu petas. Nihil ergo uos moueat error iſte multis ꝑſuaſus imprudenter, ſolā ſine operibus ſuffi cere fidem, ponderate potius & amplecti
Eccle. 9 mini illud ſapientis conſilium: Quodcūq; poteſt manus tua conſtanter operare, con
Gal. 6 ſyderare illud Pauli, dum tēpus habemus operemur bonum, ueniet enim nox in qua nemo operari poterit, memores eſtote, ꝙ opera ueſtra manebunt uos, & conſequen
Apoc. 14 tur, quicq; bona fecerūt ibunt in reſurrectio nem uitæ, patriam fœlicitatis æternæ.

A M E N.

Homilia ſecunda in die aſcenſionis dominicæ, continens præmonitionem aduerſus errores parabaptiſtarū.

Niſi quis renatus fuerit ex ſpiritu & aqua non poteſt introire in regnum dei. Iohan. iij.

VT uulgare ita uerū eſt illud quod dici ſolet: Nulla calamitas ſola, Quum primum enim nōnulli ſub ſpecie Lutherani Euangelij exciderunt fi de & eccleſia catholica, ſtatim plures in fi de ſectiones ſubortæ ſunt, impleto ibi illo
2. Pet. 2 Petri dicto: Erunt in uobis magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis: Ita in Lutherana ſecta uel ſentina potiꝰ excreuerunt qui imagines, ſacramēta & miſſas impugnēt, enati ſunt parabaptiſtæ & ſpiritus neſcio qui, ut alias interim taceam ſectas plurimas & pernicioſiſſimas: Et parabaptiſtæ quidem conantur ſimplicibus imponere ex hodierno Euangelio, dicentes hāc eſſe cōmiſſionem dei ut credamus, & credētes baptizemur, paruuli ergo quū fidem non habeant, uanum & ſuperfluum fore ſi baptizentur: Error hic quia nō tantum eccleſiæ & ſacris literis, ſed etiam paruulorum aduerſatur ſaluti, quorum irreuocabile damnum inducit, ſ. damnationem æternam, condolere ſane & miſereri debēt omnes pij & ueri Chriſtiani, quoniam ut pulchre expendit B. Augu. qui nunc per Auguſt. Euangelium ſuum terribiliter & ſalubriter clamat: Niſi quis renatus fuerit ex aqua Ioh. 3 & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnū cœlorum, ipſe dudum clamat per ſuam le Gene. 17 gē: Anima cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit: Quamuis enim infantuli propriā trāſgreſſionem uel actuale peccatum non habent, non ſunt tamen coram deo innocentes & mundi, ſiquidem originale peccatum habent, quod eos peccatores, noxios, culpabiles & indignos regno cœlorum efficit, priuans ipſos gratia dei: Vt ergo ueſtem innocentiæ rurſus acquirant, gratiam dei conſequantur, & capaces fiant ingreſſus regni cœlorum, oportet eos baptizari, iuxta uerbum domini: Niſi quis renatꝰ fuerit: Atq; hoc principij huiꝰ Thema ſit & exordium, nunc imploremus auxilium diuinū dicentes: Aue Maria gratia plena.

In hoc præſenti ſermone dilectiſſimi in domino, primū omnium docebimus ſemper fuiſſe hunc uſum in eccleſia ut paruuli baptizentur, deinde oſtendēdum erit paruulos admodum indigere baptiſmo: Mox eſſe hoc conſonum ſcriptis utriuſq; teſtamēti, poſtremo rationes aduerſariorum refutādę ſunt, quibus ipſi tergiuerſantes nituntur paruulos defraudare baptiſmo.

Et principio quidem ab ipſis iam inde temporibus apoſtolorum mos fuit in eccle ſia baptizandi paruulos, autor & teſtis eiꝰ C. 7 eccl. rei nobis adeſt Dionyſius S. Pauli diſcipulus, qui docet quomodo infantes q myſte Hierar. ria dei per ætatem adhuc cognoſcere non poſſunt, participes tamē fiant aquæ baptiſ Pueros matis & ait: Iſtud cū pijſſimis ducibus no baptiza: ſtris (ita ſolet appellare apoſtolos) in mentem ueniſſet, uiſum eſt admittere infantes hoc modo, ut naturales oblatiꝰ paruuli parētes, puerū uni ex fidelibus tradāt pręclaro diuinarum rerū magiſtro, ſub quo iam puer fit, quaſi ſub patre diuino ſanctæq; ſalutis alumno: Hunc itaq; ꝓſul ſpondentē

puerum

puerum iuxta ſanctam educaturum uitã, requirit ut abrenunciationem profiteatur, fidemq; confiteatur: Ecce quomodo etiam temporibus apoſtolorum paruuli baptizati ſunt ſub promiſſione patrinorum: Porro poſt apoſtolorum tempora annis centum forſan & quinquaginta presbyter quidam Fidus in Aphrica cœpit contra tunc eccleſiæ ritum aliquid moliri, uolẽs paruulos in biduo ac triduo poſt natiuitatem non eſſe baptizandos, huic ſcripſit cõcilium Aphricanum in quo etiam fuit Sanctus Ciprianus doctor & martyr inſignis, longe aliud in cõcilio noſtro omnib. uiſum eſt, in hoc enim quod tu putabas eſſe faciendum, nemo conſenſit, ſed uniuerſi potius iudicauimus, nulli hominum nato miſericordiã dei & gratiam denegandam: Poſt hæc annis forte ducentis ita ſcripſit Augu. ſuper geneſim, conſuetudo matris eccleſiæ in baptizandis paruulis nuſq; ſpernenda eſt, neque ullo modo ſuperflua deputanda, nec omnino credenda niſi apoſtolica eſſet traditio: deſcripſit idem hanc materiam duobus libris ad Macellinum ſub titulo de peccatorum remiſſione: Vidit libros illos Auguſtini Hieronymus & laudauit, ſicuti ſtatim fundamentum Auguſtini inducem⁹, Ipſe quoq; Hieronymus aduerſus Pelagianos confitetur paruulos eſſe baptizandos, ut eis peccata in baptiſmo dimittantur.

Li. 3. epiſ. ad fidum

Li. 10 c. 23.

Cõ. Mile.

Ad extremum accedit & autoritas ſancti concilij Mileuitani cui ſanctus etiã Auguſti. interfuit, ſic autem habet: Placuit ut quicũq; paruulos recentes ab uteris matrũ baptizandos negat, aut dicit quidem, in remiſſione peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati qđ regenerationis lauacro expietur, unde fit conſequens, ut in eis forma baptiſmatis in remiſſionem peccatorum non uera ſed falſa intelligatur, anathema ſit. Audin hic condemnari, qui paruulos negant baptizandos, eadem quoq; hæreſis quum repullulaſceret ſub Nicolao papa rurſus con ſopita & oppreſſa eſt.

Si pergam euoluere reliqua & ad ſequẽtia tempora deſcendere: Ecce inuenio tempore Syricij papæ errorem hunc quoq; recruduiſſe, non quidem plane eũdem, quia non de paruulis a baptiſmo arcendis, ſed quia nonnulli in hac fuerant ſententia, ꝙ baptizati ab Arrianis alijs ue hæreticis reuerſi ad eccleſiam denuo eſſent baptizandi, ibi tã exoſam habuere patres rebaptizationem ut noluerint eos rebaptizari debere, quoniam id prohibet apoſtolus, uetãt leges eccleſiaſticę, ſtatutaq; Liberij cui⁹ ſanctionem uniuerſa tenet eccleſia orientalis & occidentalis.

Cõ. Aph.

Ita in primo concilio Aphricano quod in Chartagine habitum eſt articulus primus de hac re fuit, & ita decretum: Illicitas eſſe ſancimus rebaptizationes & ſatis eſſe alienum a ſyncera fide & catholica diſciplina: Cõmemoratur ibidẽ, quomodo in hoc errore omnium maxime ſæuierint furor & inſania quæ ſectas inſequi ſolent.

2. Nunc porro oſtendere pergamus quantum indigeant paruuli baptiſmo, baptizati etiam quam multũ & uberem fructum inde percipiãt: Atq; hic duę antiquę hæreſes corruunt quę baptiſmum paruulorum reiecerunt, fuerunt enim hæretici quidam Hierachitæ, ij uoluerunt paruulum nullum in cœlum peruenire poſſe, ſiquidẽ nemo in cœlum intromittatur niſi qui legittime certarit, & ibi aliquid meruerit, autore Auguſt. de hęreſibus, ad Quouult deum, & ij quidem paruulos non baptizarũt rati baptiſmum eis nihil profuturum, fuerunt adhuc alij Pelagiani qui etiam non baptizarunt paruulos, dicentes eos baptiſmo nõ egere, quia peccatum originale nõ haberent, inde putarunt eos etiam non baptizatos peruenire in cœlum: Contra hos multa ſcripſit Augu. contra Iulianum de baptiſmo paruulorum, ad Marcellinum, de natura, & gratia, de correptione & gratia, in lib. hypognoſticõ, & ad Cęleſtinũ, quibus omnibus Auguſtinus hos & huiuſmodi alios plures Pelagianorũ errores ualide confutat argumẽtis & locis ſcripturę, maxime uero in lib. de origine animæ.

Auguſt.

Auguſt.

At nos ex illa ampliſſima meſſe quoſdã

p̄uuli habent peccatum originale

nobis deſumamus manipulos eoſq; religemus, ex prolixis tractationibus paucula colligamus: Paruuli ergo cōmuni uſu naturæ nati ex Adam & poſteris eius, niſi peculiari ſint a deo donati priuilegio, naſcuntur omnes in peccato originali, quod eos excludit a regno cœlorum: Cōcluſio hæc eo pluribus uerbis proponitur ut excludat Chriſtum, & Mariam matrem eius, de ea enim, ut ait etiam Auguſt. propter honorem Chriſti nullam prorſus quum de peccatis agitur, uolumus habere mentionem:

Lib. 1. de natura et gratia.

Vltimā declaratiōis partē propter Zuinglianos poſuimus, qui peccatum quidem originale admittunt, ſed peccatum eſſe negant, & adfirmant defectum eſſe naturalem, unde ſequeretur certo nihil prodeſſe baptiſmum paruulorum, ſicuti prędicauit Zuinglius cum ſequacibus ſuis Leone Iudæo & Sebaſtiano Hoffmayſter a Schaffhauſſen, & reliquis magiſtris perditionis, quamuis in illo articulo ut hæretici inſtabiles, a ſupremo omnium hæretico in hac re, Baldaſaro defecerunt: Nos autem concluſionem hāc noſtram aduerſus nouos & ueteres Pelagianos confirmemus

Zuingl. contra Baldaſ.

Principio Dauid inquit: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: Nunquid Dauid ait Auguſt. de adulterio natus erat, de Ieſſe uiro iuſto & coniuge ipſius, quid eſt ergo, ꝙ dicit ſe in iniquitate conceptum, niſi quia contrahitur iniquitas ex Adam, nemo ſiquidem naſcitur niſi trahens pœnam, trahens meritum pœnæ, quod eſt peccatum,

Auguſt.

Deinde Iob dicit neminem eſſe mundum coram domino ac ne infantē quidē, cuius uita eſt una dies ſuper terram, quod ſi uni⁹ diei infantulus immundus eſt, unde obſecro niſi ex originali peccato cōtraxerit immundiciam iſtam? Ad hæc Paulus ait, omnes indigent gloria dei, quia omnes peccauerunt, id quur nō ſit etiam de paruulis dictum, quoniam & ipſi indigent gloria dei, & propter eos etiā Chriſtus paſſus & mortuus eſt, ſic aliquanto clarius dicit idem deinceps, Sicut per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt: Ecce quoniam omnes peccauimus, & ideo omnes morimur, unde immunes utiq; non ſunt paruuli, ad quos etiam pertranſit per oſtiū peccati: Sequitur, propter unius peccatū multi mortui ſunt, & inde concludit, ſicut per unius delictum in oēs homines in condemnationem, ita per unius iuſticiā in omnes homines in iuſtificationem uitæ: Et ſicut per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita per unius obedientiā iuſti cōſtituentur multi: Quid poterat de peccato originali apertius dici, quod per unum hominem irrupit in mundum, quum tamen inde omnes iuſtificentur per Chriſtum: Alibi teſtatur apoſtolus nos omnes natura fuiſſe filios iræ, nemo autem in ira dei eſt, niſi propter peccatum.

Iob. 15. cū concord.

Rom. 3

Rom. 5

Ephe. 1

Ineptum admodum eſt quod impoſtores illi perſuadere conātur ſimplicib⁹, ideo paruulos non habere peccatum originale, ꝙ eos dominus inde liberarit: Rſponſum ijs uolumus, quia ſicut Chriſtus paruulos liberauit a peccato originali, ita & omnes homines a peccatis redemit, quoniam pro omnium peccatis ſatisfecit, iuxta illud, Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non pro noſtris tantum, ſed & pro peccatis totius mundi, ſicut autem non ideo non ſumus a pc̄tis immunes, ꝙ inde nos liberauit dominus, quoniam adhuc peccatum manet, niſi meriti Chriſti, ꝑ ſacramēta & opera bona efficiamur participes: Ita peccatū originale eſt quidem ſublatū per Chriſtū, nō quia nō ſit, ſed quoniā meruit Chriſtus & eius meriti uirtute, ſacramentum baptiſmi efficaciam habet delendi peccatum originale, ut ſic non male remiſſio peccati baptiſmo tribuat̄ in ſacris literis, iuxta illud Pauli, ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, & in alio loco, purgans eccleſiam lauacro aquæ in uerbo uitæ: Ita habet profeſſio eccleſiaſtica in ſymbolo: Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorū: Hinc articulus ille de paruulis non natis in peccato originali

1. Iohan. 2

Tit. 3

in concilio Mileuitano condemnatus gra-uiſſime eſt.

3. Simulatq; iam ſatis proſequuti ſumus quomodo ſemper paruuli baptizati ſint in eccleſia, & quod illi baptiſmo multũ indigeant, eo quod peccatum habent originale, cuius gratia damnati ſunt & diuino deſtituti aſpectu in perpetuum, reliquum eſt docere baptiſmum paruulorum tum ſacris literis, tum rationi eſſe conſentaneum, dixit enim dominus Abraham: Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & uos, Infans octo dierum circũcidetur in uobis, Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit delebitur anima illius de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit: Ex hoc textu facile licet uſum eccleſiæ confirmare, idq; in hunc modum: Paruuli ueteris legis capaces fuerũt pacti diuini, quid obſtabit quo minus & paruuli nouę legis, legis gratiæ, capaces ſint pacti & fœderis diuini, ſicut & in ueteri? Deinde licet infans ueteris teſtamenti neque credebat, neque uſum rationis habebat, tamen ſi non circuncidebatur delebatur memoria eius de populo; Quur non & anima paruuli iam nõ baptizati deleret̃ de populo Chriſtiano: Conſtat inſuper baptiſmum in eccleſia ſucceſſiſſe circunciſioni in ſynagoga, merito ergo paruulis dari debet iã baptiſmus ut olim circunciſio: Miſerabile alias eſſet tot paruulorum milia excluſa eſſe debere a catholica eccleſia: Aut qua temeritate licebit iſtis tot Chriſtianorum infantulos reijcere a gratia Chriſti & promiſſione? quum tamẽ Chriſtus ipſe paruulus natus fuerit, & propter eum paruuli innocentes crudeliter occiſi ſint ab Herode.

Gen. 17

Paruulos baptiſandos.

Math. 2

Iohan. 3

Porro dicit & dominus ipſe ad Nicodemum: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto non poteſt intrare in regnum cœlorum, ergo ſi ingredi uolũt paruuli in regnum dei, oportet eos baptizari, & ſine baptiſmo non poſſunt intrare in cœlum: Ecce quam uniuerſale & commune ſit legis huius præceptum, unius ſacramẽti omnibus communis, in communi elemento aquæ: Quod ſi non eſſet, deum immortalem quam male cum paruulis ageretur, quantum illi negligerentur, ſi aduerſus peccati originalis malum, nullum haberent inſtitutum remedium?

Ad hæc dixit in Euangelio dominus, Sinite paruulos uenire ad me & nolite prohibere, talium eſt enim regnum cœlorum, Et quur tandem impedire conantur Catabaptiſtæ paruulos, quo minus ad dominũ perueniant, quur prohibent, quur arcent a ſacramento baptiſmi: quum tamen Chriſtus ipſe amplexus paruulos benedixerit, Magnaque & multa teſtantur miracula quanto deus amore proſequutus ſit paruulos. *Math. 19*

Præterea promiſſio gratiæ Chriſti non tantum adultis ſed & paruulis facta eſt, ſicut Petrus ait: Vobis eſt repromiſſio & filijs ueſtris & omnib. qui longe ſunt: Quod ſi repromiſſio etiã paruuloru eſt, quur Catabaptiſtæ eos non ſinunt ad repromiſſionem peruenire: Quur inuident Chriſto gloriam & laudem ex infantibus, ſimiles phariſęis qui ſuſtinere non poterant, Chriſtum a paruulis laudari in templo, quibus obiecit dominus: An non legiſſent illud in pſalmis: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem tuam propter inimicos tuos: Quur perpeti nolunt Catabaptiſtæ ut & paruuli perueniant in cætum eccleſiæ catholicæ, quum tamen propheta in ueteri lege expreſſe eos conuocarit in numero ſynagogæ, quoniam ſic dicit Iohel, Canite tuba in Sion, ululate in monte ſancto meo, ſanctificate ieiunium, uocate cætum congregate populum, ſanctificate eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos & ſugentes ubera: Quur tu infœlix Chriſtiane paruulos excludere paras ab eccleſia & ipſis fędus Chriſtiani pacti denegare?

Act. 2 *Math. 21* *Pſal. 8* *Iohel. 2*

Et ut aliquando finiamus, quamuis nuſquam in actis apoſtolorum legantur paruuli baptizati, tamen euidens ibi præſumptio eſt, nam quando in die pentecoſtes ad primũ Petri ſermonem baptizata ſunt tria milia hominũ, quis credat uiros illos omnes fuiſſe eo quod non fiat mentio mulierum, deinceps ubi de quinque milibus narrat hiſto-

Act. 2 *Act. 4*

ria, uiros tantum cõmemorat, mulierũ &
paruulorum non meminit: An ne ideo ne
que mulieres ſint neq; paruuli baptizati, ſi
ne dubio uiri ſe ſimul cum uxoribus & libe
ris baptizari permiſerunt, nam ſi dicas par
uulos non eſſe baptizatos, eo ꝙ ſcriptum
illud nõ ſit, eadem ratione dixero & mulie
res baptizatas non eſſe ꝙ earum in iſtis lo-
cis mentio nulla fiat. Ad hæc ipſi q̃q; ſine
dubio murmuraſſent uetuli Iudęi dicẽtes,
ſi baptizati nõ fuiſſent paruuli eorũ: Ecce
circunciſionem paruulorũ a deo habemus,
ꝙ ſi ergo circunciſionem auerſamini, age
aliud ſaltem filijs noſtris date ſignum fęde
ris, quod ſane apoſtoli aliud a baptiſmo
Col.2 nec oſtendere neq; conferre eis potuiſſent,
quod circunciſioni ſucceſſiſſet ſicut in mul
tis locis Paulus teſtatur: Aut quomodo tã
dem reſpondere uoluiſſent illi parentibus
baptiſmum liberorum ſuorum obnixe pe-
tentibus? ſane paſſuri non erant filios ſuos
fędere pacti diuini carere, aut poti⁹ eos cir-
Gal.3 cuncidiſſent, ſic Paulus ait, oẽs filij dei eſtis
per fidem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quicũq;
enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum
induiſtis, ſed quid obſtat quur non & par-
uuli induant Chriſtum: Quod ſi ad figu-
ras etiam reſpiciamus, ubinam paruuli ſint
in ueteri teſtamento typice baptizati, uide
bimus etiã illos typice in ueteri teſtamen-
to eſſe baptizatos, quur itaq; non & in no-
uo baptizari debeant in ueritate? Id ita eſſe
1.Cor.10 ſuffragatur nobis ſententia Pauli qui dicit,
Exo.13 Nolo uos ignorare fratres quoniam patres
noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes
mare tranſierunt & omnes in Moſe bapti-
zati ſunt in nube & in mari: Et inde: Hæc
omnia in figura contingebant illis: Quod
ſi rem geſtã inſpiciamus, ecce adulti iuue-
nes & ſenes egreſſi ſunt, ſicut dixit Moyſes
Exo.16 ad Pharaonem: Cum paruulis noſtris & ſe
nioribus pergemus, cũ filijs & filiabus, cũ
ouibus & armentis: Ergo liberi & paruuli
ſimul cum parentibus pertranſierunt mare
aut deportati ſunt per illud, ſicq; typice ba
1.Pet.3 ptizati ſunt in nube & mari: Inſup Petrus
docet diluuium fuiſſe typum baptiſmi, fue
rũt aũt in diluuio iuuenes & ſenes, etiã par
uuli, quur itaq; paruuli excludendi eſſent a
baptiſmo?

Magna quoq; eſt iniuria & contume- Rebapti-ſari.
lia in ſpiritum ſanctum, hominem aliquem
rebaptizari, eo ꝙ hoc ſacramentum iterari
non debet, ſicut & confirmatio & ordo, ra
tio eſt ꝙ in illis ſacramentis a deo character
imprimitur in animam fidelium, unde co-
gnoſcantur eſſe confęderati pacti diuini, ſi
cut alibi ex fundamento ſcripturarum pro Tomo.2 fol.77 a
bauimus, contumelia eſt ergo ſpiritus ſan-
cti in rebaptizato, dum qui denuo baptiza
tur iam ante impreſſum ſibi habet ſignacu
lum ſpiritus: Et de rebaptizatione loqui-
tur Paulus ad Heb. dicens: Impoſſibile eſt Heb.6
eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt
etiã donũ cœleſte, & participes facti ſunt
ſpiritus ſancti, guſtauerũt nihilominus bo-
num dei uerbum, uirtuteſq; ſæculi uentu-
ri & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœ-
nitentiã, rurſum crucifigentes ſibi metipſis
filium dei & oſtentui habentes: non ſunt
enĩ uerba hęc intelligẽda de pœnitẽtiæ ſa-
cramento, ſicut in hoc errarũt Nouatiani,
ſicut ex ijs uerbis confirmat Ambroſius.
Quilibet Chriſtianus ſcit ſibi deum remit-
tere peccata, quotienſcunq; uenit pœniten
tiam agens, unde & interrogãti Petro, ſe-
pties ne deberet ille in die dimittere fratri?
reſpondit dominus, etiã ſeptuagies ſepties. Math.18
Et ſic Paulus quum non prohibeat repeti
tionem pœnitentiæ, tantum putat gemi-
nationem baptiſmi & eius quæ in baptiſ-
mo eſt renouatiõis, eo ꝙ impoſſibile ſit hu
iuſmodi hoĩes renouari, neq; aliud ꝙ̃ uel
le rurſus crucifigere filium dei & habere lu
dibrio: Ex ijs uerbis Pauli clare ſequitur
alterum baptiſmum nihil operari in anima
baptizati, niſi ꝙ ille grauiter peccat, eludẽs
Chriſtum & amariſſimam eius paſſionem
ac mortem: Huiuſmodi etiam homines ſi-
cut primo baptiſmo liberati & erepti ſunt
ex poteſtate diaboli, factiq; membra Chri-
ſti, ita deinceps quia rebaptizati, contem-
nunt meritum Chriſti, & uirtutem ſpiritus
ſancti in baptiſmo operantis nihili faciunt,
rurſus ueniunt in poteſtatem diaboli, duri
ter obſtinantur, peneq; inſani redduntur, Inſania
ita ut temerarij in mortẽ irruant inſtar ani- rebaptiſa
malium brutorum: Quur id inquies, quo- torũ.
niam

niam uirtus baptiſmi, imo & ipſa efficacia
paſſionis Chriſti, in eis perdita eſt, iamque
præualet in eis inſidiator generis humani
excęcans eos, & furioſos efficiens, ut igno-
rent tandem quid agant quidue dicant,
quod & ipſi fatentur, ſi quando per gra-
tiam dei redeant ad cognitionem peccati,
Atque hæc cauſſa eſt quur uitã ſuam adeo
nihili faciunt, immemores ſui liberorumq;
ſuorum, hoc enim & eo amplius quiddam
poteſt diabolus, qui ſii dololatras in tãtum
furorem conuertit, ut proprios ſuos libe-
ros ſacrificarent dæmonijs & igni abſume
Deut. 12 rent, ſicut teſtatur etiã Iudæos hoc feciſſe
Pſal. 105 Dauid quũ ait: Immolauerũt filios ſuos &
filias ſuas dæmonijs, & effuderunt ſangui-
nem innocentem, ſanguinem filiorum ſuo-
rum & filiarum ſuarũ quas ſacrificauerunt
ſculptilibus Chanaan: Quę inſania nonne
ab omni humanitate alieniſſima eſt, ultro
proprios comburere liberos, quũ interim
bruta animalia uitam ſuam pro fœtu pro-
leque impendant, & quũ hoc facile poſſit
diabolus, quomodo nequeat & Catabapti
ſtas gratia baptiſmi priuatos eo modo obſi
dere, ualide ita indurare, ut temerarie ignis
flammas intrent nihilo diuerſi a furioſis,
Dominus deus illos omnes illuminet
quatenus gratiam & prerogatiuam
baptiſmi rurſus conſequantur, ſicq;
cum ijs, qui ex aqua & ſpiritu
renati ſunt intrare poſſint in
regnum cœlorum, quod
omnibus nobis conce-
dat Chriſtus do
minus no
ſter.

A M E N.

Homilia tertia in die aſcenſionis domini contra hæreſim parabaptiſmi.

Niſi quis renatus fuerit ex ſpi-
ritu & aqua &c. Iohan. iij.

INiquũ eſt paruulo ex Chriſtianis De conſ.
parentibus nato prohibere baptiſ- Diſt. 4
mũ, ſed Chriſtianũ adultũ denuo rebaptiza
baptizare imaniſſimũ ſcelus ẽ, ut ait Aug. re. leo. cũ
uſq; adeo rebaptizatio maximi pctĩ loco ha itaq;, eadẽ
bita ſemp̃ eſt, ſicut & Leo añ mille ãnos & diſt.
ultra ſcripſit: Scimus inexpiabile eſſe faci-
nus, quotiens iuxta hæreticorum dogma-
ta, contra ſanctorum patrum inſtituta, co-
gitur aliquis lauacrum quod regenerandis
ſemel tributum eſt, bis ſubire, apoſtolica
reclamante ſententia, quæ nobis prædicat
unam in trinitate deitatem, unam in fide
confeſſionem, & unum in baptiſmate ſa-
cramentum. Vnde & in hæc tempora c. eos
uſque magna & grauis inſtituta eſt pœna quos ea-
rebaptizatoribus in iure canonico, quo ſic dẽ diſt.
cautum eſt, ut epiſcopi & presbyteri qui ſe
denuo baptizari permiſiſſent per omnem c. qui bis
uitã a ſuo ſuſpenderentur officio, deinde ſa
cramentũ euchariſtiæ ut laici ſub unica tm̃
ſpecie ſumerent, laici autẽ & reliqui homi-
nes ꝓphani ſi bis ignoranter baptizati ſunt
nõ indigẽt pro eo pœnitere, niſi q; ſecundũ
canones ordinari nõ poſſunt, qui autẽ non
ignari iterũ baptizati ſunt, quia quaſi iterũ
crucifixerũt Chriſtũ, per. 7. annos pœni
teant, quarta & ſexta feria, & tres quadrage
ſimas ieiunent: Neq; uero illud canonibus
tantũ, & ciuilibus legibus eſt ſancitũ, ſicuti C. ne. ſac. bapt. reit.
peculiaris extat in codice titulus ne ſacrum
baptiſma reiteretur, ubi Imperatores Va-
lentinianus Gratianus & Valens ſic ſtatue L. 1
runt: Eorũ condemnamus errorẽ qui apo-
ſtolorũ p̃cepta calcantes, Chriſtiani nomi-
nis ſacramẽta ſortitos alio rurſus baptiſma
te nõ purificant ſed inceſtant, lauacri noĩe L. 2
polluentes. Imp. etiã Honorius ſic decreuit,
qm̃ ſi quis rebaptizare quẽpiã de miniſtris
catholicę ſectę fuerit detentus, una cũ eo q
piaculare crimen commiſit, & hic cui per-

ſuaſum ſit ultimo ſupplicio percellatur, ultimo ſupplicio, gloſſa habet, quod mortem interpretamur ff. de pœna l. ultimū. Sunt quidem qui dum inepte defendunt parabaptiſtas, magiſtratus ſæculares incuſant iniquitatis ꝙ illos morte adficiunt, unde & uolunt extremum ſupplicium non eſſe mortē, quaſi ſit alia pœna ulterior morteq; inferior: Quodcunq; ergo defenſores iſti Catabaptiſtarū dederint ſuppliciū inferius morte, extremū dici nō poterit, ſiquidē adfligi ſemper adhuc magis poſſent in morte: Hæc nō eo dico quaſi tanta mihi ſit humani ſanguinis ſitis, ut uoluptatem capiā ex miſeranda deploratorum hominum cæde, quos quis non mallet conuerſos ſaluari, ſed ideo tantum cōmemorauimus, ut ſic in magiſtratu ſeculari poſiti, habeāt in quo ſaluent & expurgent conſcientiam ſuam, neq; ſe ipſos aggrauent ex cuiuſcunq; rudis & imperiti hominis ſermōibus ineptis, *Roma. 13* ſiquidem qui princeps eſt non fruſtra gladium portat ſed in uindictā malorum: *Li. hi. ca. de apo.* Ita cenſent decernendum Theodoſius etiam & Valentinianus & Archadius, ſanctum Baptiſma inhonorantibus nullo remedio pœnitētię quę ſolet alijs criminibꝰ adeſſe, ſuccurritur. Vnde colligere quilibet facile poteſt nouum non eſſe Catabaptiſtas a magiſtratibus dignis ſupplicijs tractari, quando illud Imperatores ante mille annos in ſuis legibus ſtatuerunt, cū quis iſti noſtrorū temporum Catabaptiſtę antiquos illos malitia & peruerſitate multis modis ſuperent, propter alios multos horribiliores errores & blaſphemias, quibus irretiti ſunt aduerſus ſacramēta, contra miſſam, ipſamq; Mariam matrem dei, aduerſus confeſſionē & omnia opera bona: *C. oſtendimus. c. Ro. pō c. a quodam de cōſ. diſ. 4.* E quibus nos nunc parabaptiſmum tantum confutabimus qui ſemper adeo exoſus fuit eccleſię, ut conſtitutum ſit aliquem denuo baptizari non debere etiamſi ab hæretico: Iudæo aut gentili baptizatus antea fuiſſet, dummodo ibi legittima obſeruata eſſet forma eccleſię: ſic que in multis concilijs decretum, ſanctiſq; patribus eſt placitum, paruulos baptizari debere ſub amiſſione & priuatione ſalutis æternæ, quoniam ad eos pertingit illa ſententia Chriſti, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu &c.

Aue Maria.

Cuilibet Chriſtiano ſatis hoc eſſe debet, ut credat firmiter, baptiſmum illum, quē in infantia ſuſcepit ſufficere ſibi ac neutiq; perſuadeatur alium de integro ſuſcipere Baptiſmum, nō tam ipſi quidem baptiſmo ꝗ ſpiritui ſancto in calumniā & contumeliam, quoniam quum Paulus Liddam cum tota familia baptizauit, quis non credat tunc etiam paruulos eſſe baptizatos & mulieres? *Act. 16* *1. Cor. 1* ſimiliter quando idem totam familiam Stephanæ baptizauit: Et quid tādem miſericordem & benigniſſimum Chriſtum impediat, quo minus nūc quoq; paruulos ſuſcipiat, qui iam olim eos in ueteri teſtamento benedixit, ſic enim ait: *Deut. 7* Si poſtꝙ audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & dominus deus tuus pactum tibi & miſericordiam, quam iurauit patribus tuis, & diliget te ac multiplicabit benedicetq; fructui uentris tui: Quod ſi iā deus benedixit filijs Iudæorum, quur non & Chriſtianorum liberos benedictione dignaretur gratia baptiſmi, ſicut ſuperiori homilia confirmauimus: Vnicū reſtat adhuc ut falſas eorum perſuaſiones & uaniſſima fundamenta declinemus, oſtendamus etiā ubi ſacris literis abutantur, & earum uerū intellectum eos doceamus.

Principio fortiter in hoc pedem figunt, ꝙ baptizandus nemo ſit niſi ſecundum legem, & præceptum dei: Iam uero mandauit dominus ipſeq; adeo Chriſtus ſic dixit diſcipulis: *Mat. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo et in terra: Eūtes docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Hic admodū cōtendūt parabaptiſtę & clamitāt, neminē eſſe baptizandū niſi prius doceatur & credat: Cōfirmāt hoc ex Euāgelio Marci quū dicit dn̄s, *Marc. 16* Euntes in mundum uniuerſum prædicate Euangeliū omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui autē nō crediderit cōdēnabitur: Adducūt ad illud etiam id quod Petrus dixit, pœnitentiam agite

agite,& baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu, ubi pœnitentia præmittitur ante baptiſmum, quæ tamen in paruulis eſſe non poteſt.

Reſponſio, Verba Chriſti utiq; concedimus quoniam uera ſunt, ſicut ibi leguntur ad literam, ſiquidem ibi cõmiſit dominus apoſtolis Euangelium prædicare per uniuerſum mundum,& fideles baptizare: Vera hęc omnia,ſed ꝙ tu infers,neminem baptizari debere niſi ei antea prædicetur, & ipſe credat,hoc ſane ſomniũ & cõmentum tuũ eſt, nec aliquod habet in ſacris literis fundamentum, nam dum illud coacte ex hoc textu colligis,erras turpiter & peruertis quod uiolandum non erat(eſt mera hęc fallacia conſequentis, quum a negatione antecedentis,infertur negatio conſequẽtis) Sane debebant apoſtoli & docere & baptizare credentes, ſed in negando ſic procedẽdum nõ eſt ut dicas,ergo qui non docetur, baptizari non debet, fallax hæc conſequẽtia eſt, ſpeciem tantum habens bonitatis, quũ bona nõ ſit, ut pueri docẽtur in ſcholis:Vis exemplum ſimile,bona hæc eſt conſequentia ſi dico: Homo eſt, igitur intellectuale eſt: Cum negatione non bene ſequetur:Homo non eſt, ergo intellectuale non eſt,nam &angelus quum homo non ſit,rationem tamen habet,& ſic conſequens poteſt ſubſiſtere ſine antecedente, & baptiſmus in paruulis eſſe poteſt,in quibus neq; doctrina nec fides propria præcedit.

2. Quod ſi parabaptiſtæ ut ſunt pertinaces, in hoc perſeuerare cõentur,ſententiam Chriſti fuiſſe,ſicuti & fuit,doctrinam apoſtolorum debere præcedere baptiſmũ, & id nos recipimus iuxta cõmiſſionis modum,& ſicut tunc erant res fidei, quia tũc oportebat doctrinam præcedere baptiſmũ adultorum ſimul & paruulorum,adultorũ quidem quia niſi edocti prius fuiſſent,baptiſmum nunq; ſuſcepiſſent, paruulorum autem,quoniam niſi antea parẽtes cognouiſſent utilitatẽ baptiſmi,neq; liberos ſuos baptizari permiſiſſent.

Hic itaq; textus nihil aliud probat,niſi oportere doctrinam præire baptiſmum, quod & uerum eſt, ſed quod nobis Catabaptiſtæ illud nominis coarctant, adſtringentes & paruulos ad doctrinam,hęc ſane ſententia Chriſti non eſt,ſed ſufficit in adultis præmitti doctrinam, ſicuti doctrina & lex Abrahę data ſatis erat,qui deinceps circuncidit filium ſuum Iſaac,ignarum quid ageret uel operaretur circũciſio,ſed de hoc paulo poſt dicemus quomodo fides parentum ſufficiat etiam liberis: Argumentum hoc Catabaptiſtarũ Neochriani diſſoluere conantur, per hoc ꝙ etiam doctrina ſequatur baptiſmum, frigide nimis & inepte,nã & Catabaptiſtæ & neochriſtiani & nos catholici omnes fatemur ultra doctrinã etiã ſequi baptiſmum, atq; in eum uſum prædicatores & alij præfecti ſunt inſtituti, hoc docere debebãt illi,quomodo doctrina pręcedat baptiſmum,ſicut iam explicauimus de adultis. *Lutherani male ſoluunt rationem Anabaptiſtarum.*

3. Ad hæc oportet hic parabaptiſtas collatione ſcripturarum adhibita uidere quæ nam præcipua cuiuſq; ſit ſententia, Nos ergo ſi recte aſpiciamus hũc textum, uidebimus non hanc capitalem ſupremam que fuiſſe intentionem, qui nam Baptizentur & qui non, ſed illam, ꝙ hic prædicandi officium apoſtolis iniũctum eſt, qui fidem per uniuerſum mundum in omnibus gentibus plantarent, & hinc baptizãdi munus uelut appendicis loco iniungitur, qui prædicationem illam & fidem ſuſcipiebat, is etiam baptizabatur: Nihil hic de baptiſmo peculiare poſitum eſt præter formam, quæ erat ut baptizarent in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: Cui autem neceſſarium ſit baptiſmus Chriſtus hoc loco nõ docuit, quod inde colligimus quia ſequitur: Qui nõ crediderit condemnabitur, nõ enim dicit: Qui non baptizatus fuerit, ſicut illud pulchre expendit Bernardus. Cęterum ſi conſyderare uelimus ſacramenti huius neceſſitatem & quibus cõducat, inueniemus illud in Iohanne,quũ dicit dñs: Niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua & ſpiritu,non intrabit in regnũ cœlorum: Generalis eſt hæc loquutio ut inquit, Aug. oẽs homines tangit ſenes & iuuenes *Bernhar.* *Ioh. 3* *Auguſt.*

etiam infantes, ergo ſi ad regnum cœlorum peruenire uolent, oportet eos baptizari.

Li. 83 queſ. 4. Augu. etiam ait ꝙ circunſtantiæ illuminent ſcripturæ ſenſum, & illæ igitur hic ponderatæ ſi fuerint, ubi demandauit dominus legem Euangelicam prædicari debere, uel hæc ſola circunſtantia docet de adultis hic agi, & præceptum hoc ad paruulos nihil pertinere, ut ſic de illis ex loco neq; adfirmatiue neq; negatiue colligi quicquam poſſit, ꝗuis ſequitur ꝙ credentibus adultis & baptizatis, baptizati ſint etiam paruuli, quod tamen ex illo textu minime ſed ex Iohan. c. 3. elicitur. Vnde iam ex ijs omnibus conſtat, neochriſtianos ex hoc contextu nihil omnino poſſe aduerſus ecclesiam catholicam ſuſtinere: ꝙ Lutherani ponderant uerbū, omnes gentes, nihil probant contra catabaptiſtas, quia non comprehendit pueros, dicerent ipſi, quia ex textu euincitur ꝙ loquatur de gentibus docēdis, ſed paruuli non docentur: Et ſic apparet etiam reſpōſio ad locum Petri, qui quū ſenioribus loquebatur interrogantibus eū quid facere deberent, ubi ſtatim ſubiunxit ille de pœnitentia agenda, quod utiq; ad paruulos nihil pertinet, quamuis citra dubium parētes baptizati ſuos etiam liberos deinde permiſerint baptizari, quomodo Auguſt. ait baptiſmum paruulorum nos habere ab ipſis iam inde temporibus apoſtolorum, & ſubſcribit Dioniſius:

Mala ſolutio Lutheranorum. *Actu. 2* *Auguſti. Dionyſi.*

Luc. 3 Grego. 2. Deinde Catabaptiſtæ ſimplicibus ingerunt & obtrudūt exemplum Chriſti, quoniam ille non paruulus ſed trigeſimū iam agēs annum ſit baptizatus: Iam uero aiunt, conſtat omnem Chriſti actionem noſtram eſſe inſtructionem, ſicut ergo Chriſtus ipſe paruulus baptizatus non eſt, ita paruulū nullum baptizauit, ſed neq; ipſe nec apoſtoli illud facere uſpiam commiſerunt: concedimus ſane Chriſtum anno demum trigeſimo eſſe baptizatum, ꝗuis Auguſti. & Chryſ. putant eum illam ætatem iam exceſſiſſe, in quo non laboramus: ſed ut occurramus Catabaptiſtæ, dicimus primo, ꝙ ſi omnes circunſtantiæ baptiſmatis Chriſti deberent examinari & obſeruari, non baptizaremur baptiſmo Euangelico, ſed tantum baptiſmo Iohannis, quoniam in illo baptizatus eſt Chriſtus, ſecundum cōmunem doctorum ſententiam, ſicut & hiſtoria ipſa pulchre conſonat (niſi ꝙ hic Damaſ. eſt ſingularis) 2. Deinde ſequeretur neminem baptizari debere niſi qui annorum. 30. eſſet, quod ipſi etiam Catabaptiſtæ non obſeruant, quos uellem ego audire hic quur tandem illam Chriſti ætatem præuenirent. *Mat. 3*

Chryſoſt.

Ad hæc ſi omnes uellent baptiſmatis Chriſti ſeruare circūſtantias, oporteret eos tantum in Iordane baptizari, aut ad minimum in alio flumine. *Luc. 1*

4. Vt maxime Chriſtus in pueritia Baptizatus non ſit, tamē tunc quoq; aliud ſignum fœderis diuini ſuſcepit circunciſionē, ergo ex ipſo facto Chriſti colligitur nō decere ut paruuli ſint ſine ſigno fœderis.

5. Præterea rationes ſubſunt pregnātes & euidentes ꝙ Chriſtus tam diu expectauit, nāq; & eo ipſo ꝙ nec legem Euangelicam pronūciauit, neq; diſcipulos elegit niſi prius baptizaretur, docere uoluit baptiſmum ianuam & ingreſſum eſſe omnium ſacramentorum : Vt iam inde poſſit aliqua etiam cauillatio duci aduerſus baptiſmum paruulorum. 6. Super hæc eſt etiā illud parabaptiſtarum contra omnem rationē, quomodo enim baptizari potuiſſet etiam Chriſtus in pueritia, quū adhuc neque baptiſma aliquod nec ullus erat baptiſta: Et adhuc oportebat Iohannem ante eum preire ut in natiuitate, ſic & in baptiſmate & in predicatione & morte, ipſe autē interea legem impleuit. *Luc. 1* *Luc. 1*

7. Ad extremum non habent iſti aliquod a CHRISTO præceptum, ille enī ꝗuis multa de baptiſmo dixerit, nunq; tamen docuit ea baptizandum ætate, qua fuerat ipſe baptizatus, uel ut ea forma & mō quo Baptizat⁹ erat a Ioāne, uterentur & alij, nullū iſtorum præcepit unq;: Itaq; omne iſtud qđ hic moliūtur Catabaptiſtæ nihil

nihil agit,nihil concludit,inſuper & inſtabile eſt atq; infirmum,quando cõſyderãda non eſt ætas ipſa legiſlatoris: Ecce enim Abraham iam centenarius circuncíſus eſt, an ne ideo Iudæi, omnes in circũcidendo illam expectarint ætatem: quotuſquiſq; ex eis fuiſſet circuncíſus decreſcente tandem & imminuta lõgæuitate: Cæterum quum ais: Chriſtum non præcepiſſe paruulos baptizari: Viciſſim mihi reſponde,ubi tandẽ peculiariter cõmiſerit mulieres baptizari debere,quoniã in uniuerſum de omnibus loquutus eſt,uiris,mulieribus,ſenibus,paruulis & iuuenibus: Aut non generalis iſta loquutio eſt: Niſi qs renat⁹ fuerit ex aqua & ſpiritu,non poteſt intrare in regnum cœlorum: Ecce quia neminem excludit, ergo præceptum hoc etiam paruulos includit ſub amiſſione ſalutis æternæ: De apoſtolis iam ſupra dictum eſt, ꝙ quãdo Petrus tria aut quinq; milia baptizauit,pie credẽdum eſt mulieres etiam & paruulos in tãta multitudine fuiſſe baptizatos, unde & Lucas ait: Adpoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria milia nõ meminit uirorum aut mulierũ, nec paruulorum neq; ſenum, niſi ꝙ deinceps uiros cõmemorat dicens, factus eſt numerus uirorum quinq; milia: Atqui ea eſt ſcripturę conſuetudo,ut uiri tantum non etiam mulieres connumerentur,ſicuti tunc quando dominus in deſerto pauit magnam hominũ multudinem, dicit Iohannes,diſcubuerunt uiri numero quaſi quinq; milia, qui mos etiam in ueteri teſtamento ſemper eſt obſeruatus.

Act.2 *Actu.4* *Ioh.6*

3. Plurimum ſe effecturos hoc argumẽto putant aduerſarij ꝙ pueri non credant, nõ oporteat autem baptizari aliquem qui non credat,iuxta illud uerbũ domini. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, Nihili faciunt iſti ꝙ patrini loco infantis profiteantur ſe credere, dicũt enim: Si pro ſe loquitur patrinus, forſitan uerum eſt ꝙ credat, ſed quid hoc paruulo proderit, ſin ille pro infantulo hoc dicit, uerum non dicit,quoniam paruulus non credit.

Mar.16

Reſpondetur,paruulos ante baptiſmũ non credere niſi per patrinos,uerum tamẽ illi per baptiſmum in uirtute ſpiritus ſancti ſimul cum gratia ſuſcipiũt fidem, ut porro ſint fideles,id antea ex Dionyſ. confirmauimus, & teſtatur idem Aug. dicens,quia nulla pars repromittitur paruulis ſine baptiſmo, quoniam ſi paruuli per ſacramentum a deo inſtitutum numero fidelium nõ adſcribuntur, remanent utiq; in tenebris, ſuffragatur & illud quod habet in libro. 1. de meritis & remiſſione peccatorũ. c.25. ꝙ p ſacramentũ baptiſmatis in paruulis fieri non dubitat mater eccleſia, quæ cor maternum eis præſtat, ut ſacris myſterijs imbuantur, quia non poſſunt corde proprio credere ad iuſticiam, nec ore proprio confiteri ad ſalutem, nec ideo tamen eos quiſq; fidelium fideles appellare cunctatur,quod a credendo utiq; nomen eſt, ꝗuis hoc non ipſi ſed alij pro eis inter ſacramenta reſponderint, cõfirmat idẽ de baptiſ. lib. 4. ca. 24. Atq; hoc ita eſſe ex ſacris literis corroborabimus,quoniam ſignum fœderis,circuncíſio in ueteri teſtamento paruulum in ſynagoga addebat numero fidelium,ſic Iſaac circuncíſus acceſſit Catalogo credentium, alias quid profuiſſet circuncíſio: aut quur inſtituta eſſet a Deo: ſi ergo paruuli illi fideles fuerunt per circunciſionem,quur nõ multo magis fideles nunc fierent per ſacramentum baptiſmi:

Vide ad longum Tom.4 de ſacramentis *De baptiſmo.* *Auguſt.* *Rom.10* *Auguſt.* *Gene.17* *Pueri credunt.*

Verum tergiuerſari hic non poteſt Catabaptiſta,quin paruuli placeãt deo,oportet igitur habeant fidem,quia ſine illa impoſſibile eſt placere deo, ut inquit Paulus.

Heb.11

Audio ſane, hoc quæris,quomodo fidẽ habeant paruuli: Ecce diſces & illud ex nobis,qm̃ nõ habent fidem acquiſitam ſed a deo infuſam, unde & donum dei eſt, ſic enim apoſtolus eam connumerat in donis ſpiritus,quum ait: Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem, alij quidem datur fides in eodem ſpiritu,& alibi: Ex gratia ſaluati eſtis per fidem,& hoc non ex uobis quia donũ DEI eſt: Vides ergo doctores differentes de fide infuſa habere eius rei fundamentum in ſacris literis: Quoniam ſi CHRISTVS Iohannem ſanctificauit adhuc in utero matris, & uiſitante MARIA cognatam ſuam Elizabeth, exultauit cũ gaudio infans in utero matris,

1.Cor.12 *Ephe.2* *Luc.1*

quur nō etiam Chriſt⁹ in Baptiſmo dona conferret paruulis, profecto nãq; paruulus baptizatus Chriſtianus & fidelis eſt, membrum Chriſti & eccleſiæ.

Quod autem contendit aduerſarius fidē patrini nihil ꝓdeſſe paruulo, ipſumq; pro eo uere dicere non poſſe quia credat: Reſpondetur eo ipſo apperere ꝙ Catabaptiſtæ non conſyderent immenſam dei miſericordiam, ſiquidem quum certum ſit paruulos peccatum originale ex aliena primi parentis uoluntate cōtraxiſſe, quoniã in ipſo omnes peccauerūt: Quur nō debeant gratiam rurſus & ueniam mereri itidem aliena uoluntate: an non deus ad miſerendū propenſior eſt ꝙ iraſcendum & ad puniendū: Vere ille diues in miſericordia, miſericors inquam & miſerator dominus, propitius erga omnes, quia miſericordia eius ſuper omnia opera ei⁹: Quod ſi hic quoq; ſcripturæ requiris teſtimonium: Ecce in Euangelio Marci offerētibus. 4. uiris paralyticum domino curandum, reſpexit ille fidem eorum: Vbi Auguſt. ait: Intuendū ſane quãtum ualeat propria cuiuſq; fides apud deū ubi tantum ualuit aliena, ſuper hac re multa diximus Tom. 2. fol. 167. a

Roma. 5 · Ephe. 1 · Pſal. 144 · Mar. 2 · Mat. 9 · Auguſt.

Hoc tamen etiam hic admonendi mihi ſunt catholici, ꝙ paruuli Baptiſm⁹ fundatus non eſt ſuper fidem patrinorum, ſiquidem ſi uel patrinus nullus adeſſet, aut qui adeſſet, fidem rectam nō haberet, imo Turca aut ethnicus eſſet, adhuc tamen paruulus gratiam baptiſmi acquireret, eo ꝙ in fide baptizatur catholicæ eccleſiæ, quæ ſemper īntegra eſt deoq; bene placita, ut ait Auguſti. De fide aliena potes inducere illud ꝙ mater orauit pro filia ſua: Centurio pro puero, Regulus pro filio, & pater ille pro filio ſuo a dæmonio obſeſſo.

Mar. 2 · Luc. 5 · Ioan. 4 · Mar. 9

Iam ne igitur ſatis conſtat ꝙ inique Catabaptiſtæ paruulos Baptiſmo deſpolient, baptizatos fide priuent, unde quid aliud niſi perpetua ſequat̃ damnatio: quoniam qui non credit, iuxta uerbum Chriſti, cōdemnabitur: Proh deum immortalē quãta uæſania eſt tot paruulorū milia fraudare uelle eccleſiaſtica cōmunione, imo & ipſam eccleſiam ſanctam tot cētenis annis deſpoliare ſacramento baptiſmi, ita ut nemo unq; recte & legitime baptizatus ſit, niſi forte uetulus aliquis Iudæus tempore baptiſmi Iohannis: Quid igitur eſt, ſi hæc nō blaſphemia eſt: Chriſtum tanto opere dilectiſſimam ſuam ſponſam eccleſiam dereliquiſſe, neq; interea Chriſtianū ullum fuiſſe, niſi quum iam iſti neſcio qui Terræ filij rebaptizationis autores ex Cymmerijs tenebris progreſſi ſuam perfidiam diſſeminarent: Quis unq; crederet talia: quis nō potius perſuaſum haberet homines iſtos impuriſſimos errare ut qui maxime: O ſæcula, O mores, O miſeriam temporis huius, O deplorata hominum pectora, O erores inuolutos & inter ſe diſſidētes, ubi pro ſuo quiſq; animo imo & ſomnio effingit quicquid libet: Erroris huius autor hoc tempore prim⁹ fuit Balthaſarus Hiebmayer frydbergen. qui primo ſtatim limine, ut in porta canterio, a ſe ipſe diſcordauit, ſecūq; diſſenſit ipſe ſolus, aliquando enim dixit paruulos peccatum mortale non habere cum Pelagianis & ideo ſaluari, deinde opinatus eſt regnū cœlorum eſſe paruulorū, ad extremum priuſq; combureretur Viennæ anno ſalutis. 1528. totus in errore demerſus, noluit etiam confiteri de paruulis quicq;, an ſaluarētur aut condemnarentur, ideoq; & diuinæ tum miſericordiæ tum omnipotentiæ credidit eſſe relinquendum: Antea reuocauerat ſemel errorem hunc Catabaptiſmi totum, idq; Turegi, ſed perfidus omnium hæreticorum more factus, reſilijt ab inſtituto.

Mar. 16 · D. Balth.

Et ut aliquãdo ad calcem perueniam, quū tam miſericors iam olim fuerit dominus in ueteri teſtamento paruulis, ut non permiſerit eos ultra octiduum in uinculis peccati originalis, quur tandem nunc in tēpore gratiæ eos in peccato illo parētali derelinquat uſq; ad annum decimum aut uigeſimum uel ultra, quum tamen uenerit iã plenitudo temporis quo miſit deus filium ſuum factum ex muliere, qui & in hūc mūdum ideo uenit, ut omnes homines ſaluos faceret, quiq; ſuo ſanguine totius mūdi abluit peccata.

Gal. 4 · Philip. 2

Quid quod impia iſta rebaptizandi cōſuetudo contra deum eſt, contra ſcripturas ſacras & contra eccleſiam, quæ ideo ante

mille annos & ultra Pelagium condemnauit, contra quem S. Hiero. & Augu. ſcripſerunt, deinde etiã in 5. ſynodo Conſtantinopolitana, multiſq; alijs locis ſemꝑ ſunt Catabaptiſtæ condemnati, puta Seuerus quidã Antiochenus cũ æquali ſuo Petro, monachus etiã quidã ex Syria Zoara dictus. Anthymus quoq; cum omnibus ſequacibus ſuis, ſub plurimis imperatorib⁹, & tandẽ imperante Iuſtiniano, ſiquidẽ illa blaſphemia eſt, & inſignis quædã contumelia in ſpũm ſanctum, ſemel baptizatũ denuo rebaptizari, ſicut multis iam ſupra confirmauimus: quoniã baptiſmus nos dirigit ad mortem dñi: unde & Paulus cõſepultos ait, nos cum domino per baptiſmũ. *Roma. 5* Ideoq; etiam Damaſ. inquit: *Damaſce.* Sicut ſemel mortuus eſt Chriſtus, & amplius nõ moritur, *Roman. 8* ita ſemel & nõ ſæpius baptizandus eſt homo: Quicunq;.n. ſemel recte baptizati ſunt in cõfeſſione Trinitatis, Chriſtum rurſus crucifigunt, dum denuo ſe baptizari ꝑmittunt, & quantũ in ipſis eſt, contumelia adficiunt uirtutẽ & meritũ paſſionis mortiſq; Chriſti. Nos itaq; dñm ſuppliciter deprecemur, ut Catabaptiſtas, omneſq; aberrantes a uia ueritatis illuminare digneť lumine gratiæ ſuæ, aliſq; uiam ueritatis ingredientibus uitã concedat æternam, qui ipſe eſt uia, ueritas & uita, Amen.

Homilia quarta in die aſcenſionis domini, de uirtute & operatione miraculorũ.

Simulatq; Dominus noſter Ieſus Chriſtus iamiã aſcenſurus in cœlum diſcipulis ſuis cõmiſiſſet prædicare Euangeliũ omni creaturæ, pro quo munere Neochriſtianorum prædicatores aliud nil agunt, niſi ꝙ in ſuggeſtis ſuis Eccleſiam totã, eius magiſtratus & conſuetudines, & quicquid in ea eſt calumniantur Præterea formã eos iam docuerat baptiſmi, in nomine patris & filij & ſpũs ſancti, ad extremum ſigna cõmemorat quæ operaturi erant fideles, dicens: Signa eos qui crediderint hæc ſequenť &c. Miracula illa ideo hic dñs cõmõſtrauit, ut in ijs doctria ſua Euangelica & fides cõmendarent, iuxta iſtud Pauli: in nos illa cõfirmata eſt cõteſtante deo ſignis & portẽtis, & uarijs uirtutibus, *Hæbr. 2* ſic non ſemel Chriſtus Iudæos doctrinæ ſuæ credere nolentes, relegauit ad opera, ut quũ dixit: Si non facio opera patris mei, *Ioan. 10* nolite credere mihi, ſi aũt facio & ſi mihi nõ uultis credere, operibus credite. Et alibi ait ad apoſtolos: Alioquin ꝓpter opera ipſa credite. *Ioan. 14 & 15* Iudęos quoq; incuſat dicens: Si opera in eis nõ feciſſem quę nemo alius facit, peccatũ non haberent. Hæc oĩa ijs etiã dicere poteſt dominus, qui apoſtolis non crediderunt & poſteris eorum, quicunq; miracula ſequẽtia, aut aliqua ex eis fecerunt. *Miracula* Quintuplicia aũt ſigna enumerat hic Chriſtus, quæ fideles ſui erant operaturi. Primum: In nomine meo dęmonia ejicient, ſæpius hoc fecerunt tum apoſtoli tum & alij quidam ſancti, ſicut Paulus malignum ſpiritum eiecit ex puella in ciuitate Philippis, & aliquanto magis in Epheſo. *Acto. 16 & 19* Neq; temere hoc miraculum primo loco propoſuit hic dominus, primũ.n. oportet uirtutem & potentiam diaboli expelli, in hoc ut homo fidem ſuſcipere poſſit a diabolo nihil impeditus, quoniã hoſtis iſte malignus præſentiam Chriſti in corde hominis ſuſtinere non poteſt, ꝙ & ſignatum eſt quando clamarunt dęmonia per obſeſſos: Tu es Chriſtus filius dei. Morem hũc religioſe obſeruat Eccleſia, dũ ante baptiſmum exorciſmis utitur, quibus expellitur ab homine diabolus, quãdo presbyter ſufflans in faciẽ paruuli, dicit: Exi immunde Sathan ab hac imagine dei, da gloriã Deo uiuenti & uero, da gloriam Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritui ſancto.

Alterũ miraculũ qđ facturos fideles ꝑdicit dñs, eſt hoc: Quia linguis loquentur nouis, id ſane ipſum omnes fecerunt apoſtoli, primo ſtatim die Pẽtecoſtes, ſicut refert Lucas, *Actu. 2* qm̃ impleti ſunt oẽs ſpũ ſancto & cæperunt loqui linguis nouis, prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis, hoc etiam donum ſpũs ſancti, inter cætera Paulus enumerat. *1. Cori. 12 & 14* Et ipſe quoq; uarijs linguis loquebatur. Præuidit inſuper hoc ipſum ꝓpheta dicens: Dñs dedit mihi linguã eruditã, *Eſai. 50* ut ſciã ſuſtẽtare eũ qui lapſus eſt ỽbo.

2. Triplicia adhuc miracula recenſet
dñs, quorũ unum eſt ꝙ & ſerpẽtes tollent,
factumq́ hoc eſt quo ad literã in S. Paulo
Actu.28 in inſula Mitilene, qñ uipera manui eius
adhæſerat, quã ille abiecit in ignẽ, quumq́
expectarent oẽs quãdo ipſe inflatus intu-
meſceret, nihil mali hinc accidit ei, atq́ in-
de habitus eſt pro deo. Ita Philippꝰ draco-
nem abegit, ſ. Symon & Iudas ſimiliter, Ia
cobus etiã dracones quos aduerſus eũ im-
miſerat Hermoge. magus depulit. S. Ma-
gnus draconẽ quoq́ ad fauces alpium Iu-
liarum in montanis, ꝓfligauit. Inſuper cũ
inſula Tiberij, quæ modo Augia maior di-
citur, ita ſcateret animalibus uenenoſis, ut
nemo ibi habitare poſſet, S. Pirminius qñ
in eum locũ ſeceſſit ex uno latere cænobiũ
fundaturus, ex alia parte uermes & ſerpen
tes oẽs abierunt. Extantq́ eius rei hiſtoriæ
ueriſſimæ multæ in uitis ſanctorũ. Quartũ
miraculũ: Si mortiferũ quid biberint, non
eis nocebit. Hoc ſecundũ literã impletum
eſt in S. Iohanne, Georgio, & alijs quibus
Theoph. ex ueneno etiã nil mali euenit. Theophy.
inquit: Sæpe hæc facta ſunt, ut in hiſtorijs
inuenimus: multi enim & uenenũ bibẽtes
per ſignaculum crucis illeſi cõſeruati ſunt,
S. Benedictus quũ ei quidã fratres ſui ma
ligni uenenum infudiſſent in uitrum, ubi
primũ fecit ille crucẽ ſuper id, diſſilijt uitrũ
Li.2.c.3 Refert & Greg. in dial. archidiaconũ quẽ-
dam ſancto ſuo p̃ſuli Sabino p̃paraſſe ue-
nenum, ut uel ſic ei mortuo ipſe ſuccederet
in Epiſcopatum, qđ quum in ſpũ cogno-
Li.3.ca.5 uiſſet Sabinus, dixit: Ego quidem uenenũ
bibo, ſed tu non fies Epiſcopꝰ: ſtatimq́ eo
bibente uenenum, mortuus eſt archidiaco
nus, ſuo exemplo ꝓbans ꝗ uerum ſit illud
ꝙ non eſt lex æquior ulla, Quã necis arti-
fices arte perire ſua. Signum quintũ: Ma-
nus ſuas ponent ſuper infirmos, & bñ ha-
bebunt, fecit hoc ad literã Petrus, qui ap-
Actu.2.9 prehenſo claudo manu ſua leuauit eum &
ſanauit. Sic ille et Tabithã erexit mãu ſua
eamq́ reſtituit ſanctis uiduis. Habundant
iſtiuſmodi miraculis acta apoſtolorum,
& omnes omnium ſanctorum hiſtoriæ,
quomodo illi infirmos curarint nõ ſolum
impoſitione manuum, ſed & umbra &
ueſtium contactu.

3. Quærit hic Grego. Nunquid nam
fratres mei, quia iſta ſigna non facitis mi- Gregori.
nime creditis, eo ꝙ ait dominus ea fideles
conſequutura? Reſpondet ille, quoniam
hæc in exordio Eccleſiæ fuerunt, ut enim
fides creſceret, miraculis fuit nutrienda,
quia & nos quum arbuſta plantamus, tã
diu eis aquam fundimus, quouſq́ ea in ter
ra iam conualuiſſe uideamus, at ſi ſemel ra-
dicem fixerit, irrigatio ceſſabit. Hinc Pau-
lus ait, Linguas ſigna eſſe non fidelibus 1.Cori.14
ſed infidelibus. Hoc idem ſubtilius adhuc
poſtea explicat Grego. & poſt eum Beda, Beda
inquiens: Sancta Eccleſia quotidie ſpirita-
liter facit, qđ tunc per apoſtolos corporali-
ter faciebat: nam ſacerdotes eius per gratiã
exorciſmi manum credentibus imponũt,
& habitare malignos ſpũs in eorum mente
contradicunt, quid aliud faciunt, niſi dæ-
monia eijciunt? Et fideles quiq́ qui iam ue
teris uitæ ſæcularia uerba derelinquunt,
ſancta autẽ myſteria inſonant, conditoris
ſui laudes & potentiam quantum præua-
lent narrant, quid aliud faciunt niſi linguis
loquuntur nouis? Qui dum bonis ſuis ex-
hortationibus malitiã de alienis cordibus
auferunt, ſerpentes tollunt, dicente Iob: Iob.26
Spiritus eius ornauit cœlos, & obſtetricã-
te manu eius eductꝰ eſt coluber tortuoſus.
Sic ſpiritualiter bibunt uenenum qui in-
fecta conſilia ſuſcipiunt, & perfidas exhor-
tationes audiunt, neq́ tamen eo falſo ma-
loq́ attrahuntur aſſenſu, tunc enim uene-
num eis non nocet. Quid ꝙ nonnulli ſan-
cti uiri aliorum hominum in ſe ſuſcipiunt
peccata per cõpaſſionem, ut ſanentͬ illi. Ita
de D. Ambro. refert Paulinus: Quotienſ- Ambro.
cunq́ illi aliquis ob percipiendã pœniten
tiã lapſus ſuos confeſſus eſſet, ita flebat ut
& illum flere compelleret, hoc idem in ſpi-
ritu commemorauit Eſaias: Super forami Eſai.11
na aſpidis delectabitur infans ab ubere, &
in cauerna reguli qui ablactatus fuerit ma
num ſuam mittet. Non nocebunt & non
occident in uniuerſo monte ſancto meo,
quia repleta eſt terra ſcientia domini. Ec-
ce ꝙ uere ſolidi & conſtantes Chriſtiani
auelli ſe non ſinunt a ueritate, quantum-
uis multa præ oculis habeant Exempla
mala. Sicut enim SERPENTES
illis

illi nocere non poterāt eis qui oculos ſuos
Nume.21 leuabant ad iſtū æreum, ita qui animū ſuū
erigunt ad Chriſtum in cruce pēdentem,
a ſerpentibus malorum exemplorū & pec
catorū non offenduntur, ideoq́ & Petrus
audiuit etiā de animalibus immundis ſibi
Actu.10 dici: Occide & manduca. Manus autem
ſpiritualiter imponunt ſup infirmos, quo-
tienſcunq́ uident aliquem proximorꝫ ſuo
rum ægrotum fieri in operibꝰ bonis, tunc
enim eū confortant bonorꝫ operum exem
plis, robur addunt etiā corripiendo & ex-
Gregori. hortando tantiſper dum ſanent eum. Tan
dem S. Grego. ſpiritualia hæc opera lau-
dans ſic ait: Hæc miracula tanto maiora
ſunt, quanto ſpiritualia, tanto maiora, quā-
to per hæc nō corpora, ſed animæ ſuſcitan
tur. Nam corporalia illa miracula oſten-
dunt aliquando ſanctitatem, non faciunt.
Hæc uero ſpiritualia quæ aguntur in men
te uirtutem uitæ non oſtendunt, ſed faciūt
Math.7 Siquidem ex illis Chriſti uerbis: Multi di-
cēt ad me, domine in nomine tuo prophe-
tauimus, conſtat ſigna corporalia etiam a
malis fieri, ꝗuis et hic dñs ꝑprie de corpa
Miracula libꝰ agit miraculis, ſicut a pricipio expoſui
4. Hoc etiam licet hic uidere, quō Chri
ſtus nunc renouet eis illud quod poſt cœ-
nam ꝓmiſerit ipſis, dicens: Amen amen di
co uobis, qui credit in me, opera quæ ego
Ioan.14 facio & ipſe faciet. Ad hæc p̄dixerat idem
ſpūs ſanctus per prophetam, ſicut Petrus
inducit: In diebus illis effundā de ſpiritu
Iohe.2 Actu.2 meo ſuper oēm carnem, & prophetabunt
filij ueſtri, & filiæ ueſtræ. Et inde, ſed & ſu
per ſeruos meos & ancillas in diebus illis
effundam ſpiritum meum, & dabo prodi
gia in cœlo & in terra. Sed quū hic & apd'
Ioannem dñs p̄dicat eos etiam, qui credi-
turi ſunt ſigna hæc facturos, queri ſolet, an
ad hoc fides neceſſario requirat formata
charitate diuina, quoniā iam ante ex Gre-
Aug.l.10 go. audiuimus etiam malos miracula ope-
& 21. ci. rari. Rñdetur ſane loqui hic dominum de
fide bene formata, & per charitatē operan
Matth.7 te, per eam.n. is qui mirabilia operatur, ha
bitat in homine. Et ut maxime mali etiam
faciāt miracula, ut Iudas fecit, & illi quoq́
Actu.19 filij de quibus habetur in Actis, tñ hoc nō
faciunt per ſpūm inhabitantē, ſed illū q̄ eſt
in eccleſia, ex cuiꝰ ſanctimōia illi huiuſmo
di miracula opant̄, fideq́ in eccleſia reſtau
rāt aut conſeruāt. Extra fidē nāq́, authore
Aug. deus nō facit miracula. Et ideo nullꝰ Auguſti.
unq́ Hereticꝰ miracula opatꝰ eſt, atq́ ut
maxime multum gloriet̄ Lutherus de luci
feriana ſuperbia, ꝙ & miracula facere poſ
ſet, tamen nec ipſe nec aliquis Lutherano-
rum inuentus eſt, qui uel claudum, ut ille
ait, equum ſanaſſet. Quod aūt Antichrūs
facturus eſt miracula, & fecerunt iam olim
malefici Pharaonis, ea nō uera ſunt mira- Exodi.7
cula, ſed, ut Paulus ait, tantum ſigna & ꝓ- 2.Theſſ.2
digia mendacia, impoſturę ſenſuum. Vide fo.199
Tomo 2. plura. Nec enim Magi Pharao- Auguſti.
nis, Auguſt. teſte, uera fecerunt miracula,
ſed ſolum pręſtigia, reſiſtentes ſic ueritati
Moyſis ut Iamnes & Mambres. 2.Timo.3
Quod porro ad ipſa miracula in ſe attinet,
dicendum aliquid eſt, & primum, non fie-
ri ea niſi ordinatione diuinæ ſapiētiæ, quæ
ſic ea diſponit & ordinat in ædificationem
fidei, uel ad arguendam alicuius ſanctimo
niam, ſiue ob conſolationem fidelium, ſi-
cut Chriſtus ſocrum Petri febrientem ali-
quamdiu curauit, ſicut etiam nunc multis Math.8
in ſuis morbis & periculis deus auxiliatur
per interceſſionem ſanctorum ſuorū. Atq́
ex hoc fundamento ratio ſumitur, quare
tandem iam non adeo multa fiant miracu
la, quoniam non ſolum ob infidelitatem
hoc fieri certum eſt, alias nūc uel maxime
miraculis opus foret, tot undiq́ erroribus
& hæreſibus emergentibus, quamuis non-
nulla etiam noſtra memoria ſint facta, ſi-
cut contigit cum M. Georgio Forchemio
Ertfurdiæ, & Magiſtro Ioanne Hupſch-
enauuer in Vuinshaim, & cum eo qui Sa-
cramentum dehoneſtauit in Aldtorff El-
ſatiæ, ut interim taceam reliqua. Verum
hæc Neochriſtiani cælant & occultant ut
Iudæi reſurrectionem Chriſti, ſed neque
Chriſtus ſemper & paſſim operatus eſt mi
racula, ſicut ipſe dixit in Nazareth: Multi Lucæ.4
leproſi erant in Iſraël ſub Heliſæo prophe-
ta, & nemo eorum mundatus eſt niſi Naa-
man Syrus. Quando igitur iam hactenus
fides Eccleſiæ per miracula ſatis eſt confir
mata: ſimiliter & ipſa Chriſti diuinitas, &
dignitas Mariæ, atque excellens aliorum

ſanctorum gloria, amplius iam opus non eſt plura fieri miracula, niſi forte ob fiduciam Chriſtianorum, qui ſpem ſuam in aduerſis ſuis ad deum haberent, uel in aliquo ſancto reponerent.

5. Poſt hanc prædicandi baptizandiqꝫ commiſſionem, & miraculorum cōſolationem ſequitur, dominus quidē Ieſus poſtqꝫ *Marc. 16* loquutus eſt eis, adſumptus eſt in cœlū & *Math. 28* ſedet a dextris dei, ubi non illa tantum uer- *Actu. 1* ba quæ hic Marcus habet, ſed iſta etiā quę *Iohan. ult.* Matthæus & Lucas commemorant, ponderanda ſunt, præterea quæ etiam ſine dubio plurima ſcripta non ſunt.

Quod autē Chriſtus in cœlum adſūptus eſt, habuit figuras aliquot præmiſſas in Enoch & Helia, qui dominicā aſcenſionem repręſentarunt, & tamen figura multo inferior eſt ueritate: principio enim Helias *Gregor.* in cœlum, ut ait Gregorius, aëreū ſubleuatus eſt, ut in ſecretam quandam terræ regionem repēte duceretur, ubi in magna iam carnis & ſpiritus quiete uiueret, quouſqꝫ ad finem mundi redeat, & mortis debitum ſoluat: ille enim mortem diſtulit nō euaſit. Redemptor autem noſter quia quū diſtulit ſuperauit, eamqꝫ reſurgendo conſumpſit, & reſurrectionis ſuæ gloriā aſcen- *4. Reg. 1* dendo declarauit. Itē Helias curru igneo uectus & adſumptus eſt, Chriſtus autem propria uirtute exaltatus eſt ſuper omnia. Præterea Enoch ante legem, in lege autē *Gen. 5* Helias ſublatus eſt, uſqꝫ dum noui teſtamenti & legis Euangelicæ lator exaltatus aſcenderet ſuper omnes cœlos. Et quod habetur in ſymbolo: Sedet ad dexterā patris, intelligendum eſt de ęterna Chriſti requie quoad humanitatē in cœlis, ſimulqꝫ ſignificat æqualitatem regendi cum Deo patre ſecundum humanitatem: neqꝫ enim intelligendum hoc ita eſt, quaſi Deus pater a ſiniſtra, & filius ſedeat ad dextrā, ſed *Auguſt.* hæc ipſa ſeſſio habitationem ſignat, & poteſtatem quam Chriſtus accepit.

Sequitur: Illi autem profecti, non uticqꝫ iam ſtatim, ſed in die diuiſionis apoſtolorū qui eſt 15. Iulij: quinto. n. Maij die Chriſtus aſcendit in cœlum, & 15. eiuſdem miſſus eſt ſpiritus ſanctus in diſcipulos, ac deinde poſt menſes duos & aliquot dies diuiſi ſunt apoſtoli per orbem uniuerſum, prædicaruntqꝫ iuxta mandatum domini, qui & cooperatus eſt eis, ſicuti prædixerat, qa ſine me nihil poteſtis facere. *Iohan 15* Et fatetur idē propheta: Omnia opera noſtra in nobis *Eſai. 26* operatus es domine. *Roma. 15* Quo reſpexit & Paulus, quum ait: Nō audeo aliquid loqui eorum quæ per me nō efficit Chriſtus. Confirmauit inſuper dominus ſermonem eorū ſequentibus ſignis: & hoc eſt quod aſcenſurus in cœlum promiſerat eis, quia ſigna eos qui crediderint hæc ſequentur, & antea poſt cænam: Qui credit in me, opera *Iohan. 14* quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora ijs faciet. Voluit etiam per hoc Euangeliſta tacite incuſare eos qui non crediderunt p̄dicationi apoſtolorum, quam tamen deus ſignis & miraculis cōfirmauit, iuxta illud Pauli: *Hæbr. 2* Quomodo nos effugiemus ſi tantā neglexerimus ſalutem, quę quum initium accepiſſet enarrari per dominū ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, cōteſtante deo ſignis & portentis, & uarijs uirtutibus & ſpiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam uoluntatem. Sic nimirum dominus iratus eſt & ſuccēſuit Iudæis qui recuſabant credere ſignis & miraculis, dicens ad Moyſen: Vſqꝫquo detrahet mihi populus iſte? quouſqꝫ nō credent mihi in omnibus ſignis quæ feci coram eis: Feriā *Num. 14* igitur eos peſtilentia atqꝫ conſumam. Pij autem & boni crediderunt uticqꝫ ſermoni apoſtolorum, unde & poterāt dicere cum Dauide: Mirabilia opera tua domine, & anima mea cognoſcet nimis. Idem & nos facere conuenit, qui ut maxime miracula illa non uiderimus, credere tamen firmiter debemus, Chriſtum hoc modo uniuerſum mundum perduxiſſe ad fidem Euangelicam per immenſa miracula, ut ſic apoſtoli dum nouam prædicarent doctrinam noua etiam opera facerent. Et q̄uis Chriſtus magnum illud miraculum ipſe operatus eſt, ꝙ in proprio corpore aſcēdit in cœlum. Quod ſi tamen, ait Auguſtinus, per *li. 22. ciui.* apoſtolos Chriſti reſurrectionem & aſcen- *dei. ca. 5* ſionem prædicantes miracula facta eſſe nō credunt, hoc unū nobis grande miraculū ſufficit, ꝙ ea terrarum orbis ſine ullis miraculis credidit: & cap. 8. Quiſquis, inquit, adhuc

adhuc prodigia ut credat inquirit, magnũ eſt ipſe prodigium, qui mundo credente ipſe non credit. At nos collaudemus deũ in operibus ſuis &c.

Homilia quinta de hiſtoria ſanctiſſimæ diei aſcenſionis Chriſti domini noſtri.

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis.

Articulus fidei & ſymboli apoſtolici, appoſitus, ut antiqui nobis tradiderunt, per Iacobum minorem, fratrem domini, nepotẽ Mariæ ex Maria Cleophæ.

CHriſtus Ieſus dominus noſter per magnum glorioſæ aſcẽſionis gaudium, miſeris nobis hominib⁹ cõcedere dignetur, diuinam ſua pacem, gratiam & benedictionem, deinde quicquid ad æternam uitam nobis conducibile eſt, hoc quicunq; cupiunt, ex toto corde dicãt Amen, fiat, fiat.

Verba quæ initio propoſuimus, dilectiſſimi, ex ſymbolo ſunt deſumpta, qđ Hieronymo & Auguſt. atteſtantibus ab ipſis apoſtolis accepimus, ſuper iis patiẽter nos audite quæſo. Quum iam dominus opus redemptionis conſummaſſet, reliquũ erat ut ille reſurrectionis ſuæ ueritatem multis
Actu. 1 confirmaret argumentis, quibus infidelitatem ex cordibus apoſtolorum auferret, dubitationem quoq; credituris in eum omnibus tolleret, quoniam plurimum cõducebat id ita fieri tum apoſtolis tum nobis tũ uniuerſę Eccleſiæ. Vt ut ergo diſtulerit dominus uenire ad locum gloriæ, ipſam tamen gloriam nõ diſtulit, ſiquidem iam beatus erat corpore ſimul & aĩo, uſq; in hodiernum diem, quando demum impleuit quod apoſtolis promiſerat poſt cœnam, di
Ioan. 14 cens: Vado parare uobis locum, locũ gaudiorum, locum fœlicitatis æternæ. Quum iam patres eduxiſſet dominus de limbo, eoſq; ad 40. dies uſq; in corporali paradiſo (ut pie credũt doctores) cuſtodiſſet, ubi expectarunt illi aſcenſionem Chriſti domini capitiſq; ſui, qui hodie in medio eorum, atq; adeo in conſpectu Mariæ uirginis, apoſtolorum, multorũq; aliorum diſcipulorum adſumptus eſt in cœlum, ſicq; ianuas eius reſerauit, quæ iã tunc amplius quinq; milibus annorũ fuerant occluſæ, iuxta uerbum ſymboli unde exorſi ſum⁹: Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram patris &c.

Aue Maria.

Euangelium Marci XVI. ut ſupra.

NE ingratus uobis uidear ob prolixitatẽ fere omnibus odioſam, breuiter ipſam adgrediemur rerum hodie geſtarũ narrationem: Primum ergo hodie mane apparuit Chriſtus diſcipulis ſuis in cœnaculo, ubi antea cœnat⁹ fuerat cum eis, ibi exprobrauit ipſis incredulitatem & duritiem cordis, inſuper manduca- Acto. 1
uit cum eis, fuerunt hic cum undecim apoſtolis, & Maria mater eius cũ aliis mulieribus, & 72. diſcipulis, quibus ille aſcẽſionẽ ſuam pnunciauit, & quia locũ eis præparaturus eſſet, iuſſit eos manere in Hieruſalem, donec induerentur uirtute ex alto, deinde exire præcepit eos in montẽ Oliueti, ubi coram oculis eorum eleuatus in cœlũ eſſet aſſumendus. Hinc apoſtoli coniunctim cum omnibus per modum proceſſionis egreſſi per ciuitatem Hieruſalẽ, peruenerunt ad montem Oliueti ſupra uallem Ioſaphat. Vbi iterũ apparuit eis dominus circa meridiẽ, ipſoſq; amice & humaniter compellauit, conſolans eos & promittens ſpiritum ſanctum. Ambro. exiſtimat illũ etiam dediſſe eis oſculum pacis, atq; ſic cũ benedictiõe eleuatis ſurſum manibus, uer Lucæ. 24
ſa facie ad ortũ ſolis, teſte Damaſceno, pau Damaſce.
latimq; a terra ſublatum ſeſe in altũ ſuſtuliſſe, præmiſſa ſalutatione, ut Cipri. putat, Ciprianus
huiuſcemodi: Aſcendo ad patrem meum & patrẽ ueſtrum, Deum meum & deum ueſtrum. Videntes hoc apoſtoli & alii diſcipuli clamauerunt poſt eũ: Dñe noſter, deus noſter ne derelinquas nos, dñs ergo terra relicta impreſſit tñ ei ueſtigia pedum ſuorũ, quę etiã nunc ſuirentia mõſtrari ſolent fratrib⁹. Et de iis ſic ſcribit Paulinus Paulinus

Epiſtola 11. ad Seuerũ: Mirũ qđ in baſilica aſcenſionis locus ille ita ſacratus diuinis ueſtigijs dicit̃, ut nunq̃ tegi marmore receperit, ſemper excuſſis, ſolo reſpuente, quæ manus, adornãdi ſtudio, tentauit adponere. Itaq; in toto baſilicæ ſpacio, ſolum in ſui ceſpitis ſpecie uirens permanet, & impreſſam diuinorũ pedum uenerationẽ, calcati deo pulueris, perſpicua ſimul & adtigua uenerantib⁹ arma cõſeruat, ut uere dicere poſſimus: Adorauimus ubi ſteterunt
Actu. 1 pedes eius. Quumq; ſic eleuatus eſſet dñs in ſublimem aëra ſuſcepit eum & circũdedit nubes lucida, decuit enim ut authore Ambro. Chriſtum non niſi clara & lucida nubes ambiret, non opaca, nõ obſcura, qa
Iohan. 1 tenebræ eum non comprehenderunt, uerũ nubes hæc utiq; apprehendit Chriſtũ quæ & teſtimoniũ ei perhibuit. Et ſicut in trãſ
Math. 17 figuratiõe domini uox in nube audita eſt: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.
Ambroſi. Hinc Ambroſi⁹ ait, nubem non ſuſcepiſſe Chriſtum, ſed patrem ſuſcepiſſe filium ſuũ in umbra nubis, ut declararet q̃ uulnera corporis ſui refrigeratione quadam fouere uellet. Quum ergo nubes eum ſuſcepiſſet, ita ut illum diſcipuli amplius uidere non poſſent, & tamen ex dilectione cum admiratione coniuncta intentis in cœlum oculis aſtarent omnes: Ecce apparuerunt angeli duo albis ueſtiti, qui & dixerũt ad eos
Acto. 1 Viri Galilei, quid admiramini aſpicientes in cœlũ, hic Ieſus qui adſumptus eſt a uobis in cœlum, ſic ueniet quemadmodum uidiſtis eum euntem in cœlum, poſt hæc rurſus regreſſi ſunt apoſtoli cum Maria & alijs per modum proceſſionis in Hieruſalem. Eam proceſſionem ait magiſter in hiſtoria ſcholaſtica, etiamnum repræſentari ſingulis diebus dominicis, quando exire ſolemus templũ ſicuti apoſtoli exierũt extra Hieruſalem, hodierna autem proceſſio in Eccleſia peculiariter deſignat illum egreſ-
Lucæ. 24 ſum apoſtolorum, quando exierunt in Bethaniam, ſicuti & reſpõſorium ad illud cõmode quadrat.

2. Nunc igitur paulatim uideamus q̃ glorioſa omniq; gaudio pleniſſima fuerit hæc aſcenſio, quoniã nõ temere dixit Da-
Pſalm. 46 uid inſtinctu ſpiritus ſancti: Aſcendit deus in iubilo, & dominus in uoce tubę, pſallite deo noſtro pſallite, pſallite regi noſtro pſallite. Ac primũ, magnũ fuit utiq; gaudiũ animæ Chriſti: nã etſi a principio creationis ſuæ beata extitit, nõ omnes tamen beatitudinis dotes habuit, uſq; ad mortẽ, quando demum tota beata facta eſt, cor- Aſcenſio
pus quatuor beatitudinis dotib⁹ donatũ. Chriſti
Et q̃ ille propria ſua uirtute non ulla aliena ope, ut Helias, nec alicui⁹ hominis uel cuiuſcunq; creaturæ miniſterio fretus aſcẽderit, teſtat̃ Pſaltes qui hoc ita fore in ſpiritu p̃uidit, dicens: Exaltare domine in uir- Pſalm. 20
tute tua, cantabimus & pſallemus uirtutes tuas. Et alibi: Eleuata eſt magnificentia tua domine ſuper cœlos. Fuit igit̃ hic peculiaris honor & dignitas humanitatis Chriſti, q̃ ea tanto ſpacio a terris in cœlũ tam exiguo temporis ſpacio ſit eleuata, ut admiratus merito idipſum Sapiẽs dixerit: Ecce iſte uenit ſaliens in montibus. Gre- Canti. 2
go. quoq; ait: Vultis ipſos eius ſaltus agno- Gregori.
ſcere, de cœlo uenit in uterum, de utero in præſepe, de præſepi uenit in crucẽ, de cruce uenit in ſepulchrũ, de ſepulchro redit in cœlum. Hoc etiã recolens Eccleſia, ſic canit hodie: Saltum de cœlo dedit in uirgi- In ſequẽ.
nalem uterum, inde in pelagus ſæculi &c. Deniq; ſaltum dedit hodie maximum nubes poloſq; curſu præpeti tranſuolans.

Et ideo Bernard. inquit: Solennitas iſta, Bernhar.
fratres chariſſimi glorioſa eſt: cõſummatio ſermo. 2
eni & adimpletio eſt reliquarũ feſtiuitatũ & fœlix clauſula totius itinerarij filij Dei. Quatuor nanq; Chriſti itinera ille cõmemorat: Primum de cœlo, pœnale, ſecundũ in limbum, triumphale, tertium in mundum, honorificum, quartũ rurſus in cœlũ, quod & fuit omni gaudio plenum: Sic feſtiuitas hæc totius uitæ & omniũ actorũ Chriſti concluſio eſt, ideo enim hõ factus eſt, ideo 33. annis laborauit in terris, ideo mortuus eſt, ut nobis cœli portas aperiret, ut humanitatẽ exaltaret ſuper oẽs choros angelorũ: ſicut Dauid uidit in ſpiritu: A- Pſal. 17
ſcendit ſuper Cherubin, uolauit ſuper pennas uentorum.

3. Poſſet hic oriri quæſtio, quõ tandẽ hodie portas cœli apparuerit dñs, qui eas tñ reſeraſſe creditur in cruce die paraſceues

morte

morte ſua, iuxta illud pphetæ: Ero mors
Oſæ. 13 tua o mors. Reſpondet: Verum quidē hoc
eſſe ꝙ dominus paſſione ſua & morte eme
ruit reſerationem cœli, quā tamen hodie
aſcendens deniqꝫ cōſummauit ipſe & im-
pleuit, non ſecus atqꝫ ubi quis hæreditatē
aut bonum aliud coëmerit, habere iam di
citur ius illius, & tamen poſtea tandē poſ-
ſeſſor illius conſtituit (rotunde dicunt do-
ctores, Chriſtus in morte aperuit cœlū me
ritorie & in aſcēſione exequutiue.) Quod
aūt exaltatio hæc Chriſto magno fuerit tū
honori tum gaudio, teſtatur etiā Paulus
Philip. 2 inquiens: Humiliauit ſemetipſum factus
obediens uſqꝫ ad mortem, mortē autē cru-
cis. Propter quod & deus exaltauit illum
& donauit illi nomen quod eſt ſuper om̄e
nomen, ut in nomine Ieſu omne genu fle-
ctatur, cœleſtium, terreſtrium, & inferno-
rum. Et omnis lingua cōfiteat, quia domi-
nus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris,
hinc & gaudio magno plenus Dauid ex
Pſal. 96 ſpū ſancto clamauit: Nimis eleuatus es do
mine ſuper oēs cœlos: Poſſem & hic refer-
re Mariæ gaudiū qđ etiam in reliquis ſeptē
cōnumerat, & habuit illud concepitqꝫ ex
glorioſa hac Chriſti aſcenſione, ſimiliter &
de gaudio apoſtolorum, qui ſi antea gauiſi
ſunt, ꝙ dn̄m uidiſſent poſt reſurrectionē,
quanto maiori gaudio perfuſi iam ſunt, cō
ſpicati eum exaltari ſuper excelſa cœlorū:
Volens etiā ſuperſedeo dicere quātū inde
terroris cōceperint dæmones contriſtatiqꝫ
ſint, dū uiderūt humanā naturā eleuari in
cœlos, unde ipſi extruſi deciderant ꝑpter
peccatum, in quibus ſic impletum eſt illud
Eſa. 15 Eſaiæ: Sup hoc expediti Moab ululabūt,
anima eius ululabit ſibi. Sed iam ad gau-
dia patrum digrediamur.

4. Sane magno gaudio fuit hodierna
dies, & adhuc eſt omnibꝰ patribꝰ iam inde
ab Adam uſqꝫ ad Chriſtū, e quibus nullus
adhuc in cœlum peruenerat etiā poſtqꝫ ex
limbo fuerant liberati & adducti in cœlū:
quum ante tanto tempore in limbo fuiſ-
Pſal. 67 ſent detenti, qđ etiā agnouit Dauid, dicēs
Ephe. 4 Aſcēdit in altū, captiuā duxit captiuitatē,
ſed qs eſt q ſatis cōtēplari ualeat, quāta iu-
bilatione & lætitia, quanto gaudio adfecti
fuerint patres oēs, Adam, Noë, Abraham
Moyſes, Dauid, Ioſeph Chriſti nutritius,
ipſeqꝫ eius præcurſor Iohannes, & omnes
tum patriarchæ tum prophetæ. Nam quū
nos alicuius unius diem feſtum & ſolennē
cum gaudio celebramus, qui adſumptus
ſit in cœlum, quanto magis gaudere nos
oportet hodierna die, quo tot centena mi-
lia ſimul cum capite Chriſto aſcenderunt
in cœlum: B. Augu. in quadam Homilia Auguſt.
putat nōnullos ſanctos corpore & anima
adſumptos eſſe in cœlum: ſic ut quoqꝫ cor
pora ſub mortē Chriſti apertis monumē- Math. 27
tis reſurrexerint deinde cum domino, cū
eodem quoqꝫ aſcenderunt in cœlum. Me-
minit huius ſententiæ Hiero. & ait, Daui- Hierony.
dem quoqꝫ unum ex eis fuiſſe, quamobrē
deinde Petrus de eo loquens dicit: Sepul-
chrum eius apud nos eſt uſqꝫ in hodiernū
diē, quaſi non auderet dicere ꝙ in eo cor-
pus quoqꝫ ipſius eſſet. Gaudium hoc alie-
nū nō fuit ab ĳs qui ex purgatorio ſunt li-
berati, neqꝫ illi tantum, ſed & iſti qui iam
inde a die reſurrectionis dominicæ, uſqꝫ in
hunc diem in purgatorium uenerūt, nam
& ĳ amici Chriſti ſunt facti, & dilectionē
dei habuerūt, ĳſdem de cauſſis quas in die
paſchæ adduximus, Nunc oremus &c.

Homilia ſexta et vltima in die Aſcenſionis Chriſti.

Aſcendit ad cœlum, ſedet ad dexte-
ram dei patris omnipotētis. Ex ſym.

GLorioſa & benedicta anima Chri-
ſti plurimū gauiſa eſt, quod intra-
re iam deberet in locū gloriæ ſuæ.
Multum gaudĳ habuit & Maria uidens
ſuam carnem & ſanguinem filium ſuū dul
ciſſimum aſcendere in cœlum. Neqꝫ parū
inde ſolatĳ conceperunt apoſtoli, & patres
ſancti, atqꝫ ĳ quidē eo magis ꝙ ipſi etiam
cum iubilo, & exultantes aſcenderunt in
cœlum una cū Chriſto, quod ipſum mul-
tis iam tum milibus annorum exoptarant
& expectarant. Iam uero non minus gau-

dium fuit & inter angelos cõgaudentium
cum ſuo capite & domino Ieſu Chriſto.
Illorum enim tantam conſtat fuiſſe lętitiã
& exultationem, ut non incõmode poſſit
feſtum hoc dici omnium angelorũ. Quo-
niam quum tertia angelorũ pars lapſa fue-
Apoca. 12 rit in ruinam, ſicut uidit Iohannes, & ait,
Draconem ſecum traxiſſe tertiam partem
ſtellarũ, unde & ordines illi atq; loci mul-
tis annorum milibus deſerti & uacui per-
manſerant, hodierno die primum cæpe-
runt reſtaurari, quando aſcendens cum pa
tribus domin⁹ eos in ruinas implẽdas ſub-
Pſal. 109 ſtituit, iuxta illud Dauidicum: Iudicabit
in nationibus implebit ruinas. Quod ſi au
tem teſtante in Euãgelio domino, magnũ
Lucæ. 15 eſt gaudium angelis ſuper uno peccatore
pœnitentiam agente, q̃ ineffabile gaudiũ
& inexplicabilis lætitia fuerit hic angelo-
rum ſuper tot milibus hominũ cum Chri-
ſto aſcendentium in cœlum? Utiq; hic an-
geli qui ſinguli ſingulis illis deputati fue-
rant in hac uita cuſtodiendis, ſuos excepe-
runt & ſalutarunt, unde tanta in cœlis iu-
bilatio & lætitia tanta orta eſt quãta nulla
in mundo, neq; fuit nec futura eſt unq;.
Hierony. Quid q Hieronymus putat hodie plane
euacuatum eſſe cœlum, deſcendẽtibus an-
gelis in occurſum Chriſto: q̃uis enim do-
ctores in uniuerſum adſerunt geminos eſſe
in cœlo angelos aſſiſtentes, alios ſemper in
conſpectu dei, alios ſpiritus adminiſtrato-
rios, qui in hunc mundum pro uarijs offi-
cijs, alij ad priuatos homines, alij ad gẽtes
populos & principes tranſmittũtur: ſicut
de ijs plura in feſto S. Michaëlis dici con-
ſueuere. Acceperunt autem & collegerũt
doctores illud angelorum diſcrimẽ ex iſto
Dani. 7 Danielis: Mille milia miniſtrabant ei &
decies centena milia adſiſtebant ei: q̃uis er
go inquam ſupremi angeli ſemper fere in
cœlo manentes non ſoleant emitti, hodie
tamen omnes occurrerunt domino, quam
obrem & hodierno die Eccleſia hunc Pſal
Pſal. 103 miſtæ uerſum decantat: Qui ponis nubẽ
aſcenſum tuũ, & ambulas ſuper pẽnas uen
torum. Qui facis angelos tuos ſpiritus &
miniſtros tuos flammam urẽtẽ, ſiue ut ha-
bet Targum, uolantem.

2. Vidit & Eſaias illud in ſpiritu iam
olim, quomodo angeli ſumma admiratio-
ne ducti occurrerint domino, & quamuis
illas quæ apud Eſaiam ſunt interrogatio- Diony. de
nes, Dionyſius putat a ſupremis angelis cæl. hier.
eſſe factas, qui huiuſmodi ab inferioribus cap. 7
inquiſierint, tanq̃ ab ijs qui in mundo cõ-
uerſari ſoleant, iamq; experti erant quid de
Chriſto actum eſſet. Diuerſum ſentit Hie- Hierony.
ronymus putans inferiores angelos hoc
ipſum ĩterrogaſſe ſuperiores, tanq̃ eos qui
illorum quæ in ſanctæ Trinitatis conſilio
acta concluſaq; eſſent, exactiorem habe-
rent notitiam. Quicquid tamen illud eſt,
nobis ſufficit illud angelos ſeſe mutuo ijſce
uerbis de Chriſti aſcenſione interrogaſſe.
Equidem tñ ſi alterutri accedẽdum eſſet,
mallem ſubſcribere Dionyſio, qui quia
Pauli diſcipulis fuit, hęc & huiuſmodi plu
ra myſteria diſcere facile poterit. Sed nos
ipſum audiamus prophetam uoce angeli-
ca reſonantem: Quis eſt iſte qui uenit de Eſa. 63
Edom, tinctis ueſtibus de Bozra, iſte for-
moſus in ſtola ſua, gradiẽs in multitudine
fortitudinis ſuæ? Hoc illi utiq; præ magna
dixerunt admiratione, quando uiderunt
Chriſtum dominum cum tanta gloria &
maieſtate aſcẽdere in cœlum. Norant enĩ
utiq; quomodo Enoch & Helias ſublati
eſſent miniſterio uſi angelico, uerum ille
propria ueniebat fretus uirtute, & ſuapte
fortitudine ac potentia aſcendens in cœ-
lum: ſiquidem iam uicerat mundum, dia-
bolum debellarat, confregerat limbũ, mor
tem deſtruxerat, uitam reuocarat, para-
diſum meruerat, nuncq; erat etiam cœlos
aperturus, quando tanta patrum multitu
dine & comitatu adſumpto cum immen-
ſa gloria properabat ad cœlum, ut meri-
to mirarentur angeli dicentes: Quis eſt
iſte qui uenit de Edom? Quibus reſpon- Eſa. 63
det Chriſtus & ait: Ego qui loquor iuſti-
tiam, & propugnator ſum ad ſaluandum.
Vere ille iuſtitiam noui Teſtamẽti loquu-
tus eſt, ante quem peccatis ſubditi omnes
fuerunt. Hinc amplius interrogant an-
geli: Quare rubrum eſt indumentum tu-
um, & Veſtimẽta tua ſicut calcantium in
torculari?

Torculari.] Indumentum hoc erat corpo-
ris ſui, in quo cicatrices fuerũt uulnerum,
admirati ergo hic ſunt angeli diuinæ ſapi-
entiæ conſilium, ꝙ deus mundum unige-
niti ſui morte redimere uoluiſſet. Rurſus
reſpõdet dominus: Torcular calcaui ſolus
& de gentibus non fuit uir mecum, nullus
mecum apoſtolus, diſcipulus nullus mor-
tuus eſt, imo & a me profugerunt omnes,
ꝗuis ad pœnitentiæ regreſſũ cõſeruaban-
tur, iuxta illud: Ex ijs quos dediſti mihi nõ
Ioan.17 perdidi ex eis quenꝗ. Ideo ille paſſus eſt
ſolus, ut uni ei gratias ageremus tanꝗ re-
demptori noſtro. Atꝗ in hunc modum
angeli omne gaudium & lætitiam uenien
ti domino exhibuerũt, planeꝗ ſicut in hoc
mundo temporaliter fieri ſolet, ut nobiles
& ſtemmatibus illuſtres regem aduenien-
tem honorificentiſſime excipiant, ita hic
angeli regem ſuum magno cum triumpho
comitantes deduxerunt in gloriam cœle-
ſtem. Neꝗ tamen hic ſimpliciores cogita-
re debent, angelos, dum hic a nobis dicun
tur domino ſuo miniſtraſſe, ipſum ducen-
do adiuuiſſe, quũ ille propria uirtute aſcẽ-
derit, quod iam ſępe cõmemorauimus, ſed
ita tamen angeli inſeruierunt ei in hoc iti-
nere honorem exhibendo & reuerentiam,
Prouer.14 ſiquidem, ut ait Sapiens: In multitudine
populi dignitas regis. Id omne præuidit
Pſal.67 in ſpiritu. Dauid, quum dicit: Canite deo
pſalmum dicite nomini eius, facite illi iter
qui aſcendit ſuper occidentẽ, dominus no-
men illi: Qui educit uinctos in fortitudine
(ecce patres ex limbo ereptos) ſimiliter eos
qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris
dominus dabit uerbum Euangelizantibꝰ
uirtute multa. Currus (qui in hebræo aſcẽ
ſus eſt) dei decem milibus multiplex milia
lętantium, dominus in eis, in Synai, in ſan
cto (hebraice legitur angelorum, quamuis
id nos in latino non habeamus propter ę-
quiuocationẽ dictionis שנאן, tamen Tar-
gum etiam legit angelorum, duo milia an-
gelorum ducunt illos.)

Quibus ſane uerbis exprimere uoluit
Dauid multitudinẽ angelorum Chriſto
in ſua aſcenſione ſeruientiũ, & deinde ait:
Pſallite deo qui aſcendit ſuper cœlum coe
li ad orientem: ſunt ibi plures alij uerſus
qui omnes poſſent ad longum recenſeri,
quum multũ faciant ad hanc Chriſti aſcen
ſionem.

3. Adhuc unus ſupereſt uerſus nõ po- *Pſalm. 67*
ſtremus in eodem Pſalmo, quem iam ad-
duximus: Aſcendiſti in altum cæpiſti ca-
ptiuitatem, accepiſti dona in hominibus.
Paulus inquit: Dediſti dona hominibus, *Ephe.4.*
ubi ille uerba Dauidis expoſuit, quoniam
poſt cõmemoratam multitudinem ange-
lorum, qui cum Chriſto aſcenderunt, mul
to utiꝗ plures ꝗ apparuerint angeli Ia- *Gene.32*
cob, qui tamen totum exercitum angelo-
rum uidit, plures inſuper ꝗ fuerint in mõ
te Synai, ubi data eſt lex: & Moyſes ait:
Dominus de Sina uenit, apparuit de mõ- *Deut 33*
te Pharan, & cum eo ſanctorum multa mi
lia: Infert Dauid, ꝙ etiam dona acceperit
Chriſtus, non ſane quoad perſonam ſuam,
quando ipſe iam antea a principio omnes
theſauros ſapientiæ & ſcientiæ dei in ſe ha
buit reconditos, ſed alij boni homines qui
ſuperſtites erant, ut apoſtoli illi nimirũ do-
na acceperunt, quod clarius exprimere uo
lens apoſtolus ait, dedit dona hominibus:
ſiquidẽ ille poſt clarificationem ſuã fideli-
bus dona largiter diſtribuit. Hinc ait Ioan
nes: Spiritus nondũ erat datus, quia Chri *Ioãnis 7*
ſtus nondum erat clarificatus, qđ demum
in aſcenſione ſua factum eſt. Quilibet hic
homo uaſa cordis ſui ſolicite præparet, ut
& dona quæ Chriſtus poſt aſcenſionẽ ſuã
diſtribuit percipere mereatur, ipſeꝗ poſt
Chriſtũ aſcendere poſſit, ſicut cuiuſcunꝗ
hominis animus inſtitutus eſſe debet, uel
ad illam quotidianam exhortationem Ec-
cleſiæ: Surſum corda. Quiſꝗ etiam roget
dominum, ut hanc ſibi gratiã donet, qua-
tenus poſſit toto mentis ardore Chriſtum
ſequi: ſimulꝗ clamare cum ſponſa: Trahe
me poſt te, curremus in odore ungentorũ
tuorum. Tunc autem nos ad aſcenſionem
præparabimus, nõ ſicut homines leues di-
cunt: Eia cœlos ille iam adijt, nõ uidet nos
amplius: opera noſtra non conſyderat. In
fernum ille ſubegit, & ſimilia. Sed quãdo
nos cum timore dei ꝓparamus, animoſꝗ
noſtros & corda dilectione dei & proximi
accendimus, quia tantum homo ad cœlos
aſcendit quantum diligit, & ſicut corpus

ratione grauitatis mouetur, ita ſpiritus re-
4. Reg. 2 ſpectu charitatis. Hinc eſt ꝙ Helias curru
uectus igneo aſſumptus eſt in cœlum, ut
inde diſcerent omnes qui aditum ſibi para-
re uolunt in cœlum, currum ſibi prius cō
ficere igneum dilectionis dei & proximi.
Actu. 2 Atqꝫ nō diſſimile eſt ꝙ ſpiritꝰ ſanctus miſ-
ſus eſt in linguis igneis, quem & nos quo-
tidie ſic inuocamus: Reple tuorum corda
fidelium, & tui amoris in eis ignem accen-
de. O uere fœlicem hominem quiſquis ſic
exardeſcens in charitate poſt deum, uelut
extra ſe raptꝰ erumpit, ſicut mater S. Au-
guſtini ſuſcepto Sacramento tam diuina
& ſublimia recogitabat myſteria, ut excla-
maret: Volemus in cœlum.

4. Extat & in ſymbolo fidei noſtræ ar-
ticulus, ad hodiernam pertinens feſtiuita-
tem, alter poſt aſcenſionē, de qua ſatis mul
ta diximus. Sedet ad dexteram dei patris
omnipotentis: Chriſtus ut uerus dei filius
in ſinu patris ſui eſt per generationē æter-
nā, & tñ ſimul eſt ad dexterā dei pr̄is, cui
ęqualis eſt ī poteſtate, ideoqꝫ hic ꝑ dextrā
ītelligenda nō eſt manus alicuiꝰ corpis de
xtra, quoniam iſtiuſmodi corporalia mem-
bra in diuinitate non ſunt, ſicut Antropo-
morphitæ, quos recte humaniformios di-
xeris, deum in humana forma eſſentialiter
eſſe putarunt, quæ inſignis fuerit blaſphe-
mia, quoniā deus ſpiritus eſt, ideoqꝫ mem-
Ioan. 4. bra nō habet. Et Paulus reijcit eos, ut Au
Roma. 1 guſtinus ait, qui incorruptibilem gloriam
dei commutant in ſimilitudinem hominis
mortalis: Quiſquis ergo audis dexterā dei
commemorari, neqꝫ manum dextram co-
gita, neqꝫ poſituram ſeu ſitum membrorū,
ſed immenſam illam poteſtatē recole, quā
Iohā. 5 Chriſtus habet, ut ipſe profitetur: Pater
Symbolū omne iudiciū dedit filio. Ideoqꝫ in ſymbo-
lo ſtatim ſequitur: Inde uenturus eſt iudi-
care uiuos & mortuos. Credimus ergo,
quia Chriſtus aſcendit in cœlum, ſedet ad
dexteram, hoc eſt, ad æqualem cū deo pa-
tre poteſtatē, ex qua habet illud quod iu-
dicaturus eſt uiuos & mortuos.

Pſal. 109 Reuelauit hoc idem antea ſpiritus ſan-
ctus per os Dauidis dicentis: Dixit domi
nus domino meo, ſede a dextris meis, qua-
ſi dicere uellet: Mecum regito, eadē una
mecum poteſtate utitor &c. Eadem eſt &
inter homines conſuetudo, ut ſi quem ho-
nore uelint adficere, conſtituant ad dexte
ram, & ſi ad optimum quid aliquem uoci-
tent, ad dexteram iubeant ire. Mitto hic
ꝙ nonnulli diſcrimen ſcripturarum expen
dunt uarijs modis loquentium, quomodo
ſint quidam in cœlo tantum, alij ſtent, alij
etiam ſedeant, & quamuis quo ad corpus
nulla hic differentia eſt, ſiquidem in cœlo
ſtare, ſedere & eſſe poſſunt ꝓ arbitrio ſuo,
eſt tamen ſingulorum proprietas quædam
quæ illa diſcernit. Omnes em̄ ſancti ſunt
in cœlo, ſed & ex ijs præcipue Maria adſi-
ſtit Chriſto, iuxta illud Dauidis: Aſtitit re Pſalm. 44
gina a dextris tuis in ueſtitu deaurato, cir-
cundata uarietate. Sedere autem etſi ob
æternam requiem omnibus competat ſan-
ctis, ſicut dominus reſpondit matri filiorū
Zebedei: Facere ſedere ad dextram non Math. 20
eſt meum dare uobis, ſed quibus paratum
eſt a patre meo, hoc ergo ſoli tamen uere
tribuitur Chriſto, ſiquidē is ſedet ad ęqua
litatem diuinę poteſtatis & maieſtatis.
Ne autē latius hic quoqꝫ euagemur, uela
contrahentes dicamus Chriſtum habuiſſe Ioann. 3
gratiam dei in ſupremo gradu, quia non
datus eſt ei ſpiritus ad menſurā, ſed ex eius
plenitudine omnes accepimus. Itaqꝫ quā- Iohan. 1
to plenior gratia fuit præ cunctis homini-
bus hic in terra, etiam ſecundum humani-
tatem, merito ille eo quoqꝫ altiꝰ exaltatus
eſt ſuper omnes choros angelorum, & ſu- Eph. 4
per omnes cœlos, ut ait Paulus. Et ut Da Pſal. 67
uid confitetur: Aſcendit ſuper cœlos cœli.
Sed quod ſedeat ad dexteram, præclare
quid hoc, & quur ita ſit, docet Ambroſius Ambroſi.
dicens: Non mirum ſi filio eadem ſeſſio cū
patre exhibetur: eſt enim eiuſdem ſubſtā
tiæ & naturæ cum patre. Atqꝫ ideo ſpiri-
tus ſanctꝰ ſic ordinauit in ſymbolo, ut pro
fiteamur, ſedere filium ad dexteram patris,
ne ſimplex aliquis ſuſpicaret eum eſſe pa-
tre minorem. Nos uero iam humiliter eū
imploremus, ut quia dedit ei pater omnē Matt. 28
poteſtatem quæ in cœlo & in terra eſt, iu-
dicandi uiuos & mortuos, nobis dignetur
eſſe iudex clemens & propitius, noſqꝫ ſiſtat
& ſtatuat ad dexteram inter oues, quatenꝰ
cum illis uita perfruamur æterna, Amen.

Audiui

Audiui Kayſerſpergium Prędicantem ſub illo themate.

Aſcendit Ionathas & Armiger eius poſt eum, primo Regum decimo quarto. Induxit aſcenſionem Chriſti, dein noſtram: Vado uobis parare locum, Ioannis decimo quarto. Et aſcendit pandẽs iter ante eos, Mich. ſecundo.



In die ſanctiſſimo Pentecoſtes, de feſto & ſolennitate diei, atq; ſpiritus ſancti miſſione.

Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto & cæperunt loqui uarijs linguis, Actorum ſecundo.

Euangelium, Iohannis XIIII.

SI quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Qui nõ diligit me, ſermones meos, non ſeruat. Et ſermonem quẽ audiſtis, nõ eſt meus, ſed ei⁹ qui miſit me patris. Hæc loquutus ſum uobis, apud uos manens, Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixero uobis. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis, non quomodo mundus dat, ego do uobis. Non turbetur cor ueſtrum, neq; formidet. Audiſtis, quia ego dixi uobis: Vado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrẽ, quia pater maior me eſt. Et nũc dixi uobis, priusq; fiat, ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar uobiſcum. Venit em̃ princeps mundi huius, & in me non habet quicq;. Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio.

Homilia prima:

PRincipio conſtat Chriſtum diſci-
pulis ſuis ſępius ꝑmiſiſſe, miſſurũ
ſe eis ſpũm ſanctũ, qđ ille hodier-
na die impleuit: Finita. n. cæna dixit ad il Ioan. 14
los: Rogabo patrem & alium paracletũ da
bit uobis, qui maneat uobiſcũ in ęternum,
ſpũm ueritatis. Et ĩde: Paracletus ſpũs ſan- Ioan. 15
ctus quẽ mittet pater in noĩe meo, docebit
uos oĩa. Rurſus poſtea ait: Quũ uenerit pa
racletus quẽ ego mittã uobis a patre ſpũm Ioan. 16
ueritatis, ille teſtimonium ꝑhibebit de me.
Et iterũ: Si nõ abiero, paraclet⁹ nõ ueniet,
ubi aũt adſumptus fuero, mittã uobis eũ,
& quũ uenerit ſpũs ille ueritatis, docebit
uos oẽm ueritatẽ. Refert etiã Lucas Chri- Lucæ. 24
ſtum iam aſcenſurũ in cœlũ, pollicitũ eſſe
diſcipulis ſe ꝓmiſſum ſpũm patris eis miſ-
ſurum, modo illi expectarẽt Hieroſolymis Acto. 1
dum induerent̃ uirtute ex alto. Promiſſio
nes illas oẽs, ut erãt maxime cõſolatoriæ,
ita hodie dñs certiſſime ĩpleuit. Sic. n. Lu-
cas ait: Quũ implerent̃ dies Pentecoſtes, Actu. 2
erant oẽs pariter ſedentes: Et factus eſt re-

pente de cœlo ſonus tanq̃ ſpũs uehemen-
tis, & repleuit domũ totã in qua erãt ſedẽ-
tes. Et repleti ſunt oẽs ſpũ ſancto. Hic pri
mum mihi tempus ipſum cõſydera, quãdo
impleti iã erãt dies Pentecoſtes, qđ feſtum
iam olim erat Iudæis a deo inſtitutũ inter
reliqua tria, de quib⁹ ſic p̃cepit dñs in lege
Exo. 23 Tribus uicibus per ſingulos annos mihi fe
Leui. 23 ſta celebrabitis, ſolennitatem azimorũ cu-
ſtodies. Et ſolennitatẽ primitiuorũ operis
tui quæcũq; ſeminaueris in agro, atq; hoc
erat feſtum Pentecoſtes. Et ſolennitatem
quoq; in exitu anni quãdo congregaueris
oẽs fruges tuas de agro, quod feſtum erat
tabernaculorũ, ſub quib⁹ oportebat Iudæ-
os habitare, ſicut patres eorũ fecerũt in de
ſerto, celebrant hoc 15. die mẽſis ſeptimi,
& quodlibet per dies octo peragebãt. At
nos reliquis omiſſis tantum iam de feſto
Pentecoſtes diſſeramus: quomodo & quã
Leui. 23 do celebratum fuerit illud a Iudæis, de eo
ſic ait lex: Feretis manipulos ſpicarum pri
mitias meſſis ueſtræ ad ſacerdotem. Qui
eleuabit faſciculum coram domino ut ac-
ceptabile ſit pro uobis altera die ſabbathi.
Et infra: Numerabitis ergo ab altero die
ſabbathi in quo obtuliſtis manipulum pri-
mitiarum ſeptẽ hebdomadas plenas, uſque
ad alterum diem expletionis hebdomadæ
id eſt, hebdomadæ ſeptimę, hoc eſt 50. di-
es, & ſic offeretis ſacrificium nouum dño.
Et inde dies hic erit celeberrimus, & uoca
bit ſanct⁹. Ecce quõ p 50. dies cõnumera-
ri debeãt, nõ quidẽ computando a paſcha
aut ſabbatho Iudæorũ, ſed ab altero die
ſabbathi, die. ſ. dñico, uſq; ad quinquageſi-
mum, qui rurſus erit dies dominicus. Qđ
utiq; nõ temere a deo ordinatũ ſic eſt, pro-
pter futurã illã dñicę diei ſanctificationẽ.
Feſti huius cauſſam & originem licet in
Exodo colligere. Quũ. n. Iudæi agnũ pa-
Exo. 12 ſchalem manducaſſent die 14. menſis pri-
mi, ac deinde exirent Aegyptum, poſt hac
die tertio tertij menſis deſcendit dñs corã
omni populo ſuper montẽ Synai, quoniã
Exodi. 19 ſic habet textus: Iam aduenerat tertius di-
es, & mane inclaruerat, Ecce cæperunt au
diri tonitrua ac micare fulmina. Ibi Moy-
ſes cũ dño loquutus eſt, qui eũ rurſus able-
gauit ad populũ, ut Aaronem adduceret
ſecũ: ſic ergo die 4. mẽſis 3. deinde data eſt
lex i tabulis lapideis. Qui dies ſi colligant̃
omnes, inueniuntur eſſe 50. ſiquidẽ men-
ſis prim⁹ dies habet 29. alter 30. agnũ aũt
paſchalem comederũt die 14. ad ueſperã,
& ideo ad finẽ ſunt adhuc dies 16. (inclu- Auguſti.
ſiue numerando terminos) ijs iunge dies
30. menſis ſecundi, & quatuor tertij, habe-
biſq; dies quinquaginta. Atq; ille nu-
merus quinquagenarius huic rei & propo-
ſito aptiſſimus eſt: numerus. n. eſt pœnitẽ
tiæ & remiſſionis peccatorũ, & in hoc an-
nus iubilæus a deo inſtitutus eſt ad annos
50. iuxta illud uerbum legis: Numerabis Leui. 25
tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt,
ſepties ſeptẽ quæ ſimul faciunt annos 49.
&c. Et ſanctificabis annum quinquageſi-
mum, & uocabis remiſſionem cunctis ha-
bitatoribus terræ tuæ: ipſe eſt. n. iubilæus,
ac deinceps enumerantur priuilegia & im-
munitates eius anni. Qui eodem modo in
Eccleſia quoq; ſeruatus eſt uſq; ad pontifi-
cem Sixtum, qui anno domini 1475. iubi
læum tenuit, ſimulq; conſtituit illum por-
ro ſemper ab annis 25. uſq; in 25. rurſus
ſeruari debere, eo q̃ ætas hominis ſimul cũ
decreſcente mundi tempore ſemper abbre-
uiatur. Atqui ante illum eodem tempore
obſeruabat̃ iubilæus in Eccleſia, ut quon-
dam in ueteri teſtamento.

2. Hinc iam ſequitur intellectus diei hu
ius quinquageſimi, quem Pentecoſten di-
cimus. Quoniam Lucas ait: Quum com-
pleti eſſent dies Pentecoſtes, nõ utiq; nu- Actu. 2
merando eos ab agno paſchali, ſed iuxta p̃
ceptum domini a die dominico proxime ſe
quenti, quẽ & Lucas uoluit his deſignare:
neq;. n. hic curamus in quemcunq; diem
inciderit paſcha Iudæorũ, quum ſupputa-
tio illa inceperit tandem proxima die ſab-
bathi, ita ut ſemper dies pentecoſtes in diẽ
dominicum ceciderit. Inſuper aliud quoq;
conſyderare hic licet fidei noſtræ myſteri-
um, q̃ Chriſt⁹ proximo die dominico poſt
paſcha Iudæorum reſurrexit, eodem die
quo manipuli nouarum frugum conſue- Leui. 23
uerunt offerri. Vt ſic etiam Chriſtus cor-
pus ſuum nouarum frugum, manipulum
utiq; prouinciæ noſtræ, tanq̃ uerus ſacer-
dos obtulerit deo patri & ſanctificauit.

Sicut

Sicut ergo diebꝰ 50. poſt comeſum agnū
paſchalem lex Moyſi data eſt in monte Sy
nai, ita totidem diebus a reſurrectione Chri
ſti ſpiritus ſanctus etiam in Sion datus eſt,
atq; inde cœperunt apoſtoli prædicare no
uam legem Euangelicam, ſicut preuidit in
Mich. 4 ſpiritu Micheas dicens: De Sion exibit lex
& uerbum domini de Hieruſalem, quoniā
cęnaculum illud in quo congregati fuerūt
apoſtoli in monte Sion poſitum erat. Tria
ſſ. datus itaq; hic nobis ueniūt cōſyderanda: Primū
in die do quia ſpiritus ſanctus datus eſt in die pente
minico: coſtes, qui ſemper fuit dies dominicꝰ, unde
hora. 3 ſic ille cohoneſtatus eſt, non tātum per glo
rioſam Chriſti reſurrectionē, ſed & per ſpi
ritus ſancti miſſionem, ut recte de eo dictū
Pſal. 117 ſit a Dauide: Hæc eſt dies quam fecit do
minus exultemus & lætemur in ea: Multa
autē ſuper hoc diximus die ſancto paſchæ.
c. ſcire § Deinde non temere die 50. a Chriſti reſur
hunc nu rectione datus eſt ſpiritus ſanctus, quia per
merū. 76 eum & peccata remittuntur, & indulgen
diſt. tiam quiſq; conſequitur anni iubilei, nume
rus ſiquidem ille quinquagenarius pecca
torum ſignificat indulgentiam, ſicut ſupra
meminimus, quare & dominus die paſchę
dixit ad diſcipulos ſuos, Accipite ſpiritum
Ioh. 20 ſanctum, quorūcūq; remiſeritis peccata re
miſſa ſunt eis, & quorum retinueritis reten
ta erunt eis: Poſtremo ex ipſis apoſtolorū
actis colligitur ſpiritum ſanctum datū eſſe
Act. 2 circa horam diei tertiam, quo tēpore ſobrij
ſunt, & ieiuni aptioreſq; ad gratiā dei ſuſci
Pulchra piēdam, hinc nimirum mos ille inualuit in
ſunt hæc cœnobijs & eccleſijs cathedralibus, atq; col
legiatis, ſtatim a finitis precibus tertiarum
exordiri ſummū miſſę officium, niſi ꝙ qui
dā ignaui & delicati martyres illud faciunt
poſt ſextas decantatas, ne cogentur nonas
a prandio tandem perſoluere: Adhuc quo
que alia hic ſubeſt myſtica ſignificatio, quo
niam quum & lex Moſaica horam circiter
tertiam data ſit, decuit ſpiritum quoq; ſan
ctum qui nouum teſtamentum per apoſto
los docuit & tractauit, eadem hora mitti,
Vtriuſq; & legis nimirum & noui teſtamē
ti, cuius autor ſpiritus ſanctus eſt, memor
adhuc eccleſia, de lege quidē canit pſalmū,
Pſal. 118. Legē pone mihi domine, uiam: De ſpiritu
autē ſancto, prorumpit in hæc uerba hym
ni: Nunc ſancte nobis ſpiritus unum pa
tri cum filio &c. Sic nimirum omnia in ec
cleſia ſancta ſunt quodā pulcherrimo ordi
ne digeſta & compoſita.
3. Sed iam ſatis multa de tēpore miſſi
ſpiritus ſancti diximus, reliquum eſt ut &
de ipſa in ſe miſſione dicamus, & primo ſta
tim quur tantus tonitruum fragor & ſoni
tus factus ſit, quur etiam locus ipſe cōmo
tus, quādo miſſus eſt ſpiritus ſanctus, neq;
enim in hoc ſonitu tanq; ſpiritus ſeu flatus
uehemētis ſpiritus ſanctus datus eſt, ſed in
linguis igneis, quur ergo tantus fremitus
præceſſit. Principio ut res hęc etiam reſpō *Exod. 19*
deret geſtis ueteris legis, in cuius latiōe ſic
factum eſſe narrat Moyſes: Ecce cœperūt
audiri tonitrua ac micare fulgura, & nubes
dēſiſſima operire mōtem, clangorq; bucci
næ uehementius perſtrepebat: Hinc nimi
rum decuit ut etiam uenti, ſonitus plurimi
& magnæ cōmotiones fierent in miſſione
ſpiritꝰ ſancti. 2. Poſſunt hæc eadem ad ſo
nitum prædicatiōis apoſtolicę referri, quæ
per uniuerſum orbē exitura erat, unde eā
forſan hic ſpiritus ſanctus confirmare uo
luit ſua tum gratia tum uirtute, ut inde ipſi
eſſent apoſtoli fortes & ꝑualidi inſtar cœ
lorum, ad annunciādam gloriam dei: inſu
per uſi ſunt illi in prædicatione ſua preuali
do tonitru uerbi diuini, & fulminibus mi
raculorum, quoniam in ſingulis miraculis
uirtus dei emicat, non ſecus atq; ex fulgure
lumen. Porro reliqua quæ ſuperſunt diffi
ciliora ſcholis relinquāus, quomodo ſpiri
tus ſanctus tertia ſit in diuinis perſona, &
quō ab utroq; procedat, a patre ſ. & filio,
cuius etiā ſpiratio ab utroq; non generatio
aliqua ſit ut filij ſed proceſſio & productio,
& quur paracletus ille dicatur ratione gra
tiæ ſuæ qua miſeros ſolatur & afflictos: Tā
tum de miſſione illius diſſeremus hic pri
mum in genere, ſequenti homilia quo ad
hoc feſtum. Principio ſit hæc concluſio, ꝙ
duæ tantum in diuinis perſonę mittuntur,
deus filius & ſpiritus ſanctus, quia de patre
nuſq; ſimile legimus in ſcriptura, autore
Auguſtino, ſed bene de filio dicitur, quia *Lib. 2 de*
eum pater ſanctificauit & miſit in mundū, *tri. c. 5*
& de ſpiritu ſancto, ꝙ eum mittet pater in *Ioh. 1*
nomine filij, & ſimilia multa. Quāuis ergo *& 14.*

Miſſio perſonarum. & pater apparuit in quibuſdam externis figuris, tamen a nullo emiſſus eſt, quum ſit principium reliquarum perſonarum in trinitate, a quo filius & ſpiritus ſanctus procedunt, ideoq; ille utrunq; hunc mittit in terram, ipſe uero a nemine mittitur.

4. Sciendum eſt miſſionem harum duarum perſonarum fieri poſſe duplici modo uiſibili & inuiſibili, de poſteriore iam nobis dicendum ſumimus, ibiq; dicimus quod quis filius dei uiſibili ſpecie miſſus eſt, ſemel tamen quotidie adhuc immittitur, ſeq; inſinuat pijs hominum mētibus, ſimul cū ſpiritu ſancto in ſuis donis diuinis, ut Augu. (Li. 4. de tri. c. 20) teſtatur, quæ ſint autem hæc dona & quādo filius aut ſpiritus ſanctus mittantur diſtinctim, concors doctorum ſententia eſt, quandocūq; deus donū aliquod immittit in cor hominis, unde charitas in deum exardeſcit, ipſeq; animus inflāmatur, tunc ſane ſpiritus ſanctus mittitur: Quum autem donum huiuſmodi intellectū hominis tantum illuminat, & eleuat ad reuelationem dei rerūq; diuinarum, tum mittitur filius, ſic ait apoſtolus: (Rom. 5) Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Sequitur inde quod quum homo aliquis ſupra naturam per inſtinctū dei ueritatem diuinam cognoſcit, ibi mittitur ad eū filius dei, ergo apoſtoli hodierno die ſicut uiſibiliter acceperunt ſpiritum ſanctum, ita inuiſibiliter Chriſtum, per hoc quod omnis ſapientia eis infuſa eſt quæcunq; ad fidem noſtram ſpectabat: quoniam omnis quæ naturam excedit illuminatio diuina donum dei eſt, & in eo confertur filius dei: Viciſſim cum deuotio ſeu pius in deum affectus incenditur in homine ibi ſpiritus ſanctus: Hinc Bernar. (Bernhar.) in lib. de amore dei corripit eos qui ex eiuſmodi deuotione ſuperbiunt: Quoties etiam gratia dei in homine augetur, ibi cōfertur ſpiritus ſanctus, quod in Euangelio ſatis liquet, quoniam die re- (Iohan. 20) ſurrectionis ſuæ diſcipulis ſuis dominus dedit ſpiritum ſanctum & claues cōmiſit eccleſiæ, hodie demū dona prius tradita rurſus contulit ſed auctiora. Porro in quibus donis conferatur ſpiritus ſanctus, Paulus (1. Cor. 12) edocuit inquiēs: Diuiſiones gratiarū ſunt idem autem ſpiritus: Et diuiſiones operationū ſunt, ſed idē deus qui operatur oia: Vnicuique n. data eſt manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem, alij quidē per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autē ſermo ſcientiæ ſecundū eūdem ſpiritū, alij fides in eodē ſpiritu &c.

Vbi obſeruandum adhuc eſt duplicia hæc eſſe dona, quoniam quædam conferūtur, ut hoīem ſanctificent, emendēt deoq; reddant acceptum, & tunc non ipſum donum tantum ſed etiam ſpiritus ſancti perſona confertur, unde Augu. dicit (Li. 15. tri. c. 19) ſpiritus ſanctus donum eſt quia eum dat nobis deus, ſic ait gloſſa quędam ſuper illud Pauli, (Rom. 5) charitas dei diffuſa eſt: O quam magna eſt miſericordia domini dei noſtri, qui etiam ſpiritū ſanctum dat nobis, dū donū tribuit quod ei ſimile eſt, quia donum eius ſpiritus ſanctus ipſe eſt: Quiſquis igitur es qui hodie animum tuum ſic inſtituiſti ut paratus ſis gratiam & charitatem dei ſuſcipere, ecce ſimul eſſentialiter ſuſcipis ipſam perſonam ſpiritus ſancti: Atq; ideo quum maior adhuc erat & ardentior hominum charitas in eccleſia, ad ſeruanda dei mandata, ſolebant omnes ad hæc feſta confiteri & ſuſcipere ſacramentum, non ſecus quam tempore paſchali adhuc eſt in uſu.

Alia dona tribuuntur in uſum, in adiutorium aut quāuis utilitatem, non autem in ſanctificationem, & hæc quoq; ſpiritus quidem ſancti dona ſunt, ſed in eis ille perſonaliter non confertur, neq; ideo qui illa ſuſcipiūt, ſuſcipiūt etiā ſpiritū ſctm̄, ut quū Balaam & Saul prophetarunt, quum Iudas (Num. 24; 1. Reg. 10) miracula fecit, quū Cayphas quod pōtifex eſſet anni illius uere dixit, melius eſſe Chri- (Ioh. 11) ſtum mori quam totam gētem perire: Sed nūc omnes profuſis precibus dominum deum deprecemur, ut nobis quoq; ſpiritum ſanctum ſuum ſimulq; dona eius conferre dignetur, Amen.

Homilia poſterior
in die ſancto pentecoſtes.

EQuidem ſpe bona ducor, multos ex uobis eſſe qui ſpiritum ſanctū inuiſibiliter hodie ſuſceperint in ſuis donis, maxime uero illos qui ſyncere ſe paraue-

parauerint ad hoc munus per contritionē, confeſſionem & ſacramenti perceptionē, ſicut apoſtoli alijq; fideles eum tunc uiſibiliter ſuſceperunt, quæ ſane magna eſt fidei noſtræ confirmatio, ſicut ibi robur addidit apoſtolis, qui antea metu perculſi etiam a domino profugerant, ex ijs unus ipſum ter abnegauerat, illi iam interriti neminemq; horrentes nomen Chriſti Ieſu confeſſi ſunt & prædicauerunt: Hic itaq; iam porro dicamus de uiſibili miſſione ſpiritus ſancti, id quo maiori cū fructu liceat abſoluere, principio gratiā eiꝰ implorēmꝰ corde & animo ſimulq; ore decātantes: Veni ſancte ſpiritꝰ.

Auguſt. Li. 2 de tri. c. ult.

1. Primo omnium fundamentum doctores ponunt huiuſmodi, ꝙ quæcūq; uiſibilis miſſio filij aut ſpiritꝰ ſancti ordinatur in miſſionē inuiſibiliter: Iam multi quidē fuerūt hoīes pij, & ſancti in ueteri teſt. qui etiā gratiā ſpūs ſancti acceperūt, nuſq; aūt in ſacris literis inuenias ſpm̄ ſctm̄ patribus in aliqua uiſibili forma apparuiſſe: Nondum enim uenerat plenitudo & perfectio temporis gratiæ, ideoq; nō decuit ſpiritum ſanctum mitti in imperfecto ſigno, imo & hoc non conueniebat ut ſpiritus ſanctus ante filiū uiſibilis appareret, iuxta illud Euāgelicum, ſpiritus ſanctus nōdum fuerat datus, quia Ieſus nondum erat clarificatus.

Miſſio uiſibilis

Ioh. 7

Quum autem iam uenit ſacri plenitudo temporis, deuſq; iam filium ſuum miſit, miſit ſimul & ſpiritum ſanctum in uiſibili forma, neq; fuit hoc rarum in primitiua eccleſia, ut ille ſupra baptizatos uiſibilis appareret, ſicut actorum apoſtolorum narrat hiſtoria: Videns enim hoc Symon magus obtulit apoſtolis pecuniam, ut & ipſe poteſtatem hanc acquireret, quatenus ſi cui manus impoſuiſſet, uiſibili ſpecie appareret ſuper eum ſpiritus ſanctus: Quur autem frequenter adeo ſpiritus ſanctus in primitiua eccleſia apparuit uiſibilis, rationem principio hāc referunt, ut ꝑ hoc magna illa & ardua fides, quam apoſtoli prædicabant cōfirmaretur, quod fieri non poterat ſine magnis miraculis, quæ etiam omnibus eſſent conſpicua: Ad hæc nihil eſt ex ſententia Ambroſij quod hominis adfectum ad deuotionem uſq; adeo incitat, ut ſi cognoſcat

Act. 8. 10

Ambro.

ſe a deo diligi, ad erigendos itaq; hominum animos & confirmādam in eis deuotionē, miſſus ipſi diuinitus eſt ſpiritus ſanctus in uiſibili ſpecie, quæ cuiuſmodi fuerit non conſentiunt omnes, ſunt enim qui putent fuiſſe linguas igneas ſicut hodie apparuit ſuper apoſtolos, alij exiſtimant ſplendorē lucidū extitiſſe qui circūdederit illos, quiq; linguas igneas fuiſſe cenſent, adducūt pro ſe illud Petri: Quū icipere loq, cecidit ſuꝑ eos ſpiritus ſanctꝰ ſicut in nos a principio. Nonnulli uolūt hoc fuiſſe ſignum ſpiritus ſancti in baptizatis, ꝙ loquuti ſint uarijs linguis, id inde colligunt ꝙ refert Lucas, obſtupuiſſe ex circunciſione fideles qui uenerant cum Petro, quia & in nationes gratia ſpiritus ſancti effuſa eſt, audiebant enim illos loquentes linguis & magnificantes deum.

Linguæ igneæ

Act. 11

Act. 10

Quur aūt huiuſmodi uiſibilis ſpiritus ſancti apparitio amplius in eccleſia nō ſit, nemo ſuſpicetur ideo illū in baptiſmo aut confirmatione non eſſe: Imo æque iam hic adeſt, ac temporibus apoſtolorū, niſi quia inuiſibilis nunc adeſt, qui tunc ad naſcētis eccleſiæ incrementum uiſibilis apparuit, Nunc uero quum eccleſia partim doctrina apoſtolorū, partim eorum miraculis ſimul & martyrum ſatis fundata & confirmata iā ſit, non ita opus eſt uiſibili ſpiritus ſancti apparitione, quia & nos, ut ait Grego. ſicut per nos ſupra in homilia aſcenſione adductus eſt, quum arbuſta plantamus, tamdiu eis aquam fundimus, quouſq; ea in terra iā conualuiſſe uideamus, at ſi ſemel radicem fixerit, irrigatio ceſſabit: Quid ꝙ ſunt ex patribus qui adfirmant nouiſſimis temporibus Antichriſti fore ut miracula omnino ſint deſitura, in hoc ut & ſanctorum patientia comprobetur, & malorum peruerſitas arguatur: Hoc idem ſatis patet in iſtis neo chriſtianis qui quātum iam calumniarum & omnis generis malorum irrogāt ſanctis & eorum imaginibus, inſuper uirgini quoque matri & uenerabili ſacramento: Quondam non ita licuiſſet impune, quādo grauiter ulciſcebantur ſancti uiolantes ſe, nūc patienter ſuſtinent, utut indignis modis tractantur, uſq; ad tempus ſuum.

Grego.

2. Multæ ſunt formæ quibus uideri ſe paſſus eſt & uidendum præbuit ſpiritus ſanctus, in ſpẽ quidẽ columbæ apparuit in *Mat. 3. 17* baptiſmo Chriſti, deinde in ſpecie lucidæ nubis quum trãſfiguratus eſt dominus in monte Thabor: Per modum ſpiritus quando inſpirauit Chriſtus in diſcipulos dicẽs: *Ioh. 20* Accipite ſpiritũ ſctm: Poſtremo in linguis *Actu. 1* igneis hodierna die. Quę ut recte intelligã tur, ſingula penitius nobis ſunt examinanda, audiendaq; ea quæ ſuperijs ſancti patres cenſuere: Et principio quod ad columbæ ſpeciem attinet conſentiunt doctores, fuiſſe illud quiddam uere corporeum, alias enim phantaſticum quid extitiſſet, dicit autem *In homil. epiph.* Gregorius ꝙ ſigna fidei noſtræ ueriſſima ſint, fuit ergo illud corporeũ quid, *Li. 4 de tri. c. 21* diuina iuſſione per miniſterium angelorũ in aëre cõformatum, ut Auguſt. putat, fuit etiam illa ſpecies columbæ mota ab angelis, ſicut iſtæ linguæ igneæ.

Porro & ſi iſta columbæ figura res corporea fuerit, uera tamen columba non fuit, *Columba ſpi. ſ. Auguſt.* quia ex ouo non nata, ut idem ait Auguſt. de agone Chriſtiano cap. 22. animal uiuũ nõ extitit, quia alias occiſa columba fuiſſet *Albertus* de quo tamen nil conſtat: Solus Albertus quod quidem iam meminerim, ponit columbam ueram & uiuam fuiſſe, ꝗuis idem in 1. ſenten. diſt. 16. adſerat firmiter, columbam illam non fuiſſe uerum animal, *Gabriel. Auguſt.* Gabriel tamen addubitat, ſed Auguſt. uidetur ſentire ꝙ fuerit uera nubes & flatus quidam, de alijs non ſic, lib. 2. de trini. cap. 6. Ita uero neq; linguæ igneæ fuerunt ignis quidam ardens, & de columba proprie dicit *Luc. 3* Lucas, Ieſu baptizato apertum eſt cœlum, & deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, ſed & *Mat. 3* Matthæus ait, ꝗuidit Iohannes ſpiritum dei *Mar. 1* deſcendentem ſicut columbam, ſimiliter & *Act. 2* Marcus: De igni ſic inquit Lucas: Apparuerunt eis diſpertitæ linguæ tanq; ignis, In hunc modum eccleſia canit: In columbæ ſpecie SPIRITVS ſanctus uiſus eſt. Ecce ergo quanta ſit diuerſitas miſſionis filij a miſſione ſpiritus ſancti, ille enim in humana ſpecie miſſus in hunc mundũ eſt, ita ut etiã humanã ſibi naturã uniuerit in unitate diuinæ perſonę, nimirum uerus homo factus, non ſic ſpiritus ſanctus columbæ ſpeciem ſibi uniuit, neq; factus eſt columba ut Chriſtus homo, ſed figuram eius tantum ſuſcepit ut ſignum: Poſſem huc rationes adducere ex 7. conditionibus ſeu proprietatibus columbæ, ſed ſuperſedeo, quia nimis longum fuerit (uide poſt alios Tui- *Tuicen.* cẽn. qui Matth. 4. adaptat. 7. proprietates columbæ, ſeptem operibus Chriſti, ibidem per Math. enarratis.

3. Quia principio diximus omnem *Inuiſibilis miſſio ſpiritus ſcti* uiſibilem miſſionem ſpiritus ſancti ad inuiſibilem ordinari, age hoc ipſum in illis 4. demonſtremus ſed breuiter: Nam in baptiſmo Chriſti ſpiritus ſanctus apparuit in ſpecie columbæ, ut per hoc oſtenderet ple- *Luc. 2* nitudinem gratiæ Chriſti, quæ deinde in alios redundaret quos ille redemerat, ſicut & in lege Moyſi primogeniti fuerunt per oblationem columbarum ſignificati, ꝙ iã redempti eſſent.

Nubes autem lucida in transfiguratio- *Nubes* ne Chriſti hoc ſibi uoluit, ꝙ ſicut nubes uirtute cœleſti generatur, & refrigerationẽ præbet aduerſus calorem ac æſtum, deinde in rorem aut pluuiam deſinit: Ita Chriſtus diuina uirtute natus cooperante ſpiritu ſancto ex uirgine Maria, nullum habuit malæ concupiſcentiæ æſtum, ſed ſalutaris ſapientiæ ſuę doctrinam diffudit inſtar aq;, ſimiliter & rorem gratiæ & miſericordiæ ſuæ, iuxta illud Moyſi: Cõcreſcat ut pluuia *Deut. 32* doctrina mea, & fluat ut ros eloquiũ meũ, Inſuper multam pluuiam facit ſpiritus ſanctus in pijs mentibus hominum, dum fontes lachrymarum educit, ſecundum hoc quod ait pſaltes, flabit ſpiritus eius & fluẽt *Pſal. 147* aquæ, beati oculi qui illis aquis ſpiritus ſancti irrigantur: Flatus ille in quo dominus *Flatus* ſpiritum ſanctum dedit apoſtolis, ſignificat habundantiam ſenſus ſimul & uitam gratiæ, quam utramq; apoſtoli per ſacramentum pœnitentiæ & poteſtatem clauium fidelibus deberet infundere: Spirãdo cognoſcitur ꝙ animal uiuat, cui ſi paululum temporis ſubtrahatur ſpiritus, emoritur ſubito homo, etiam ſi ad dimidium horæ inſpirationis & reſpiratiõis deſtituatur beneficio,

perdurare

perdurare & ſuſtinere non poteſt: Ad eũdem modum etiam q̃ primum animæ ſpiritus ſancti gratia ſubtrahitur, ſtatim ex peccato moritur ſpiritualiter, dicente pſalmiſta: Auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. *Pſal. 103*

Linguæ igneæ. Sed quod ſpiritus ſanctus iã hodie in linguis apparuit igneis, multæ ſunt rationes ex ſacris literis apud multos, nos unicum argumentum oſtendemus: Quo ad linguas ſane hoc deſignauit donũ linguarum, quod deinceps gratia ſpiritus ſancti adiuti omnia genera linguarum loqui & intelligere potuerunt, ſtatim enim autore Luca, cœperunt loqui uarijs linguis: de inde per linguas ſignificat q̃ ſpũs ſanctus ap̃lis etiam ſcientiam dedit neceſſariã utique illis ad ſalutem propriam & aliorum præuidit hoc ipſum ſapiens in ſpiritu, dicens: Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia (ſic enim & homo dicitur oĩs creatura) ſcientiã habet uocis, hoc eſt loquendi: Idem quoq; hoc lingua deſignat, quod Chriſtus promiſit apoſtolis: Spiritus ſanctus quem mittet pater in nomine meo, docebit uos omnem ueritatem: Effrene ſiquidem mem brum eſt lingua & difficulter regitur, atq; ideo diſciplina ſpiritus ſancti multum indiget: Pulchrum eſt adplicare, quia filius in diuinis eſt uerbum, ſpiritus ſanctus eſt lingua, & quia per linguam formatur uer bum, etiam per ſpiritum ſanctum incarna tus eſt filius ex Maria, ideoq; lingua eſt ſcribæ uelociter ſcribentis, nam q̃ eructat cor meũ uerbũ bonũ, hoc officiũ eſt linguę ſcribentis, hoc eſt ſpiritus ſancti, extende ad placitum: In ſymbolis omnia plana. *Act. 2* *Sap. 1* *Ioan. 14* *Iac. 3* *Pſal. 44*

Hæc iam coniungendo facile eſt uidere, quur linguæ fuerint igneæ, quoniam ut Gregorius ait: Exterius apparuerunt linguæ igneæ, & interius facta ſunt corda flammantia: In ijs linguis igneis apparuit ſpiritus ſanctus, omnes enim quos hic implet ardere facit ſimul & loqui: Nos quoque ſi examinauerimus proprietates ignis, uidebimus quidnam hic ignis ſpiritus ſanctus operatus ſit in apoſtolis & adhuc operetur in nobis, Cernimus utiq; q̃ affabre adornatum ſit cœlum lumine ſolis, lunæ & ſtellarum: Cœlum ſuo lumine uegetat terram & uelut exhilarat, calore omnia uiuificat, germina producit, & fertilia cuncta facit: Adhæc ignem ex duro ſolemus excutere ſilice cum chalybe, ad arcendum horrorem, & profligandam tetram noctis caliginem: Ad ignem eſculen ta coquuntur, quibus uitam ſuſtentemus, Metalla quoq; duriſſima molleſcunt igni, ut poſſint elaborari: In cultu diuino quon dam iugis ardebat ignis in altari, & holocauſta comburebantur ad ignem: Pulchrum hoc etiam eſt & ab ethnico poeta uetuſtiſſimo diligẽter obſeruatum: Quod qui lumen de alieno lumine accendit, facit: Vt nihilominus ipſi luceat, quum illi accenderit. *Grego.* *Ignis* *Leui. 6* *Nume. 28* *Ennius*

Spiritualiter hæc operat̃ ſpiritus ſanctus in pijs cordibus, unde non immerito per ignem deſignatus eſt, quoniam ſupremas uires rationales animarum noſtrarũ illuminat, atque animæ noſtræ inſtar ſtellarum ſunt: Ille externum quoque conuictum noſtrum in terra pacificat, honeſtum ſtudioſumq; efficit, iuxta illud Pauli præceptum: Exemplum eſto fidelium in uerbo, in conuerſatione, in fide, in caſtitate: Et quia ut ait Bernardus, charitas ſpiritus non poteſt eſſe otioſa, ideo ubi cunq; ille per charitatem habitat in homine fructum multum adfert. Similiter & ignis diuini amoris ex ſilice excutitur cordis duri, ſed id forti ferro pię orationis, nam utut animi ferro & adamante ſint duriores, illos tamen feruor & ignis emollit ſpiritus ſancti p gratiam & charitatem: Sic nimirum durum cor erat Pauli Chriſtianos perſequentis, multumq; ſitientis ad effundendum ſanguinem Chriſtianorũ: Nonne tamen pulchre mitigauit illud gratia dei, uſque adeo etiam ut uas fieret electionis: ita enim Gregorius in quadam homil. declarat, & Hieronymus de uillico ex Theophylo dicit: Ex ſublimi miſit ignem in oſſa mea & erudiuit me: Sicut etiam *1. Tim. 4* *Bernhar.* *Act. 9* *De uillico*

Chryſoſt. ignis,ut ait Chryſoſt. comburit ſpinas, ſic ignis gratiæ cōburit ſpinas concupiſcētiæ, in ſuperbia,auaritia,libidine: Et ſicut flamma ignis mouetur ſurſum, ita nos, ſpiritus ſanctus erigit in ſpem ſupernorum, quemadmodum *Ezec. 8* eleuauit ſpiritus Ezechielem inter cœlum & terram: Semper itaq; ardere debet ignis in altari cordis noſtri, & holocauſtum offerre deo, non prauas concupiſcentias diabolo, ut impleamus illud *Gal. 5* Paulinum: Spiritu ambulate & deſyderia carnis non perficietis. Et ſic de alijs ſymbolis. Nec quis admiretur ſpiritum ſanctū per ignis ſpeciem deſignari, quoniam ille amor diuinus eſt patris & filij: Amor autem feruidus ardet,ut recte etiam ignis hic deſignat æternum amorē dei, ſicut & *Soph. 1* Sophonias dixit: In igne zæli domini deuorabitur omnis terra, hoc eſt in ſpiritu ſancto, quādo prædicatum eſt Euangelium, terreni adfectus & concupiſcentiæ idolorum,perierunt. Extende ſymbola ad conuenientias ſacræ ſcripturæ, & habebis 4. aut 5. ſermones.

Nouus itaq; ille doctor ſpiritus ſanctus in linguis igneis apparuit, & apoſtolos docuit omnes linguas, ut omnibus gentibus adnunciare poſſent immenſam dei magnificentiam, atq; ideo quidem in linguis apparuit diſpertitis, ꝙ eo magis decebat *Gene. 11* quia deus per peccatū linguas hominum confuderat in ædificatione turris Babel. *Variæ linguæ Apoſtolorum.* Quomodo autem uarijs linguis loquuti ſint apoſtoli non conueniunt in eo omnes, exiſtimantibus quibuſdam eos ſua natiua lingua & uernacula eſſe loquutos, puta hebræa, auditores uero omnes ratos ſe ſingulos eos ipſorum lingua loquutos: Quod utut miraculum magnum fuerat, unicam linguam tot diuerſarum linguarum generibus eſſe intel- *Beda.* lectam,tamen ait Beda,magis futurum fuiſſe miraculum audientium ꝙ loquētium, ſi ſinguli audientes pro ſua quiſq; lingua intellexiſſet quæ apoſtoli unica lingua hebręa dixiſſent.

Vnde quum potius cogitandū ſit ſpiritum ſanctum miraculum hoc tantum in ipſa apoſtolorum perſona fuiſſe operatū, quibus etiam miſſus eſt,ſupra ſingulos uiſibilis apparuit, ideo credendum eſt magis eū illis linguas omnes infudiſſe, quod admodum decebat ueritatis magiſtrum, fuit idem neceſſarium apoſtolis, qui futuri erant omnium populorum præceptores, ut eorundem linguas non ignorarent: In eius rei argumentum, quia 72. perhibentur eſſe in mundo linguæ, totidem ſibi elegit Chriſtus diſcipulos, ut autor eſt Rabanus: *Rabanus* Ad hæc uidemus ipſi non tantum hæbraice ſed Græce eos ſcripſiſſe: Petrus quoq; & Paulus ſine dubio Romæ Romana ſunt lingua loquuti, atque in Arabia Arabice: Quod ipſa etiam litera in contextu ſatis arguit, ſic enim habet: Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto & cœperunt loqui uarijs linguis: Ecce,loqui cœperunt, non audire, fuit ergo miraculū hoc non audiētium ſed loquentiū apoſtolorum,unde & ſequitur prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis: Ecce ꝙ & ſpiritus ſanctus eis dedit hoc eloquium uarijs linguis. Nouumq; hoc adeo erat ſanctificationis ſignum,ut in ore eorum,omnium genera naſcerentur linguarum: Et hæc magnificentia eſt eccleſiæ, qua ſuperat ſynagogam,ea in Iudæa tantum erat: *Pſal. 79* Eccleſia nunc per uniuerſum diuiſa eſt orbem, ubi fides prædicatur & Euangelium adnunciatur. *Gen. 11* Sic apoſtoli Babylonicam turrim per multitudinem linguarum non ædificarunt,ut iſti peccatores qui ab opere ceſſarunt quum non poſſet eorum turris ad cœlum uſque extolli: Verum apoſtoli turrim eccleſiæ uniuerſis linguis exædificarunt, eius altitudo in cœlum uſq; protenditur,quū caput ipſius ſit Chriſtus, neq; id mirum,quoniam turrim hanc apo- *1. Pet. 2* ſtoli non humano conſilio, ſed inſtinctu ſpūs ſancti, non ex lateribꝰ luteis ſed lapidibus uiuis & electis cōſtruxerūt: Eratq; hoc auditu mirabile, homines ex uulgo, ſimplices & imperitos,quiq; nullis profectionibus apud exteras nationes alienarum ſibi linguarum notitiam comparauerant, omnibus ijs qui aderant,ſuas natiuas linguas eſſe loquutos: Miraculum hoc fuit utiq; manifeſtum adeo,ut ne tergiuerſandi quidem

quidem ulla remanſerit ibi ſuſpicio, neque calumniandi occaſio, unde & dicebant qui audiebant: Nonne ecce omnes iſti qui loquuntur Galilæi ſunt, & quomodo audiuimus unuſquiſq; linguam noſtram in qua nati ſumus, Parthi & Medi, & Elamitæ, Arabes, aduenæ Romani & cæt. Hinc nimirum impulſi ſunt, ut palam uiderent & admirarētur uirtutem dei, atq; ideo hodie ad primum S. Petri ſermonē crediderunt tria milia hominū, & baptizati ſunt: Iam & uos inuocate propitium numen & gratiam ſpiritus ſancti implorate &c.

Act. 2

Si vis potes facere

ſermonem de vij. donis ſpiritus ſancti, aut per ſymbola eas, & dic quomodo ignis extinguatur, & applica de extinctione gratiæ Chriſti: Aut per oppoſitum, de ignis conſeruatione, facile habebis iiij. aut v. ſermones.



Die dominico Sanctiſſimæ & indiuiduæ trinitatis Euangelium Iohan. iij

Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: Matthæi. ult. Vel ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum, ad Rom. xi. Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus Sabaoth, Iſa. vi. Induc unum ex illis, quodcunq; placuerit tibi.

Quærat hic principio aliquis: Quur tandem hoc feſtũ S. trinitatis in hunc diem dominicum celebrari ſit ordinatum, proxime a ferijs pentecoſtes? Reſpondebitur illi, quoniam ſtatim poſt aduẽtum ſpiritus ſancti cœptum eſt credi, in baptiſmo exprimi & uſurpari fides, ſimul atq; confeſſio dei patris, filij & ſpiritus ſancti: Antehac enim profundiſſima ille ſanctæ trinitatis myſteria, quãuis per ſe immenſa & ineffabilia, nunq; ita erant certis tribus nominibus diſtincta & cognita, tantiſper dum cõmitteret dominus iuberetq; diſcipulos ſuos baptizare in nomine illarũ trium perſonarum: cõueniebat etiam hoc pulchre ut quum multa haberemus Chriſti feſta, iamq; illud ſpiritus ſancti peregerimus, in quibus ſemper etiam pater glorificatur & magnificatur, iã illud quoq; feſtum gereretur quo ſingularum trium perſonarum gloriam coniunctim proſequeremur & celebraremus.

Porro ſi inquiras: Quur nõ trium pſonarum fides expreſſe congnita fuerit hoĩb9 etiã ante Chrĩ natiuitatem? Audi, fuit hoc ignotũ uulgo hoĩum, qm̃ iuuenilis adhuc ætas mundi naſcẽtis cape myſteriũ hoc tñ nõ potuiſſet, ſic expectãdũ fuit donec inueteraſceret cũ tẽpore mũdus, iãq; ex multis miraculis cognoſceret deũ p̃rem, incarnato dehinc dei filio, potuit illud magnũ archa-

Trinitas olim incognita.

num trinitatis ſine magno prædicantium labore hominib⁹ inculcari & perſuaderi.

Neque adhuc in ueteri teſtamento trinitas miſericordiam exhibuerat, quam nunc cognoſcimus nos & ſcimus per fidem, ꝙ hoīem quē creauit deus pr̄, filius redemit, & ſpiritus ſanctus eundem accendit igne charitatis ſuæ, ꝗuis hæc tria trinitas tota operata eſt, eo ꝙ opa trinitatis, *Damaſ.* autore Damaſceno, ſunt indiuiſa, attamen *Gene.1* per huiuſmodi opera, diſtinctio nobis patuit perſonarum: Hæc enim uox patris fuit, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, filius autem humanam naturam, in qua & paſſus eſt, *Math.3* adſumpſit: Sed ſpecies columbæ ſuper Chriſtum, ꝗuis non eſſentiam ſpiritus ſancti, tamen præſentem eius poteſtatem uiſibiliter demonſtrauit: Cæterum ꝙ arduum ſit & difficile trinitatem intelligere, atqꝫ ideo a cōmuni hominum captu multum alienum, quiſqꝫ facile experietur ipſe qui conatus fuerit intellectu ſuo eius myſteria indagare, quod facere ſane non debent rudes adhuc & ſimplices, ne incidant in laqos diaboli, ſimul funib. errorū inuoluti, ſicut antiqui hæretici Arrius, Sabellius, Manichæus, Macedonius & alij: Tibi interim qui hæc magna adſequi non potes, ſatis eſt credere, ꝙ tres ſint in diuinis perſonæ, quarum una alia non eſt, & tamen eandem habent eſſentiam, unam deitatem, potentiam & ſapientiam æqualem &cę. a ſæculo in ſæcula ſæculorū: Hic nō ſine periculo licebit diu inſiſtere ſingula inueſtigando, unde recte ait Aug. *Li.1 de tri.c.3* Vbi q̄ritur unitas trinitatis, nec pīculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec quicqꝫ fructuoſius inuenitur, quare & prohibuit illud ſpiritus ſanctus per *Eccle.3 Pro.15* ſapientem dicentem: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſcrutator enim maieſtatis opprimetur a gloria, hinc & ſapiens uetat talia ſcrutari, *Sap.9* quū ait: Difficile æſtimamus quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore, quæ in cœlis ſunt autem quis inueſtigabit? Si quis cupidus myſteriorum uelit animi ſui cogitatione quantumuis intenta inquirere, quomodo filius dei ab æterno ſolum a patre ſit genitus, utique non inueniet illud, ſed iubebitur fixo pede conſiſtere & conquiſcere dicendo cum propheta, generationem eius quis *Iſa.53* enarrabit? ſicut & Sanctus Ambroſius *Ambroſi.* libere atque ingenue fatetur inquiens, Impoſſibile eſt mihi ut intelligam myſterium diuinæ generationis: Præ omnibus ergo adſumenda eſt fides eccleſiæ, ea tenenda eſt, ſicqꝫ uia ingrediens media tutiſſimus ibis: Qđ ſi cui donatum eſt a deo aliquid ſublimius inquirere, id quoqꝫ faciat, ſed cum timore & humilitate.

Trinitas in ueteri teſtamento docta

2. Etſi trium perſonarum trinitas in diuinis populo ante Chriſti incarnationem manſerit incognita, fides tamen hæc in ueteri teſtamento non omnino fuit abſcondita, & ijs qui tunc a deo præcipue fuerunt illuminati, Moyſes namque dum ſcripſit illud in dei perſona patris: *Gene.1* Faciamus hominem, utiqꝫ de unica perſona ſic loquutus non eſt, ſed pluribus, utiqꝫ non angelis, quoniam ij deum in creando adiuuare non poſſunt quicqꝫ: *Gene.18* Sic Abraham quoque myſterium trinitatis cognouit, quando uenientibus ad ſe angelis, tres quidem ille uidit, ſed unum adorauit: Intellexit ſine dubio hoc ipſum & Daniel, *Dani.5* conſpicatus in pariete ſcripturam ſcribi tribus digitis, quam tamen deus unus una manu faciebat, ubi eſſentia in tribus intelligitur perſonis, ij ſiquidem digiti illi tres ſunt de quibus Iſaias dixit: *Iſa.40* Quis appendit tribus digitis molem terræ?

Aut quis tam impudens ſiue pertinax erit ut nō credat Iſaiam quoque illud intellexiſſe, quando in ſpiritu audiuit: *Iſa.6* Seraphim duos clamantes & cōcinnētes Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus Sabaoth: Plena eſt omnis terra gloria eius. Quia autem Iudæi audientes illum clamorem apoſtolorum poſt miſſionem ſpiritus ſancti in ſua excæcati ſunt infidelitate, in eius rei argumentū addit propheta, *Iſa.6* Impletā eſſe domū fumo, (dom⁹ ideſt templū) fum⁹ uiſum impedit, dū moleſt⁹ & ingrat⁹ eſt oculis, ita infidelitas Iudęos impediuit q̄ minus uiderint ꝙ ſctūs eſt pr̄, ſctūs

filius

Isa. 6 filius ſanctus & ſpiritus ſanctus: Atq; ideo ſtatim ibi ſequitur: Excęca cor populi hui⁹ & aures eius aggraua, hinc in hodiernum uſque diem fumus eſt in oculis Iudęorum, dum non credunt trinitatem perſonarum in una eſſentia diuina. Nos autem qui in tra mænia ſanctæ eccleſiæ detinemur, qui- Apoc. 5 bus aperuit librum agnus ipſe Chriſtus dominus, hoc eſt manifeſtauit occulta ſanctæ trinitatis myſteria, ideo quotidie clamamus in ſacrificio miſſæ: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus &c.

Quinq; Dauid ait in perſona Chriſti: In capite libri de me ſcriptum eſt, quodnam In capite libri. eſt caput ſiue principium illud niſi primus liber Moyſis de creatione mundi? ſed ubi Moyſes de eo ſcripſerit Chriſtus ipſe aperit, qui interrogantibus Iudæis quis eſſet reſpondit: Ego principium, qui & loquor uobis: Quo reſponſo docuit ſe principiũ illud eſſe loquens eis in primo libro, in quo de ſe ſcriptum ſit, iuxta teſtimonium Dauidis, ſic autem eſt legere apud Moyſen a Gen. 1 capite: In principio creauit Deus cœlum & terram. Quod quæſo aliud eſt principium niſi filius dei, in quo cœlum & terra creata ſunt? ſane illud etiam Iohannes te- Iohan. 1 ſtatur dicens: Omnia per ipſum facta ſunt, Ita nimirum Deus pater cœlum creauit et terram in principio, hoc eſt in filio: Statim Gen. 1 poſtea ſequitur: Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. En hic tibi tres illas in diuinis perſonas expreſſas in primo ueteris teſtamenti libro, Cap. 1. (Vide Petrum Nigri in diſputatione contra Iudęos, Plura argumenta conquirentem ex primo capite, ex eo φ dicitur elohim, quod dicitur breſchit bara, ex nomine item tetragrammaton, ſed iſta mitto quia non ſunt pro communi populo.)

Poſſent ad longum iſtiuſmodi complures loci induci, ex quibus nonnullos uelut Pſal. 32 uno faſce collectos proponemus. Dauid inquit: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum: Ecce hic dominum patrem, uerbum filium & ſpiritum, ſpiritum ſanctum, per hos tres cœli creati ſunt, quamobrẽ alio loco in unico unius pſalmi uerſu ter deum commemorat inquiens, benedicat nos deus deus noſter, benedicat nos Deus, non φ tres dij Pſal. 66 ſint ſed Deus unus, in tribus perſonis: Sic etiam quum dominus committeret Moyſi quomodo filius eius Aaron benedicere deberet filijs Iſraël, iuſſit ut ſic diceret, benedicat tibi dominus & cuſtodiat te, oſtendat Nume. 6 dominus faciem ſuã tibi & miſereatur tui, Cõuertat dominus uultum ſuum ad te, & det tibi pacem: Hic quoq; in hac benedictione nomẽ domini ter exprimitur, ad demonſtrandam trinitatem perſonarum in diuinis: Huiuſmodi locos plurimos ex ueteris teſtamenti ſcriptis colligere poſſem, ſed nobis Chriſtianis hoc magnopere neceſſarium non eſt, quum habeamus Euangelium uiuum, in quo manifeſte nobis perſonę tres in una eſſentia diuina ſunt adnunciatæ: Vide Galatinum ſi placet & Porchetum. Proch. Galat.

3. Quum iam non ſufficiamus cognoſcere quomodo tres perſonæ ſint in una diuina eſſentia, adhuc tamẽ imbecillitatis intellectus noſtri miſertus deus, imaginem quandam nobis dedit per quam in cognitionem dei uenire poſſimus: Omnes enim creaturæ, ut ait Auguſt. clamant deum Lib. 11. de eos feciſſe, creatorẽq; illum ſuum profiten- ciui. c. 4 tur, idem alibi dicit: Oportet ut creatorem Li. 4. de per ea quæ facta ſunt intellecta conſpicien- trini. tes, trinitatem intelligamus, huius enim tri Roma. 1 nitatis ueſtigium in creaturis apparet: Præcipua diuinitatis ueſtigia in angelis & hominibus conſpiciuntur, puta creaturis rationalibus in quibus & imago dei exiſtit, Ipſum uero hominem magno cõſilio creauit deus ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuã, ſiquidem ipſum tanq; dominatorem creaturis omnibus in terra præficere uolebat, quo ſublimioribus etiam donis eum illuſtrauit: Mitto φ in illis etiã uerbis trinitas deſignatur, quando dixit dominus faciamus (ecce patrem) hominem, ad imaginẽ (ecce filiũ) & ſimilitudinẽ noſtrã (en ſpiritũ ſanctum.) Et φ DEVS filius ſit imago patris: Paulus teſtatur dum eum uocat inuiſibilem imaginem dei, & alibi, ſplendo Col. 1 rem gloriæ & figuram ſubſtantiæ eius, ſed Hebr. 1 quo pacto homo ad ſimilitudinem dei for- Anima mat⁹ ſit, paulo poſt explicabim⁹; Ad ſimili imago dei

tudinem dei factus eſt, quia ideo creatus
eſt ut diuinã bonitatem ſequeretur, q̄ nimi
rum eſt ſpiritus ſanctus: Eſt aũt imago dei
August. p̄cipue in anima hominis hoc modo, quia
ex ſententia Aug. ſunt in anima potentiæ
tres, memoria, intelligẽtia, uoluntas, aliq̄n
nominat nominibus actuũ aliq̄n potentia
rum: Noli tamẽ apud Aug. intelligere per
memoriã recordationem rerum cognitarũ,
ſed uim atq; potentiam intelligendi, & ut
eſt ſub actu dicitur intelligentia, ideoq; ap-
pellatur memoria fęcunda: Ipſe igitur ani
mam tuã conſydera quæ intellectus tui &
uoluntatis origo eſt, atq; in ea ipſa dei pa-
tris imago exiſtit, quid illa parit, primũ uer
bũ cordis notitiam alicuius rei, quæ & ipſa
imago eſt filij dei, qui etiã ex utero paterni
ĩtellect⁹ naſcit̃: Vnde iã uides quur fili⁹ dei
uerbũ patris dicat̃, nõ ꝙ ſit uerbũ oris q̃d
in aëre profertur, ſed uerbũ eſt paterni cor-
dis quod pater ipſe abęterno genuit ex ſuo
intellectu: Vox quidem illius externa Ioan
nes fuit, ſed filius uerbum erat, iuxta illud:
In principio erat uerbum, & iterum: Ver-
Iohan. 1 bũ caro factum eſt: Quum primum ergo
anima aliq̄d cognoſcit, ſtatim ſequit̃ amor,
Li. 14 de dicente Auguſt. Non uiſa amare poſſum⁹,
tri. incognita nequaq̄, quũ nihil diligatur niſi
cognitũ: Atq; ea ſpiritus ſancti imago eſt,
quia ille a patre & filio, qui uerbum eſt &
cognitio, procedit ſiue ſpiratur per diuinã
uoluntatem ab æterno. Sic ergo iam per-
fectam uidemus imaginẽ dei in anima ho-
minis, quoniam ſubſtantia animę deſignat
patrem, memoria & intellectus filium, uo-
luntas autem & amor ſpiritum ſanctum,
Sequitur, ꝙ q̄uis omnes eſſentiales perfe-
ctiones æque cõmunes imo & idem ſunt
tribus illis perſonis, uni tamen perſonę prę
alijs attribuuntur, non tanq̄ propriæ, ſed
adpropriatæ, ratione ꝓceſſionis ſuæ ex alia
Appro- perſona: Res exemplis eſt aperienda & cõ-
priata p- monſtranda ut clarius intelligatur, Patri
ſonarum potentiam tribuimus, ſapientiam filio, &
bonitatẽ ſpiritui ſancto, q̄uis ſinguli tres
æque ſint potentes, ſapientes & boni: quæ-
res igitur quare alteri perſonæ aliquid plus
alijs tribuatur? Reſpondetur, ꝙ & ſi ſapien
tia tribus perſonis eſt cõmunis, imo & una
omnium trium ſapientia eſt, quia tamen fi
lius dicendo a patre procedit, uerbum eius
eſt, a quo & gignit̃ ex ſuo ipſius intellectu,
ideo ſapiẽtia ei adpropriatur, q̄uis omnes
tres ęqualiter ſint ſapiẽtes: Ita bonitas quũ
ſit perſonis tribus ęqualis, ſpiritui tamẽ ſan
cto appropriate tribuit̃, eo ꝙ ille amor eſt
& procedens ſpiratur (eius enim proceſſio
ſpiratio eſt) a patre & filio per uoluntatem
(quia uoluntas eſt principium quo) Iam
uero ea natura amoris & uoluntatis eſt, ꝙ
nihil niſi ſub ratione boni deſyderant, quũ
hoc ſit bonum quod omnia appetunt, &
ratio boni ſit ratio appetibilis. i. Etic. ideo
quodcunq; uel amori uel uoluntati uel bo-
nitati tribuitur, id omne adpropriatur ſpi-
ritui ſancto: Et ob hanc cauſſam eidem
tribui ſolet remiſſio peccatorũ, unde Chri- Iohan. 20
ſtus apoſtolis ſuis daturus poteſtatem re-
mittendi peccata, prius dedit eis ſpiritum
ſanctum: Sic patri potentia tribuitur, q̄m
& illius imago anima eſt, nõ minus q̄ po-
tẽs eſt uerbum producere & uoluntatem,
atq; eodem modo pater initium eſt totius
trinitatis.

Non hic me clam eſt, quod cõmuniter
dici ſolet, quia inter homines plærunq; pa-
tres ueteli ſunt & uiribus non ita ualidis,
ne hoc idem de deo patre cogitetur, poten-
tiam ei tribuimus: Et quia filij in iuuentu-
te plærunq; ſtolidi & imprudentes ſunt,
quod filio dei non competit, proprie ipſum
ſapientem uocamus, deinde quum illud
quod ab homine ſpiratur ut plurimum fu-
rioſum ſit (iuxta illud Iſaiæ, quieſcite ab Iſa. 2
homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt)
ne hoc uideatur etiam in deum cadere, di-
cere ſolemus bonitatem ſpiritus ſancti: Ve
rum prior illa ratio firmiori innititur fun-
damento in ijs & pluribus etiam alijs in-
telligendis.

4. Iamne uidetis q̄ impudenter Iu-
dæi inſimulent nos de multitudine deorũ,
quum tamen confiteamur unam eſſentiam
diuinam, ita quod tres illæ perſonæ ſint
DEVS unus & uerus, ita enim in le-
ge ſcriptum eſt, Audi Iſraël DOMINVS Deut. 6
deus tuus deus unus eſt: Et quod ait deus
ꝑ os Dauid, Iſraël ſi me audieris nõ erit in Pſal. 18
te deus recens, neq; adorabis deũ alienum,

Ego

Ego enim ſum dñs deus tuus: Hoc utique
etiam nos firmiter credimus & confitemur,
ita tamẽ ut ſimul cum unitate eſſentiæ ſtet
trinitas perſonarũ, ſicut ſuperius ex utriuſ-
que teſtamenti ſcriptis confirmauimꝰ, ipſe-
que Moyſes toties declarauit, ut recte dixe
Ioh.5 rit etiam dominus Iudæis: Si Moyſi crede-
retis, crederetis forſitã & mihi, de me enim
ille ſcripſit, locis iam ſupra allegatis: Verũ
cæci Iudæi, uidere nil potuerunt prę fumo
malitiæ ſuæ, multoq; propenſiores fuerunt
ad uiolandas ſcripturas q̃ ſane intelligen-
das, eoſq; erroris incuſauit dominus q; nec
ſcripturas ſcirent neq; uirtutẽ dei. Turpiſ-
ſime etiam aberrarunt hic hæretici qui ex
patre filio & ſpiritu ſancto unam uoluerũt
Arrius. facere perſonam: Aliquanto inſuper ma-
Sabelli. gis inſaniuit Arrius dũ negauit filium ue-
rum eſſe deum, ſed puram dixit eſſe creatu
ram, quod quidam Neochriſtiani noſtro
hoc deplorato ſæculo conati quoq; ſunt ad
ſerere. Sed proh Deum immortalem, quã
ta hæc blaſphemia eſt Chriſto Ieſu ſaluato
ri noſtro ſuam uelle eripere diuinitatẽ, bo-
num longe eminentiſſimum: Atq; multũ
laborauit, plurimumq; ſollicitata eſt circa
hanc hæreſim eccleſia: Impegit hic etiam
magna erroris naui per ęquora uectus Ma
cedonius, duas tantum concedens in diui-
nis perſonas, deum patrem & filium, nam-
que ſpiritum ſanctum contendebat non
deum ſed puram eſſe creaturam: Iſtos &
iſtiuſmodi errores omnes nos decet explo-
dere, atq; cum eccleſia firmiter credere tres
eſſe perſonas quidem, ſed tamen eſſentiali-
ter deum unum. Myſterium autem hoc
magnum reuelauit nobis Chriſtus, dum
Mat.ult. apoſtolis ſuis tradidit baptizãdi formulã,
ibi nimirum uiuentis dei uerũ nomen oſtẽ
dit, quod in frontibus ſuis oportet gerere
ſeruos dei in hoc ab angelis ſignatos &cæ.
1.Cor.15 Nomen illud ſanctiſſimum dei patris, dei
filij & dei ſpiritus ſancti, iam in ſpeculo tan
tum & ænigmate cognoſcimus: Vtinã aũt
nobis deus ille gratiam ſuam concedat,
ut ipſum uidere poſſimus facie ad faciem ſi
cuti eſt in æterna gloria, quã elargiri nobis
dignetur ipſa ſumma & indiuidua trinitas
in ſæcula ſæculotum benedicta.

A M E N.



Solenni feſtiuitate venerabilis & ſacroſancti corporis domini noſtri Ieſu Chriſti Euangelium Iohan. vi.

IN illo tmpore dixit Ieſus diſcipulis ſuis, & turbis Iudæorum: Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo: Sicut me miſit uiuẽs pater, & ego uiuo ꝓpter patrẽ, & qui manducat me, & ipſe uiuet propter me. Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Non ſicut mãducauerunt patres ueſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem uiuet in æternum.

Homilia prima

Quum iam dominus populum ſeſequentem ſeptē panibus hordeaceis pauiſſet, ampliꝰ adhuc ſpiritualē doctrinæ ſuæ ſalutaris panem cōtulit, ſed quādo iſti manna ei, obijciebant quod patres eorum in deſerto manducaſſent, cœpit erudire eos de cœleſti pane diuinæ uiſionis, quæ beatos paſcit in illa magna & æterna cœna, deinde docet ſeipſum quoq; panem illum eſſe ſecundum diuinitatē:

Luc. 14

Mox panem alium proponit eis, corpus nempe ſuum, ut ſic etiam quo ad humanitatem panis eſſe noſceretur: Hoc Iudæi capere non poterant, ignari nimirum dominum panē illum ſub ſacramētali forma daturum, hinc iſtud eorum murmur enatum eſt, quando dixerunt: Quomodo poteſt ille nobis carnem ſuam dare ad manducandum,

Ioan. 6

putabant enim ſe corpus eius comedere debere ut aliam carnem quæ uenit in macello a lanio: Quibus contra dominus oſtendit panis huius manducationem plane neceſſariam eſſe, & hinc ſequuntur uerba Euangelij huiꝰ: Caro mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus. Quibus ille uerbis nouorum pariter & ueterum refutat errorem Capharnaitarū: Sicut enim aduerſus hūc Chriſti ſermonem cōſurrexerunt Capharnaitæ, ipſiq; iam tamen diſcipuli domini cū ipſis offendi cæperūt dicentes, durus eſt hic ſermo & quis poteſt audire eū? ſane crudus nimis uidebatur illis cibus hic nec poterant manducare eum:

Caphar. ueteres et noui.

Ita poſt illos ſurrexerunt adhuc noui Capharnaitæ ut Berengarius quidam diaconus Andegauiē. in Gallia, & poſt eum Vuickleph in Anglia, noſtroq; hoc ſeculo proh dolor Carolſtadius, Zuinglius, Oecolampadius, Bucerus, Capito & huiuſmodi alij falſi pdicatores multi in Germania, qui nolunt etiam cum Chriſto uniuerſaq; eccleſia carnem Chriſti uere eſſe cibum, retrocedunt autē cum Capharnaitis, non amplius iam ambulantes cum Chriſto, ſed dicunt: Durus eſt hic ſermo, Quomodo poteſt ille nobis carnem ſuam dare ad manducandum? Tam impudenter blaſphemi iſti homines loquuntur de corpore Chriſti, quaſi iam ex media Tartaria uenirent, obliti omnino omnipotentiæ diuinæ, immemores etiam miraculorū Chriſti, conantur omnia fidei noſtræ myſteria diminuere, ſimulq; adſtrīgere ſub humani intellectus capacitatem: Non formidant hoc ſibi ſumere ut adnitantur nos in eccleſia ſancta priuare maximo illo theſauro & precioſiſſimo ſolatio, quod habemꝰ ſanctiſſimi corporis Chriſti & ſanguinis eiuſdem, pro quo offerunt nobis crudū neq; benedictum panem piſtorium: Atq; hic quidē labor & conatꝰ eſt diaboli, in quo adeo elaborat ut omnem deuotionem eximat Chriſtianis, non ignarus utiq; quantū patiatur incōmodū ex ſacramēto corporis Chriſti, quod pias hominum mentes ita eleuat in deum, ita omni deuotione perfundit, ita in dilectione dei ſuccendit & inflāmat, dum recolunt immenſam dilectionē Chriſti, qui etiam corpus & ſanguinē proprium in ſui memoriam atq; adeo pignus amoris relinquere ueritus nō eſt. Quod enim uel ſaxeū pectus non mitigetur, deiq; miſericordiam nō admiretur, dum recogitat hoc illud eſſe corpus uerum, de Maria uirgine natum, in mundo conuerſatum, quodq; ſuper mare ambulauit, quod pro nobis ſanguinē ſudauit, corpus inquam illud quod pro redemptione uniuerſi generis humani, captum, ligatum, conſputum, flagellatum, ſpinis coronatum, crucifixū deniq; & mortuū eſt. Ipſum hoc corpꝰ in quo Chriſtꝰ reſurrexit cœloſq; aſcendit & in eodem reuerſus, iudicabit uiuos & mortuuos, daturꝰ ijs qui erūt a dextra uitam æternam, ſiniſtros condemnaturus: Quis obſecro non etiam adamantinum animum ſuum excitet hæc meditando ad deum in charitate ſimul & timore? quis nō ſtupeat ad hoc tam admirandū ſignum charitatis? Quando autem impius iſte Capharnaitarum error apud multos iā increbruit, diſſerendum nobis & dicendū aliquid eſt contra eum, ne uel catholici in eundem impingant ſeducti a fide eccleſiæ antiqua & indubitata, uel qui ſemel in illā ſunt prolapſi de reſurgendo & reſipiſcendo aliquando cogitent. Et principio quidē ante omnia Chriſti uerbis credere debemus in Euangelio, quum ſit ipſe uia, ueritas & uita, ſic autem ait, Caro mea uere eſt cibus,

Ioan. 6

Ecce quis non malit fidem habere Chriſto profitenti carnem ſuam uere eſſe cibum, q̃ nouellis iſtis Capharnaitis, ſomniantib. illā non uere, ſed typice tantum & figuratiuæ

eſſe

eſſe cibum, aiunt enim iſti corpus domini non uere eſſe in ſacramento, ſed panem figuram ſolummodo, & ſignum corporis Chriſti exiſtere, cum quibus, uide obſecro quomodo cōueniat illud quod Chri-

Caro chriſti uere in ſacramento.

ſtus ait: Caro mea uere eſt cibus: ſiquidem ea cibi operatio eſt uegetatio uitæ, uita autem ueriſſima eſt quæ ad ſummam uitam ꝙ proxime accedit, quæ uita gratiæ eſt & gloriæ: Itaq; caro Chriſti uere eſt cibus, eo ꝙ hominem & nutrit & cōmouet ad illam ſupernā uitā grę & gloriæ: quoniam nihil immundum eſt in cibo corporis Chriſti, ſimili modo de ſanguīe dicit: Quia ſanguis meus uere eſt potus. Vere potus ſanctiſſimus in quo nihil impurum, ſicut in aliĳs poculentis. *Eſa. 25* Verum de hoc poculo propheta in quit: Faciet dominus omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguiū, conuiuium uindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, uindemiæ defęcatæ. Mirumq; adeo fieri ſolet, ꝙ ea ſunt homines iſti temeritate, ut audeant tam clara uerba Chriſti lacerare & proſcindere pro ſuo lubitu, aduerſus Eccleſiam totam, omniumq; ſanctorum patrum ſcripta. *Chryſoſt.* Chryſoſtomus ait: Vt eos in prędictis confirmet, hoc ſubdit dominus, ne obſcure loquutum in parabolis arbitrarētur: ideo uere prædicat illud ita fieri oportere, ut manducetur corpus Chriſti. *Theophi.* Pręclare etiam Theoph. oportet, inquit, nos, quū audiuerimus, niſi ederitis carnē filĳ non habebitis uitam, in ſumptionibus diuinorum myſteriorum, indubitatam retinere fidē, & non quærere quo pacto: nam animalis homo, hoc eſt, qui ſequitur cogitatiōes humanas & animales, non eſt capax eorum quæ ſunt ſuper naturam & ſpiritualium, atq; ita & ſpiritualem eſum carnis dominicæ non intelligit, cuius qui nō ſunt participes, nō erunt participes uitæ æternæ, eo ꝙ nō ſuſceperunt IHESVM Chriſtum qui eſt uita æterna. Poſſem in hoc multas inducere authoritates doctorum, ſed breuitatis ſtudio prętermitto, eaſq; ſub finem cōmodius introducam.

Et quod uerum corpus Chriſti uere, præſentialiter, & realiter, quod aiunt, ſit in uenerabili ſacramento altaris, probatur ex eo quod dominus ait ante hoc Euangelium: Panis quē ego dabo uobis, caro mea eſt, quam dabo pro mundi uita. Et hic quoq; dominus promittit ſe panem apoſtolis ſuis daturū qui ſit ipſa ſua caro, neq; tamen de pane illo loquitur, quo paulo ante tot hominum milia pauerat. Si igitur omnem undiq; circumſpiciamus ſcripturam, & conſyderemus, ubi nam præſtiterit dominus quod hic promiſit, nihil utiq; inueniemus niſi ipſam cænam, qua dedit eis panem, eumq; omnipotenti ſua benedictione tranſmutauit in carnem propriam.

Et ne ambigeres de carne quam tandē intelligeret ille, adiecit: Quam ego dabo pro mundi uita (ita enim in Græco bis ponitur, dabo.) Conſtat autem ꝙ caro illa quā dedit ipſe pro mundi uita in ara crucis, uera eius caro eſt, quam ex uirgine matre ſuſcepit, & non ſicut falſo crediderunt Manichæi, ꝙ corpus phantaſticum habuerit, non uere carneum. *Manichei*

Contextus hic tantum apud me ualet, concludit & ligat, ut ſit uel hoc fundamētum tantum ſufficiens, ſi aliud nihil extaret, *1. Cor. 10* ad captiuandum intellectū meum, & in ſeruitutem redigendum ad obſequium fidei: neq; id ego ſic uel ſolus, uel primus ītelligo, olim ante nos Beda ſic ſenſit: Qd' *Beda.* hunc panem tunc dominus dedit quando myſterium corporis & ſanguinis ſui diſcipulis tradidit, & quando ſeipſum obtulit deo patri in ara crucis. Eadem quoq; ſententia Theophylacti eſt, qui in illo etiam *Theoph.* loco ſic ait: Manifeſte nobis hoc loco de myſtica communione corporis ſui dicit. Et infra: Attende, ꝙ panis qui a nobis in myſterĳs manducatur, non eſt tantum figuratio quædam carnis domini, ſed ipſa caro domini. Non enim dixit: Panis quē ego dabo, figura eſt carnis, ſed caro meo eſt, transformatur nanq; archanis uerbis panis ille per myſticā benedictionē & acceſſionem ſancti ſpiritus, in carnem domini. Nō poſſum mihi temperare quin plura Græci huius Epiſcopi ſuper hac re ꝟba recenſeam. Ne quem conturbet, inquit ille, ꝙ credendus ſit panis caro: etenim & in

carne ambulante domino, & ex pane aliмoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & ſimilis fiebat ſanctæ carni eius, & in augmentum & ſuſtentationẽ conferebat iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem domini mutatur.

Dices: Atqui carnem non uidemus, ſed panem? Reſpõdeo, Quia illud noſtra gratia fit, ne forte cũ faſtidio abhorreret quiſpiam, quia ſi carnem præ oculis cerneremus, non multum alliceremur ad communionem ſacramenti: condolens ergo imbecillitati noſtræ dominus fecit per omnipotentiam ſuam, ut ſanctus panis noſtro offeretur cõſpectui, eo modo quo alias manducare ſolemus, & in fidei meritum.

3. Quis porro inficias eat Chriſtianum multo plus credere oportere uerbis Chri, ꝙ quibuſcunqꝫ alijs mendacibus & uanis ſpiritibus? Conſtat itaqꝫ & in confeſſo eſt apud omnes, ꝙ in huius Sacramenti inſtitutione accepit dominus panem, fregit & dixit: Hoc eſt corp⁹ meum: ſimiliter & calicem poſtqꝫ cœnauit, dicens: Hic eſt calix

Math.26 ſanguinis mei &c. Hoc ita unanimiter ſcri

Marc. 14 pſerunt tres Euangeliſtæ, Matth. Marcus

Luc.22 & Lucas, atqꝫ ijs tribus accedit quart⁹ te

1.Cori. 11 ſtis Paulus, qui idem cõmemorat. At quo modo tandem fieri poſſet, ut ſi hęc fuiſſet Chriſti ſententia, quæ nunc Neochriſtianorũ impietas eſt, ut hic nõ corpus ipſum ſed figura eius ſimul & ſanguinis exiſtat, ut nullus ex illis uel uerbo unico eius faciat mentionem. Imo omẽs in re tam ardua conſentientes ſcribunt dominum dixiſſe: Hoc eſt corpus meum. Et adhuc ſunt qui Capharnaitis iſtis credant dicentibus non eſſe hic corpus domini, O errorem impiũ o temeritatem inſignem, tam præcipitanter & confidenter aliquid adfirmare aduerſus totam Eccleſiam, quæ mille quingẽtis iam hactenus annis illud conſtantiſſime obſeruauit.

Cyrill. Docuit idẽ Cyrillus eodẽ modo quo nos hic fecimus properando textum: ſic enim ait: Noli dubitare, an hoc uerum ſit, quum manifeſte dicat: Hoc eſt corpus meum, ſed eo magis uerba ſaluatoris tui in fide ſuſcipias, quoniam ueritas eſt & non mentitur. Suffragantur huic ſententię omnes alij etiam uetuſtiſſimi, ita Ambroſius in libro de Sacramentis, quem etiam Augustinus uidit & laudauit, inquit: Ante qꝫ conſecretur, panis eſt, ubi autem acceſſerit cõſecratio, de pane fit caro Chriſti. Conſecratio autem quibus uerbis eſt, & cuius ſermonibus? domini Ieſu in quo facta ſunt omnia: iuſſit enim dñs & oĩs creatura generata eſt. Vides ergo ꝙ operatori⁹ ſit ſermo Chriſti? Si enim tanta eſt uis in ſermone Domini Ieſu, ut inciperent eſſe, quæ non erant, quanto magis operatorius eſt ut ſint quæ erant, & in aliud cõmutentur? Etſi uerbum dei in alijs rebus operatur, quomõ non in cœleſtibus operabitur Sacramentis? Non diuerſum eſt quod habet Chryſoſtomus Homilia 83. ſup Matthæum, & Homilia 60. & in Homilia de proditione Iudę, quum ait: Nunc ille prę ſto eſt Chriſtus, qui illam ornauit mẽſam ipſe quoqꝫ conſecrat eam: nõ enim homo eſt qui propoſita conſecratione menſæ domini, corpus Chriſti facit & ſanguinẽ, ſed ille qui crucifixus eſt pro nobis Chriſtus, Sacerdotis ore uerba proferuntur, ſed dei uirtute cõſecranť & gratia, hoc eſt, ait, corpus meum, hoc uerbo ꝓpoſita conſecranť. Eiuſdem quoqꝫ ſententiæ eſt Aug. ad Iulianum comitem, & Iohan. 6. Pſal. 33. & in li. de ſer. domini in monte: Sicut operatione ſpiritus ſancti uera caro creatur ſine uirili ſemine, ſic per eũdem cõſecratur ſubſtantia uini & panis in carnem & ſanguinem Chriſti. Supereſt nobis adhuc Cyprianus, qui & ipſe audiendus eſt, quũqꝫ multis in locis probet uerum Chriſti corp⁹ eſſe in Sacramento, tamen ſuper allegato textu in ſermone de cœna domini aperte inquit: Panis iſte quem dominus diſcipulis porrigebat, nõ effigie, ſed natura mutat⁹, omnipotẽtia uerbi factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti humanitas uidebatur, & diuinitas latebat, ita ſacramento uiſibili ineffabiliter ſe diuina infudit eſſentia, ut eſſet religioni circa ſacramẽta deuotio, & ad ueritatem cuius corpus ſacramenta ſunt, ſyncerior pateret acceſſus uſqꝫ ad participationem ſpiritus.

Li.4.c. 4 & 5

In proœmio de doctri. Chri.

Chryſoſt.

Auguſti.

Ciprianus

Satis itaqꝫ nobis tres illæ authoritates ſcri-

ptruræ

pturæ quo ad literam, ut ſunt ſcripturæ a ſpiritu ſancto expoſitæ a ſanctis patribus, & receptę ab uniuerſali Eccleſia, probant perſuadentq́ nobis, ut firmiter credamus Chriſtum uerum corpus ſuum apoſtolis i cęna dediſſe ſub ſpecie panis, ſicut etiam num transformatio illa fieri ſolet in ſacrificio miſſe, cui ſane maiores noſtri, qui fœliciter hac uita ſunt perfuncti, & plurimum ſanctimoniæ detulerunt, & ſancte religioſeq́ ſunt uenerati. Hinc inter Germanos dici cæptum, quando ſub eleuationē corpus Chriſti pulſus fieri ſolet, pulſari ad trāſmutationem. Aut quæ nā hæc alia transſubſtantiatio (liceat hic interim cum ſcholis ſic dicere) eſt, niſi ꝙ per conſecrationem ſacerdotis, deinde per uirtutem & efficaciam ſummi ſacerdotis Chriſti ſubſtantia panis & uini mutatur in corpus & ſanguinē Chriſti. Atq́ hæc illa mutatio eſt, qua locum habet illud Chriſti uerbū: Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Deprecemini dominum deum &c.

Homilia ſecunda in celeberrimo feſto ſacroſancti corporis Chriſti.

QVando principio huius Euangelij dominus carnem ſuam uere cibum eſſe prædicat, occaſione inde adrepta, conſulto me facturum exiſtimaui ſi aduerſus nouoꝝ Capharnaitaꝝ errores & blaſphemias docerem ueritatem corporis Chriſti in ſacramento altaris, quod & ſuperiori Homilia feci: non enim facile cōmittendum eſt, ut error iſte paulatim irrepat in Eccleſiam, quæ nos longe precioſiſſimo theſauro, ſummoq́ ſolatio huius ſalutiferi & uenerabilis Sacramenti nititur priuare. Quāuis etiam apertiſſima illa uerba Chriſti, cuiq́ Chriſtiano ſatisfacere debeant, ad confirmandam fidei circa hoc ſacramentum ueritatem: Tamen ex ſuper habūdanti uiſum eſt plura adhuc teſtimonia colligere & adferre pro hoc uenerabili ſacramento. Primū itaq́ occurrit mihi locus Pauli, q ſic ait: Probet ſeipſum homo & ſic de pane illo edat, & de calice bibat,

Reus corporis domini.
1. Cori. 11

Qui. n. mādūcat & bibit indigne, iudiciū ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quibus uerbis cōmonefacere uoluit Corinthios ſuos Paulus, quoniā cibus hic nō ſit eiuſmodi quo quotidie ueſcimur ad neceſſitatem corporis & ſuſtentationē, ſed ꝙ talis ſit ille quo quiſquis ueſcitur indigne, is iudicium ſibi manducat, ſicut paulo ante hæc uerba etiam ait: Quicunq́ manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini. Quaſi diceret, nemo iocum & luſum reputet cibū illum, quia corpus Chriſti eſt, cuius reꝰ efficitur, quiſquis ipſum mādūcat indigne. Atqui inter Neochriſtianos oportet aliquem multo ueſci pane piſtorio, in hoc ut reus corporis Chriſti efficiatur. *1. Cori. 11*

Sed uideo naſutulos quoſdam euaſionē hic parare ſibi & dicere, quum panis ille piſtorius quo ipſi utuntur, ſignum ſit corporis Chriſti, quicunq́ eo ueſcatur indignus, hunc quoq́ dehoneſtare ſignificatū illud, puta corpus Chriſti. Nihil proderit autē eis ꝙ ſic elabi conantur, ipſiq́ indeſinēter imagines Chriſti Mariæ, & ſanctoꝝ omnium uiolant, confringunt, deſtruunt, cęno & luto coinquinant, planeq́ comburunt omnino, iam ex propria ipſoꝝ confeſſione & iudicio in Chriſtum, Mariā & ſanctos dei redundabit contumelia quā inferunt imaginibus eorum. Atq́ hinc iam uident quantum blaſphemarint hactenus deum, Mariam & ſanctos, dum more Iudęorum & Turcarum imagines ſanctorum undiq́ deſtruxerunt in templis, & ōmibus triuijs ac compitis, tam inſigni temeritate, ut nihil ſupra, ſed de ijs alias plura.

Nunc ut ad uerba Pauli reuertar, non dicit ille quidem abſolute peccare eos qui indigne ſumunt ſacramētum corporis Chriſti, quomodo Moyſes dicit in ueteri teſtamento: Omnis homo qui acceſſerit ad ea que conſecrata ſunt, in quo eſt immundicia peribit corā domino, ſed magnū quoddam peccatum oſtendit eos facturos, eo ꝙ rei erunt corporis & ſanguinis domini, Ita idem ꝓbat nos iam grauius peccare ijs qui offenderunt in lege, quum ait: Quāto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium dei conculcauerit, & ſanguinem te- *Leui. 22* *Hæbr. 10*

ſtamenti pollutum duxerit. Hoc aũt recẽtes faciunt Capharnaitæ, qui uenerabile Sacramentum profundunt, conculcant & prophanant quo ad literam, imo quod fertur estq́ extrema blaſphemia, ſagittis petẽtes transfodiunt. Hoc ita intellexit etiam Chryſo. maxime de ſanguine loquẽs: Hic ſanguis floridã nobis reddit regiam imaginem, hic decus indelibile, hic animæ generoſitatem tabeſcere non permittit, hic myſticus ſanguis dæmones quidem expellit, ad nos aũt angelos uocat & angelorũ dñm Infra: Hic eſt ſalus animarum noſtrarum. Rurſus infra: Sicut eſt magnũ & admirabile ſi cũ puritate acceſſeris, ad ſalutẽ acceſſiſti, ſi uero cum mala cõſcientia, ad pœnã & ultionem. Quiſquis.n. immũdo corde corpus Christi percipiunt, non alio puniũtur ſupplicio, q̃ quo iſti qui dominum clauis confoderunt cruciq́ adfixerunt. Ait ergo ille in ſermone dñi, ne quis ſit in menſa domini Iudas. In eadẽ ſentẽtia eſt & Auguſt. qui in li. de uerbis domini in monte in hęc uerba ait, dominus uocat miniſtros ſuos ut eis cibum præparet ſeipſum, quis aũt auderet dominum ſuum manducare? ſane & quum manducatur, nihil ei deficit & tamen multa reſtaurat. Neq́ manducãdo corpus dominicum in partes ſecamus, norunt eni fideles quomodo manducent illud, per partes quidẽ ſumitur in ſacramẽto, & tamẽ tot⁹ in cœlo permanet, totus in corde tuo. Atq́ ideo huiuſmodi ſacramenta dicunt, q̃ in eis aliđ cernit, aliđ ĩtelligit, & qđ uidet, corporeã habet ſpeciẽ, quod aũt intelligitur, fructum habet ſpiritualẽ.

Chryſoſt. *Auguſti.*

2. Probatur etiã articulus ille fidei noſtræ, q̃ ipſum Christi corpus uere & eſſentialiter ſit in ſacramento altaris ex apertiſſimis Pauli uerbis, quæ ſic habent: Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quẽ frangimus, nonne participatio corporis domini eſt? quoniã unus panis & unũ corpus multi ſumus, oẽs qui de uno pane & de uno calice participamus. Ecce hic Paulus qui in tertium uſq́ cœlum raptus eſt, nos docet qualis imo quid ſit ille panis altaris, cuius participatio cõmunicatio utiq́ nõ panis piſtorij, ſed corpis Chriſti eſt.

1. Cori. 10

Et quid ultra deſyderamus? ecce aperta habemus Pauli uerba docentis, cõmunicatio neq́ illam eſſe corporis & ſanguinis Chriſti, nõ piſtorij panis. Obſeruandum etiam eſt quod dicit: Vnus panis & unũ corpus multi ſumus (ſpiritualiter nimirũ, quomodo & Eccleſia unũ corpus Chriſti eſt) oẽs qui de uno pane & de uno calice participam⁹. Conſtat aũt oẽs nos Chriſtianos nõ de pane cõmunicare piſtorio, quum nõ ſit aliquis panis in cœlo & in terra, quẽ Chriſtiani nos oẽs ſuſcipimus, niſi hic panis uiuus Chriſtus Ieſus. Nemo igitur Chriſtianus dubitare debet, uerum Chriſti corpus realiter eſſe in ſacramento altaris, cuius cõtrarium etiã in tribus catholicis concilijs damnatum eſt. Turonis, Vercellis & Romæ ſub pontifice Nicolao. Inſuper & author huius erroris Berengarius hoc reuocauit, ut teſtantur Canones. Nec quenq́ mouere debẽt temeraria eorũ ſomnia, quę cõminiſcuntur aduerſus locos præallegatos, dum eos etiam dilaniant miſere atq́ lacerãt, ſicuti p nos in diſputatione Baden. apud Heluetios fortiter, cõſtãter, & ita ut refragari nemo queat, eſt defenſum, ipſeq́ alias ſæpe obtuli me ad ignem uſq́ contra aduerſarios noſtros, ueritatem fidei catholicæ tueri diſputando.

De conſ. diſ. 2. Ego Berenga.

3. Nunc ad obiecta eorũ diluenda progrediamur, quibus illi conant̃ ſimplices ex uulgo hoĩes illaqueare. Verum hic nõ ita immorabimur, ſed breuiter expediemus. Primo obtrudũt nobis illud dñi uerbum: Caro nõ pdeſt quicq́, quid ergo, inquiũt, eſt quod caro ſumatur in ſacramento? Reſpondeo: Inepte intelligũt hoc illi de carne Chriſti: quis.n. unq́ tam deſperati animi eſſet Chriſtianus, ut diceret carnẽ Chriſti nihil prodeſſe, quæ ſibi cibus eſt, utiq́ prodeſt. Quod ſi carnem ille ſuã dedit pro mũdi uita, ut ipſe ait: utiq́ multũ prodeſt. In cæna ſic dixit Chriſtus ad diſcipulos: Hoc eſt corpus meũ qđ uobis tradet̃. An non ſit hoc corp⁹ utiliſſimũ digniſſimũq́, in quo Chriſtus paſſus & mortu⁹, mundũ redemit uniuerſum, in quo reſurrexit, ad cœlos aſcendit, ubi iã illud oẽs ſancti ſummis uotis cupiunt aſpicere? Eat nũc qui ſi quis uolet, & dicat carnẽ illã ſanctiſſima n

Iohan. 6 *Ioan. 6.* *Luc. 22*

ni hi

nihil ꝓdeſſe. Præterea ſi corpꝰ Chrĩ nihil ꝓ
deſſet, etiã ſanguis eius nihil ꝓdeſſet, de q̃
Matth.26 tamen Chriſtus ait: Hic eſt ſanguis meus
noui teſtamenti, qui ꝓ multis effundet̃ in
Roma.3 remiſſionẽ peccatorũ. Inſuper & Paulꝰ di
cit, ꝙ deus poſuerit eũ ꝓpitiatorẽ per fidẽ
Actu.20 in ſanguine ipſius. Idẽ in Actis ait, Chrm̃
acquiſiuiſſe Eccleſiã in ſanguĩe ſuo. Et Io-
han. teſtat̃ ſanguinẽ Chriſti mundare nos
1.Iohan.1 ab omni peccato: Huiuſmodi teſtimonijs
de corpore & ſanguine Chrĩ tota undiq;
habundat ſcriptura, nã & de eo Petrus ſic
inquit, ꝙ peccata nr̃a ille portauit in cor-
1.Pet.2 *Hæbr.10* pore ſuo. Et rurſus Paulus dicit: In qua uo
luntate ſanctificati ſumus per oblationem
corporis Ieſu Chriſti ſemel. Quũ itaq; ne-
mo Chrianus cui ſalua ſit ratio dicere poſ-
ſit aliquo modo: Caro Chriſti nõ prodeſt
quicq;, oportet utiq; aliũ hic ſubeſſe intel-
lectum ꝟborꝝ Chriſti, ita ut nõ loquat̃ ille
de ſua carne. In eius rei argumentum, qñ
paulo ante de carne ſua loquens: Caro, in-
quit, mea uere eſt cibꝰ, nunc nõ item dicit:
Caro mea nõ ꝓdeſt quicq;, ſed ſimpliciter,
quia caro nõ ꝓdeſt quicq;, nõ caro illa ſua
ſed carnalis iſte intellectus, quẽ Capharna
itæ habebant, hic nihil ꝓderat, qm̃ illi, ut
Auguſti. Auguſt. ait, carnẽ ſic intellexerunt, quõ in
cadauere dilaniat̃, aut in macello uẽditur,
nõ q̃ ſpũs uegetat̃. Spũs ergo eſt qui uiuifi
cat, qui facit ut captiuato intellectu noſtro
credamus carnẽ Chrĩ per modũ ſacramẽti
ſub aliena ſpecie panis ſumi debere. Qđ ſi
ꝑtinaciter nos urgeat Capharnaita aliquis
ĩportune uolens carnẽ hic ad Chrĩ corpus
referri debere, tñ hoc ſuſtinere nõ poterit,
ꝙ caro Chrĩ ſacramentaliter ſumpta nihil
ꝓſit, ſatis.n. hoc eſt in propoſito, carnẽ ſine
ſpũ manducatã, obeſſe magis ꝙ̃ ꝓdeſſe, ſi-
Parte.1 fo.134 cut in die cęnæ dñicæ ſatis copioſe diximꝰ
2. Obijciunt: Si uerũ Chrĩ corpꝰ eſſet in
ſacramẽto, tres articuli fidei nrę corruerẽt,
Primus, ꝙ aſcendit ad cœlos, deinde, ſedet
ad dexterã patris, poſtremo: Inde uenturꝰ
eſt iudicare. Inferunt ergo: Si in cœlo eſt
Chrus, utiq; in ſacramẽto nõ eſt, Qui uen-
turus tandẽ eſt ad iudiciũ nouiſſimũ, non
ꝑuenit tẽpus illud ut ueniat etiã in ſacra-
mentũ. Itẽ, ſi adſidet patri in cœlis, quõ ſi
mul eſt in ſacramento? Rñdet̃, ꝙ Caphar-
naitæ iſti hoĩes miſerrimi, neq; dei conſyde
rant omnipotentiã, nec Gabrielis ꝟba at-
tendunt, ꝙ nõ ſit impoſſibile apud Deum *Lucæ 1*
omne ꝟbũ. Naturaliter nõ poſſunt corpa
duo eſſe in uno loco, & tñ Chrs ex uirgi-
ne natꝰ eſt clauſtris inuiolatis, clauſo reſur *Math.28*
rexit ſepulchro, & occluſis foribꝰ ingreſſus
eſt ad diſcipulos, q̃ oĩa naturæ aduerſant̃.
Quur non poſſit deus facere, ut etiã unum
corpꝰ ſit in multis locis? Atqui etiã anima
ait Augu. in unoquoq; corpore, & in uno *Lib.6. de*
toto tota eſt, & ĩ qualibet parte eiꝰ tota eſt, *hiſt. ca.6*
eadem ſi forte quieſcat in ſiniſtra, mouet̃ tñ
in dextra: ideoq; patiente uno, membra ſi
mul patiunt̃ & oĩa alia. Aut quõ idẽ ſol in *1.Cor.12*
tot milium hoim oculis eſt? quõ uox una
ſæpe a multis hominum milibus exaudit̃?
Imaginẽ rei alicuius uides in uno ſpeculo
unã, illđ ſi in decẽ fruſta cõfringas, adhuc
in ſingulis apparebit imago, quæ quũ oĩa
a natura fiãt, quis dubitet poſſe deum effi-
cere ut idẽ corpꝰ ſit in diuerſis locis? Non
debent hoĩes ſummo rerum omniũ opifici
poteſtatẽ ſuã uelle ĩminuere, quis.n. enar-
rare ſufficit potentias dñi? Humiliter itaq; *Pſal.103*
potius confiteant̃ cũ ſapiente, ꝙ magna & *Eccleſia.3*
admirabilis ſit potentia dñi. Qđ aũt putãt *&.43*
Chrum eo ꝙ ſedeat ad dexterã patris non
poſſe eſſe in ſacramento, abſurdũ eſt. Nun
quid.n. ille quũ appareret Paulo circa Da *Actu.9*
maſcum, dereliquit dexterã dei patris? Ap *1.Cori.15*
paruit idem Iohanni apľo iamiã morituro
uocans eum ad cõmune cũ fratribꝰ ſuis cõ
uiuium. Apparuit & Petro, qñ dixit ad eũ
Vado Romã, iterum crucifigi, ſicut refert *Egeſip.*
Egeſippus, qui authore Hiero. uicinus fu- *Hierony.*
it tẽporibus apoſtolorꝝ. Adfuit ille ſpecta-
tor certaminis qđ S. Antonius gerebat cũ
diabolo, neq; tñ cœlũ dereliquit. Et quod
unum corpꝰ poſſit eſſe in pluribꝰ locis, par
tim Tomo. 1. ꝓbauimus die cænæ dñi, ex- *Fol.124*
emplo Ambro. Helizęi, et ſpũs Moyſi. Ita
credimus quoq; uenturũ eũ in magna ma
ieſtate terribilẽ & magnificum die nouiſſi-
mo, ſed interim nulla negat ſcriptura ipm̃
ſacramentaliter uenire in terram, uel etiam
in conſueta ſua forma, ad aliam tamen ope
rationem ad iudicium.

3. Imitant̃ nouelli Capharnaite ueteres
dũ murmurãdo, eorꝝ inſiſtunt ueſtigijs, di-

centes: Quō poteſt hic carnē ſuā nobis da
re ad manducandū? Quō poteſt illud ma-
gnum Chriſti corp⁹ ſub tantilla hoſtia cō-
tineri? Vtiq; portando illi ſacerdos nō ſuf-
ficeret, aut ubi manus & pedes eius ſunt?
Huiuſmodi Iudaicas blaſphemias pluri-
mas inducunt, ut ſit illud iā plenum miſe-
ria, eo deuentū eſſe noſtris tēporib⁹, ut co-
gamur tantā Chriſti contumeliā audire in
ter Chriſtianos. At nos paucis rn̄deamus:
Totū utiq; Chriſti corp⁹ eſt ſub ſacramēto
ſed nō modo quātitatiuo, ſed ſicut aīa tota
eſt in qualibet parte, ita ꝗq; corp⁹ Chriſti
totū eſt ſub ſacramento: & ſub qualibet ei⁹
Cyrill. parte totū. Qn̄ aūt q̄rit Neochrianus, quō
Ioānis. 6 hoc fieri poſſit? Rn̄det Cyril. Nūq; in ſub-
limib⁹ reb⁹ illud, quō aut cogitemus aut ꝓ
feramus, Iudaicū.n. hoc v̄bū eſt & extre-
mi ſupplicij cauſſa. Et inde: Quō ſummis
cruciatib⁹ digni non erunt, qui rerū omniū
opificem deū ita contemnunt: quō in ope-
ribus ſuis dicere audeant? Quē totius ſapi
entiæ largitorē non ignorant, quē oīa poſ-
ſe ſcriptura nos docuit: ſi uero Iudæe quō
etiā nunc clamas, hanc tuā imperitiā ego
Exo. 12. ꝗq; ſequutus, libenter quō ex Aegypto ex
Exodi. 7 iuiſti rogabo. Infra: Quō in ſerpentē Mo-
Nume. 12 ſaica uirga fuit conuerſa? quō lepra man⁹
Exodi. 7 affecta uno momēto temporis in priſtinū
&. 14 ſtatum reſtituta iterū fuit. Et inde: Quō in
Exo. 15 naturā ſanguinis aquæ tranſierunt? quō ꝑ
Exo. 17 lignum amaritudo aquarū in dulcedinē re
Ioſue. 3. 6 cidit? quō patres tui per media maria, ut
per aridā effugerunt? quō e lapide aquarū
fontes fluebant? quō ſtetit Iordanis? quō
ſolo clamore inexpugnabilis Hiericho ce-
cidit, huiuſmodi in ſcripturis multa ſunt,
quorū rationē reddere non poſſumus niſi
omnipotentiam diuinam.

3. Obijciunt rurſus Capharnaitæ, qđ
Matt. 26 Chriſtus dixit: Pauperes ſemꝑ habebitis
uobiſcū, me aūt non ſemꝑ habebitis: ergo
non ſemper illū nobiſcū habemus in ſacra-
mento. Zuinglius in hoc adduxit etiā uer
Ioan. 16 ba Chriſti apđ Iohan. Iterū relinquo mun
&. 17 dum & uado ad patrē. Et inde Iā non ero
in mundo, & ij in mundo ſunt, ſ. apl̄i, quū
ergo aſcenderit in cœlum, non eſt dicendū
eum eſſe in ſacramento? Rn̄det, Trib⁹ illis
ſcripturæ locis loquutū eſſe dn̄m de corpo
rali præſentia, ſicut hic in terris conuerſa
tus eſt, humana ꝑpeſſus neceſſitate: ſic nimi-
rum iā amplius dn̄m apud nos non habe-
mus: qualis erat quū perfunderet̄ unguen
to a Maria Magdalena: ſed non ideo abne
gauit nobis dn̄s corporalē ſuā p̄ſentiā oc-
culto quodā modo, & myſterialiter ſub ſa-
cramento. Hic etiā clare patet, quō Zuin-
glius ſacras literas fortiter laceret, qm̄ quū
Chriſtus ait: Iā nō ſum in mūdo, peruertit
Zuinglius & ponit: Porro non ero in mū
do, ut ſic errori ſuo fucum addat, quātum-
uis hæc omnia nihil efficiant.

4. Adducunt inſuꝑ illa Chriſti v̄ba ex
Matth. & Mar. Si quis dixerit uobis hic *Math. 24*
aut illic eſt Chriſtus, nolite credere: ergo *Marc. 13*
credendū nō eſt quū dicit̄, Chriſtū hic aut
illic eſſe in ſacramento? Rn̄deo, Chriſtum
hic non loqui de corpore ſuo, ſed per Chri
ſtum intelligi regnum Chriſti, regnū fidei
unde hoc loco præmonet ille ſuos de ſectis
quas orituras p̄dicit nouiſſimis temporib⁹
Vbi clamaturi ſint Lutherani, Zuīgliani
Catabaptiſtæ, ſinguli iſti pro ſua ſecta, ſe-
cum eſſe Chriſtū: ſed ijs credendū non eſt,
neq; deficiendū a catholica Eccleſia ad ſe-
ctas perditiōis. Id adeo ex p̄cedentib⁹ uer-
bis ſatis expendi poteſt, qm̄ ante hæc uer-
ba p̄dixit Matth. emerſuros aliqn̄ pſeudo
ꝓphetas maloſq; Chriſtianos, q etiā ſigna
magna & ꝓdigia ſint exhibitura, ita ut in
errorē deducant̄, ſi fieri poſſet, etiā electi.
Neq; diuerſum habet Mar. ibidē: Quum
itaq; hoc noſtro ſæculo tot ſectę & hæreſes
proh dolor, oriant̄, & pro ſe qſq; multum
gloriat̄ ſecū, imo ſuū totū eſſe Chriſtū, no-
ſtrum eſt, iuxta doctrinā Chriſti, non ſece
dere & exire ad eos: p̄monuit.n. nos Chri
ſtus, ita dicens: Videte quia ego p̄dixi uo
bis. Ex oībus illis cuiq; catholico ſatis pa-
tet, quō Capharnaitæ iſti citra omne ſcri-
pturarū fundamentū ſeſe erigant aduerſus
Chriſtū, Euangeliū & Eccleſiā totā, neq;
interim deterreri debēt catholici a uenera-
bili ſacramento, unde tm̄ fructus, utilitatis
& cōſolationis ſuſcipere licet, ꝑ totū huius
uitę decurſum, memores hui⁹ qđ Ambro.
ait: Iā mēſę cœleſtis honore ſuſcipior, epu *Ambro.*
lis meis nō pluuia inundat̄, nō terrę part⁹
laborat, nō arborū fructus, potui meo non
flumina

flumina quærenda,nō fontes,Chriſtꝰ mihi
cibꝰ, Chriſtus mihi potꝰ eſt, caro dei mihi
cibus,& dei ſanguis eſt potus. Quiſqꝫ enī
ſic diligit & honorat glorioſum omniqꝫ ue
neratione digniſſimū hoc ſacramentum,is
utiqꝫ ī hoc tpe gratiā dei,īpetrabit, & poſt
hāc uitā, uitā ſempiternā, quā oībꝰ nobis
cōcedat Opt. Max. deus & dñs nr̄, Amē.

Homilia 3. et vltima.

CAro mea,dixit dñs ad Iudęos,ue
re eſt cibus, & ſanguis meus uere
eſt potus, Qui manducat meā car
nem, in me manet, & ego in eo. Quiſquis
ergo ſecum habere deſyderat ſalutis uitęqꝫ
datorem,ſaluatorem animæ,is carnē Chri
ſti manducet,et ſic Chriſtus in eo manebit
ipſeqꝫ in Chriſto, & tunc implebitur illud
1. Cori. 6 Pauli: Templū dei ſanctum qđ eſtis uos.
Hæc ergo mutua manſio eſt per incarnati
onem fidei,deuotionis & charitatis, ſiqui-
dem ubi hæc ita ſpūaliter fiunt in anima,
tunc illa corporalis manducatio confirma-
tur,& hinc ſacramentū illud charitatis &
cōmunionis dicitur,quicunqꝫ aūt non ma
nent in Chriſto,nec Chriſtus in ipſis, non
manducant cibum hunc cum fructu, ſed
perditione. Sed ut dñs ꝑcedentia uerba de
manducatione corporis ſui confirmaret,ꝓ
bat illud nō ſine ratione,dicit.n. Sicut mi-
ſit me uiuens pater,& ego uiuo propter pa
trem,& qui manducat me, & ipſe uiuet ꝓ
pter me. Vide hic quō ille ſit cibus,quo pa
cto uitam largiatur æternam, quia a patre
miſſus eſt per incarnationē, qui & uitā ei
largitus eſt. Vult ergo dicere: Viuo ego in
humana natura,cuius uitæ ratio eſt miſſio
paterna, ita quoqꝫ ꝙ uiuitis uos in cauſſa
eſt,quia participes eſtis mei, meqꝫ adeo ꝑ-
Lib. 8. de Trini. frui. Pulchrū eſt qđ dicit Hylarius, & di-
gnum qđ hic recenſeat, De ueritate, inqt
ille,carnis & ſanguinis nō relictus eſt am-
bigendi locus. Nūc.n,ut ipſius dñi profeſ-
ſiōe & fide noſtra uere caro eſt,et uere ſan-
guis eſt. Et hæc accepta atqꝫ hauſta id effi-
ciunt,ut & nos in Chriſto & Chriſtꝰ in no
bis ſit. Et īfra: Hæc ergo uitæ noſtrę cauſ-
ſa eſt ꝙ in nobis manētē per carnē Chriſtū
habemus, uicturi per eū ea cōditione qua
uiuit ille per patrē. Inducit inſuper proba
tionem adhuc fortiorē: Hic eſt panis qui
de cœlo deſcendit. Quicunqꝫ credit panē
hunc deſcendiſſe de cœlo, facile credet eū-
dem quoqꝫ dare uitā,deſcendit de cœlo pa
nis uiuus,ut qui antea fuerat panis ange-
lorū,nunc etiā eſſet panis hoīm. Quæras:
Quō hic panis deſcendat de cœlo? ſi enim
corpus Chriſti panis ille eſt, caro aūt eius
ex uirgine ſumpta eſt,quō deſcēdit de cœ-
lo? niſi forte ſic res habeat, ut Valentinus *Valenti.*
dixit Hæreticus, ꝙ Chriſtus cœleſte ſecū
corpꝰ cœlitus attulerit, neqꝫ aliquā ueram
carnē adſumpſerit ex Maria, quod ut fal-
ſum & erroneum eſt,ita iam olim ab Eccle
ſia condemnatū,ergo adhuc manet in du-
bio quod quæſitū eſt ſuper illo uerbo dñi:
Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit.

2. Rn̄dent hic doctores,ꝙ ꝗuis Chriſtꝰ
ſecundū diuinitatē uere eſt cibus, ſicuti &
Trinitas tota, quā obrē ſuperius dixerat:
Ego ſum panis uiuus q de cœlo deſcendi.
Atqꝫ ſic exponendo nihil habet difficulta-
tis. Attamen quia hic cæpit de pane loqui
ſuæ carnis,de ea etiā ſunt intelligenda hęc
uerba,neqꝫ declinandū ad errorē Valenti-
ni,ſed quū duæ naturæ in una ꝑſona Chri
ſto ſint unitæ,eſt hic cōmunicatio idioma-
tum utriuſqꝫ naturæ. Id ut intelligas, audi
aliquāto plura: Chriſtꝰ habet diuinā natu
rā ſimul & humanā, paſſus & mortuus eſt
ſecundū humanā naturā, quod etiā diuini
tati cōmunicatur in idiomate loquendi: ſic
dicimus etiā: deus paſſus, deus mortuꝰ eſt,
quæ uera nō ſunt ſecundū ſuā naturā, ſed
ſecundū humanā,ita hic,ꝗuis Chriſtꝰ quo
ad humanā naturā nō deſcendit de cœlo,
quia autē ī eo etiā diuina natura eſt, ſecun
dum quā uenit de cœlo, ex cōmunicatiōe
idiomatū ꝓuenit qđ hic dicit: Panē hunc
de cœlo deſcēdiſſe. Et ſic ait Theoph. Nō *Theophi.*
deum nudum māducamꝰ: tāgi.n. neqt & *Ioan. 6.*
incorporeus eſt, neqꝫ oculis nec manibus
apphendi ualet. Et iterꝫ: Nudi hoīs caro
nihil ꝓdeſt,ſed qa deus uniuit ſibi carnē ſe-
cundum ineffabilē cōtempatiōnē,uiuifica
eſt & caro,nō ꝙ in naturā trāſierit dei, ab
ſit, ſed ſic caro dñi uiuifica eſt ut caro Dei.

Atqꝫ hinc porro diſcrimen aperit domi-
nus panis ſui & manna cœleſtis quod mā-
ducauerunt patres in deſerto,diciturqꝫ cœ

leſte nõ quod ex cœlo beatorũ,ſed hoc aë-
reo ſit profectum, & hoc uitam nemini cõ
tulit æternã : manducauerũt.n. ex illo qui
etiam damnati ſunt corpore & anima, iu-
Pſal. 77 xta illud Pſalmi: Adhuc eſcæ eorũ erãt in
ore ipſorũ,& ira dei aſcendit ſuper eos, &
occidit pingues eorũ, corpore quocꝫ mor-
tui ſunt, dicente dño: Non uidebũt terrã
de qua iuraui patribꝰ eorũ. Plane diuerſũ
eſt de pane Chriſti,quẽ qui manducat,ui-
uit in æternum,ꝙdiu panem gratię ſecum
ſeruat. O igit̃ hoĩem fœlicem uerecꝫ bea-
tum,quiſquis ſic digne manducat corpus
Chriſti,& perſeuerat in gratia ſemel ſuſce-
pta : ſane ille uiuet in æternum,quia beati
Apoca. 19 qui ad cænam agni uocati ſunt. Atqꝫ hæc
de Euangelio hodierno dicta ſufficiant.

3. Differendũ hic eſſet,& quidẽ copio
ſius de magnificentia & dignitate huius fe
ſti. Et tñ quicũqꝫ credit, ſicuti ſupius mul-
tis ſcripturæ teſtimonijs comprobauimus
eſſe hic uerũ Chr̃i corpus,facillime cogno
ſcit,quantũ honoris & reuerentiæ debeat
deo ſuo,conditori quocꝫ & eidẽ redempto
ri,regi gloriæ, ſaluatori ſuo:ꝙuis.n.feſtum
hoc debeat legittimo tempore celebrari in
die cænæ dñicæ,qua Chriſtus comeſo iam
& conſummato agno paſchali, hoc uenera
bile inſtituit ſacramentũ : quia aũt tunc oc
cupata eſt Eccleſia in meditatione paſſio-
nis Chriſti, tranſtulit illud in hunc idẽ. Et
tñ ut ſit aliqua huius rei etiã tempore illo
cõmemoratio, ſolẽt adhuc catholici in die
cænæ dñi cõmunicare, qđ ipſum magis e-
tiam tunc ſit, ut fideles attentius paſſionẽ
Chriſti meditent̃ & mortem, ſicut ipſe in
huius ſacramenti inſtitutione dñs cõmiſit
Lucæ. 22 inquiens: Hoc facite in meã cõmemoratio
nem. Atqui hodie illud in ſeipſo conſyde-
ratur, ſecundũ oẽs ſalutis & conſolationis
fructus quos ex hoc ſuſcipimus ſacramẽto,
Ideocꝫ hic ueneramur dñm,ſimulcꝫ obni-
xius dep̃camur, ut concedat nobis gratiã
ſuã,qua freti ſacramentũ illud ante finem
uitæ noſtræ digne ſuſcipere mereamur.

Et in hoc quocꝫ omĩ honore, cultu & ue
neratione,ꝓſequimur hodie illud ueneran
dum corporis Chriſti ſacramentum, qđ tñ
quotidie Deo patri offerimus in ſacrificio
miſſæ pro uiuis & defunctis,pro omnibus
afflictionibꝰ & neceſſitabꝰ noſtris. Sacra-
mentum inquã qđ annuatim ut minimũ
ſemel ſuſcipimus ad agendũ gratias Chr̃o
pro paſſione ſua & morte, Sacramentũ qđ
deſyderamus ante obitũ noſtrum ſuſcipe-
re tanꝗ uiaticũ, cuius fortitudine poſſimꝰ
ambulare uſqꝫ in uitã æternã: ſicut Helias
in pane ſubcineritio uſqꝫ ad montẽ dei O- 3. Reg.
reb. Chriſtianus ergo non eſt quicunqꝫ ſa-
cramentũ Chr̃i non uenerat̃, qui nõ oẽm
ei reuerentiam exhibet. Quid multa? quũ
ipſe ſit hic Chr̃us, caro ſua, ſuuſqꝫ ſanguis,
aĩa ſua ſimul & diuinitas, qſquis hic ſe nõ
humiliat, ne guttulã quidẽ Chriſtiani ſan-
guinis in ſe habet. Qđ aũt adorandũ etiã
ſit hoc ſacramentum, ad longum ꝓſequuti
ſumus in Homilia quadã quadrageſimæ Tomo. 1
ſuper illo Dauidico: Exaltate dñm deum fo. 99
noſtrũ,& adorate ſcabellũ pedũ eius, qm̃ Pſal. 98
ſanctum eſt, ſicut etiam B. Augu. textum
hunc inducit. Neqꝫ temere eſt ꝙ Paulus
iubeat Chriſtianũ quẽlibet ſuũ omnibꝰ da Roma. 13
re, cui honorẽ honorem, cui tributum tri-
butũ &c. Quur ergo nolet deo redempto
ricꝫ ſuo reuerentiã exhibere debitã? Cer-
tum eſt in ijs locis ubi diabolus homines
excæcauit nullum ſacramento deferri ho-
norem. Et ibi tñ nemini ſubdito impune li
ceat magiſtratibꝰ & ſupperioribꝰ cõmeritã
dignãqꝫ reuerentiã nõ exhibuiſſe. O uitiũ
miſerabile, o ꝑturbatũ rerũ ordinẽ, ut qui
curioſe honorem ab hominibꝰ requirunt,
nihil cogitent de gloria reuerenter deo im-
pendenda. 4. Dicerent ex Neochriſtia
nis aliq ſacramentũ hoc nõ eſſe adorandũ
ꝙ ſoli deo cõueniat adoratio, quũ interim
caro Chr̃i pura ſit creatura, Moyſes quocꝫ Deut. 6
p̃ceperit dñm deũ adorandũ, & illi ſoli eſſe
ſeruiendũ? Rñdet̃, etſi humanitas Chr̃i ꝑ
ſe pura eſt creatura, quare & ſola illa ado-
rãda nõ eſt, ſũma tñ illa eſt reuerẽtia digniſ
ſima, q̃ purę alicui creaturę ĩ terra exhiberi
poteſt. Ad hæc inſeꝑabilis eſt humanitas
Chr̃i, æternũqꝫ manet unita diuinitati, ita
ut Chr̃us in æternũ deus & homo uerus
ꝑmaneat, dicẽte Damaſ. & cõfeſſis idip̃m Damaſce.
etiã Neochr̃ianis. Qđ deꝰ ſemel adſumpſit
nũꝗ dimiſit. Honor ergo ille magnꝰ eſt q̃
diuinitas glorificat̃, & humanitas illi unit̃.
Vis Exemplum huic rei conſimile? Ecce
idem

Idem eſt timor, quo & ferrum candens & ignem formidas attingere, quũ aũt humanitas magis ſit unita diuinitati ꝙ ignis ferro, *Theophi.* ſicut hac ſimilitudĩe etiã Theoph. utit̃, adorãda utiqꝫ eſt diuinitas, ſimul & humanitas Chriſti, ſicqꝫ Chriſtus totus, ꝙuis oĩs & uniuerſa adorandi ratio ex diuinitate ꝓuenit. Hinc ſequit̃ bene fieri dum proceſſiones & ſupplicationes cũ ſacramento peraguntur, quia.n. hic dñs deusqꝫ noſter eſt merito illi ſummũ honorẽ debemus. Iudęi Chrũm uenientem Hieroſolymã turmatim exceperunt, qñ adhuc ab eis crucifigẽdus erat. Et nos Chriſtiani in hac parte Iudæos nõ ſuperabimus, ut ſupplicationibꝰ honoremus Chriſtum triumphatorem ſedentem iã ad dexterã patris? Quoties uſu uenit, ut hoc honoris gñe dignemur principes, reges & Imperatores? Quur nõ idẽ faceremus Chriſto regum omniũ regi & *Apoca. 19* dño dominantium, cui data eſt omnis po- *Math. 28* teſtas in cœlo & in terra. Rident & ſubſannant hic naſutuli Neochriſtiani ſimplicitatem Eccleſiæ in ſupplicationibꝰ celebran- *1. Reg. 6* dis, imitãtes in hoc Michol filiã Saul, quæ & ipſa regem Dauid deridebat, ꝙ cythara & ſaltationibꝰ laudaret dñm in ſupplicatione corã archa, dixit aũt ad eam Dauid: Viuit dñs quia ludã ante dñm qui elegit me potius ꝙ patrem tuum, & ꝙ omnẽ domum eius. Sic iã poteſt eccleſia dicere Neochriſtianis, quoniã ipſam iam elegit dñs ꝑ omnibꝰ ſectis & hæreſibꝰ. Atqui in ueteri teſtamento pij hoĩes multum gaudiorũ & exultationis, plurimum reuerentiæ habuerũt in cultu diuino, ſicut Machabęi in dedicatiõe templi. Et uos igit̃ dilectiſſimi, circa hoc admirandum corporis Chriſti ſacramentũ exhibete uos tanqꝫ ueros Chriſtianos filios lucis. Memores, quõ Dauid *Pſal. 110.* in ſpũ ꝓuidit & dixit: Miſericors & miſerator dominus eſcam dedit timẽtibꝰ ſe, memoriam fecit ſuoꝝ mirabilium, Clamate *Sapie. 12* ad dñm cum Sapiente: Quã ſuauis eſt domine ſpũs tuus, qui ut dulcedinẽ tuã in filios demonſtrares, pane ſuauiſſimo de cœlo ꝓſtito eſurientes replens bonis, faſtidioſos diuites dimiſit inanes: ſic canit eccleſia: Panis angeloꝝ fit panis hominum. Panis hic cœleſtis finem facit & dat figuris ueteris teſtamenti. O rem admirabilem, ꝙ pauper, humilis & ſeruus ueſcitur dño. Videamus quõ de nobis dixerit Dauid: Panem de cœlo ꝓſtitiſti eis, panẽ angelorũ manducauit hõ. Angelorũ eſca nutriuiſti *Pſal. 77* populum tuum. Meditemur nos Chri- *Exo. 16* ſtianos a Chriſto congregatos non in ſan- *Pſalm. 15* guine hircorũ, ſed calicis huius cõmunione. Vos itaqꝫ cõpello qui ſolide adhuc integris maiorũ ueſtroꝝ inſiſtitis ueſtigijs. Tãtum illud ſacramentum ueneremur oĩes cernui, & antiquũ documentum nouo cedat ritui, præſtet fides ſupplementum ſenſuum defectui. Clamemus cũ Eccleſia: O ſalutaris hoſtia quæ cœli pandis oſtiũ, bella premunt hoſtilia da robur fer auxilium. Clamemus ad Chriſtũ: Dñe Ieſu Chriſte qui & ipſe huius magni cõuiuij cõſors es, ſimulqꝫ es conuiuiũ ipſum, ſummum ſummeqꝫ uenerandũ illud corporis & ſanguinis tui ſacramentũ, in quo dator tu ueniſti ut donum, cõcede ut ita te hic perfruamur in terra, quatenus te adiuuante, ad gloriã quoqꝫ tuam peruenire poſſimus. Id adeo tu præſtare dignare dulciſſime & mitiſſime domine Ieſu Chriſte, Amen.



Euangelium in die ſancto S. Iohan. præclari magniqꝫ Baptiſtæ Chriſti. Lucæ. I.

IN illo tempo-
re: Impletum eſt tem-
pus Eliſabeth parien-
di, & peperit filium.
Et audierunt uicini &
cognati eius, quia magnificauit do-
minus miſericordiam ſuam cum illa,
& congratulabantur ei. Et factum
eſt in die octauo, uenerunt circumci
dere puerum, & uocabant eum no-
mine patris ſui, Zachariã. Et reſpon
dens mater eius, dixit: Nequaqꝫ, ſed
uocabitur Iohannes. Et dixerunt ad
illam: Quia nemo eſt in cognatione
tua, qui uocetur hoc nomine. Innue
bant autem patri eius, quem uellet
uocari eum. Et poſtulans pugillarẽ
ſcripſit, dicens: Iohannes eſt nomẽ
eius. Et mirati ſunt uniuerſi. Apertũ
eſt autem illico os eius, et lingua eiꝰ
loquebatur, benedicens deum. Et fa
ctus eſt timor ſuper omnes uicinos
Hiere. 1 eorum, & ſuper omnia montana Iu-
Actu. 11 dææ, diuulgabãtur oĩa uerba hęc,
& poſuerunt omnes qui audierunt,
in corde ſuo dicentes: Quis putas
puer iſte erit? Etenim manus domi-
ni erat cum illo. Et Zacharias pater
eius repletꝰ eſt ſpiritu ſancto, & pro
phetauit dicens: Benedictus domi-
nus deus Iſraël, quia uiſitauit, et fecit
redemptionem plebi ſuæ.

Homilia prima:

SAnctus Lucas iam ante huius E-
uangelij contextum enarrauerat
ipſam Iohannis conceptionem, &
quomõ angelus apparuiſſet Mariæ, quæ
dehinc uiſitauit Eliſabeth, manẽs apud eã
tribus menſibꝰ. Interea temporis impletũ
eſt Eliſabeth tempꝰ pariendi, mẽſe. ſ. nono
Chryſoſt. De hoc tempore extat apud Chryſo. Ho-
milia pulcherima, qua rem hanc funditus
excuſſit, ſed quia longum fuerit nimis, for-
ſitan etiam moleſtum percenſere ſingula,
uiſum eſt ex illa roſas tantum qualdã de-
cerpere præ cæteris elegantiores, quarum
aſpectu imo intellectu immenſam ſitis de-
lectationem & utilitatem conſequuturi.
Primum itaqꝫ ſe nobis offert roſa hæc can-
dens & albicans ꝙ fundamentum ille po-
nit ex Zacharia qui dicit: Ieiuniũ quarti Zacha. 8
ſeptimi & triceſimi immenſam fore lætitiã
& exultationem domui Iuda, & in ſolen-
nitates ꝑclaras (Nota ꝙ Chryſo. nõ memi
nit quinti, quia nõ deſeruiebat ſuo inſtitu-
to) Putat aũt Chryſo, Iudæos nunqꝫ obſer
uaſſe ieiunium illud, ſed prophetiam hanc
nobis Chriſtianis eſſe conſcriptã, quomo-
do ergo numerandum ieiunium quarti di-
cit ille menſes hos eſſe: eſt aũt Martius mẽ
ſis primus, ſicut dominus dixit ad Moyſen
Menſis iſte, ſ. Martius, uobis principium, Exo. 12
primus erit in menſibꝰ anni. Et bene qui-
dem, inquit Chryſo. propheta pro altitudi Chryſoſt.
ne ſpiritus ſancti initium ieiunioꝝ nõ po-
ſuit, ut quũ de ieiunioꝝ initio quærereꝰ,
ſimul & uirtutem ipſoꝝ inueniremus. Se-
quitur 3. ꝙ 4. ſint menſes ex quibꝰ gau-
dia & feſtiuitates ꝑclare fiant in Iuda, Mar
tius, quartus Iunius, ſeptimus September
& December ille ex nomine decimus.

4. Sunt aũt illi ipſi menſes 4. inſignes
feſtiuitatibus conceptionis & natiuitatis
Chriſti pariter atqꝫ Iohannis, hic. n. conce
ptus eſt die 25. Septẽbris, natꝰ uero 24.
Iunij, qui nouem ſunt menſes, ſicut & Ga
briel dixit menſem illum ſextũ eſſe, quãdo Luc. 1
adhuc manſit Maria apđ Eliſabeth tribus
menſibꝰ. At Chriſtus qui cõceptus eſt die
25. Martij, quo eodẽ die etiã mortuus eſt
poſt annos uitæ ſuæ 34. natus eſt 25. De-
cembris, ubi etiã nouem menſes interſunt.

5. Pulchrũ cognitu eſt ꝙ ijſdẽ 4. diebꝰ
tunc fuerunt capitales illæ & ſupremæ 4.
totius anni mutationes, duo tum ſolſtitia
tum æquinoctia: quũ in æquinoctio autũ
nali cõceptus eſt Ioannes, longiſſimo aũt
æſtatis die in ſolſtitio natus eſt (tunc. n. æ-
quinoctiũ Vernale fuit fixum, tpe Tiberij
impatoris, anno eius 9. ad 8. Kalẽ. Octob.
Ecce quãtũ iam uariauit, ut Paulꝰ Epiſco

For

Foriſempronien. bene ſupputauit ob mi-
nuta abundantia in anno biſſextili, quũ
non ſuperet integra dies, nos etiam iſta cri
brauimus in diorthoſi noſtra.) Dies hic a-
pud Græcos lampadis nomen habuit, ꝙ
tunc ſol altiſſimus appareat inſtar lampa-
dis refulgẽs. Inter Germanos quoqꝫ a uer
ſione ſolis appellationem traxit, quoniam
tunc ſol auerſus a nobis deſcendat. Cõtra
Chriſtus conceptus eſt in æquinoctio uer
no, natus aũt eſt in ſolſtitio hyberno quã-
do iam breuiſſima dies erat, & ſol in imo
Capricorni decurrebat (ita enim tunc fige
batur ſolſtitium, ut Alexander quoqꝫ He
gius commonſtrat.)

Solſticium æſtiuale
24. Iunij.
Natus Iohannes.

Aequinoctium Vernale.
25. Martij.
Conceptus Chriſtus.

NOTA

Aequinoctiũ Autumna
le 25. Septembris.
Conceptus Iohannes.

Solſtitium Hyemale.
25. Decembris.
Natus Chriſtus.

7. Omnia itaqꝫ hæc ſpirituali nõ carent
explanatiõe, quur hæc ita ſint a ſpiritu ſan
cto ordinata, ꝙ.n. Ioan. ex uetula & ſterili
nata ẽ, ad ſynagogã pertinet Iudeoꝝ, cui
iam tunc ſuus imminebat terminus, dicẽ-
Matth. 11 te Chriſto: Lex & ꝓphetę uſqꝫ ad Ioannẽ,
ideoqꝫ & pater eius ueteris legis ſacerdos
Lucæ. 1 in adnũciatione eius mutus factus eſt, nec
potuit loqui. Incepit tunc tempore conce
ptionis ſuæ dies breuior facta plus habere
de tpe nocturno ꝙ̃ diurno, natuſqꝫ deinde
eſt ille longiſſimo die rurſus ad crementũ
declinante, unde & dixit diſcipulis ſuis: Il-
Ioann. 3 lum oportet creſcere, me aũt minui, qđ uti
qꝫ nõ in pſona Iohannis accipiendũ eſt ſed
ſignificatione, qm̃ ille ſynagogã repreſen-
tabat. Qui ſup ijs plura cupit legere requi
rat Chryſo. homilia 27. Viciſſim Chriſtus
cõceptus eſt, qñ dies cæpit adcreſcere, na-
tuſqꝫ eſt breuiſſima die, quũ ſol ipſe ad nos
remeare cœpat: ipſe.n. ſol ille ẽ iuſtitię qui *Malac. 4*
exortus eſt nobis, ſol legis Euangelicę qui
tunc oriebat̃, & creſcere debebat, ut uniuer
ſum illuſtraret mũdũ: ideo etiã Chr̃us nõ
ut Iohannes ex uetula natus eſt, qđ etiã at
tendens Ambro. ait: Qđ quidẽ factũ my- *Serm. 49*
ſterium cõtinere aliqđ arbitror, ut Iohan-
nes qui ueteris teſtamenti figurã gerebat,
ſenis muliercule frigido ſanguine naſceret̃,
dñs aũt qui cœleſtis regni Euangeliũ pdi-
caret, feruentis iuuenculæ flore degredere
tur, ſed iam textum ipſum adgrediamur,

2. Elizabeth impletũ eſt tẽpus parien
di, Quo ad lr̃am apertũ eſt hoc, ſiquidem
menſis nunc 9. agebat̃, imminebat igit̃ iã
parturigo, ſed & iuxta ſcripturæ cõſuetu-
dinẽ impletũ iã tempus erat, qm̃ quicquid
ordinauerat deus fieri prius, id omne con-
ſummatũ iã erat, pceſſerat iã adnunciatio
angelica, cõceptio ꝗꝙ ex duob⁹ coniugib⁹
iã ſenio grauatis ſupra naturã, & ſanctifica
tio Iohan. in utero matris, uiſitatio Marię
quæ iã pene trib⁹ menſib⁹ emanſerat apud
Eliſabeth, ubi aũt appropinquauit partus *Theoph.*
abſceſſit: nã nouẽ ferme mẽſes pterierãt a
cõceptiõe Iohan. uiſitatio aũt illa iã opata
fuerat & exultationẽ Iohan. & gaudiũ ue
tulæ mr̃is, & ꝓphetiã eiuſdẽ, ſicut audietis
in feſto uiſitationis eiuſdẽ. Oĩa iã hæc fue-
rant impleta, & Maria domum ꝑfecta, im-
pletum ergo eſt etiã tempus Eliſabeth, ut
pareret. Obſeruarunt etiam illud hic do-
ctores, Ambroſi. ſuper Lucam, Theoph.
& Beda, ꝙ quia ſanctoꝝ editio lętitiã ha-
bet plurimorum, cõmuneqꝫ hoc eſt bonũ,
ideo moris non ſit in literis ſacris ſimiliter
de maloꝝ natiuitate loqui, ꝙ impletũ ſit
tẽp⁹ eoꝝ, ſed in bonis tm̃: unde & Lucas
de Chr̃o ait: Impleti ſunt dies Mariæ, ut *Luc. 2*
pareret, ſic & Abrahã mortuus eſt plenus *Gene. 25*
dieꝝ, & hic uenit plenitudo tẽporis. (Cõ *Galat. 4*
tra illã regulã qđ plenitudo ſit iuſtitiæ &
perfectionis poſſes obijcere, quia nõdũ im
pletæ ſunt iniquitates Amorręorũ, Gene.
15. Et Eſai. dixit: Manus nr̃æ plenę ſunt *Eſai. 1*
ſanguine, ſed rñdetur qđ illa plenitudo nõ
eſt ipſi⁹ iniqtatis, ubi ẽ uacuitas & ianitio,
ſed eſt ipſi⁹ iuſtitię Iudicis uel ſentẽtiæ, iu- *Pſal. 47*
xta illđ Pſal. Iuſtitia plẽa eſt dextera tua.)

Vicini audientes hoc gauiſi ſunt gaudio
magno: hoc enim habet editio ſanctorum
Ambro. ut gaudium & lætitiã ſecum adferat, quũ
ſit bonum quoddam commune, qđ mul-
tis prouenit in bonum. Cognouerunt eti-
am miſericordiã dei, ſiquidem Elizabeth
naturaliter iam filium habere & parere nõ
potuiſſet, ex benignitate autem diuina fu-
it quod uetula iam peperit. Impetrauerãt
Chryſo. autem hoc orationibus a deo, quod ex uer
bis Gabrielis facile intelligitur, quum ait:
Noli timere Zacharia, exaudita eſt oratio
Ambro. tua. Vnde intelligimus, inquit Ambroſi-
us, ꝙ Iohannem Zachariæ iuſtitia magis
orando genuerit, ꝙ̃ Elizabet ſenectus, ꝓ
curãdo ſuſceperit. Hinc intelligimus, ait il
le, ꝙ Iohannem obſecratio creauerit, non
uoluptas. Itaq; mulieres ſteriles quæ pro-
lem cupiunt habere ſedulo inuocare de-
bent S. Iohannem, Zachariam & Eliza-
beth.

Neq; immerito gauiſi ſunt uicini, quo-
niã contemptæ admodum erant & abie-
ctæ in ueteri Teſtamento ſteriles, dicente
Deut. 7 domino: Non erit apud te ſterilis utriuſq;
ſexus, maliq; ominis erat apud Iudæos, ſi
aliqua populum non augeret domini: un-
1. Reg. 1 de & Anna adeo triſtata eſt mater Samue
Gene. 30 lis, ꝙ non haberet filium. Sic Sara, ſic Ra-
Iudic. 13 chel, ſic uxor Manue mater Samſonis, &
Lucæ. 1 cõfeſſa eſt idem Elizabeth, dicens: Sic fe-
cit mihi dominus in diebus quibus reſpe-
xit auferre obprobriũ meũ inter hoĩes. In
huiuſmodi obprobrio diu fuit Anna pri-
uſq; admirando quodam modo pareret
Mariam matrem filij dei.

3. Et factum eſt die octauo uenerunt
circumcidere puerum: utiq; ad implendã
Gene. 17 legem quæ dicit: Maſculus cuius præpu-
tij caro circumciſa non fuerit, delebitur a-
nima illa de populo ſuo, quia pactum me-
um irritũ fecit: ideoq; & dominus dixit ꝑ
Eſa. 52 prophetam: Nõ adijciat ultra ut pertran-
ſeat per te incircumciſus & immũdus.
Operabatur autem circumciſio in ueteri
lege remiſſionem peccati originalis, ſicut
Beda nunc baptiſmus, ut teſtatur Beda. Atqui
Ioannes in utero matris ſanctificatus erat,
quemadmodum deinceps clarius dicetur,
ergo in hunc uſum non indigebat Iohan-
nes circumciſione tanq; medicamento, ſed
tantum in hoc ut ſe conformaret legi, plu-
ra de circumciſione require ſupra in die cir
cumciſionis domini. Ex hoc tamen textu
colligitur circumciſionem olim nõ fieri ſo-
litam eſſe in templo, ſed in priuatis ędibus
quo ueniebat uocatus ſacerdos miniſter
circumciſionis: conueniebant & cognati
atque uicini ut iam ad baptiſmum.

Vocabant autem puerum nomine patris
ſui, qui mos non eſt nouus, liberos paren
tum nomine uocari maxime primogeni-
tos: in quibuſdam inſuper caſibus oporte-
bat hoc ita fieri, ſicuti legimus: Quãdo ha-
bitauerint fratres ſimul, & unus ex eis abſ- Deut. 25
q; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti nõ
nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, &
ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitũ
ex ea filiũ nomine illius appellabit, ut non
deleatur nomen eius ex Iſraël.

Sequitur: Et reſpondens mater eius di-
cit: Nequaq;, ſed uocabitur Iohannes. Ma
tri, inquit Ambroſius, nomen hoc a ſancto Ambro.
ſpiritu infuſum, quod ab angelo ante Za-
chariæ fuerat prænunciatum: & quidem
ille mutus intimare nomen filij nequiuit
uxori. Addit Theophylactus, fortaſſis Io- Theoph.
hannes ſibijpſi indidit nomen, matriq; ſuę
communicauit donum propheticũ. Sunt
qui putent Elizabeth illud didiciſſe ex ſpi
ritu ſancto, tũc quando Maria ipſam ſalu-
tauit, ſicut Lucas refert impletam eam eſ-
ſe ſpiritu ſancto. Amici autem quibus non
ita cognita erat uoluntas Dei cum puero
hoc, recuſabant nomen illud tanq; alienũ
ſuſcipere, dicebantq;: Quia nemo eſt in co
gnatione tua qui uocetur hoc nomine.
Vnde colligitur ꝙ licet filij non appella-
bantur nomine patris: patrui tamen nomẽ
ſuſcipiebant, nemo autem erat in cognati-
one Ioannis qui tale nomen haberet, quia
nemo in ea natus fuerat, qui dignus exti-
tiſſet hoc nomine a gratia dei deducto, חן
etenim gratiam ſignificat, & יחן eum qui
gratiam dei habet, ſed nemo ita omnia gra
tiæ ſigna habebat, ut hic Ioannes: magnũ
ergo erat myſterium in hoc nomine Ioan-
nis, quod etiam ab angelo prædictũ erat.
Vocabis nomen eius Ioannes, Vterq; pa- Lucæ 1
rens nomen hoc confirmauit, unde & ad-

miratus

miratus eſt populus uniuerſus quum nec pater neq; alius in hac cognatione quiſq; uocaretur hoc nomine, quod utiq; non temere ab Euangeliſta additum eſt, ut in-
Beda telligeretur nomen non generis eſſe ſed uatis, dixit hoc idem ante Bedam & Ambroſius. Quare magna parentibus debet eſſe cura in nominum impoſitione, quum hic etiam diuinitus huic puero inditum ſit nomen, ab angelo deinde adnũciatum
Ambroſi. Zachariæ, a ſpiritu ſancto autem inſpiratũ Elizabeth, quæ quomodo poterat domini ignorare prænuncium, quũ iam prophetauerat Chriſtum? Hinc parẽtibus incumbendum eſt in boni auſpicatiq; nominis impoſitionem, quando etiam uulgo fertur: Nomen malum mortis augurium
Sup. fo. 46 eſt, uide ſupra in die circunciſionis domini de nomine Ieſu.

Poſtremo adhuc duo ſunt hic conſyderanda, alterum ꝙ circunciſio præceſſit nominis impoſitionẽ, cuius rei cauſſam hanc
Theophy. reddit Theophylactus, quia prius ſuſcipiẽdum ſit diuinum ſignaculum, & tunc humanum nomen: Vel etiam circunciſio ſignificat rerum carnalium abiectionem iu-
Roma. 4 xta illud Pauli de Abraham: Signum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei quæ eſt in præputio, ſiquidem in hunc ſenſum circũciſio in ueteri teſtamento etiã ſpiritualiter præcepta fuit, ſicut Moyſes te-
Deut. 10 ſtatur dicens, circuncidite preputium cordis ueſtri, & ceruicem ueſtram ne induretis amplius, ſimilia multa extant in lege: Nunc tamen in nouo teſtamento palam eſt in latina ſaltẽ eccleſia paruulis nomina ante baptiſmum imponi, eo ꝙ illum præcedunt exorciſmus & catheciſmus, in quibus ille benedicitur & præmunitur aduerſus diaboli inſultus, ſimulque eruditur
Iol. & in fide, quorum omnium quomodo capa-
de cathecis- ces ſint paruuli, ſatis diximus in die aſcen-
mo ſionis domini.

Alterum quod hic animaduertendum uenit eſt hoc: Quur tandem puer hic non debebat nomen habere patris honeſtiſſimum utiq;? Zacharias enim dicitur memorans dominum uel puer domini, quid igitur eſt quod parentes noluerunt eum appellari hoc nomine, quum tamen ante eum multi fuerint clariſſimi uiri, ſicut 2. Par. 24
Zacharias filius Ioiadæ, & ille alter filius Iſa. 8
Barachiæ, qui ea fuerunt ſanctimonia prediti, ut utrumque illum uno nomine obiiceret dominus Iudæis quũ corriperet eos, eo ꝙ omnis ſanguis innocens repoſceretur ex ipſorum manibus ab Abel iuſto uſque ad Zachariam, ſicuti ſuper ea re multa diximus in ferijs S. Stephani: Reſpõdetur, Math. 23
ꝙ decuiſſet utiq; ueteris & antiqui ſacer- Sup. fo. 28
dotis nomen remanſiſſe puero Iohanni ſi ſimul lex uetus manſiſſet, uetus ſacerdotium & populus ille antiquus: Quia autẽ conſtitutus erat Iohannes, uelut utriuſq; teſtamenti limes & terminus, ita ut in eo ceſſarent iam porro lex & prophetæ ſimu- Mat. 11
latq; ſacerdotium, non decebat ipſum ſeruare nomen paternum. Præſcius hinc angelus eius rei nomen quoq; ſimul cum natiuitate Iohannis adnunciauit, nomen inquam nouæ gratiæ, populo nouo, nouoq; ſacerdotio conuenientiſſimum, tranſlato Heb. 7
enim ut Paulus inquit, ſacerdotio neceſſe eſt ut & legis tranſlatio fiat: Hæc etiam cauſſa eſt quur Ioãnes quamuis ſacerdotis filius, in officio tamen ſacerdotali non ſucceſſerit patri, quoniam impleri oportebat prophetiam Iſaiæ: Ne memineritis priorũ Iſa. 43
& antiqua ne intueamini: Ecce ego facio noua & nunc orietur: Ex rationibus ergo adductis puer hic nomen patris non ſuſcepit, ſed nomẽ illud præclarum, gratioſum & feſtiuum Iohannes, eo ꝙ & ipſe amicus erat ſponſi, quamobrem tantam etiã apud Chriſtum laudem emeruit ob gratiam ſi- Iohan. 3
bi datam &c. Oremus ad dominum.

Homilia ſecunda in die ſancto Iohannis Baptiſtæ.

Elizabeth ecce peperit filium, quẽ circunciſum iam ſecũdum legem uocarunt nomĩe patris ſui, reſiſtẽte autem matre & ut uocaretur Iohannes contendente, adhuc reclamarunt uicini, eo ꝙ non eſſet in cognatione qui tali uocaretur nomine, tandem ergo ad patrem uentum eſt, cui etiam annuentes interro-

Ambroſi. garunt ipſum de imponendo nomine, cuius angelus ei de affatu tm̃ eripiendo dixerat in hæc uerba: *Lucæ 1* Ecce eris tacens & non poteris loqui uſq; in diem quo hæc fiant, pro eo ꝙ non credidiſti uerbis meis quæ implebuntur in tempore ſuo, ex hoc tamē contextu colligitur Zachariam & mutū fuiſſe & ſurdum, quoniam cum eo loqui nō poterant, ſed innuebant illi quem uellet uocari filium: *Ambroſi.* Vnde & Ambroſius ait, Incredulitas ei affatum eripuerat & auditum: Quo ſigno autem ſint uſi innuendo, neq; expreſſit Euangeliſta, nec ſcire eſt magnopere neceſſarium: Vicini forſitan putabant hoc modo futurum, ut ille nomē ſuum filio imponi cuperet, itaq; ut magis ipſi Elizabeth aduerſarētur in ſuſtinendo Zachariæ nomine, patrem ipſum innuendo interrogarunt: Verum ille poſtulatis & acceptis pugillaribus ſcripſit, Ioannes eſt nomē eius, quaſi hoc uellet ſignificare, *Beda* ut Beda teſtatur, non ei nos nomen imponimus qui iā a deo nomē accepit: Nomen ille iam ſuum habet, quod & nos ita cognouimus, nō autem elegimus, *Ambroſi.* ſic Ambroſ. ait: Nomen hic nouum non imponitur ſed aſtruitur: Iam ante præſto aderat nomen paruuli, ab æterno ei diuinitus hauſtum, ita ut nihil ultra hic fecerint illi: Atq; hoc eſt quod propheta dicit in *Iſa.49* nomine Iohannis: De uentre matris meæ uocauit me dominus, & ab utero ipſo recordatus eſt nominis mei, præuiderat hoc *Hiere.1* etiam Hieremias de Ioanne dicēs: Priuſq; te formarem in utero noui te, & anteq; de uulua exires, ſanctificaui te, & prophetā in gētib. dedi te. Quid multa, iſtud ipſum Iohannis nomen ei nō ab hominibus ſed a deo datum eſt, ut a gratia diceretur, qui digito ſuo totius mundi gratiam erat oſtēſurus dicendo: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Iohan.1 Super eo itaq; ꝙ ſcripſit Zacharias admirati ſunt omnes, ipſum ſe uxori conformaſſe in nomine pueri, neq; hic fuit admirationis finis, alia admirandi cauſſa ſequutā eſt non paulo maior, dum a ſcripto ſtatim apertum eſt os zachariæ, & lingua eius, loquutuſq; is inſuper eſt & benedixit dominum. Nouem menſibus iam mutus ille fuerat & ſurdus, qui tamen nato Ioanne rurſus loqui cœpit: Vbi Beda ſic dicit, *Beda* Quia uox clamantis in deſerto eſt nata, merito eſt lingua parētis ſoluta, neq; enim decebat illum parentem a laude ſilere, qui gaudebat natum iam eſſe præconē, quia labia quæ infidelitas ligarat, iam rurſus ſoluerat fides: Videte igitur, ait Ambroſius, *Ambroſi.* ſancti Baptiſtæ meritū, uocem patri reddidit, ſacerdoti eloquium reparauit: Os quod angelus alligauerat, Iohannes abſoluit, quod Gabriel obſtruxerat, paruulus releuauit, cꝗ & ipſe ſit angelus: Videte igitur obſecro ſancti huius nominis uirtutem, cuius expreſſio etiam muto uocē populo reſtituit ſacerdotē, ſiquidē quum ille antea mutus eſſet, fructu omni & ipſo etiam ſacerdotali officio deſtitutus, ubi primum Iohannes nactus eſt ſuum nomen, zacharias fit pater, propheta, pōtifex: poſſent hic ad longum rationes tractari, quur alicui os claudatur, & quomodo reſeretur, ſed uolens ſuperſedeo: Credamus, inquit *Ambroſi. ſup lucam* Ambr. & nos ut loquamur, ſcribamus ſpiritu myſteria, ſcribamus prænunciū Chriſti, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus: Etenim qui loquitur Iohannem, prophetizat Chriſtum.

2. Sequitur: Et factus eſt timor ſup omnes uicinos eorum, & ſuper montana Iudeæ diuulgabantur omnia uerba hæc, O q̃ uere dictum eſt a Dauide: Magna *Pſal.110* opera domini, exquiſita in omnes uoluntates eius: Ecce unum zachariæ ſilētium, *Beda* non ipſi tantum, cum datur ad pœnam incredulitatis & ſignum credendi proficit, ſed & cum aufertur, omnes uicinos eiꝰ miraculo ac timore ſtupefacit, ſimulq; ꝑ hoc nati iam pueri ſanctimonia inclareſcit, ut etiam huiuſmodi principijs Chriſtus uenturus paulatim innoteſcat, ſic enim uoluit ille præcurſoris ſui honorem præcedentibus ſignis in admirationem adducere: & hinc Theoph. ait omnia hæc facta eſſe ſin- *Theophy.* gulari quadam ordinatione diuina, ut qui propheta de Chriſto futurus multaq; ꝑdicturus erat, paulatim in fidem & admiratione perueniret, unde cognoſcerent alij oēs partim quātus ipſe eſſet, partim quanto maior futurus ille fiet, cui teſtimonium

ipſe

ipſe perhibebat, poteſt & timor iſte eo re‑ferri, quod audiẽtes iſti zachariam infidelita‑tis ſuæ tantam habuiſſe pœnã, metu cor‑repti ſint ipſi, ne forte non credentes ſimi‑lem inciderent pœnam, ut hinc dicerent cum Iob, pauor tenuit me & tremor, & omnia oſſa mea perterrita ſunt. *Iob.4*

Et poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo, dicentes. Quiſputas puer ipſe erit? miraculum enim quod præceſſerat, certum erat argumentum magnarum re‑rum adhuc futurarum: Omnes homines hoc modo debent miracula dei percipere corde, nec unquam eorũ obliuiſci, ſed potius dicere cum ſapiente: Hoc quum uidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici di‑ſciplinam: Vnde autem admirati fuerint illi, ex eorum interrogatione facile colligi‑tur, quando inter ſe mutuo quæſierunt, Quis tandem futurus eſſet puer iſte, huic interrogationi quid ſit reſponſum, hoc lo‑co expreſſum non eſt, & tamen ex Euan‑gelio alibi ſatis patet, quando reſpondens Gabriel ait: Hic magnus erit coram domi‑no: Vinum & ſiceram non bibet, ſed ſpiri tu ſancto implebitur adhuc ex utero ma‑tris ſuæ, & multos ex filijs Iſrael cõuertet ad dominum deũ ipſorum: Sed & pater ipſe reſpondiſſe uidetur ad hoc quum ait, Tu puer, propheta altiſſimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini parare uias eius, Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorum eorum: Inſuper Iohannes ipſe ſi quæratur qualis futurus ſit puer, ſicuti deinceps a Iudæis interro‑gatus eſt quiſnam eſſet, reſpõderet hic idẽ quod illis: Ego uox clamantis in deſerto, parate uiã domini: Imo & Chriſtus huic interrogationi reſpondens ait: Hic eſt de quo ſcriptũ eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: Amen dico uo‑bis: Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Iohanne baptiſta: Ipſi quoque teſtãtur id‑ipſum dicẽtes, quia manus domini cũ eo, Vtique enim manũ dñi ſentiebat in miracu‑lis, ſicut & magi Pharaonis quũ uiderent cyniphes uenientes atque irruentes in ſe: in‑ſuper tamen manus domini eſt etiã in pœ na ut Iob ait: Manus domini tetigit me, Et adhuc penes illos quibus gratiã & mira‑ *Prou.24. Luc.1 Luc.1 Iohan.1 Math.11 Malac.3 Tomo.1 fol.50 Exo.8 Iob.19*

cula oſtendit, ſicut Ezechiel inquit, manũ domini factam eſſe ſuper ſe, & Eſdras, cõ‑firmatum eſſe ſe teſtatur a manu domi‑ni dei ſui: Hinc liquet cui ſit accepta refe‑renda gloria, quãdo omnis honor, qui cir‑ca Iohannem contigit, uergebat in gloriã dei, cuius etiam manu hæc omnia fiebant. *Ezec.1.3 1.Eſd.7*

3. Impletus inſuper etiã zacharias eſt ſpiritu ſancto & prophetauit, ubi pul‑chre Ambr. ſic ait: Vide quam bonus deus & facilis indulgere peccatis, non ſolum abla‑ta reſtituit, ſed etiam nõ ſperata concedit, ille dudum mutus prophetat: Nemo ita‑que deſperet, diffidat nemo, quia nouit deus mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare delictum. Sic nimirum zacharias prophe ta factus gratiam ſpiritus ſancti accepit in dono prophetico, quam ille utique habuit per ſanctum illud nomen filij ſui Iohan‑nis, qui ex gratia dei nomen ſuſcepit: Mul ta zachariam cõmouere eiuſque animũ ele‑uare poſſunt, neque enim parũ ei roboris ac‑ceſſit ex angelica adnunciatione, ex uiſita‑tione & conuerſatione Mariæ, ex lætitia & gaudio geſtientium amicorum, ex pro phetia uxoris: Tot quum ille haberet ar‑gumenta quibus operationẽ ſpiritus ſan‑cti cognoſcebat, quis non credat plurimũ etiam ſibi acceſſiſſe pietatis, ex qua & ipſe idoneus fieret ad ſuſcipiendum ſpiritũ ſan ctum? quem ille in omni plenitudine quoque perſenſit dum tam ſublimia de Chriſto eiuſque præcurſore prędixit, multoque altio‑ra quam uxor eius, quæ paucis uerbis prophe tarat, ille autem prolixo cantico ſiue hym‑no magna perſcrutatus eſt archana: Vſque adeo nunquam uoluit ſpiritus ſanctus mulie‑res multa loqui aut prędicare, ſiue docere, quamobrem & Paulus præcepit, eas tãtũ in ſilentio docere cum humilitate, & alibi plane ſilere eas iubet in eccleſia, quum eis loqui non permittatur, ſed ſi quid diſcere uolunt, interrogent domi maritos ſuos, ſi‑cut habet hic Gloſſa: Ideoque Elizabeth & paucula & paucis audientibus, lo‑quuta eſt, zacharias autem multis & co‑ram omni uicinio prophetauit, dicens, be‑nedictus dominus deus Iſrael, quia uiſita‑uit & fecit redemptionem plebis ſuæ, ubi ait Beda: Quanta ſuperni muneris eſt lar‑ *Sup luc. 1.Tim.2 Gloſſa Beda*

gitas,ſi prompta ad accipiendũ noſtræ ſidei ſit pietas: Ecce hic Zacharias benedicit dñm deũ Iſrael,nõ ꝙ ipſum benedicat,
Heb.7
qm̃ ſine ulla contradictione quod minus eſt,a meliore benedicitur: Tantũ ergo benedictionẽ diuinã confitetur hic Zacharias, ſimulqꝫ pronunciat eã & laudat corã omni populo,ſicut angelus Raphael utrũ
Thob.12
que docuit Thobiam, benedicite deũ cœli,& corã omnibus uiuentibus confitemini ei, quia fecit uobiſcũ miſericordiã ſuã, Ita in omnibus laudandus eſt deus, ubiqꝫ eius prædicanda miſericordia, illi ſemper gratiæ ſunt agendæ, iuxta iſtud ſapientis,
Eccle.43
glorificãtes dñm quantũcunqꝫ potueritis, ſuperualebit adhuc. Zacharias porro tantæ ſuæ & tam ſubitæ laudis in deum aperit cauſſam & ait. Quia uiſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ,de hac re ille prophetico more loquitur, quaſi iam factum dicẽs,quod proxime faciendum cognouerat:
Beda
August.
Ita enim loquuntur prophetæ de futuris,ac ſi iam præterijſſent,ut ait Augu. tantum ob certitudinem infallibilem.

4. Cantico illo Zachariæ quotidie utitur eccleſia in precibus matutinis, qm̃ Cãticũ Euangelicũ eſt,ad quod etiã Chriſtianos decenter cõuenit adſurgere, & capita ſua aperire,nõ ſecus atqꝫ ad canticum Mariæ & Simeõis: Sunt autem qui hoc Zachariæ canticũ in matutinis eo uſurpari putãt,ꝙ quia hic dicitur erectũ nobis a dño eſſe cornu ſalutis, idipſum in reſurrectione dñica factum hic iam recolatur,
Rationale diuinorũ & Alia cen. ſuper benedict9
deinceps quoqꝫ zacharias ad filium ſic exclamat: Tu puer ꝓpheta altiſſimi uocaberis, ſic autẽ Iohannes præceſſit Chriſtũ ut auroram ſolem: Atqui Chriſtus ſol ille extitit, ut hic quoqꝫ dicitur oriens ex alto: Et hinc putãt cãticũ hoc in laudibus matutinarũ decantari ſolere, ꝗuis enim cãticum uirginis matris ante hoc eſt confectum, tñ hoc prius uſurpat eccleſia ex ratione prædicta: Multa ſuper hoc cantico dici poſſent, ſi ad longũ declarare uellemus, ſed quia primi duo uerſus tm̃ in hoc Euangelio legũtur, ideo & nos reliquis ſuperſedebimus.

Benedictus,inquit zacharias, dñs deus Iſrael, quia uiſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ: Viſitatio hæc per ipſam Chriſti incarnationem facta eſt, aut ſaltẽ in ea primum incepit: atqꝫ ea uiſitatio ſalutaris utiqꝫ fuit, de qua dictum uideri poſſit illud Iob. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum, Iob.10
de hac Chriſtus ipſe loquutus eſt dicens,ueniſſe ſe ut quęreret ouẽ quæ perierat domus Iſrael: Math.18
Venit ergo ille ut paſtor,uenit ut medicus uiſitare & mederi ijs quę perierant, ſicut promiſerat ꝑ prophetã: Viſitabo oues meas, ſicut paſtor uiſitat gregem ſuum. Ezec.34
Et de medico teſtatur ipſe quũ ait. Valẽtib. opus nõ eſſe medico, ſed male hñtib9: Mat.9
Ita nimirũ nos oẽmqꝫ populũ ſuũ uiſitauit dñs, ut recte dixerit Aug. Venit magn9 medicus quia paſſim iacebat Auguſti.
magn9 numer9 infirmoꝝ,atqꝫ ideo ſeipm̃ Samaritanũ appellauit,& in hoc ꝓ remedijs inſtituit ſacramenta aduerſus pctã & oẽs defectus hoium (uide paſſim q̃ ꝑlati ꝑfantur in uiſitatiõe mõaſterioꝝ q̃ poſſunt huc aptari: Vide etiam Humbertum in collationibus. Nam quæ ſolent dicere de cauſſis uiſitandi, de forma uiſitationis, de effectu & utilitate uiſitationis,omnia huc quadrant & loci ſacræ ſcripturę habunde ſuppetunt) Viſitauit igitur nos Chriſtus ſua incarnatione,deinde tota uita & prædicatione omnique conuerſatione ſua, & ſic redemptionẽ fecit paſſione ſua & morte,dicente Petro: Nõ corruptibilib9 auro 1.Pet.1
uel argento redempti eſtis de uana ueſtra cõuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine tãqꝫ agni immaculati & incõtaminati Chriſti: Atqꝫ hæc illa redemptio eſt quam fecit dñs in terra, de qua & Dauid ait:Redemptionem miſit populo Pſal.110
ſuo, mandauit in æternũ teſtamẽtum ſuũ, Vere fecit ille redẽptionẽ plebis ſuæ, quæ iam plus quinqꝫ milib. annorũ oppignorata fuerat dæmoni ex pctõ Adæ, hãc redẽptionẽ fecit dñs noſter Ieſus Chriſtus, dũ ſanguine ſua pctã reſoluit,limbũ cõfregit, cœlos reſerauit ſanctaqꝫ ſacramenta inſtituit,opib,bonis & exercitijs ſanctis plebẽ ſuã imbuit, ut ſic in hoc tpe grãm & poſt hãc uitã głiam cõſeqremur æternã amen.

Homilia tertia in die ſancti Iohannis Baptiſtæ, de immẽſa eius laude & cõmendatiõe.

Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Iohanne Baptiſta. Math.xi.

DIcturum nonnihil de ſanctimo-
nia de prærogatiuis & immenſa
dignitate ſanctiſſimi Ioannis ba-
ptiſtæ & præcurſoris domini, me mea de-
terret imperfectio dehortatur indignitas
& inſufficientia, maxime uero ipſe theſau-
rus & excellentia maximi amici dei S. Io-
annis, cuius tot ſunt præconia, ut unde pri-
mum ordiar, non uideam facile, & ut ince
pero maxime, finem tamen quē faciam &
inueniam nō habeo, ita multa affatim ſup
petunt quæ in ſanctiſſimi uiri laudem di-
cenda eſſent omnia: Et tamen inter hæc
perculſum me ſolat immenſa ſancti ſui no-
minis dignitas, quod quum parenti muto
non uocem tm̄ reſtituerit, ſed etiam nato
illo donū contulerit prophetię, neq; mirū,
ſiquidem uox eſt clamātis indeſerto, quo
tandem piaculo nos in eius laude tacebi-
mus, & non potius ſperabimus, ꝙ & ipſe
os noſtrum diſertū & facundum facturus
ſit, qui patri ſuo os reſerauit: Et ſi non om
nem eius ſanctimoniā quęq; illam conſe-
quuta ſunt priuilegia, pro dignitate recen-
ſere poterimus, tamē pro diligentia noſtra
ſedulo conabimur uidere, quid nos ſpirit⁹
ſanctus in ſacris literis docuerit, quidq; de-
inceps ſanctoꝝ patrū, q nihil inexcuſſum
reliquerūt, diligentia eruerit, idq; in laudē
& honorem ſanctiſſimi deoq; dilectiſſimi
baptiſtæ Iohannis, cui⁹ gloria ſubinde ue-
ſtris eſt inculcanda mentibus: Tm̄ hic prin
cipio una mecū inuocate dominum deū,
ut ille dignetur nobis aperire oſtiū ſermo-
Col. 2 nis ad adnuncianda myſteria Chriſti, ſalu-
tate uirginem matrem, obnixe toto pecto-
re dicentes, Aue gratia plena &cæ.

De magna S. Ioannis baptiſtæ dignita
te, de ſummis eius prærogatiuis nonnihil
apud uos dilectiſſimi in Chriſto fratres di
cere parāti, occurrit primo ꝙ ille ab ange-
Luc. 1 lo diuinitus miſſo ante natiuitatem ſuam
adnunciatus eſt, quod ſane euidens ſancti-
tatis immenſæ argumentum agnoſcitur:
factum eſt inquit Lucas quum ſacerdotio
fungeretur Zacharias in ordine uicis ſuæ
ante deū, ſecundum conſuetudinem ſacer-
dotij, forte exijt ut incenſum poneret, in-
greſſus in templum domini, & omnis po-
puli multitudo erat orās foris hora incēſi,
Apparuit autē illi angelus domini ſtans a
dextris altaris incenſi, & ait ad illum: Ne
timeas Zacharia, qm̄ exaudita eſt depreca-
tio tua, & uxor tua Elizabeth pariet tibi
filium: Quomodo itaq; non poſſet ille ma
ximus eſſe, quē naſciturū angelus de cœ-
lis adnūciauit, ſiquidem in ueteri teſtamē-
to hoc de duob⁹ tm̄ legitur, de Iſaac nēpe
qui adnunciatus eſt Abraham & Saræ, Gene. 18
deinde de Samſone, q primū matri dehin c Iudith. 13
& patri eſt denunciatus: In nouo quoq; te
ſtamento de nemine hoc legimus, niſi de
Chriſto & Ioanne, ꝙuis etiā extra ſcriptu
ras hiſtoria adnunciationis Annę quæ fa-
cta eſt ei ſuper natiuitate Mariæ omnibus Bernhar.
Chriſtianis pie eſt credenda, iuxta regulā
B. Bern. Quicquid alijs ſanctis etiā pau-
ciſſimis eſt conceſſum, hoc Mariæ non eſt
denegatum (ſi non ſit contra conditionē
ſexus) Alterum priuilegium Iohanni cō
ceſſum hoc eſt, ꝙ & ipſe ſingulariter a pro
phetis per ſpiritum ſanctū eſt prædictus,
quamobrem & ipſum ſingularis cuiuſdā
ſanctimoniæ fuiſſe neceſſe eſt, ita enim do-
minus dicit per Malachiam prophetam, Malac. 3
Ecce ego mitto angelum meum qui præ-
parabit uiam ante faciem meā: Dictū autē
hoc eſſe de Ioanne teſtatur Chriſtus ipſe, Mat. 11
quum ait coram omni populo, Hic eſt de
quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelū
meum ante faciem meam, qui præparabit
uiam tuam ante te: Vbi notandum eſt, ꝙ
hæc uerba prophetę a Chriſto inducūtur,
nō ſecus atq; ſi ea deus pater loquatur ad
filium: Huiuſmodi prophetia non reperi-
tur uſq; in ſacris literis uſurpata de aliqua
priuata perſona, niſi ob eximiam bonitatē
& excellentiam, uel etiam malignitatē niſi
hic de Chriſto, Maria, Ioanne, & in ma-
lis de perſona Iudæ & Antichriſti.

3. Hoc quoq; non exiguum prębet Luc. 1
in Iohanne ſanctitatis argumentum, ꝙ
ante angelus uocauit nomē eius quā na-
ſceretur, qm̄ ſic angelus dixit ad Zacha-
riā: Vocabis nomen eius Iohannes, ut nō
ſit iam pro uili & abiecto reputandum no
men illud, quod angelus cœlitus detu-
lit: Profecto enim ſi diligentius euolua-
mus ſacras literas, inuenimus utiq; nunq;
factum eſſe, ut alicui ante natiuitatē ſuam

nomen imponeretur, niſi ijs qui inſignes extiterint in promouenda aut impediẽda ſalute populi, ſic in nouo teſtamẽto duos *Lucæ 1* tantũ habemus Chriſtũ & Ioannem, in ue- *Gen. 16* teri quatuor, quorũ primus fuit Iſmaël, eius. n. nomen adnũciatum eſt Agar quũ iã eum cõcepiſſet, & hic pſecutus eſt Iſaac cum poſteritate ſua: Alter cuius nomẽ ante ꝙ naſceretur ſic pnunciatũ fuit Agag, quẽ Balaam in prophetia ſua nominauit aliquot centenis annis priuſꝙ ſit natus, ſic *Nume. 24* enim de eo dixit: Tolletur propter Agag rex eius & auferetur regnum illius: Id autẽ cõtigit & obuenit regi Saul, cui ablatum *1. Reg. 15* regnũ, datũ eſt Dauidi, eo ꝙ ille pepercerat regi Agag quẽ dñs pceperat occidendum: Tertius Cyrus eſt rex Perſarum cuiꝰ nomen longo tpe antea prænunciauit & reuelauit dñs per prophetam ꝙ & ipſe na- *Iſa. 45* ſceretur, qm̃ ſic ille ait: Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro cuius apprehendi dexteram, ut ſubijciam ante faciem eius gẽtes & dorſa regum uertam: Dictũ hoc eſt ante captiuitatẽ Babylonicã, quã deinde ſequutus Cyrus Iudeos ab ea liberauit, figuram in hoc gerens Chriſti, qui uniuerſum genus humanum eripuit ex captiuitate & poteſtate tenebrarum diaboli. Quartus porro Ioſias eſt, cuius nomẽ reuelabatur per uirum dei, qui quum ueniſſet in Bethel di- *3. Reg. 13* xit ad Hieroboam: Ecce filius Iuda naſcetur domui Iuda, Ioſias nomine: Nam & hic Ioſias typum geſſit Chriſti, dũ ſtuduit ſedulo cultum diuinum pmouere: Et ad eundem modum nomen etiã S. Iohãnis ante natiuitatem ſuã eſt prænunciatum.

4. Sed ſint hæc parua, maiora igitur adferamus: Nam & in ipſo utero matris ſanctificatus eſt S. Iohannes, ut ſine peccato originali natus ſit, ꝙuis in eo fuerat con- *Hiere. 1* ceptus: Teſtatur illud de eo Hieremias dicens: Priuſꝙ te formarẽ in utero noui te, & anteꝙ exires de uulua ſanctificaui te, Accedit eo & teſtimonium Gabrielis, qñ *Luc. 1* ait ad Zachariã, quia ſpiritu ſancto implebitur adhuc ex utero matris ſuæ: Ecce, ꝙ & in ipſo matris utero plenus fuerit Ioannes ſpiritu ſancto, qui utiꝙ apud eum nõ eſt qui in peccatis iacet, iuxta illud ſapien- *Sap. 1* tis: In maleuolam animã nõ intrabit ſpiritus ſapientiæ, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis: Paucis quoꝙ gratia hęc ſanctificationis in utero matris contigit, niſi ꝙ de Maria & Iohanne certum hoc eſt. Hinc alia ſequitur prærogatiua Iohannis, ꝙ unius eius celebrari ſolet natiuitas, nec alterius uel apoſtoli uel prophetæ, qm̃ ij ſunt in peccato originali prognati: Trium autem dies natales cõmemorãtur in eccleſia, Chriſti, Mariæ & Iohãnis, ſicut Aug. in hodierna homilia recẽſet, ꝙuis ſunt ex doctoribus qui putant pie credẽdum eſſe ꝙ etiam plures ſancti ſint in utero matris ſanctificati, ut Hieremias & alij quidam ſed Aug. in lib. de præſcientia dei ad Dar- *Auguſt.* danum cap. 18. aliter ſentit, de S. Iacobo idem perhibet Egeſippus, & de Ioſeph credit Gerſon. *Gerſon*

6. Hæc quoꝙ ex multis magna Ioannis laus eſt, ꝙ ille in utero matris & ppheta fuit, & uſum habuit rationis & ſcientiã ſpiritus ſancti, propheta. n. fuit, nõ eo quidẽ ꝙ in utero matris ſit loquutus, ſed quia cõmotione ſua effecit adhuc in utero matris ut Elizabeth inde agnouerit Chriſtũ in Mariæ uirginis utero, quæ & ideo ad *Luc. 1* ipſam dixit: Ecce poſtꝙ facta eſt uox ſalutationis tuæ in aurib. meis, exultauit cum gaudio infans in utero meo, ſuo itaꝙ geſtu ſiue cõtactu prophetauit ille, qm̃ diſcrimen non eſt aliquod ſiue uerbis ſiue operibus quis prophetiam declaret, ſicut & dñs *Hiere. 27* præcepit Hieremiæ dicens, fac tibi uincula & cathenas & pones eas in collo tuo: Ita & regi Sedechiæ dictum eſt, ab eodẽ: Subijcite colla ueſtra ſub iuga regis Babylonis & ſeruite ei & uiuetis: Inde Sedechias *3. Reg. 22* fecit ſibi cornua ferrea & ait: His uẽtilabis Syriam donec deleas eã. Volunt inſuper doctores, ꝙ Iohannes matrem ſuã prophetiſſam fecerit, ita ut quando Maria cognatam illã ſuã uiſitauit Elizabeth, tũc Chriſtus ſanctificarit Iohannẽ in utero, ipſumque mundarit a peccato originali, qui deinceps ſimul cũ matre impletus ſit ſpiritu ſancto, qm̃ ſic ait Orig. Nõ eſt dubiũ quin quæ tũc repleta eſt ſpiritu ſancto, propter *Homil. 7* filium ſit repleta, neꝙ. n. mater primũ ſpi- *ſup lucam* ritum ſanctum meruit, ſed quum Ioannes adhuc clauſus in utero ſpiritum ſanctum accepiſſet

accepiſſet, tunc & illa poſt ſanctificationē
filij repleta eſt ſpiritu ſancto: Atqꝫ hoc eſt
quod eccleſia in hymno canit: Hinc parēs
nati meritis uterqꝫ Abdita pandit: Qz aūt
habuerit ille tūc etiā uſum rationis, comu-
nis doctorū ſententia eſt, eum in Iohanne
Paul. diaconus fuiſſe ante ætatem, ita ꝙ ille inde Chriſto
agnito exultarit in utero matris, factumqꝫ
ideſt ex nouo hoc ſpirituali gaudio, ut te-
Gerſon ſtatur Gerſon, & ſubſcribit in hymno Pau
lus Diaconus: Vētris abſtruſo poſitus cu-
bili: Senſeras regem thalamo manētē, ubi
de Chriſto loquit̃ qui erat in Maria ſicut
Pſal. 18 in thalamo, iuxta illud Dauidis: Tāqꝫ ſpō
ſus procedens de thalamo ſuo: Ita canit ec
cleſia in quadā antiphona uiſitationis Ma-
riæ: Acceleratur ratio in puero nondū na-
to inſtinctu ſacri pneumatis diuinitus ſi-
bi dato, nouit præſentem dn̄m in uirgine
clam latētem, adorauit cum iubilo ad ſer-
uulum uenientem: An porro uſus ille ra-
tionis deinceps manſerit in Ioāne dubitāt
doctores, plæriqꝫ negant, eo ꝙ fuerit illa ſu
per habundans quædam illuminatio quæ
2. Cor. 12 nō diu durarit, ſicut & illa Pauli in raptu,
quando per tranſitum uidit eſſentiam dei,
ut cōmuniter ſentiunt doctores.

7. Neqꝫ uero ſanctificatus ille tm̄ eſt a
ſpiritu ſancto, ſed & ab eodem edoctus eſt
Bernard. & eruditꝰ qđ in hodierna homilia Bern.
adſerit dicens: Ioannem docuit nō p̄dica-
tio, ſed inſpiratio, ideoqꝫ nō īmerito de eo
Ioan. 5 loquutus eſt dn̄s in hunc modum: Ipſe eſt
lucerna ardens & lucens: Vere ardens &
multū accenſa, ſup quē ita cœleſtis flāma
irruit, ſiquidē ab illa hora qn̄ ignis iſte de-
ſcendit de cœlo & per os Gabrielis deue-
nerat in aurem uirginis, atqꝫ inde rurſus p
aurem Elizabet in puerum Ioannem, ibi
Luc. 1 nimirum ſpiritus ſanctus electū ſuum uas
impleuit, dn̄oqꝫ Ieſu lucernā parauit: fuit
ergo etiam tum Ioānes lucerna lucēs, ſed
ſub modio adhuc, & id quidem tantiſper
dum poneretur ſup candelabrum: Qm̄ eo
tempore ſuum tm̄ illuminare poterat mo-
dium, matrem ſ. ſuā, cui magnum diuinæ
bonitatis reuelabat archanum, noua & in
ſolita lætabundę exultationis cōmotione:
Nā eo ipſo ꝙ Elizabeth Mariam domini
matrem appellat, rationem reddit, infan-
tulum illum in utero ſuo exultaſſe ad ipſiꝰ
ſalutationem: De hac re tamē plura alias
dicemus, Oremus ad dominum.

Homilia quarta in die S. Ioannis Baptiſtæ.

Inter natos mulierū non ſurrexit
maior Iohanne Baptiſta Math. xi.

VSqꝫ adeo & tam excellenter diui-
na Maieſtas ſanctum Ioannē præ
claris donis illuſtrauit, ut uix ſer-
mone conſequi queamus nos miſeri mor-
tales, qui huiuſmodi donorū imperiti, ea
ſufficienter cognoſcere non poſſumus: Et
tamen ut hic quoqꝫ deo miniſterium exhi
beamus, debitūqꝫ ſancto Iohanni honorē
deferamus, nonnulla adhuc de hac re ue-
ſtra ſimul apud deū interceſſione freti diſ-
ſerere uiſum eſt, eo quo in ſuperiori homi-
lia cœpimus mō, & quia illa fere oīa priui-
legia quæ natiuitatē eiꝰ præceſſerunt pro-
ſequuti ſumꝰ, porro ad reliq̄ ꝓgrediamur.

Vbi principio iā ſe offert illud, quod
& pro octauo priuilegio cōnumerabimꝰ,
qm̄ S. Ioannes magnæ fuit ſaluti ſuo parē
ti, qui quū antea mutus fuerit (ad deſignā
dum ꝙ tunc uetus ſacerdotiū obmuteſce-
re & ceſſare deberet) nunc rurſus loqui cœ
pit, neqꝫ tm̄ loqui ſed & prophetare, ſicuti
ſuperius circa Euangelij contextum oſtē-
dimꝰ: Quoniā ille ut antea matrē prophe-
tiſſam, ita nunc parentē prophetam eſſe fe
cit, ſimulqꝫ matrem gaudio magno reple-
uit, ut nō īmerito cognatę ipſius ad eā di-
cere potuerint, benedictus dn̄s qui non eſt Ruth. 4
paſſus, ut deficeret ſucceſſor familiæ tuæ
& uocaretur nomen eiꝰ in Iſrael, & habeas
qui conſoletur animā tuā, ſic factus eſt Io-
hannes admiratio omnibus hoībus in cir-
cuitu, qui obſeruantes hæc in cordibꝰ ſuis
dicebant inter ſe: Quiſputas erit puer iſte?

Sed ut iam ad titulos & prerogatiuas S. 8
Ioānis reuertamur: Magnū & hoc eſt ſc̄ti
uiri elogiū ꝙ ille propheta fuit, dicente ad
eū zacharia pr̄e ſuo: Et tu puer ꝓpheta al- Luc. 1
tiſſimi uocaberis, ꝙ aut īterrogātib. ſe Iu-
deis an ꝓpheta eſſet negauit ille ſe eū eſſe,
rationē alibi reddidimꝰ, ſiqdē apta ſūt illa Tomo: 1
Chr̄i ꝟba qb. pluſqꝫ ꝓphetā eū eſſe teſtat̃. fol. 18. 1

Quid exiſtis uidere, prophetam, etiam dico uobis pluſꝗ̃ prophetā, cuiꝰ rei cauſſam *Hierony. Sup Mat.* Hiero. adfert: In eo, inquiens, Ioannes cæteris prophetis maior eſt, ꝙ quē illi prædicauerunt eſſe uenturum, hic ueniſſe digito monſtrauit, dicens: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi.

9 Poſſet quoqꝫ hoc ſingularis priuilegij loco adſignari, ꝙ Chriſtum digito demonſtrauit, demoſtrandoqꝫ teſtimonium ei perhibuit, ut ſic ex propheta factus ſit apoſtolus: *Scho.hiſt.* Refert hiſtoria ꝙ imperāte Iuliano gentiles ſuſtinere non ualentes miracula quæ circa monumentum Iohannis fiebāt in Sebaſte, diruiſſe illud, oſſaqꝫ eius diſperſa & rurſus collecta combuſſiſſe, digitum autē iſtum quo ille Chriſtum demōſtrauerat, conflagrare non potuiſſe, quem deinde a S. Thecla in montana tranſportatum aiunt, adhuc cōſeruari in eccleſia Maurianenſi, certumqꝫ eſt unico tm̄ digito Iohannem demonſtraſſe Chriſtum nō duobus, quod nonnulli pingunt pictores, qui licere ſibi omnia putant.

10 Hinc datur intelligi, ꝙ etſi omnes prophetę ſint a deo miſſi, ideo enim quibuſdā *Hiere.14 & 23* falſis prophetis exprobrat, ꝙ ultro ſumentes ſibi prophetandi munus currerent etiā non miſſi, attamen propterea quod Iohānes excellentior illis fuit, recte de eo dicit *Iohan.1* Euangeliſta, fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat Iohannes, ſingulariter ergo miſſus eſt Ioannes, præ alijs prophetis qui ante miſſi ſunt, ꝗ̃ Chriſtus ueniret, unde & reſpōſum de eo reportare nō potuerūt, Hic autem ita miſſus eſt, ut ipſe quoqꝫ uiuens uiuentib. uiuentē adnunciarit Chriſtum, neqꝫ id tantum, ſed & inſuper mortuus mortuis in limbo Chriſtū ueniſſe reuelauit, ꝗ̃uis & peculiari quodam modo miſſus ſit in ſua natiuitate, ut ſupra diximus.

11 *Math.11 Malc.3* Plus eſſe Ioannē ꝗ̃ prophetam Chriſtus ipſe exponit, dum angelum eum eſſe adfirmat: Quod quis non credat eſſe maximum, ut homo dicatur angelus: Et hoc tm̄ probat dominus per Malachiam quū ait. Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam: Angelum eum uocat qui officium angeli erat impleturus ante Chriſtū, & eſt utiqꝫ officium angeli longe tum ſuperius tum eminentius ꝗ̃ prophetæ: Quamobrē Hiero. *Sup mat.* ait: Vt meritorum Iohannis αὔξησιν faceret, de Malachia teſtimoniū infert, in quo etiam angelus prædicatur: Angelum aūt hic dici putemus Iohannē, non naturæ ſocietate, ſed officij dignitate, ſiquidem officium eſt angelorum nō tm̄ futura prædicere, ſed etiam ad peculiares quoſdam mitti homines, per quos aliquid effectū reddatur, quorū etiam pectora illorū inſtinctu p̄parentur, ſic miſſus eſt angelus ad Abraham, ad Iacob, Moyſen, Ioſue, Thobiam, Zachariā, Mariam & alios: Atqꝫ ex hoc etiam munere Iohannē fuiſſe pluſꝗ̃ prophetam ſatis colligit B. Aug. lib. 2. contra Petilianum c. 37. *Auguſt.* etiam adfert rationē quur ille plus ſit ꝗ̃ ꝓpheta, ꝓximus enim ille fuit ante Chriſtum propheta qui Meſſiam prædixit prę oīb. quotquot ante eum fuerunt, qm̄ omnes iuſti & prophetę ſuperiorꝝ tēporꝝ uidere cupiebant, quō impleretur, quod illi reuelante ſibi ſpiritu ſancto uidebant futurum, de quib. etiam ideo dixit dominus: *Math.13* Multi iuſti & prophetæ uoluerunt uidere q̄ uos uidetis & non uiderunt, & audire quę uos auditis & non audierunt: Atqꝫ ideo ille pluſꝗ̃ propheta dicitur, qm̄ priorib. iuſtis tm̄ licuit p̄nūciare Chriſtū, huic uero datū eſt ſimul & adnūciare abſentē & uidere p̄ſentē, ita ut huic manifeſtatū clare fuerit, quod illi cupiuerunt tm̄: Vnde Ambroſ. ait *Sup Luc.* Oſtenſum cognouit & baptizauit, baptizatū adorauit & uenientē p̄dicauit atqꝫ cognouit: Satis itaqꝫ multas adſignauimꝰ rationes, quare Ioannes pluſꝗ̃ propheta dicatur, & tamē lubet adhuc illam adiūgere, ꝙ iſte nō per ſe tm̄ prophetauit, ſed & per matrem quā ille prophetiſſam fecit: Atqꝫ hāc fere cauſſam refert Aug. in mirabilib. ſacræ ſcripturæ lib. 3. c. 1. *Auguſt.* ubi de Ioanne loquēs ſic ait: Qui cōceptꝰ adhuc in matris utero manēs priuſꝗ̃ naſceretur, cū Mariæ matris dn̄i introitu in domū, ubi fuerat, ſenſit, ſpiritali famine ꝑ os matris de naſcituro ex ea Chriſto prophetauit: Vbi mirari quis poſſet circa uerba illa Auguſtini, ideoque ipſe ea ex libro Numerorum confirmat, ubi

Nume.11 ubi ſcriptum eſt quomodo ſpiritus Moyſi
in uiros ſeptuagita duos diſtributꝰ ſit, qui
deinde ſimul cum eo ſuſtentarint onus po
puli: Qꝫ ſi itaqꝫ ſpiritus ille Moyſi per tot
uiros loquutus eſt, quomodo nō & huius
pueri ſpiritus quando adhuc in utero ma-
tris detinebat, loqui potuerit per ipſam ma
trē: Et hic uniuerſam ꝓphetiā Elizabeth
Super Math. Auguſtinus Iohanni refert acceptam: Vt
autē hoc priuilegiū finiamus, quo dictum
eſt Ioannē pluſqꝫ prophetā fuiſſe, pulchre
inquit Chryſo. Quur maior prophetis Io
hannes, qm̄ propinquior erat Chriſto uen
turo: Mittā ait, angelū meū ante faciē tuā,
qui autē ante faciē eſt, is proximus eſt: Et
ſicut maximi quiqꝫ ꝓceres regib. adſiſtūt
proximi, ita Iohannes prophetarū omniū
12 digniſſimus Chriſto etiam proximus fuit.
3. Ad hæc fuit ille Chriſti pręcurſor qđ
in ꝓphetia ſua pater eius cognouit dicēs,
præibis ante faciē domini parare uias eius:
In multis præcurſor Chriſti fuit Ioannes,
quia ante eum cōceptus, natus, prædicare
inſuper cœpit, prior ante eum baptizauit,
diſcipulos collegit, ante ipſum mortuꝰ de
ſcendit in limbū. In omnib. illis pręcurſor
Chriſti factus eſt: Et de cōceptione ac na-
Luc.1 tiuitate ſatis patet ex ſupiorib. & teſtimo-
nio Lucæ. Quo ad ꝑdicationē nihilo in-
certius eſt, ille enim pœnitentiā cœpit an-
te eū prædicare, primus qui regnū adnun
Hierony. ciauit cœlorū, ut ait Hiero. ſuper Matth.
quo etiā munere ſolus ante dn̄m, quia prę
curſor eius erat, cohoneſtatus eſt. Siquidē
ꝑ quinqꝫ milia annorū auditū ab origine
mundi nunqꝫ eſt hoc uſqꝫ ad Ioannem, qui
Mat.3 primus exurgens in deſerto clamauit: Pœ
nitentiā agite, appropinquabit regnū cœ-
lorum, exorſus hoc modo ꝑdicationē ſuā
Mat.4 a pœnitentia, ſicut & poſt eū Chriſtus, &
Act.2 poſt utrūqꝫ Petrus in die pentecoſtes. Qđ
Auguſti. etiam attendens Augu. ait cōueniente di-
ſpenſatione factū eſſe, ut Ioannes qui po-
ſtea uictu, & ueſtitu & loco hoīb. exēpla
pœnitētiæ præberet, & pœnitentiā prędi
cans, ex cōceptiōis tēpore pœnitētię mo-
dū ſibi ab angelo impoſitū, donec ille na-
ſceretur, ſuſtineret. Deinde ſimiliter in ba-
ptiſmo præcurſor eius fuit, ſiquidē ad ipſū
exibat omnis Iudęa & baptizabantur ab
illo: Atqui baptiſmus ille Ioannis ſacramē
tum nō fuit, quamobrē Paulus quum ue-
niſſet Epheſum inueniſſetqꝫ ibi diſcipulos Act.19.
nōnullos baptizatos in baptiſmo Ioānis, Tomo.4
rebaptizauit illos in nomine Ieſu: Et ideo de baptiſmo Ioan.
baptiſmus Ioannis nō cōtulit remiſſionē
peccatorū niſi forte in ſpe: Verū in baptiſ-
mo Chriſti uere remittebantur peccata, ſi-
cut & in illo confertur ſpiritus ſanctus, nō
autem in baptiſmo Ioannis: Quanto itaqꝫ
ſanctior & ſuperior eſt baptiſmus eccleſię,
baptiſmus ipſe Chriſti q̃ baptiſmus Ioan
nis, ut recte dixerit in Serm. de gratia ba- Ambroſi.
ptiſmi Ambroſius: Etſi uterqꝫ baptiſmus
domini ſit, eum tn̄ quo nos baptiſamur ac-
ceptiorē puta, q̃ etiā illū quo baptizatus
eſt Chriſtꝰ, qm̄ hic tm̄ erat in aqua, baptiſ-
mus ſ. Ioānis, noſter autē baptiſmus Chri
ſti eſt. Sic ergo Iohannes homines paula-
tim aſſuefecit baptiſmo, ut inde paratio-
res eſſent magiſqꝫ idonei ad ſuſcipiendum
baptiſmum Chriſti, unde recte præcurſor
eius dicitur etiam in baptiſmo: Qua de re Aug.li.5.
Augu. inter alia uerba multa quæ habet cōtra Do-
de utriuſqꝫ baptiſmatis diſcrimine ſic ait: natiſtas
Accepit hoc Iohannes certæ diſpenſatio- cap.9
nis gratia, non diu manſurum, ſed quantū
ſatis eſſet ad parandā uiam domino, cuius
eum eſſe præcurſorem oportebat: Et hoc
diſcrimē ſimul & præcurſoris officium Io-
annes ipſe non cælauit, quando coram Iu
dæis profeſſus eſt baptizare ſe quidem in Math.3
aqua, uenturū tamen fortiorē poſt ſe, cuiꝰ
ipſe non ſit dignus ſoluere corrigiam cal-
ceamentorum eius, qui baptizaturus ſit
in ſpiritu ſancto & igne. Præterea Ioānes
Chriſti præcurſor fuit in morte, quia ante
eum mortuus eſt, ut ad inferna deſcendēs,
inquit Orig. illius aduentū patrib. ꝑdica- Homil.4 ſup Luc.
ret: Neqꝫ multū diuerſum eſt ꝙ Grego. Grego.
homil.6. ait in hæc uerba: An ipſe ueniat
requirit, non quia ipſum eſſe mundi redē-
ptorē dubitat, ſed quærit ut ſciat, ſi is qui
per ſeipſum in mundū uenerat, per ſe etiā
ad clauſtra inferni deſcendat: Quē.n. præ
currens mūdo nunciauerat, hūc moriēdo
& ad inferos deſcēdendo ꝑcurrebat. Pul- Super lu.
chre huc quadrat quod hic ait Origenes
Nō illo tm̄ tēpore præparatæ ſunt uiæ &
directæ ſemitæ, ſed uſqꝫ hodie aduētū dn̄i

[Luc.1.3] ſaluatoris ſpiritus Iohannis uirtuſq; pręcedit, pręparans domino plebē perfectam, & in contritionibus cordium uias planas facit, ſimulq; dirigit ueſtigia domino in plebem perfectam: Vere enim non illo tātum tempore paratę ſunt uiæ, ſed & in hodiernum uſq; diem uirtus & ſpititus Ioannis Chriſti præcedunt aduentū: O myſterium hoc dei noſtri magnum, quādo etiā angeli præcurrunt dominum, quando angeli quotidie deſcendunt & aſcendunt in ſalutem hominis in Chriſto Ieſu, cui laus ſit & honor in ſæcula. Amen.

Baptiſta, Euangeliſta, Chryſoſtom.

Eſt uox, eſt uolucer, eſt aureꝰ ore Ioannes.
Hos mihi patronos, poſco, repoſco lego.

Homilia quinta in feriis D. Iohannis Baptiſtę.

Inter natos mulierum non ſurrexit &c.

Proſequuti ſumus aliquot pri-
13 uilegia S. Iohannis Baptiſtæ, ubi ſa-
tis iam ſentio, quantū ingreſſi ſimus
mare, ſiquidem neq; portus adhuc
aliquis nec finis apparet, ita immen-
ſa ſuſcepit ille a domino deo gratia-
rum munera: Hic itaq; primū occur
rit rurſus in nomine eius, ꝙ ſit ipſe
Baptiſta Chriſti, quæ ſane res maxi-
mo ei eſt honori, unde & appellatio
nem ſumpſit & recte de eo canit ec-
cleſia.

Non fuit uaſti ſpacium per orbis
Sanctior quiſq; genitus Iohanne
Qui nephas ſęcli meruit lauantē.
Tingere lymphis.

QVomodo autem Chriſtum Baptizarit Iohannes, ab Euangeliſtis omnibus deſcriptum eſt, ſic enim ait Matthæus, Venit Ieſus a Galilæa in [Matth.3] Iordanem ad Iohannem ut baptizaretur ab eo: Ioannes autem prohibebat eum dicens: Ego a te debeo baptizari & tu uenis ad me, reſpondēs autem Ieſus dixit ei, Sine modo, ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam: Vide hic Iohannis humilitatem, qui indignum ſe reputat ut baptizet Chriſtum, ſed cupit ab eo baptizari, [Hierony.] Et intelligit hoc B. Hiero. ita, ꝙ dn̄s promiſerit ei baptiſmū, ſed non ad hoc tēpus, unde & dixit: Sine mō, quaſi diceret: Intermitte mō baptiſmū tuum & baptiza me aqua, ego uiciſſim baptizabo te in ſanguine meo: Idipſum latius extēdens Tuicen. [Tuicen.] ſic ait: Vbi factū eſt hoc eidem Iohanni qđ dixit: Ego a te debeo baptizari, oportet nāq; uerū & ſtatera rationis eſſe ponderatum, ꝙ tali tantoq; filio hominis dixit propheta ueritatis, hō tāti meriti, angelus tā magni p̄conij, ubi ergo factū eſt ei, illic nimirum, ubi peccata mundi tulit idē agnꝰ dei quē digito monſtrauit, ubi hoc, profecto ubi agnus ipſe immolatus eſt, & noſtros ſanguine ſuo ſacrauit poſtes, quando mare rubrū ex latere ſuo diffudit, ſanguinē & aquā, tūc cōtigit Iohanni, quod hic optauit, ut baptizaretur a Chro, neq; id [Vide tomo.4] Iohanni tm̄, ſed iuſtis & electis omnibus qui expectarunt eum iam inde ab origine mundi. Deinde obſeruandum hic uenit ꝙ Ioannes dominū agnouit Chriſtum & Meſſiam uerū eſſe, quod ex ipſius uerbis facile colligitur, quādo ait Ego a te debeo baptizari: Idem paulo apertius intelliges ex Iohannis Euangelio, qui baptiſmum Chriſti deſcribens ſic ait Iohannē dixiſſe, [Iohan.1] ego neſciebam eū, ſed qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, ſuper quem uideris ſpiritum deſcentem & manentem eū ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto: Ecce ꝙ Iohannes Chriſtum non cognouerat, quo ad externā corporis habitum, ſiquidem ille paruulus adhuc fuerat deſertum ingreſſus: Verum per gratiā ſpiritus

ſpiritus ſancti, & in uirtute luminis ꝓphe-
tici (eius enim donū in ipſo adhuc utero
Sup Ioan. matris, acceperat) Chriſtum cognouit,
Math.3 Alias abſurdum fuerat Iohannē in matris
adhuc utero detētum agnouiſſe Chriſtū,
nuncq̃ adultū, p̄dicatorē, Baptiſtā, ipſum
amplius non noſſe: Nemo etiam ſuſpice-
tur ex illis uerbis Euangeliſtæ, ꝙ adhuc
Iohannes non cognouerit Chriſtum, do-
nec ſpiritū ſanctum uideret ſuper eum in
ſpecie columbæ, ſicut enim argute hic pro
ponit Auguſtinus, Iohannes tandē poſt
Chriſti baptiſmum uidit ſpiritū ſanctū ſu-
per eū, Mattheo, Marco & Luca teſtanti-
bus, qm̄ ſic ait Matth. Baptizatus Ieſus cō
feſtim aſcēdit de aqua: Et ecce aperti ſunt
ei cœli & uidit ſpiritum dei deſcēdentem
ſicut columbam & uenietem ſuper ipſum:
Atqui ante baptiſmū Chriſti dixit ad eum
Ioannes: Ego debeo a te Baptizari, & tu
uenis ad me: Quibus uerbis nonne palam
profeſſus eſt ſe cognoſcere Chriſtū, ſequi-
tur ergo ſuperiorē illum intellectū uerum
eſſe ꝙ Iohānes cognouerit Chriſtum, non
conſuetudine humana ſed prophetica re-
uelatiōe, qm̄ Chriſtus adhuc paruulus fu-
git in Aegyptum, & Iohannes admodū
tenera ætate ſeceſſit in deſertum, autore
Orig: Orig. homil. 10. ſuper Lucam.

14 2. Accedit iis magna quoq; hæc Io-
hannis p̄rogatiua, ꝙ ipſe diuinitus adhoc
munus ordinatus eſt, ut in mundū mitte-
retur, teſtimonium Chriſto perhibiturus,
Ioh.1 Quod & Euangeliſta deſignat quum ait,
fuit homo miſſus a deo cui nomen erat Io
hannes, hic uenit in teſtimonium ut teſti-
monium perhiberet de lumine, ut omnes
crederent per illum: Recenſetq; ille dein-
ceps teſtimonium Iohannis de Chriſto ad
longum: Et fatetur idem Chriſtus quum
Ioan.5 dicit ad Iudæos, miſiſtis ad Iohannem &
ille teſtimonium perhibuit ueritati: Hic
nimirū lucerna ardens erat & lucens, atq;
teſtis nō exiguę autoritatis apud Iudæos,
conſcios quoq; & adhuc memores admi-
randæ eius natiuitatis, & quomodo pater
eius antea mutus loqui rurſus cepiſſet, no-
rant illi ſanctimoniā & rigorem uitæ ſuæ,
Audierant eum cepiſſe iam prædicare ba
ptizare, diſcipulos colligere, hinc fidē tan-
tam in eum habebant, ut ſuſpicarent non-
nulli ipſum eſſe Meſſiam, & ideo honeſta
ad eum legatione miſſa inquirebant num
Chriſtus, aut Helias, aut propheta eſſet:
uſq; a deo ſtupendam uitā gerebat Iohan
nes, ut ait Orig. planeq; ſegregatam a cō- Orig.
muni reliquorū hominum uita: Oia enim
ſuperiora miracula ideo cum eo operatus
eſt dominus ut ipſum magnificaret coram
Iudæis, & ꝗ facilius deinde fidem haberēt
teſtimonio ipſius, hinc etiam gratiā ei con
ferebat tam angelicam uitam agendi.

Quod autem tantę exiſtimationis fue
rit Ioannes, etiam Iudæorum nobis ſuffra-
gantur teſtimonia, ita enim Ioſephus de Lib.18 c.
Iohanne, A quibuſdam, inquit Iudęorum 9.antiqui.
uidebatur ideo periiſſe exercitū, ꝙ in eum
ſatis iuſte indignatio diuina cōmota ſit ꝑ
uindicta Iohannis (qui uocabatur bapti-
ſta) hunc enim quū Herodes occidit, uirū
ualde bonum, qui præcipiebat Iudæis uir
tuti operam dare & iuſtitiā colere, in deū
ſeruare pietatē, & per baptiſmum in unū
coire, tum etiam baptiſmū acceptabilē fo-
re, ſi nō ſolum ad abluēda peccata ſumat,
uerum etiā ad caſtimoniā corporis: atq; ad
animæ iuſtitiā purificationeq; ſeruet, om-
niumq; pariter uirtutū uelut ſignaculū &
cuſtodia quædam fidelis habeatur: Quæ
quū pręcepta huiuſmodi ab eo docerētur
atq; ad audiēdum turba plurima cōcurre
ret, uerit⁹ Herodes ne forte doctrinæ eius
ꝑſuaſione populi a ſuo regno diſcederent,
Videbat enim ꝙ p̄ceptis ei⁹ ac monitis pa
rata eſſet plebs in oib. obedire, melius cre-
didit, priuſq; noui aliquid fieret, præueni-
re hoīem nece, q̄ poſtmodū turbatis reb⁹
ſerā pœnitudinē gerere: Ex ſola ſuſpicio-
ne Herodis, uinctus in caſtellū Marechō-
ta adducitur Iohannes, ibiq; obtruncatur.
Verba hæc libuit inducere non ꝙ animus
ſit multa huius Iudęi autoritate probare,
ſatis enim Euāgelia eius arguunt ſanctita
tē, deinde uerā oſtēdunt cauſſam quur ſit
occiſus, eamq; longe aliā q̄ hic habeat Io-
ſephus, ſed quia in militia & bello fuit ille
tunc tēporis ſimul & in obſidione Hiero-
ſolymitana, ut ex eo quoq; cognoſcere li
ceat quātę exiſtimationis & dignitatis ha-
bitus ſit S. Iohannes inter Iudæos.

15 3. Neqꝫ modica illa etiam Iohannis
cõmendatio eſt, ꝙ Helias uocatur ab ipſo
Mat. 11 domino dicente ad populum: Si uultis re-
cipere, ipſe eſt Helias qui uẽturus eſt: Ne-
mo tamen hoc intelligat ſecundum ſenten
tiam philoſophorũ & quorundam hære-
ticorum, qui putarunt animas de corpori
bus in corpora tranſmigrare, id pręmonẽs
Hierony. Hieronymus quoqꝫ ait: Helias dicit Ioan-
nes, non ſecundum ſtultos philoſophos &
quoſdam hæreticos qui μετεμψύχωσιν in-
troducunt, ſed ꝙ iuxta aliud teſtimonium
Luc. 1 Euãgelij uenerit in ſpũ & uirtute Heliæ,
neqꝫ enim anima Heliæ erat in Ioanne, ſi-
Ioan. 1 cut hoc ipſemet abnegauit Iudæis, quãdo
Tomo. 1 miſerunt ad eum, uti & nos alibi expoſui-
Ad Algaſiam mus. Hierony. quoqꝫ alio in loco ſic habet,
Iohannes ſecundum myſterium quod in
Mala. 4 Malachia ſcriptum eſt appellatur Helias,
non ꝙ una anima ſit in Iohanne & Helia,
ſicut hæretici opinantur, ſed quia eandem
habuerunt gratiam ſpiritus ſancti: Cinctꝰ
fuit Zona pellicea, uixit in deſerto ut He-
lias, perſequutionẽ ſuſtinuit ab Herodia-
de ſicut Helias a peruerſa Iezabel: Atqꝫ ſi-
cut Helias uenturus eſt præcurſor Chriſti
in ſecundo aduentu, ita Iohannes dominũ
in carne uenientem non tantum in deſer-
to, ſed in ipſo adhuc utero matris ſalutauit
ſeqꝫ illius præcurſorem gratulabunda cor-
poris ſui exultatione declarauit.

Homil. 13 Eandem hęreſim refutat & Origenes
ſuꝑ Mat. (hæreſim uocans tranſcorporationis, quã
tranſanimationem dixit uoce græca Hie-
ronymus,) ꝙ Iohannes non habuerit ani-
mam Heliæ, ſed propter ſpiritum & uirtu
tem dictus ſit Helias, neqꝫ hoc ſacris literis
refragatur, ſpiritum qui antea fuit in He-
lia, poſt hac ueniſſe in Iohannem, quia ſpi-
ritus prophetarũ prophetis ſubditus eſt,
ut ait Paulus, & id ita eſſe teſtatur hiſto-
4. Reg. 2 ria regum, quando Helias dixit ad Heli-
zęum: Poſtula quod uis ut faciam tibi an-
teqꝫ tollar a te, dixitqꝫ Hæliſæus: Obſecro
ut fiat in me duplex ſpiritus tuus, qui re-
ſpondit: Rem difficilem poſtulaſti: Atta-
men ſi uideris me quando tollar a te, erit
tibi quod petiſti, ſi autem non uideris, nõ
erit: Ecce quomodo Hęliſæus ſpiritum re-
cepit Heliæ, & quanto magis multiplicẽ
illum habuit Iohannes, quum ergo Heli-
zęus percuteret Iordanem, & aquæ diuiſę
tranſitum ei permitterent, uiderentqꝫ hoc
filij prophetarum in Hiericho dixerunt,
Spiritum Heliæ requiſcere ſuper Heli-
ſæum. Dicas, eo modo potuiſſe etiam He
liſæum dici Heliã cuius ſpiritum habuit?
reſpondeo, non ſequi hoc, quoniam ut ma
xime Heliſæus ſpiritum habuerit Heliæ,
uirtutem tamen Heliæ non habuit, de uir-
tute Heliæ ſic ait ſapiens: Surrexit Helias Eccle. 48
propheta quaſi ignis & uerbũ ipſius qua-
ſi facula ardebat, de Iohãne etiam ſic dicit Iohan. 5
Chriſtus, quia hic eſt lucerna ardens & lu-
cens, Equidem crediderim uirtutem He-
liæ uirtutẽ eſſe teſtimonij, qđ ille præ alijs
potens eſt perhibere domino: Eandẽ quo-
que uirtutem habuit Iohannes, ſicuti ſu-
pra probatum eſt. De Helia legimus, eum
ſimul cum Moyſe transfigurato domino
apparuiſſe in monte Thabor, atqꝫ cum eo Math. 17
eſſe loquutos ut gloriæ ſuæ teſtes: Et ſic
Helias quoqꝫ ante diem nouiſſimum ue-
niet tanqꝫ Chriſti teſtis, ſicut pręuidit Ma
lachias in ſpiritu dominum dicere: Ecce Malac. 4
ego mittam uobis Heliam prophetam,
priuſqꝫ ueniat dies domini magnus & ter-
ribilis: Neqꝫ deeſt eius rei nobis etiam in
nouo teſtamẽto autoritas, ſic enim ait Io-
hãnes: Dabo duobus teſtibus meis & pro
phetabunt diebus mille ducentis ſexagin- Apo. 11
ta: Et quum finierint teſtimonium, ſequi-
tur ibidem, beſtia occidet eos, & corpora
eorum iacebunt in plateis &cę. ſicut alibi
ad longum enarrauimus: Neqꝫ diſcedit ab Tom. 2: fo 200
hac ſententia Chryſo. uolẽs Iohannem ra-
tione officij Heliam dici, quoniam uterqꝫ
præcurſor ſit Chriſti, uterqꝫ zęlum domi-
ni habuerit: Quod autem non fuerit ille
Helias in perſona, ſed ſpiritualiter tantum
colligit Chryſo. ex uerbis Chriſti quũ ait: Chryſoſt.
Si uultis ſuſcipere, quaſi dicat: Si mente
attenta utriuſqꝫ geſta & animo facili & nõ
contentioſo conſyderare uolueritis, uide-
bitis utiqꝫ q̃ꝫ ſint ambo pares.

4. Eſt adhuc alia Iohannis prærogа 16
tiua ꝙ ſanctam adeo & rigidam uitã ui-
xit, tenera adhuc ætate deſertũ ingreſſus,
cibum alium nõ habuit niſi mel ſylueſtre,
herbæ & locuſtæ, ueſtitus eſt pelle cameli,

& zona pellicea cinctus: Sanctus erat, hoc eſt deo ſecundum legem deditus, quia primogenitus & quidem ſacerdotis, deinde etiam Nazaræus, quia illi angelus uinum prohibuit & ſiceram. Infans aũt adhuc ex iſtens quomodo ſit paſſus in ſcripturis expreſſum nõ eſt, ꝙuis hoc pie ſit credendũ, ut ait Orige. ꝙ pręparatus ſit, iam inde ab utero matris, ut mirabiliter natus mirabilius nutriretur. Tantum hoc habet Lucas Puer creſcebat & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis uſqꝫ in diem oſtenſionis ad Iſraël: ꝙuis Beda putat Iohannem annis 20. commoratum eſſe in deſerto, atqui ille anno 30. egreſſus eſt deſertum, quod ex Matthæo 3. colligitur, ſequeť ergo ipſum anno ætatis decimo intraſſe deſertum.

Num. 3. 6 *Sup Luc.* *Lucæ. 1* *Beda.*

Aiunt Euangelium Nazaræorum habere, ꝙ occiſis innocẽtibus per Herodem fugerit Eliſabeth cum Iohanne infantulo in deſertum, ipſumqꝫ ibi in petra abſcõdiſſe, ſed mitto, Eccleſia de eo ita canit.

Antra deſerti teneris ſub annis
Ciuium turmas fugiens petiſti
Ne leui ſaltem maculare uitam
Famine poſſes.

(Hoc eſt peccato ueniali, quia uerbum otioſum ex genere eſt peccatum ueniale.) Multa hic de aſperrima ſancti uiri uita, quæ omnium cænobiorum ſuperat uigorem, dici poſſent, ſed pro omnibus illis ſatisfacit nobis Chriſtus ipſe, qui olim corã omni populo, nunc uero per Euãgelium ſuum coram uniuerſo mundo teſtimoniũ ei perhibet conſtantiæ ſuæ, quia immobilis fuerit, & non agitatus hinc inde inſtar harundinis. Vide Grego. Homilia. 9. ſup Ezechie. Vt tandem finem faciam, obruor enim magnitudine præconiorum D. Iohannis, nec uideo quis ſit tandem futurus dicendi finis, ſi omnia proſequi intendam. Laudauit inſuper eum Chriſtus, ꝙ mollibus non ſit indutus ueſtimentis, imo nullis adfectus uoluptatibus, alias non deſertum amaſſet & carcerẽ, ſed amplas & magnificas ædes. Tam ſanctam deoqꝫ placentem uitam hic uixit, ut omnes homines confeſſi ſint eum etiam inuiti, amicum eſſe dei, eũqꝫ qui gratiam dei ſuſceperit. Orate iam dominum deum.

Matth. 11 *Gregori.*

Homilia ſexta in die S. Iohannis Baptiſtæ.

Inter natos mulierum non ſurrexit &c. Matt. XI.

DEum immortalem quanto uberior eſt diuina miſericordia, ꝙ omnium hominum intellectus ad ſequi poſſit. Quanto etiam amplior eſt S. Iohannis dignitas, ꝙ omnes omnium hominum linguæ poſſint eloqui. Ecce quot hactenus prærogatiuas S. Iohannis recenſuimus, quas tamen pro dignitate nequiuimus explicare. Quantum adhuc priuilegiorũ ſupereſt, plura nanqꝫ dicenda eſſent ſuper eo, quur ipſe ſe & ante eum propheta illum uocarit uocem clamantis in deſerto: ſuper quibus tu Grego. conſule in Homilia, & ea quæ diximus nos dominica 8. Aduentus. Hoc quoqꝫ explicandũ adhuc reſtaret, quomodo Iohannes ſuo ipſius teſtimonio lux non ſit, & tamen lucerna ardens & lucens exiſtat, ut Chriſtus ait, de qua re uide Bernhar. in ſermone huiꝰ diei. Poteſt enim & Iohannes lux dici, ſed huiuſmodi quæ ſit accenſa a Chriſto, non ſecus atqꝫ apoſtoli a Chriſto appellati ſunt lux mundi. Quod pulchre explicat Auguſt. ſuper Iohã. tracta. 14. & in li. de gratia noui teſtamenti ad Honoratum cap. 3. Ad hæc ratione non caret, quur Iohannẽ Iob dixerit luciferum, quũ ait: Nunquid producis luciferum in tempore ſuo? Cauſſam illam uide in Bernhar. Homilia 2. omnium ſanctorum. Præterea quantum dici poſſet de officio prædicandi in Iohanne de præparatione uiæ, unde ille ſagittę electæ & acutæ appellationem meruit apud prophetam, fuit ille ſpiritualis Moyſes, ſicut pulchre Tuicenſis ſuper Iohan. declarat. At quomodo taceri poſſet iſtud ꝙ iã inde a Iohannis tempore regnum cœlorũ uim paſſum eſt: quum tamen ille primus regnum prædicarit cœlorum: Hęc omnia apud Hierony. ſuper Matt. Quid aũt ſibi

Ioann. 1 *Eſa. 40* *Gregor.* *Ioan. 1. 5* *Matth. 5* *Iob. 38* *Hierony.* *Eſa. 49* *Pſal. 119* *Tuicenſis* *Math. 11*

uoluerint tam horridus cibus, tam incul-
tus ueſtitus Iohannis in deſerto: quando
quidem prophetæ non uerbis tantum, ſed
& operibus plurima prænunciant: legere
Chryſoſt. eſt apud Chryſo. Homilia 10. ſuper Mat.
Quamdiu baptizarit ille, quidq; prędica-
rit, & quomodo maior ſit Euangeliſta, q̄a
agnum domini demonſtrauit, reperies a-
pud eundem ſuper cap. 1. Iohan. His ac-
cedit quur creſcēte Chriſto diminutus ſit
Iohannes, qui tamen de uirtute in uirtutē
proficiens, ex infantulo tenello factus eſt
hæremita, ex hæremita prędicator, ex prę-
dicatore baptiſta Chriſti, ex baptiſta Euā-
geliſta, & ex Euangeliſta martyr, quid er-
go eſt ꝙ minui eum oportuit? ſ. in ſignifi-
catione, quia uetus teſtamētū deſignarat,
Ambro. qua de re iuſtum habet Ambro. ſermonē
12. in die natali Chriſti. Hæc & huiuſmo-
di alia multa per longum recenſeri poſſent
niſi aliquando nobis receptui eſſet canen-
dum.

Vnum tamen ex multis ſe mihi offert re-
fellendū, quod Iohanni obijcere quis poſ-
ſet, quur ita ille tandem miraculum nul-
lum fecerit, ſicut & Iudæi ad Chriſtum di-
xerunt? Reſpondetur: Non eo factum id
eſt, quaſi non tantæ ſanctitatis fuerit ille ut
ſuffeciſſet miraculis opandis, q̄m miracula
maiora nō ſunt utiq; maioris ſanctimoniæ
cauſſa: quando poſſunt ea per malos etiā
Auguſti. fieri, ſicut pulchre docet Augu. in lib. 83.
q. 79. Quur aūt Iohan. miraculum nullū
fecerit, in cauſſa eſt, ꝙ illius munus & offi-
cium erat homines ad Chriſtum dirigere
non ſeipſum, eo ꝙ Chriſtus notus nondū
erat. Aliter ſe res habuit deinde in apoſto-
lis, quum iam Chriſtus per doctrinam ſuā
innotuiſſet, ideoq; etiam illi miraculis ſuis
referebant ſe tantum ad Chriſtum, & non
ſuper ſeipſos: Sic quoq; Chriſtum oportu-
it creſcere, Iohannem minui in operatione
miraculoꝝ, quomodo etiam minor fuit Io-
hannes multis in regno dei. Neq; ideo ma-
gnifaciendum eſt ꝙ Iohannes miraculum
nullum fecerit. Maius em̄ eſt, ut ait Chry-
Chryſoſt. ſoſt. totam ipſius uitam admirationi & mi-
raculo omnibus fuiſſe in ſignis ſuæ natiui-
tatis, in uirtutibus uitæ quę hominem lon-
ge ſuperarunt. Sed nos iam duo tantum
Sancti Iohannis priuilegia ediſſeramus.

2. Annon hæc ipſius prærogatiua ma- 17
gna eſt, ꝙ eum dominus utriuſq; teſtamen-
ti limitem & terminum ponit: ſic. n. ait lex *Mathe. 11*
& prophetæ uſq; ad Iohannem. Et alibi
Lex & prophetæ uſq; ad Iohannem, ex eo *Lucæ 16*
regnum dei Euangelizatur. Hoc non ita
intelligendum eſt, quaſi poſt Iohannem *Hierony.*
excludat prophetas, quoniam in Actibus *Sup Mat.*
apoſtoloꝝ legimus & Agabum prophe- *Actu. 11*
taſſe, & 4. uirgines filias Philippi, inſuper *& 21*
& Iohannes Euangeliſta, & Paulus alijq;
multi prophetarunt, ſed eos hic dominus
intelligit prophetas qui de ſuo aduentu ꝓ-
phetarint, q̄ nimirum una cum lege deſie-
runt in Iohanne: qui ꝙ primum digito do-
minum monſtrauit, ibi ſtatim & nouæ le-
gis ſacramenta pullulare, & lex uetus emo-
ri cœpit, tantiſper dum ſepulta & mortua
tota iaceret, quando poſt Chriſti aſcenſio-
nem & apoſtolorum prędicationem illa
tandem non ſolum mortua, ſed & mortife-
ra eſſa cœpit, ſicut Paulus ait: Si circumci-
dimini Chriſtus uobis nil proderit. Con- *Gala. 5*
cordat quod habet Augu. li. 3. de morali.
ſacræ ſcripturæ, quum ait: Cōgruens hoc *Auguſti.*
ſignum euenerat, ubi qui dum regnū cœ-
lorum prædicare deberet, naſciturus con-
ciperetur, antiquæ legis & prophetarum
prędicator, ſacerdos ſilentio damnaretur,
quoniam lex & prophetæ uſq; ad Iohan.
ex eo autem regnum dei Euangelizatur.
Chryſo. etiam ſic ait: Nemo uobis ulterius *Chryſoſt.*
expectandus eſt, quum inde aperte pateat
quia ego ſum, quia prophetæ iam ceſſarūt
non enim ceſſaſſent prophetæ niſi ego ue-
niſſem. Theoph. rationē hāc reddit, quo- *Theoph.*
niam lex nunq; promiſit regnum cœlorū,
ſed Iohannes primus fuit qui adnuncauit
regnum cœlorum, certum igitur erat, aliā
iam imminere legem, quia minora implen-
tur, dum maiora ſuperueniunt, ut inquit *Ambro.*
Ambroſius,

Et diligenter quidem ſunt hæc Ambro-
ſij uerba obſeruanda, intellectum enim a-
periunt, quomodo lex Moſaica ceſſarit, nō
ꝙ amplius non ſit, ſed ita ut rei umbra de-
ficit, ubi res uera ſuperuenit, ſic nimirum
uetus lex Moyſi ceſſauit, quando ueritas
quæ per Chriſtū facta eſt, uenit, & hoc eſt
quod

ꝙ dominus profeſſus eſt nõ ueniſſe ſe ſoluere legem, ſed implere: neq; enim inutilis facta eſt lex, dum in meliori eſt impleta, dũ figuræ ueritas ſucceſſit, ſed hæc alias.

18 3. Suprema aũt & maxima hæc Ioannis laus eſt, quam Chriſtus qui omnia nouit ab æterno ei dedit, inquiẽs: Inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioanne. Mitto hic ꝙ quidam uolunt dñm hic noluiſſe Iohan. tacere omnibus ſuperiorẽ, ſed tantũ illi neminem prætuliſſe, neq;.n. dicit Ioannem maximum eſſe, ſed tantũ ꝙ nemo ſit *Hierony.* eo maior, quæ ſane Hiero. ſententia eſt ſup Matt. qui ſic ait: Non per hoc cæteris prophetis & patriarchis cunctiſq; hominibus Ioannem prætulit, ſed Iohanni cæteros exæquauit. Nõ em̃ ſtatim ſequitur, ut ſi alij maiores eo nõ ſunt, ille maior alioꝝ ſit. Videtur in hanc ſententiam declinare uelle etiam Auguſt. in q. no. & uete. teſta. q. 26 *Auguſti.* quum dicit: Veniet, inquit Lucas, in ſpiritu & uirtute Heliæ, parem ergo Heliæ Iohannem oſtendit, & dñs dicit: Nemo maior inter natos mulierum propheta Ioanne baptiſta. Nõ dixit omnibus maior eſt, hoc eſt, æqualem habet, maiorẽ nõ habet. Sunt qui ideo Iohan. inferiorẽ cæteris co- *Math. 11* nantur efficere, quoniã Chriſtus dixerit: Minimũ in regno cœloꝝ maiorẽ eo eſſe. Quãuis ergo ſecundum rigorem uerboꝝ hæc ita procederent, magnum tamen hic teſtimonium Ioan. eſt exhibitum, neminẽ Ioanne factum eſſe ſanctiorẽ, neq; nõ locum ibi ſuum habet cõmunis doctoꝝ ſententia, illum inter oẽs ſanctos dei poſt Chriſtum & Mariam eſſe ſanctiſſimum. Sic Gerſon teſtatur dominũ matrem ſuã Mariam adſumptam ſuper omnes angelorum choros collocaſſe, huicq; proximũ feciſſe Ioannem baptiſtam, quem in choro angelorum Seraphin in locum luciferi ſubrogarit. Et ꝗuis ex ipſo uerborum nudo contextu, iuxta ſententiam Hiero. & Auguſt. aliud nõ colligatur, niſi Ioannem alijs ſanctis ſuperiorem nõ extitiſſe: attamẽ ex alijs circumſtantijs conijci poteſt, eum ſanctiſſimum ex omnibus eſſe: paulo em̃ ante laudauerat eum a conſtantia, cõmendauerat præomnibus prophetis, angelum etiã ex prophetico uocauerat oraculo. Vnde quid te quæſo ſequeretur aliud, niſi ut qui prophetis eminentior eſt, quia angelus, omnibus etiam ſit hominibus ſuperior. Pulchre expendit hæc Chryſo. & ait: Nõ ſuffecit te- *Chryſoſt.* ſtimonium Malach. ad oſtendendã ipſius *Homi. 38* excellentiam, ſed ſententiam quoq; ſuã attulit: Amen dico uobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne baptiſta, i. nõ peperit mulier unq; Ioanne maiorem. Manifeſtum quoq; eſt quod Theoph. ait: *Theophi.* Extulit eum ſuper oẽs alios. Sed apertius aliquanto dicit Ambro. præcellit cunctis, *Ambroſi. Serm. 65* eminet uniuerſis, antecedit prophetas, ſupergredit̃ patriarchas, & quiſquis de muliere, inferior eſt Ioãne. Ac deinde dicet forte aliquis, Si inter natos mulierum maior eſt Ioan. nunquid etiam maior eſt ſaluatore? abſit. Ioan. enim natus mulieris, Chriſtus aũt uirginis natus, unde & dñs credit̃ eſſe prophetarum. Quid ꝙ in alio loco *Ad Felicianum.* Augu. ipſe in hac eſt ſententia, ut dicat: Si inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior Ioanne, tunc nõ eſt maior inter homines, nõ eſt maior ſub deo, excepta Maria, cui nulla creatura comparari poterit. Preterea idem ille ſuper Euange. Ioan. tracta. 13. plus, in- *Auguſti.* quit, erat Ioan. omnibus hominibus & angelis, nam angelum inuenimus prohibuiſſe ne homo illi ad pedes caderet. Sequitur ergo & relinquitur S. Ioan. inter natas mulierum fuiſſe ſanctiſſimum, nam Maria ſanctior quidẽ extitit, ſed inter natas, & Chriſtus ſanctior illo fuit, uerum non mulieris, ſed uirginis filius.

Quod autẽ ait dominus: Qui minimus eſt in regno cœlorum, dicit Hiero. uerum id quidem eſſe, ꝙ quilibet ſanctus qui adhuc apud deum eſt, maior ſit eo qui in hac adhuc detinetur militia: aliud enim eſt coronam poſſidere uictoriæ, ꝗ adhuc in certamine huius uitæ pugnare. Neq; hinc aliquid decedit ſanctimoniæ Iohan. qui ubi primum certamẽ egreſſus eſt, ſtatim coronam accepit uictoriæ. Augu. lib. 2. contra aduerſarium legis & prophetarum, intelligit hoc de Chriſto, qui etiam contemptus a Iudæis, & pro minimo habitus, maior tamen fuit Iohanne. Addunt alij aliã adhuc expoſitionem, Minimus in regno cœlorũ hoc eſt miniſter Eccleſiæ officio ſuperior

eſt Iohanne. Miniſter.n Eccleſiæ dum ſacramenta adminiſtrat, baptiſmum, pœnitentiam, euchariſtiã & c. ſimul quoq; gratiam dei cõfert ut miniſter Chriſti. Quod tamen Iohan. non fecit, qui utut fuerit ſanctus, officium tamen in Eccleſia nullũ habuit: unde nec baptiſmo ſuo gratiã contulit, neq; miraculum operat⁹ eſt ullum, ſed dixit: Me oportet minui, illum creſcere.

4. Cæterum nunc quoq; de morte ſua nõnihil dicam⁹, de qua uidere potes Chryſoſt. in proprio ſermone de decollatiõe Iohan. Tomo. 5. Nam quum ille Herodem corriperet de adulterio, ꝙ Herodiadẽ duxiſſet fratris ſui (Philippi uxorem: ſiquidẽ Aretha rex Arabiæ uidens Herodem potentiorem eſſe Philippo, filiam ſuã ei ablatam dedit Herodi: nõ potens autẽ hoc perferre Herodes, Ioannem coniecit in carcerem, in caſtello quodam, quod uocabant Macherunta, poſt decollationẽ tamen ipſius diſcipuli eius corpus ſublatum ſepelierunt in Sebaſte ciuitate, quę antea dicta erat Samaria, urbs regia in Iſraël inter Iudęam & Gallilæam poſita. Ciuitas ea ab Herode renouata in Auguſti gratiã dicta eſt Græce Sebaſte, latine Auguſta, ut author eſt Euſebius in nominibus locorum ex actis apoſtolorum, & de locis Hebraicis, atq; Hiero. ſuper Abdiam. Caput tamen eius deinde tranſlatum eſt Hieroſolymã, qua de re uide Scholaſticam Hiſto. in Euangeli. ca. 73. quæ Hiero. ſequitur, ꝙ Ioannes ſepultus ſit inter Heliſęum & Abdiam. Sed hic recenſenda mihi ſunt uerba Hiero. in epitaphio Paulæ ſic dicentis: Inde diuertens, uidit duodecim patriarcharum ſepulchra & Sebaſten. i. Samariam, quæ in honorẽ Auguſti ab Herode Græco ſermone Auguſta eſt nominata. Ibi ſiti ſunt Heliſæus & Abdias prophetæ, & quo maior inter natos mulierum non fuit, Iohannes baptiſta: ubi multis intremuit conſternata mirabilibus, namq; cernebat uarijs dæmones rugire cruciatibus, & ante ſepulchra ſanctorũ ululare homines more luporum, uocibus latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum. Miſerebatur omnium, & per ſingulos effuſis lachrymis Chriſti precabatur clementiam. Et ſicut erat inualida, aſcendit pedibus montem, in cuius duabus ſpeluncis, perſequutionis & famis tempore, Abdias propheta centum prophetas aluit pane & aqua. Ecce quomodo Paula uidit torqueri dæmones iuxta ſepulchrum Iohannis. Quomodo aũt impetus ſit in eius ſepulchrum factus imperante Iuliano, iam ſupra cõmemorauimus. Vide tu & hiſtoriam Eccle. li. 11. ca. 28. & Tripar. li. 6. ca. 15. Vbi Monachi oſſa S. Ioan. attulerunt Philippo Epiſcopo Hieroſolymitano, qui ea deinceps per Iulianum diaconum miſit patriarchæ Alexandrino, ea deinde ſucceſſor ipſius Theoph. conſtituit, & poſuit in templo Serapis: ubi tamen illud prius conſecraſſet in honorem dei ſanctiq; Ioan. quo tempore Theodoſius Imperator præcepit omnia templa idolorũ aboleri. Inde putant nõnulli conſuetudinem ortam in ijs ferijs S. Iohannis ſuccendi undiq; ignes, ꝙ idololatriæ oſſa illius cõcremarint. Præterea refertur S. Ioannem quibuſdam Monachis orãdi cauſſa Hieroſolymã profectis apparuiſſe temporibus Marciani imperatoris, eiſq; caput ſuum reuelaſſe, ac deinde illud rurſus amiſſum, donec iterum manifeſtarit S. Iohan. cuidam pio & religioſo abbati Marcello in quadã ſpelunca Phænitiæ, quod & deinceps Conſtantinopolim eſt tranſlatum.

Id quomodo contigerit, Sozomen⁹ cõmemorat in hunc modum: Valens Imperator pro eo miſit in Ciliciam, ſecundum alios in Phœniciam, quumq; impoſitũ eſſet currui, & allatum uſq; Pantichiũ, currus ultra promoueri nõ potuit: precepit ergo Imperator, ut daretur ibi cuſtodiendũ in quodam uico Coſilai. Deinceps quum rogaſſet Imperator Theodoſius uirginem illam quæ caput ſanctum cuſtodiebat, ut ei traderet, conſenſit illa ſed rata ſic futurum eſſe ut tempore Valentis factum fuerat, ut caput immobile loco amoueri non poſſet. Verum aliter euenit: Imperator enim ipſe purpura ſua circũdedit illud, ſecumq; detulit miliaribus ſeptem ante Conſtantinopolim, ubi ædem ſacram extruxit in honorem dei, & ad cõmemorationem S. Ioan. baptiſtæ. Sunt tamen hodie qui dicant, oſſa Ioan. Genuæ eſſe, caput uero a

rege

Chryſo. Math. 14 Mar. 6 Euſebius. Hierony. Scho. hiſt. Hierony. Euſebius Hiſt. tri. li. 9. c. 43

rege Pipino in Galliam ad Pictauium eſſe
deportatum. Supereſt, ut aliquantulum
inueheremur aduerſus ineptos luſus, uana
ꝗ & turpia gaudia quæ tam ſancto die ex
erceri ſolent: quæ iam olim prohibuit uir
August. ſanctus, & doctor eximius Augu. in li. de
rectitudine catholicæ cõuerſationis. Tur-
pe eſt hodie impudicas ſaltationes, cantile
nas impuras, & neſcio quæ nõ ludibria ex
hibere, quum potius debeamus recolere ꝗ
miraculoſe S. Iohan. adnunciatus, natuſꝗ
in ipſo adhuc matris utero agnouit Chri-
ſtum, factuſꝗ propheta, ſanctificatus inſu
per & impletus ſpiritu ſancto, in circumci-
ſione ſua parenti reſtituit loquelam, paruu
lus adhuc fugit in deſertum, cibo cõtinẽs,
ueſtitu ſeuerus, ſedulus in oratione, & diui
narum rerum contemplatione altiſſimus:
unde cæpit deinceps baptizare, prędicare,
ubi dignus habitus eſt, qui Chriſtũ & ba-
ptizaret, & digito demonſtraret agnum
tollentem peccata mũdi, idem etiam teſti-
monium perhibuit Chriſto, Iudæorum ui
tam emendauit, propter ueritatem captus
atꝗ ad extremum occiſus eſt: ſicꝗ unus il-
le emeruit aureolã ſiue corollã uirginũ, do
ctorũ & martyrũ, ſimulꝗ coronã fœlicita-
tis æternæ. Quã nobis etiã largiri dignare
dñe Ieſu Chriſte, per magni amici tui Io-
annis interceſſionem, Amen.



Euangelium in die ſan-cto, ſanctorum apoſtolorum Pe-tri & Pauli, Matthæi XVI.

IN illo tempo-
re: Venit Ieſus in par
tes Cæſareæ Philip- *Marc. 9*
pi, & interrogabat di *Lucæ. 9*
ſcipulos ſuos, dicens:
Quem dicunt homines eſſe filium
hominis? At illi dixerũt: Alij Iohan
nem Baptiſtam, alij autem Heliam,
alij uero Hieremiam, aut unum ex
prophetis. Dicit illis Ieſus: Vos au-
tem quem me eſſe dicitis? Reſpon-
dens autem Simon Petrus dixit: Tu
es Chriſtus filius Dei uiui. Reſpon- *Iohã. 6*
dens autem Ieſus, dixit ei: Beatus es
Symon Bariona, quia caro & ſan-
guis non reuelauit tibi, ſed pater me-
us, qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi:
quia tu es Petrus, & ſuper hanc pe-
tram ædificabo Eccleſiam meam, &
portæ inferorũ nõ prçualebũt aduer
ſus eam. Et tibi dabo claues regni cç- *Iohan 20*
lorum. Et quodcunꝗ ligaueris ſu-
per terram, erit ligatum & in cœlis.
Et quodcũꝗ ſolueris ſuper terram,
erit ſolutum & in cœlis. Tunc præ-
cepit diſcipulis ſuis, ut nemini dice- *Marc. 8*
rent, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. *Luc. 9*
Exinde cæpit Ieſus oſtendere diſci-
pulis ſuis, quia oporteret eũ ire Hie-
roſolymam, & multa pati a ſeniori-
bus, & ſcribis, & principibus ſacer-
dotum, & occidi, & tertia die reſur-
gere. Et aſſumens eum Petrus, cæ-
pit increpare illum dicens: Abſit a te
domine, non erit tibi hoc. Qui con-
uerſus, dixit Petro: Vade poſt me Sa
thana, ſcandalum es mihi, quia non
ſapis ea quæ dei ſunt, ſed ea quæ ho-
minum.

Homilia prima.

OPtimo iure Euangeliũ hoc in Ec
cleſia legitur hoc die principis a-
poſtolorum Petri, cuius magnifi-
cam hic confeſſionem de Chriſto percen-
ſet Matthæus, & uiciſſim repromiſſionem
Chriſti: Vtinam hæc omnia per gratiã dei
ſic mihi liceat tractare, ut q̃plurimum fru-
ctus inde ad uos perueniat. Venit Ieſus in
Beda. partes Cæſareæ Philippi. Philippus, in-
quit Beda, tetrarcha erat Ituræę & Traco
nitidis regionis: hic ſtatuens ciuitatem in
loco, ubi Iordanis ad radices oritur Liba-
ni montis, & eſt terminus Iudææ cõtra Se
ptentrionem, appellauit eam Cęſareã Phi
lippi, in memoriam uidelicet nominis ſui,
pariterq; honorem Tyberij Cæſaris: in hac
ciuitate tradunt Hiſtorię Romanos reges
ſolitos fuiſſe tributa ab uniuerſo regno per
cipere, ibi etiam deſcripto ſub Auguſto or-
Luc. 2 be terrarũ tributum ſoluebatur. Neq; male
Hierony. cõuenit, quod ait Hiero. ſitam eam eſſe ad
radices montis Libani: ſiquidem hoc ita
decuit, ut ubi deſcripto orbe numerat⁹ eſt
cenſus, ibidem etiam dñs orbis rex regum
cenſum ſiue tributum fidei exigeret a capi-
te animarum. Inſuper inquit Hiero. tem-
pore ſuo ciuitatem hanc dictam Daneas,
ſuntq; ibi riuuli duo, alteri nomen eſt Ior,
alteri Dan, qui quum confluunt, nomẽ ex
duobus unum conſtituunt, flumen. ſ. Ior-
danis. Ibi interrogauit dominus diſcipu-
los ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſ
ſe filium hominis? Pulchre interrogat, ut
Hierony. ait Hiero. quem dicunt homines: quia qui
de filio hominis loquuntur, hoĩes ſunt, q
uero diuinitatem eius intelligunt, non ho-
Chryſoſt. mines, ſed dij appellantur. Quærit inſuper
Chryſ. Quur nõ ſtatim de ſua, ſed de mul-
torum prius ſententia ipſos interrogauit?
ut opinione aliorum expoſita, rurſus inter
rogati, Vos autem quem me eſſe dicitis?
ab ipſo interrogandi modo nõ abiecta atq;
humilia, ut multi, ſed ſublimiora ac diuini-
ora reſponderent. Qua etiam de cauſſa nõ
ilico ab ipſo prædicationis initio hæc quæ
ſiuit, ſed quando multa coram eis miracu-
la operatus iam fuit, quum ſublimiora do-
gmata iam de ſua diuinitate percepiſſent.
Præterea inquit Theop. Non interrogat Theophi.
quem me dicunt phariſæ, ſed homines, de
ſimplici multitudine dicens, quæ nec inui
dia excæcata, neq; malitia & odio exacer-
bata erat in Chriſtum, ſicut phariſæi. Nos
tamen hinc diſcere debemus, ut obſerue-
mus quid etiam de nobis loquantur homi-
nes. Inuenias nonnullos homines adeo te
merarios ſuiq; negligentes, ut nihili faciant
quid de ſe dicatur, inique ſane & imprudẽ-
ter, ut in Homilia quadam probat Orige.
& ſubſcribit Sapiens: Melius eſt, inquiens Proue. 22 & 15
nomen bonum ſuper diuitias multas, lux
oculorum lætificat animam, & fama bona
impinguat oſſa. Certum eſt actum eſſe de
eo, quiſquis ita perfricuit frontem, ut nihil
curet quid de eo dicatur ſiue agatur. Vnde
ſollicite adeo præcepit Sapiens: Curã ha- Eccle. 41
be de bono nomine: hoc. n. magis perma-
nebit tibi q̃ mille theſauri precioſi & ma-
gni. Neq; temere etiã Paulus eos qui ſint Philip. 4
bonæ famæ, iubet eſſe recipiendos. Nõ hic
uolo magnifacere aliquem debere, ſi quã-
do a malis peruerſiſq; hominib⁹ mali quip
piam de ſe dici audiat, ſiquidem etiã Chri-
ſtus phariſæorũ calumnias nihili fecit, quo
rum ueſtigijs inſiſtentes nunc Neochriſtia
ni nihil prius habent, q̃ omnes bonos cu-
iuſcunq; ordinis eludere, calumniari, ſcri-
ptis & imaginibus ſubſannare. In huiuſ-
modi peſſimis contumelijs dicere debent
catholici cum Chriſto, ſinite eos, cæci eñ
ſunt, & duces cæcorum. Alias tamen in
uniuerſum curæ, & cordi eſſe cuiq; debet,
ut nomen bonum habeat, iuxta illud Sapi
entis: In omnib⁹ operibus tuis præcellẽs
eſto: ne dederis maculam in gloriam tuã. Eccle. 33
Et hoc eſt quod interrogauit dominus di-
ſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homi-
nes eſſe filium hominis? Præcipue tamen
hoc inculcandũ eſt iuuentuti ut fame ſtu-
deat, boniq; nominis curam gerat. Elabo-
rare in hoc debent etiam miniſtri Eccleſiæ
ut ſic ſint bonus odor coram deo & homi-
nibus.

2. Reſponderunt diſcipuli: Alij Iohan
nem baptiſtam, alij aũt Heliam, alij uero
Hieremiam, aut unum ex prophetis. Sic
nimirũ Chriſto reſponderunt diſcipuli ad
interro

interrogationẽ quam ille fecerat,nõ ignarus utiq́ʒ quẽ nihil latere poteſt, ut ipſi ad eum diſcipuli dixerunt. Ideo aũt quæſiuit ut remunerandi occaſionem haberet eos, qui fidem uerã profiterent, ſimulq́ʒ ut populus a ſcribis ſeductus ex errore iam liberaretur. Et inquirunt iam hic doctores diligenter de ſingulis, quur ita uulgus hominum huiuſmodi opiniones de Chriſto cõceperit, ſicut ex Theop. Orige. & alijs colligere licet. Verum hic nobis libet Hiero. imitari, qui ſic ait: Miror quoſdam interpretes cauſſas errorum inquirere ſingulorum, & diſputationem longiſſimam texere, quare dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, alij Iohannem putauerint, alij Heliã alij Hieremiam, alij unum ex prophetis, quum ſic poterant errare in Helia & Hieremia, quomodo Herodes in Iohanne dicens: Quem ego decollaui Iohannem ipſe ſurrexit a mortuis, & operatur uirtutes.

Hierony. *Mar. 6*

Audita iam ſententia plebis non cõtentus dominus, quod præcipuum erat inquirit, illud, cuius gratia primum eos cæperat interrogare, & ait: Vos aũt quem me eſſe dicitis? Vos, inquit, quo ſegregare eos uoluit ab hominibus, quorũ opinionem iam propoſuerãt. Vos ergo, ait, deſignat filios eos eſſe dei per adoptionem gratiæ diuinæ, quaſi diceret: Vos iam uulgi ſententiã retuliſtis, quũ aũt uos ſuperiores ſitis alijs hominibus, quia filij dei, quẽ me eſſe creditis? Vos q̃ plura de me audiſtis, miracula plura uidiſtis, meq́ʒ iubente ipſi ſigna feciſtis, age quæ ueſtra de me ſententia eſt? Et rñdit Petrus, proſilit ecce ille ex omnibus unus tanq́ʒ feruentior, quoniam antea quũ uulgi de ſe ſententiam quæſiuiſſet dominus, ſimul omnes reſponderunt apoſtoli, atqui hic iam quando quid ipſi ſentiant interrogant, ſolus rñdet Petrus uertex, ut ait Chryſ. totius cõſortij, os apoſtolorũ aliorũ oĩm: idem & Hiero. teſtat, dicẽs: Solus ex perſona oĩm apoſtolorũ Petrus confitetur, dicens: Tu es Chriſtus filius dei uiui, non deorum mortuorũ, Martis & Iouis, quos ſtulta coluit gentilitas. Breuis illa quidem ſed grauis eſt confeſſio, multoq́ʒ ſucci plenior in corde, q̃ in ore & uerbis, ſiquidem ſi uerba ſpectes, ſimilia de Nathanaële leges, qui & ipſe Chriſtum prædicauit eſſe filium dei, regem Iſraël. Sic Martha quoq́ʒ dixit ad dominum: Tu es Chriſtus filius dei, qui in hunc mundum ueniſti. Neq́ʒ tamen iterim Nathanaël, Neq́ʒ Martha illũ credidit eſſe naturalem filium Dei: ideoq́ʒ neutri tantum præmium cõfeſſionis dedit Chriſtus, ut hic Petro, quoniam ſatis aperte teſtaur ibi hiſtoria, Martham multa eſſe loquutam, ſed parum credidiſſe, quod etiam hinc patet, quia iubente domino lapidem a monumento Lazari amoueri, quaſi incredula illa prohibuit id fieri, quoniam iã ille fœteret quatriduanus. Hoc iſta utiq́ʒ ex puſillanimitate fidei loquuta eſt, ſicut et Chryſo. teſtatur Homilia 62. ſuper Ioan. 11. Orige. dicit, Petrum hoc uno uerbo omnes falſas Iudæorum perſuaſiones deieciſſe, quoniã ſi ille uere in natura filius dei eſt, non poterat eſſe uel Helias, uel Hieremias, uel quiſquam alius prophetarum. Imo in hunc uſq́ʒ diem Ioannes Iudæos increpat de duobus erroribus, quoniam non credunt Ieſum eſſe Meſſiam, Neq́ʒ Meſſiã filium dei eſſentialiter & naturaliter eſſe. Quod utrunq́ʒ infringit hic Petrus, dicens Tu es Chriſtus filius dei uiui.

Theophi. *Chryſo.* *Hierony.* *Ioan. 1. 11* *Chryſoſt. Orige.*

3. Super hac tam glorioſa Petri confeſſione reſpondit dominus, & ait: Beatus es Symon Bar Ioana, quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in coelis. Non magnam hic uim facio, neq́ʒ multum laboro in hac dictione Bar Iona, quã do etiam B. Hiero. alioquin linguarũ periſſimus hoc in ſuſpenſo reliquit. Sunt eñ qui putant Bar Iona idem eſſe, & unicum nomen, alij pro duobus nominibus appellatiuis intelligunt, ſenſumq́ʒ huiuſmodi eliciunt, Simon fili columbæ, quia Bar filiũ & Iona columbam ſonat, neq́ʒ hoc Hiero. diſplicet. Adhuc quidam putant prius eſſe nomen appellatiuum, alterum uero proprium patris, & hi ſenſum hunc faciunt: Symon fili Iona ſiue Ioannis, quoniam ſic ad eum alibi dixit: Symon Ioannis diligis me plus ijs. Atq́ʒ ſic Chriſoſtomus & Theophylactus intelligunt, nos omiſſo illo textum potius explicem⁹, audituri quãta tũ

Hierony. *Ioan. 1. 21* *Chryſoſt.*

laude tum remuneratione Chriſtus enco-
miaſten confeſſoremq; ſuum cohoneſtarit,
Interrogauerat enim Chriſt⁹ eum de filio
hominis, & hic reſpondet de filio dei, quã-
to enim magis Chriſtus ſeipſum humiliat,
tanto amplius nos diuinitatem eius confi-
teri debemus. Sic autem ait dñs: Beatus es
Symon Bar Iona. Beatitudinem hanc nec
Nathanaëli, neq; Marthæ, nec ijs promiſit
qui poſt illam magnã tempeſtatem dixe-
Math. 14 runt ad eum: Vere filius dei es. Petrũ autẽ
beatum prædicauit ob integritatẽ ſuæ cõ-
Chryſoſt. feſſionis, quam non ita ſimplicẽ fuiſſe, uel
inde teſtatur ipſe, ꝙ eam a ſeipſo nõ habue
rit, ſed pater cœleſtis reuelauerit illi. Quis
n. certius aliquid de filio niſi pater ipſe præ
dicaret? Ideoq; pater nõ humanũ aliquid,
ſed ipſam dei ueritatem hic eſt confeſſus,
dum de filio hominis, de carne interrogan
ti dño & ſanguine, uiciſſim iam Petrus cę
leſtem de Chro ſententiã adducit, ubi qđ
caro & ſanguis reuelare non potuit, ut ait
Hierony. Hiero. ſpũs ſancti gratia reuelatũ eſt. Chry
Chryſoſt. ſo. ſic ait: Quia prẽm meũ p̃dicaſti, ego etiã
illum nomino qui te genuit, ac ſi diceret:
Quemadmodum tu Ionæ filius es, ſic ego
patris mei filius ſum, eiuſdem uidelicet
ſubſtantiæ cum patre: ſicut confeſſus es,
qm̃ oculos mentis tuæ ſupra naturã eleua-
ſti ad prẽm meum, qui quia te illuminauit
factum eſt, ut non humana iudicaris opini
one: ſicut & Paulus non acquieuit carni et
Galat. 1 ſanguini. Eſt. n. hoc in ſcripturis peculiare
per carnem carnalem & terrenum ſignifi-
cari intellectum, ſecundum naturã lapſam
Roma. 8 non inſtitutam. Sic Paulus alibi inquit:
Qui ſecundũ carnem ſunt, quę carnis ſunt
ſapiunt, prudentia namq; carnis mors eſt,
prudentia uero ſpiritus, uita & pax, ſed ſa-
pientia carnis inimica eſt deo. Et rurſus a-
1. Cor. 2 lio in loco: Animalis homo non eſt capax
eorum quæ ſunt ſpiritus dei, quia nihil bo-
ni oritur ex natura deſtituta. Vnde & Sa-
Eccle. 17 piens admiratur, ſi quid ſit nequit⁹ ꝙ̃ quod
caro comminiſcitur & ſanguis, quæ etiam
cauſſa eſt quur Iohannes de filijs dei dicit,
ꝙ nec ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate
Ioan. 1 carnis, neq; ex uolũtate uiri, ſed ex deo na
ti ſunt. In cuius rei figuram deus Abrahã
eduxit ex ædibus iubens, eum intueri ſtel-
las cœli. Ita nimirũ foras educi oportet ani
mum hoĩs ex intellectu carnali, ut poſſit in
tueri ſtellas. Qđ quum non faciant nouitij
iſti Capharnaitæ, ex carne ſua impie blaſ-
phemant Sacramentum.

4. Dixit igitur Chriſtus, beatum eſſe
Petrum, ꝓpter cõfeſſionẽ ſuã, docuit eum
non habere illud ex intellectu & captu hu
mano: ſiquidẽ a carne et ſanguine ſibi reue
latum non ſit. Vbi cogitare quis poſſet, un
de tandem ille confeſſionẽ hanc hauſiſſet
didiciſſetq;. Huic cogitatiõi obuians dñs
dixit: Pater me⁹ qui eſt in cœlis, reuelauit
tibi, ille tibi theſaurũ diuini luminis in quo
cognoſceres talia cõmunicauit. Omne. n.
datum optimum, & omne donũ perfectũ Iaco. 1
deſurſum eſt deſcendens a patre luminum.
Et ſic ambulare debent fideles, non ſecun-
dum carnalem intellectum mundi, ſed iu-
xta lumen fidei, ſicut p̃cepit Paulus, ut fi- Ephe. 5
lij lucis ambulate, quorꝫ internus aſpectus
imaginis diuinæ renouatus eſt ſecundum
cognitionem eius qui fecit eos. Et ego di-
co tibi: Tu es Petrus, quaſi dicturus eſſet,
Chriſtum me eſſe perhibuiſti filium dei ui Hierony.
ui. Et ego dico tibi non ſermone caſſo, &
nullum habente opus, ſed dico tibi, quia
meum dixiſſe feciſſe eſt, Tu es Petrus, Pe-
trus antea dicebat̃ Symon, ut undiq; teſtat̃
ſcriptura, etiam in hoc Euangelio, quãdo
dixit dominus: Beatus es Symon Bar Io-
na. Mutato aũt iam nomine, aliud indidit
dominus ſicut & promiſerat: Tu, inquiẽs Ioan. 1.
uocaberis Cephas, quod idẽ eſt quod Pe-
trus. Ibi gloſſa dicit, quia quando eum cor Gloſſ.
poraliter aſpexit, interius ſimul cognouit
conſtantiorem eum alijs eſſe. Quod autẽ
illic promiſit ei dominus, idem hic præſti-
tit quando dixit: Tu es Petrus, quaſi dice-
ret, Iam antea prædixi tibi, quia uocaberis
Cephas, nunc itaq; tempus eſt, ut id fiat
ob eximiam confeſſionem tuam. Tu enim
es Petrus, quia fortis & conſtans, immobi-
lis ut petra. Quum itaq; principi apoſtolo
rum nomen ſuum mutarit dominus, mi-
rari nemo debet, quur etiam nunc in Eccle
ſia ſucceſſoribus Petri ſummis pontifici-
bus electis ſoleant nomina mutari.

Quamuis

Quãuis ſunt qui huic mutationi cauſſam
& occaſionem dediſſe putant pontificem
Sergium, qui quia turpe nomen habuerat
a roſtro ſuillo, ideo ſibi uoluit immutari.
Verũ de hac re nullius Hiſtorici certa ſup-
petit ſententia, quando etiam Platina ipſe
fabuloſum hoc reputat. Hoc tamen memi
ni me aliquoties audire Romæ a magnis
Adrianus uiris, qui hoc Adriani factum in ſiniſtram
ſextus partem rapiebant & interpretabantur, ꝙ
nomen ſuum retinuerit, unde collegerunt
eum non diu recturum, quod & factũ eſt:
nam anno proximo a coronatione ſua quũ
ſeptimanis quincꝫ, & 6. diebus ægrotaſſet
mortuus eſt in die exaltationis S. Crucis.
Quicquid igitur hoc eſt, conſtat uticꝫ mu
tationem illam nominis Petri magnam &
eximiam gratiã ſignificaſſe: ſicut & in ue-
Gene. 17 teri teſtamẽto nõ temere mutatum eſt no-
& .32 men Abrahæ, qui antea dicebatur Abrã,
& Saræ, quæ prius Sarai dicta erat: Iſraël
etiam cui prius nomen fuerat Iacob. Vnde
regulam huiuſmodi proponit Beda, nõ ſi-
ne peculiari myſterio fieri quotieſcuncꝫ ali
cui a deo nomẽ, ſiue imponitur ſiue muta
tur: Quia ſic habet gloſſa quædam ſuper
Dani. 1 Danielem: Quoſcuncꝫ in poteſtatem ſuã
captiuos redigit diabolus, ijs quocꝫ nomi-
na mutat: ſicut ẽm Pharao Ioſeph mutaue
Gene. 42 rat nomẽ, ita nolebat adoleſcẽtes illos Da
nielem, Ananiam, Azariam & Miſaëlem
Iudaica ſua ſeruare nomina in terra ſuæ ca
ptiuitatis. Si quando autem deus alicui no
men immutat, fit hoc in bonũ, ſicut Abra-
Marc. 6 hæ, Saræ & filijs Zebedæi, qui antea dice
bant Boanerges, filij tonitrui. Ita nõnuncꝫ
eorum nomina mutari ſolent, qui cœnobia
ingrediuntur. Ex omnibꝰ ijs ſequitur, mu
tationem illam nominis Petri eximiã quã-
dam gratiam ſignificaſſe, ſiue iſta tandem
mutatio in hoc Euangelio, ſiue antea ſit fa
cta. Sunt ẽm qui putant nomen hoc Petri
Ioãnis. 1 promiſſum ei fuiſſe in prima ſua uocatio-
ne, impoſitumcꝫ ei eſſe tñ, quando ipſos
fecit apoſtolos, ut ait Mar. Impoſuit Simo
Marc. 6 ni nomen Petrus: hic uero aiunt dñm oſtẽ
diſſe illi nominis huius rationẽ, quur uoca
tus ſit Petrus, a petra nimirum ſuper quam
ædificaturus eſſet Eccleſiam ſuam. Qua
de re in ſequenti Homilia plura dicemus,
hæc iam ſufficiant. Oremus Deum &c.

Nota ꝙ Auguſt. ubicꝫ contendit Petro
nomen impoſitum Ioan. 1. Vide eum lib.
4. de conſen. Euange. ca. 3. & tracta. 7. ſu-
per Iohan.

Homilia ſecunda in eodem feſto.

PRæ omnibꝰ alijs apoſtolis Petrus
dñm confeſſus eſt dicens, eum eſſe
Chriſtum filium dei uiui. Quam-
obrem & dñs eum remunerare uolens ait:
Beatus es Symon Bar Iona, quia caro &
ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus
qui eſt in cœlis: Et ego dico tibi: Tu es Pe
trus. Hactenus ꝓgreſſi ſumus in Homilia
ſuperiori, quantum diuina benignitate cõ
ceſſum fuit, nunc ſequit̃: Et ſuper hanc pe
tram ędificabo Eccleſiã meã. Verbum hoc
Augu. duplici ſenſu exponit: altero, ꝙ pe- *Auguſti.*
tra ſit ipſe Chriſtus: ſicut & fatet̃ apl̃us, quia
petra erat Chriſtus, & nemo poteſt funda *1. Cori. 10*
mentum aliud ponere, p̃ter id qđ poſitum *1. Cori. 3*
eſt Chriſtus Ieſus. Vult ergo Augu. petrã
hanc ſuper quã ædificata ſit Eccleſia Chri
ſtum eſſe, petram hanc quã Petrus hic cõ-
feſſus eſt, & unde nomẽ traxit. Sententia
hæc per ſe uera eſt: nemo ẽm Chriſtianus
Chriſtũ negat p̃cipuam eſſe petrã, funda-
mentum ſolidiſſimũ, ſed tñ Neochriſtiani
intellectũ hunc ſolũ recipere nitũtur, tñ ut
aduerſent̃ Petro, habeãtcꝫ unde cõtendãt,
nec Petrũ eſſe petrã, nec ſuper Petrum æ-
dificatã eſſe Eccleſiã: ſicꝫ Petrus ille qui
iam retro ſæculis cum Chriſto regnauit in
cœlis, & ab uniuerſa Eccleſia princeps a-
poſtoloꝝ habitus eſt, cogit̃ cõmunem cũ
Papa habere cauſſam. Nã quũ iſti, ut alij
Hæretici oẽs poteſtatẽ Papæ ſuſtinere ne-
queãt, ut facilius hanc imminuãt nõ uerẽ
tur etiã S. Petrũ adoriri. Alia ergo cõmu
nis q̃cꝫ ea ſentẽtia eſt oĩum, tam ueterũ q̃
recẽtiũ doctorũ, ipſorũcꝫ cõciliorũ, ſenſum
Chriſti hunc fuiſſe: Tu es petrus, & ſuper
hanc petram ædificabo Eccleſiam meam,
ita ꝙ uoluerit ille Eccleſiam ſuam ædifica-
re ſuper Petrum tanquam uerticem & ca-
put apoſtolorum. Atque id ita

recte intelligi, ex ipſa ſermonis conſequen‑
tia patet, nam & ante & poſt hęc uerba do
minus de Petro ſemper loquitur, dicens:
Tu es Petrus, tibi dabo claues, unde conij‑
citur etiam in medio hic Petrum intellexiſ
ſe, quem in extremis ſignificaſſe ipſa perſo
næ circumſtantia teſtatur. Quid ꝙ ma‑
gna hæc fuerit ineptia, hoc modo confun‑
dere & ꝑturbare ſenſum ſcripturæ, ut quū
paulo ante dominus loquut⁹ ſit ad Petrū,
ſubito deinde alio conuertat ſermonem, ſi‑
cut in ſimili caſu Lutherus ipſe Carolſta‑
dium ſugillat cum hac uocula τουτο, nam
dum ille uerba conſecrationis hoc modo
diſcindere conatur, non uult ei permittere
Lutherus, quod tamen hic ipſe facit. Ad
hæc repugnat ipſi etiam rationi ſermonis
huius, nam in hoc doctores omnes conue‑
niunt, ꝙ quum Petrus præclare adeo do‑
minum confeſſus fuerat, uolens illud Chri
ſtus ei rependere, beatum prędicauit eum,
Petrum uocauit, claues regni cœlorum ei
commiſit. Quod ſi igitur uerba hęc (Sup
hanc petram ędificabo Eccleſiam meam)
ad Petrum dicta non eſſent alienum quid‑
dam fuiſſet, neqꝫ in præmium Petro ceſſiſ‑
ſet, imo & cauſſæ atqꝫ rationi huius dicti
conſentaneum nō fuiſſet, quod quis impu
tabit altiſſimæ ſapientiæ dei filio. Preterea
nō inualide poteſt hoc idem intelligi ex eo
ꝙ in futuro dicit dominus: Aedificabo, ꝙ
ad Chriſtum referri nō poteſt: ſiquidem is
iam ædificabat. Si ergo ſeipſum intellexiſ‑
ſet, dixiſſet utiqꝫ: Et ſuper hanc petram æ‑
difico Eccleſiam meam, ſed quia de futu‑
ro prædixit, Petrum intellexit, cui etiā di‑
xit: Tibi dabo claues. Et ſic ſententia talis
fuit, quam hic habuit Chriſtus. Iam ecce
ego ipſe hic adſum, uera & ſolida petra, iā
ipſe ædifico Eccleſiam meam, quum autē
tranſiero ab hoc mundo ad patrem, tu mi‑
hi ſuccedes uicarius & petra loco meo: tūc
quoqꝫ ſuper te ædificabo Eccleſiam meā,
ſuper poteſtatem magiſtratus tui, quā tibi
tuiſqꝫ poſteris & ſucceſſorib⁹ ſum daturus.

2. Et ne quis admiretur quō fieri poſſit
ut & Petrus petra exiſtat, ſcitote eodē mo‑
do ipſum eſſe petram, quo fundamentum
eſt: Q̄uis ergo totius Eccleſiæ tantum unū
ſit fundamentū, præter quod nemo poteſt
aliud ponere, niſi illud quod poſitum eſt,
Chriſtus Ieſus: attamen Iohannes inter re 1. Cor. 3
liqua uidiſſe ſe perhibet ciuitatem nouam
Hieruſalem deſcendentem de cœlo, a deo
paratā, ibi ſequitur: Et murus ciuitatis ha Apoca. 21
bens fundamenta duodecim, & in ipſis du
odecim nomina, duodecim apoſtolorum
agni. Ecce q̄uis Chriſtus unicum eſt fun‑
damentum Eccleſiæ, Iohan. tamen funda
mēta duodecim ponit, 12. apoſtolos, ſunt
ergo adhuc alia plura fundamenta a Chri‑
ſto capite utiqꝫ & præcipuo fundamento:
illa aūt miniſterialia tantum ſunt & ſubſti‑
tuta (eloquere in quantū preſſius & clari⁹
poteris. Vnum eſt fundamentum princi‑
pale & primarium, plura aūt ſunt funda‑
menta ſecundaria & minus principalia ab
ipſo primo fundamento inſtituta. Deduc
ſi placuerit, ꝙ Dauid in pluratiuo nume‑ Pſal. 86
ro inquit: Fundamenta eius in montibus
ſanctis, nō proſequor, nā plura ſemper ob‑
mitto q̄ hic adnotem, tanta ſubinde occur
runt, ſed modus adhibendus eſt rei.) Atqꝫ
ideo cōmemorauit Iohannes in lapidibus
fundamenti deſcriptū eſſe nomen apoſto‑
lorum & agni, quaſi diceret, ꝙ apoſtoli ꝓ
fundamentis ſunt deſcripti, idipſum quoqꝫ
a ſe non habent, ſed ab agno. Eccleſia qui‑
dem ſuper fidem Apoſtolorum fundata
eſt, ſed ita ut ulterius eorum fundamen‑
tum ſit Chriſtus, a quo ſic alij uocantur, ut
eorum unus primus ille a petra nomen cæ
pit: ideoqꝫ notanter additum eſt agni, q̄m
illi tota innitit̃ Eccleſiaſtica ſtructura: atqꝫ
hæc etiā eſt ſententia Bedę, qui dicit, unū Beda
eſſe & idem, portam atqꝫ fundamentum.
Et inde fundamenta, inquit, quum plurali
ter dicūtur, doctores uel uirtutes eccleſię,
quum uero ſingulariter, ipſum ſignificare
dominum, qui eſt fundamentum funda‑
mentorum.

Hinc ſatis patere cuiqꝫ poteſt, quomodo
Petrus ſit petra, nō aliter nempe q̄ eſt fun‑
damentum. Et ſicut Paulus fundamentū
unum facit Chriſtum, quo nō obſtante ſi‑
mul adhuc multa ſunt fundamēta, imo a‑
poſtoli oēs, & ipſi q̄qꝫ ꝓphetę, iuxta illud
Pauli: Iā non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed Eph. 2
eſtis ciues ſanctorū & domeſtici dei, ſupæ‑
dificati ſup fūdamētū apłorꝫ & ꝓphetarꝫ,
ipſo

ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino. Vnde ſequitur etiam prophetas eſſe fundamenta, quibus ſuperædificatur ſtructura fidei noſtræ: Apoſtoli aūt qui prophetis ſunt excellentiores, adhuc fundamenta alia ſunt illorum fundamentorum. Et inſuper Chriſtus fundamentorum omnium eſt fundamentum, cui alia omnia innitūtur in paſſione. ſ. & morte ipſius. Atq; hoc negare nemo poteſt ſupremum eſſe fundamentum. Hinc iam quis non intelligat, q Chriſtus promiſit ſeſe ædificaturū Eccleſiam ſuper petram, Petrum ipſum, q̄uis ipſe interim præcipuum ſit fundamentum. Id paucis etiam Hiero. innuit, quum ait: Sicut ipſe apoſtolis lumen donauit, ut lumen mundi appellarentur, cæteraq; ex domino ſortiti ſunt uocabula. Ita & Simoni Petro, qui credebat in petram Chriſtum Petri largitus eſt nomen, ac ſecundum metaphoram petræ recte dicitur ei: Aedificabo Eccleſiā meam ſuper te. Aut quonam modo expreſſius & apertius poterat dicere aliquid Hierony. pro Eccleſia aduerſus Lutherū, ſed nos ſuper hac re peculiarem Homiliam facturi ſumus.

Tuicenſis *Hierony.*

3. Addit dominus: Et portæ inferorū non præualebunt aduerſus eam. Sicut duplices ſunt inferorum portæ, ita duob⁹ modis poſſunt hæc uerba intelligi, quoniam & quodlibet peccatum dici poteſt inferni porta. Sic Dauid inquit: Qui me exaltat de portis mortis, ubi ait Theophylactus. Quales portæ o Dauid? duæ. ſ. cædis & adulterij. Eiuſdem ſententię eſt & Hiero. dicēs: Ego portas inferi reor uitia atq; peccata, per hæc enim illecti homines ducuntur ad tartarum: quoties enim homo peccatum perpetrat, ipſe ſibi ingreſſum & ruinam parat ad inferos. Neq; diſſentit hic Orige. quum ait: Vnumquodq; peccatū per quod deſcenditur ad inferos, porta eſt inferorum, & uiciſſim uirtutes portæ ſunt iuſtitiæ.

Theoph. *Hierony.* *Orige.*

Etſi igitur omnia in uniuerſum peccata inferorum portæ cenſeantur eſſe, duæ tamen portæ ſingulariter hic a ſanctis patribus intelliguntur: quoniam portæ infernales ſunt, & ipſæ perſequutiones tyrannoꝝ aduerſus fideles, cuiuſmodi fuerunt in primitiua Eccleſia, & hæ merito portæ dicūtur inferorum, q multos coërcuerunt a fide, plurimos etiam coëgerunt eandem abnegare. Ita Chryſo. ait. Non turbari te conuenit quum audieris, quia tradar, crucifigar, ſi portæ inferi non preualebunt aduerſus Eccleſiam, multominus aduerſum me præualebunt. Et Theop. inquit: Portæ inferi temporales ſunt perſequutores, qui ad infernum mittere conantur Chriſtianos. Adhuc alius ſupereſt intellectus, & is q̄q; cōmunior, per inferorū portas Hereticorum intelligi doctrinas. Vere enim portæ iſtæ horribiles ſunt, quibus tot animæ demerguntur & pereunt ſub fuco tamen & ſpecie boni. Atq; ea hic eſt ſententia Hierony. dicentis: Vel certe Hereticoꝝ doctrinæ portæ ſunt inferni, quibus decepti homines detrudunt ad tartarum: nemo itaq; putet de morte dici, quaſi apoſtoli conditioni mortis ſubiecti non fuerint, quorum martyria uideat coruſcare. Inſuper conſentit & Theop. dicens: Heretici quoq; portæ ſunt ad infernum ducentes. Super oēs eſt hic Cyrillus luculentus qui ait: Secundum hanc domini promiſſionem Eccleſia apoſtolica Petri ab omni ſeductione Hæreticaq; circumuentione manet immaculata, ſuper omnes præpoſitos & Epiſcopos, & ſuper omnes primates Eccleſiarū & populorum, in ſuis pontificibus in fide pleniſſima & authoritate Petri. Et quū aliæ Eccleſiæ quorundam errore ſint uerecundatæ, ſtabilita inquaſſabiliter ipſa ſola regnat ſilentium imponēs, & omnium obturans ora Hæreticorum. Conſolentur hinc ſe Chriſtiani & catholici omnes, quoniā portæ inferorum non præualebunt aduerſus Eccleſiam catholicam Petri, quū interim pleraeq; aliæ magnos paſſæ ſint inſultus, aliæ per preceps ſint collapſæ. Achaia cui præfectus fuit Andræas, Ephæſus, ubi Ioannes erat, Corynthus ubi docuit Paulus, Alexandria cui præfuit Marcus, Hieruſalem ubi Iacobus fuit Epiſcopus, & ſic aliæ plurimæ Eccleſiæ per Hæreticos corruerunt, ſola Petri Eccleſia Romana conſiſtit fortis aduerſus omnium Hereticorum im-

Chryſoſt. *Theoph.* *Hierony.* *Theoph.* *Cyrillus*

petus. Vtut ergo iam criſtas erigant Lutherani, Zuingliani, Sacramentarij, Iconoclaſtæ, Catabaptiſtæ, & neſcio qui Spiratini, nihil tamen te moueant, quia non prualebunt aduerſus Eccleſiam Chriſti.
Tot iam olim enatæ ſunt Hæreſes quibus multi etiam pontifices, Imperatores, Reges & principes fuerunt intricati, ſed illis omnibus Eccleſia Petri ſuperior uictrix ſemper & triumphatrix fuit. Vide Ebionitas, Arrianos, Macedonianos, Neſtorianos, Euticianos, & alios totos aceruos Hęreticorum, omnes illi corruerunt proſtratiq; iacent ſub ueritate Chriſtiana, quam tenuit, imo ſuſtinuit in hunc uſq; diem catholica Petri Eccleſia noſtra Romana. Nemo itaq; dubitet hic, ſed ſuam quiſq; fiduciam in deum reponat, utut illi interim inflati tumeant, etiamſi rumpantur, multũq; aduerſus nos moliantur propter peccata noſtra: omnes enim peribunt & radicitus euellent, adiuuante ſpiritu ſancto per ſcripturas ſacras. O utinam hoc malum diutius graſſari & longius ſerpere nõ ſinas domine Ieſu Chriſte.

4. Nondum promiſſi finis, inſuper addit dominus: Tibi dabo claues regni cœlorum. Claues hic uocat dominus iudiciariã poteſtatem iudicandi peccata ad remiſſionem uel retentionem. Sicut enim in ueteri
Leui. 14 teſtamento penes ſacerdotes erat poteſtas diſcernendi mundũ ab immundo in corpe ita ſacerdotes nouæ legis iudiciũ habẽt ſibi contraditũ inter peccatũ & nõ peccatũ, atq; in ijs qui ſint ſoluendi quiq; ligãdi, de
Fo. 22 iſtis clauib⁹ plura alibi diximus Tomo. 2. Quod aũt ad hunc locum attinet, conſtat utiq; dominũ Petro promiſiſſe claues, quę appellationem hanc ſumpſerunt ab operatione, quoniam in uirtute ſpiritus ſancti remiſſionem operantur peccatorũ, ſicut hic deinceps ipſe explicat, quid per claues intelligatur: ſed claues regni cœlorũ appellat a fine, quoniã deus eas in hoc dedit Eccleſiæ, ut homines per gratiam & donationem ſpiritus ſancti acquirent uitam æternam. Claues illas præcipue ipſe Chriſtus habet, in cuius perſona Ioãnes inquit: Ego habeo claues uitæ & mortis. Verum
Apoca. 3 miniſterium eorũ cõmiſit Eccleſiæ in ſacerdotibus. Oritur hoc loco quæſtio: Quomodo hic dominus ſoli Petro promittat claues, quum tamen eas deinceps omnib⁹ promiſerit apoſtolis? Sic enim ait: Amen dico uobis: Quicquid ligaueritis ſuper terram, erit ligatũ & in cœlis. Quicquid ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Quur ergo ſingillatim hic eas promittit Petro? Reſpondet Grego. dicens, quia Petrus accepit poteſtatem clauium in ſua plenitudine ſuper tota Eccleſia, alijs autẽ apoſtolis data eſt hæc poteſtas in partem ſolicitudinis. Concordat & Vigilius Papa c. Qui ſe ſcit. 2. q. 6. Et S. Bernard. de conſyde. ad Eugenium: Ideo, inquit, promiſit Petro, & tribuit ei poſt reſurrectionẽ quũ fuerant in piſcatione, & tertio dixit ad eũ: Petre paſce oues meas. Hic eum cõſtituit paſtorem totius Eccleſiæ, & oſtendit ſe eſſe deum, q talem haberet poteſtatem, quã hominibus impartiebatur ad remittenda peccata. Pulchrum etiam eſt quod habet hic Chryſoſt. Solus deus concedere poteſt peccatorum remiſſionem, & ut futura Eccleſia tot tantiſq; fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat, cuius paſtor & caput piſcator homo & ignobilis, terrarum orbe reluctante adamantis naturam firmitate ſuperet. Ecce quomodo Chryſo. in ea eſt ſententia, ut adfirmet hic illi magiſtratus Eccleſiæ, ſummaq; poteſtas ſit promiſſa, ac deinde conceſſa dataq; a Chriſto poſt reſurrectionem. Omnia hæc quæ tamen ſolius ſunt dei promittit dominus ſe Petro daturum.

Math. 18 · Gregori. · Bernhar. · Chryſoſt. · Iohan 21

Sicut autem illas omnibus promiſit apoſtolis ad abſoluendi munus, ita eaſdem eis dedit eo quo ipſe reſurrexit die, quãdo congregatis undecim apparuit, & inſufflando dixit: Accipite ſpiritum ſanctum, Quorumcũq; remiſeritis peccata, remiſſa erunt, & quorumcunq; retinueritis, retenta erunt, hoc ad poteſtatem cuiuſmodi tradita eſt Petro nihil pertinet: itaq; eã huic uni promiſit, & ideo argumentum illud erat præcipue cuiuſdam dignitatis quam uicario ſuo daturus erat. Magnum quippe hoc eſt, q deus homini gratiam tantam contulit, ut adhuc in terris uiuenti claues traderet regni cœlorum, & ideo de S. Petro

Ioan. 20

tro canit eccleſia: Tu es paſtor ouiũ, princeps apoſtolorum, tibi traditæ ſunt claues regni cœlorũ: Vos igit̃ dilectiſſimi hodie dominũ Ieſum in ſuis apoſtolis uneremini, ac præcipue Petrum inuocate ut interceſſor eſſe uobis uelit apud dominum, dicite, O bone paſtor Petre clemens accipe uota precantum, & peccati uincula reſolue tibi poteſtate tradita, qua cunctis cœlũ uerbo claudis, aperis: Exaudi & tu nos domine Ieſu Chriſte clamantes ad te, gratiã tu nobis & gloriam largire ſempiternam. AMEN.

Ephes uxor Boëthij.

Homilia tertia in die S. apoſtolorum Petri & Pauli.

Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ędificabo eccleſiam meã. Math. xvi.

Magna & immenſa eſt hæc dignitas S. Petri, argumentum quoq; ſanctitatis eius euidens, q̃ dominus corã oib⁹ apoſtolis ipſum peculiariter beatum prædicauit, teſtimonium ei dedit, a deo patre ſic illuminatum, nouum Petri nomen ei denuo impoſuit, aut ſi illud ante habuit, certe iam confirmauit, deinde promiſit ei q̃ ſuper ipſum ædificaturus ſit eccleſiam ſuam, aduerſus quam ipſæ etiam portæ inferorum nihil ſint præualituræ, pollicitus eſt inſuper illi claues regni cœlorum: Hæc ita de S. Petro inconcuſſe tota credidit eccleſia, atq; illa Chriſti uerba ſic intellexit, uſq; ad iſta noſtra periculoſa tempora, quibus inter cęteros errores hũc quoq; diabolus ſuſcitauit, de deſtituendo petro ad offenſam dei & ſanctorũ. Vt aũt animus in hac re ueſter cõfirmetur ad perſeuerãdum in fide, locos & autoritates aliquot hic inducemus facientes ad Euangelij huius expoſitionem, ipſiuſq; ſancti apoſtoli honorẽ defendendũ, & fidem noſtrã adſerẽdam, neq; hic longius ĩmorabimur ſed paucis abſoluemus, quia alias illud tribus libris egimus quos & Leoni. 10. dedicauimus.

Quod autem Chriſtus eccleſiam ſuã ſuper ipſum etiam Petrũ ædificarit, iuxta ſenſum ſuperiori homilia traditum, ſenſit idem iam olim S. Cyprianus doctor & martyr, qui in epiſtola ad Pupianum li. 4. ſic ait: Quando Chriſtus ad duodecim dixit: Nũquid & uos uultis abire? reſpondit ei Petrus dicens: Domine ad quem ibim⁹, uerbum uitæ æternæ habes: Et nos credimus & cognouimus quoniam tu es filius dei uiui, loquitur illic Petrus ſuper quem ędificanda fuerat eccleſia, docẽs quia & ſi cõtumax ac ſuperba obaudire nolentium multitudo diſcedat, eccleſia tamen Chriſtianorum non recedit: Pulchrum eſt & quod ait Hiero. li. 1. contra Iouin. Super Petrum fundatur eccleſia, licet idipſum in alio loco ſuper apoſtolos fiat, & cuncti claues cœlorum accipiãt, & ex æquo fortitudo eccleſiæ ſuper eos ſolidetur, tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio. Quid poterat ille dixiſſe clarius quo adſirmaret eccleſiam ſuper Petrum eſſe fundatam, imo & ſuper omnes apoſtolos, quorũ tamen unum adſerit ſupremum & caput aliorum: In alio quoq; lib. contra Pelagianos ſic ait: Petr⁹ princeps fuit apoſtolorũ, ſuper quẽ eccleſia domini ſtabili mole fundata eſt, quæ nec impetu fluminis nec ulla tentatione cõcutitur: Ita ſcripſit etiam ille ad Damaſum papam quum eſſet in Aſia, Ego nullum primum niſi Chriſtũ ſequẽs, beatitudini tuæ, cathedræ petræ cõſocior, ſuper illam petram fundatam eccleſiã ſcio, uidete quid ſciuerit Hieronymus: Audet ne temere quicquam in contrarium mutire & iactare neochriſtian⁹? Intellexit hoc eodem ſenſu ante Hieronymũ Origenes tempore martyrum, ait enim: Vide quantam habet poteſtatem petra ſuper quam ędificatur eccleſia, ut etiã iudicia eius maneant firma quaſi deo iudicãte per illam, loquitur ibi de S. Petro, quẽ & plus alijs apoſtolis accepiſſe confirmat.

Cypria.

Hierony.

Lib. 1

Orig. homil. 8. ſup Iohan.

Quamuis aduerſarij pro ſe citant Auguſtinum lib. 1. retractationum cap. 21. quõ Chriſtus ſit petra cui ſuperędificet̃ eccleſia, quod ut non negamus, ita uero huic non ſequi contendimus, q̃ non & Petrus ſit petra & ſuper ipſum ſit eccleſia ædificata, quando illud in toto etiam nuſq̃ inue

Auguſti.

niẽt Auguſtino, quoniam eodem loco ubi Chriſtum petram uocat alterius quoq; cõmeminit ſententiæ, ꝙ & petrus ſit petra, interimq; ſententiam neutram reijcit, imo lectoris arbitrio liberum relinquit alterutram eligendi quæ uideatur probabilior, Ipſe etiam Auguſt. in multis locis adfirmat petrum eſſe petram cui ſuperſtructa ſit eccleſia, id ut credas en eius uerba tibi in lib. contra epiſtolam Danati, ubi illud aperte adfirmat, tãdemq; dicit: Senſus hic etiam cantatur ore multorũ in uerbis beatiſſimi Ambroſij, ubi de Gallo ait: Hoc ipſa petra canente eccleſia culpam diluit, fletum petri inſinuat, quĩ tanq; gallus cantaret ter dominum negauit.

August.

Ambrosi.

Ne autẽ quis putaret hoc ibi elapſum eſſe Auguſti. inuenias idem in multis locis apud eum, qui hoc ſæpius apud præceptorem ſuum legerat Ambroſiũ, is enim in hodiernæ diei homil. ſic ait, pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait dominus: Tu es petrus & ſup hanc petram ædificabo eccleſiam meam: Petra nãq; dicitur, ꝙ primus in nationibus fundamẽta fidei poſuerit, & tanq; ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagẽ molemq; contineat: Sed tu deſyderas ex ipſo forſitan Augu. audire alterius ne fuerit ſententiæ alicubi ꝙ in libro præmemorato, ecce ipſum tibi Auguſtinum in homili. de S. Petro ſic dicentem: Audiſti frequenter ipſum petrum a domino petram nuncupatam, ſicut ait: Tu es petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meã. Si ergo petrus petra eſt, ſuper quam ædificatur eccleſia, recte pedes prius ſanat, ut ſicut in eccleſia fidei fundamẽtum continet ita & in homine membrorum fundamenta confirmet, refert hoc Augu. ad illud ꝙ petrus claudum ſanauit in templo: Et ne aliquod nobis dubium ſit reliquum de petro principe apoſtolorum: Audiamus eũdem in alio loco ſuper Ioh. tract. 124. ubi ſic agit: Hoc agit (orando pro remiſſione peccatorum) eccleſia in ſpe beata, in hac uita ærumnoſa, cuius eccleſiæ petrus apoſtolus propter apoſtolatus ſui primatum gerebat figurata generalitate perſonã, quod enim ad ipſum proprie pertinet, natura unus erat homo, gratia unus Chriſtianus, habundantiori gratia unus idemq; prim⁹ apoſtolus, ſed quando ei fuit dictum tibi dabo claues regni cœlorum & cæ. uniuerſam ſignificabat eccleſiam, primatum tenebat apoſtolorum omnium, quomodo nũc epiſcopus quilibet perſonam gerit ſuæ eccleſiæ, princeps ſuæ ditionis, imperator totius imperij.

August.

Act. 2

August

3. Quod apoſtolorum omniũ ſupremus fuerit petrus, iam ſuperiori homilia teſtem quoq; adduximus Chryſoſtomum qui eodem modo hoc intellexit Euangelium, unde & petrum os apoſtolorum & uerticem ibi uocauit conſortij apoſtolici, adiecit eum a Chriſto conſtitutum eſſe caput & paſtorem eccleſiæ: fuiſſe quoq; hãc Chryſoſtomi perpetuam ſentẽtiam, ex ijs colligere poſſumus, quæ ſuper Iohannẽ homil 87. ſcripſit in hunc modum: Quid ꝙ alijs obmiſſis dumtaxat petrum affatur, Os erat apoſtolorum & princeps, atque propterea paulus eũ prẹter alios uiſurus aſcendit, ſimul ut ei oſtenderet iam ſibi fiduciam habẽdam, tanq; enim negationis obliuiſceretur, fratrum ei curam cõmittit, neq; negationis meminit, neq; exprobrat, tantum dicit, ſi amas me fratrum curam ſuſcipias, & quam in omnibus dilectionẽ oſtendiſti & qua delector nunc oſtende, & animam quã pro me poſiturã dixiſti, hãc pro ouibus meis trade: Et inde, ter interrogat, & ſemper idem ꝑcipit, ut demonſtret, quanti ouium ſuarum curam faciat, & ꝙ hoc ſit maximum: Quia hic magna contulit Chriſtus petro, uniuerſi terrarum orbis curã cõmiſit, paſſionẽ ei ſuã prædixit & c. Aperte iã hinc datur intelligi, quid Chryſoſto. alijq; patres de S. petro ſenſerint: Et iam tandem poſt tot exacta fœliciter ſecula, infœlices homines iſti Neochriſtiani petrũ a ſuo nituntur detrudere pontificatu.

Chrysost.

Chrysost.

Galat. 1

Porro ne ab hoc Euangelio recedam, quoniam alias in immenſum creſceret hęc teſtimonia quę affatim proſequuti ſumus tribus libris noſtris iam ante ſeptennium in Gallia, & nũc recens in Germania impreſſis, quibus nemo adhuc Lutheranus reſpondit, nec cũ ueritate reſpondere unq; poterit: Vnum atq; alterum locum adhuc

adferamus circa hoc Euãgelium: Vbi occurrit *Hilar.* Hilarius, qui ſuper illud Matthæi, Tu es petrus, ſic ait: O in nuncupatione noui hominis fœlix eccleſię fundamentũ, dignaq; ædificatione illius petra, quæ infernas leges & Tartari portas & oĩa mortis clauſtra diſſolueret: O beatus cœli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata autoritas, fit in cœlo, ut quæ in terris aut ligata ſint aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant in cœlo: Leo quoq; *Leo.* magnus ſerm. 3. de anniuerſario ſuæ pontificiæ adſumptionis: Ego, inquit, dico tibi, hoc eſt, ſicut pater meus tibi manifeſtauit diuinitatem meam, ita & ego tibi notã facio excellẽtiam tuam, quia tu es petrus, *Ephe. 2* ideſt, quũ ego ſim inuiolabilis petra, ego *1. Cor. 3* lapis angularis qui facio utraq; unũ, ego fundamentum præter quod nemo poteſt aliud ponere, tamẽ tu quoq; petra es quia mea uirtute ſolidaris, ut quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione cõmunia, ſimile quiddã dicit ille in homil. hodierna. Accedit ijs & ſententia *Grego. in regiſ. li. 4 epiſt. 39* S. Gregorij, qui de S. petro ſic ſcribit ad Imperatorem Mauritium: Cunctis ſcientibus Euãgelium liquet, ꝙ uoce dominica, ſancto & omnium apoſtolorum principi petro apoſtolo totius eccleſiæ cura commiſſa eſt: Ipſi quippe dicitur, petre amas me: Ipſi dicitur, Ecce ſathanas expetiuit, Ipſi dicitur: Tu es petrus: Ecce claues regni cœleſtis accepit, poteſtas ei ligandi & ſoluendi tribuitur: Cura ei totius eccleſiæ & principatus cõmittitur: Renarrat hæc Gratianus diſt. 11. præceptis, ubi loquitur de autoritate Romanę eccleſię: Cuius autoritatis ſanctionem omnes teneant ſacerdotes qui noluerint ab apoſtolicę petrę, ſup quã Chriſtus uniuerſalẽ fundauit eccleſiam, ſoliditate conuelli: Ecce ꝙ & eccleſia ſuper fundamentum apoſtolicũ eſt fundata, neq; tamẽ illud aliud a petro eſſe poteſt: Quid multa, ſic doctores ſancti omnes, ſic omnia quæ unq; fuerunt concilia tenuerunt, crediderunt, ſcripſerũt: Vt iam neminem mouere debeant Neochriſtianorum uana ſomnia & impij errores, quibus inuoluere conantur etiam ſimpliciores & eos ſeducendo decipere.

4. Reliquum iam eſt ut oſtendamus per uniuerſam ſacram ſcripturam totũq; ipſius decurſum S. Petrum ſibi uelut proprie poteſtatis huius adſumpſiſſe officium ac ſedulo uſurpaſſe ſuper uniuerſam eccleſiam, ſiquidem in Euãgelio tanq; futurus eccleſię paſtor, pro alijs etiam apoſtolis ſolus hic reſpõdit: Et principio quidem quũ *Iohan. 6* dominus dixiſſet ad apoſtolos: An etiam ipſi abituri eſſent, unus hic pro omnibus reſpondit: Domine quo ibimus, uerba uitæ æternæ habes: Et hic quærente ex eis Chriſto quemnam ipſum eſſe crederent, *Mat. 16* prodijt ille & ait: Tu es Chriſtus filius dei uiui: Præterea quum admoneret eos do- *Luc. 12* minus ut eſſent parati in aduentu filij hominis, etiam iſte ſolus ſubiecit, domine ad nos dicis hanc parabolam an ad omnes. Ad hæc quando prædicabat dominus diuites difficulter ſaluari: Iterũ ille pro ſe & *Math. 19* fratribus ſuis interrogauit eum: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te, qd ergo erit nobis? Accedit ijs ꝙ impleta utra *Luc. 5* que nauicula piſcibus, procidit Petrus ad pedes domini dicens: Exi a me domine qa homo peccator ſum: Etiam diſcipulis om- *Math. 14* nibus in mari periclitantibus, quũ ueniret dominus ad eos ſuper mare ambulans & iuberet eos fiduciam habere, reſpondit petrus, domine ſi tu es, iube me uenire ad te *Math. 17* ſuper aquas: Transfigurato inſuper domino in monte Thabor, cũquis aderant etiam *Mat. 17* Iohanes & Iacobus, ſolus tamẽ Petrus loquutus eſt pro omnibus, & dixit: Domĩe bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula: Quum dominus diſcipulos doceret remittenda eſſe peccata proximorum etiam tunc prodijt Petrus, tanq; futurus eccleſię paſtor & rector, ut ait Chryſo. *Chryſoſt.* inquiens, domine quoties peccabit in me *Mat. 18* frater meus & dimittam ei: Deinceps quũ peracta cœna diceret dominus diſcipulis: Quo ego uado non poteſtis uenire modo, ſolus eum interrogauit petrus, domine quo uadis. Vnus hic detrectauit lotionem pedum inquiens: Non lauabis mihi *Ioh. 13* pedes in æternum. Super hęc quum eduxiſſet ille diſcipulos ſuos poſt cœnam, prædixiſſetq; eis quomodo ſcandalum ineo

eſſent paſſuri omnes, magno animo pro-
greſſus petrus dixit: Et ſi omnes ſcandali-
Mar.14 zati fuerint in te, ego non ſcandalizabor,
Luc.22 dñe tecũ paratꝰ ſum & in carcerẽ & ĩ mor-
tem ire: O animum generoſum & confidẽ
tem, ſed O uiciſſim carnem fragilem: Sunt
huiuſmodi in ſcripturis permulta, quibus
hic ſuperſedebimus.

Ab ipſa quoqꝫ domini reſurrectione
porro uidemus petrum primo ſummoqꝫ
ſuo ſuper uniuerſam eccleſiam magiſtratu
uſum fortiter eſſe, dũ ille ut paſtor bonus
magnã gerebat curam Iohãnis, de quo &
Iohan.21 dominum interrogabat, hic autem quid,
hoc eſt, quod genus mortis & ſupplicij im
minet illi: Deinde poſt aſcenſionem domi
ni officij ſui adminiſtrationem ſuſcipiens
Act.1 ſurrexit in medio fratrum, & ſacrarum lite
rarum teſtimonio probauit alium iam eſſe
eligẽdum in locum Iudæ: Quãuis ibi erat
Maria mater Chriſti, aderant & alij apo-
ſtoli, præ illis tamẽ omnibus rem hanc ue-
lut ſibi propriam adgreſſus eſt Petrus: In-
ſuper quum in die pentecõſtes accepto ſpi
ritu ſctõ apoſtoli deriderẽtur & pro ebrijs
Act.2 haberentur, ſurgens petrus cum undecim
excuſauit eos, palam prædicauit Chriſtũ
Iudęis, adnũciauit quid ipſis ſit ſctõ opus,
Act.3.4 & ad tria milia hominum conuertit: Clau
dum quoqꝫ præſente Iohanne ſanauit, &
admirante populo, Chriſtum prædicauit
& pœnitentiam: Inde quum uterqꝫ iudi-
cio ſimul ſiſteretur, ſolus tñ petrꝰ cauſſam
egit, Chriſtũqꝫ corã eis libere cõfeſſus eſt,
Act.5 Quũ Ananias & Saphyra mẽtirentur ſpi
ritui ſancto, ſolus petrus eos iudicio mor-
tis cõdemnauit, eo ꝙ iniquius agri preciũ
oſtenderant, Symon Magus quum prę ſu
Act.8 meret poteſtatem huiuſmodi pecunijs ſibi
comparare ut impoſitione manuum ſpiri-
tum ſanctum conferret: petrus dixit ad eũ
Pecunia tua tecum ſit in perditionẽ: Atqꝫ
Act.15 quum apoſtoli primũ illud celebrarent cõ
cilium Hieroſolymis ad extirpãdam ſectã
Chriſtianorum Antiochiæ concitatam de
legalib. Moyſi præceptis obſeruandis, pe-
In epiſt. trus rem hanc in concilio propoſuit tanqꝫ
ad Aug ſupremus, fuitqꝫ, ut ait Hieronymus, S. pe
de tranſi. trus autor ſententiæ de legalib. ceſſandis,
apoſtolo. Hinc etiã refert Dionyſius ad Timotheũ

ſcribens, dixiſſe paulum ad petrum Romę
quum ab eo duceretur ad ſubeundũ mar-
tyriũ: Pax tecũ fundamẽtũ eccleſię, paſtor
ouium & agnorũ Chriſti: Hũc & uos ho-
die colite diligẽtius, ſi modo gaudere ipſiꝰ
ad deum cupitis interceſſione, qua uobis
hic gratiam, & in futuro gloriam impetret
ſempiternam Amen.

Homilia quarta eiuſ- dẽ diei, Sed de S. Petro apoſto lorum Principe tantum.

SVmmꝰ apoſtolorum princeps pe
trus & uicariꝰ Chriſti natus ex Be
thſaida Galliłæ fuit, noĩe Simõ,
officio piſcator, frater eius Andręas, qui &
diſcipulus fuit Iohannis baptiſtæ, ſicut &
ipſe petrus, audiens autẽ teſtimonium Io-
hannis de Chriſto quem demonſtrãs agnũ Iohan.1
dei prædicabat, atqꝫ ſequutus inde dñm
inuenit Petrum & dixit ad eum, inueniſſe
Meſſiam Chriſtũ, & ſic ipſum quoqꝫ duxit
ad Chriſtũ, qui uiſo eo ſtatim dixit ad illũ:
Tu es Simõ bar Iona & uocaberis Cephas Math.4
atqꝫ tunc primum ille agnouit dominum.
Deinde quum piſcaretur in ſtagno una Mar.1
cũ fratre, dixit dominꝰ ad eos: Venite poſt
me, faciã uos piſcatores hominũ, ſtatimqꝫ
relictis retibus ſequuti ſunt dñm: Lucas re
fert dñm cõmiſiſſe petro ut laxaret retia, q Luc.5
reſpondẽs dixit ad eũ: Præceptor ꝑ totam
noctem laborãtes nihil cepimus, in uerbo
autẽ tuo laxabo rete: Et quũ hoc feciſſent
concluſerũt piſciũ multitudinem copioſã,
impleueruntqꝫ rupto reti, duas nauiculas,
procidit autẽ petrus ad genua Ieſu dicens:
Exi a me domine ꝗa homo peccator ſum
Alias quoqꝫ ingreſſus ẽ dñs in domũ ſuã, Matth.8
quũqꝫ ſocrus eius infirmaretur grauiter ex Luc.4
febre, rogauerunt eum pro illa, qui & ſana
uit eã, unde ſurrexit ipſa et miniſtrauit eis.
Quum diſcipuli noctu periclitarentur in
mari, & dñs ad eos ueniebat ſuper aquam
dicẽs: Habete fiduciã ego ſum, nolite time Mat.14
re, reſpondit petrus & ait, dñe ſi tu es iube
me ad te uenire ſuper aquas, cui reſpondẽs
dominus dixit: Veni, & deſcendens petrus
de nauicula ambulabat ſuper aquã: Vidẽs
uero

uero uentum ualidum timuit, & quũ cœ-
piſſet mergi clamauit dicens, domine ſal-
uum me fac: Et continuo ille extendens
manum apprehendit eum.

Inſuper quando diſcipulos omnes in-
terrogauit dominus quid de ſe ſentirent,
Math.16 prodijt petrus & dixit: Tu es Chriſtus fi-
lius dei uiui, ſtatimq; promiſit ei dominus
ꝙ ſuper ipſum ędificaturus eſſet eccleſiam
ſuam, & daturus ei claues regni cœlorum.
Ibi. Paulo poſt quum prædixiſſet dominus
apoſtolis paſſionem ſuam, ſingulari dile-
ctione adſectus petrus, adſumens eum cœ
pit increpare illum dicẽs: Abſit a te domi-
ne, non erit tibi hoc: Et quum transfigura
ret ſe dominus in monte Thabor, prę om-
Math.17 nibus alijs apoſtolis dixit petrus ad domi-
num: Domine bonum eſt nos hic eſſe, fa-
ciamꝰ hic tria tabernacula, tibi unũ, Moy-
ſi unum & Helię unum: Neq; multo poſt
quãdo petebatur ex domino didrachma,
Ibi. iuſſit ille ſolum petrum abire ad mare, &
immittere hamum eũq; piſcẽ qui primus
aſcendiſſet tollere, & aperto ore eius ſtate
rem exemptum exponere pro ipſis ambo-
bus.

Vnus etiam petrus præ alijs dominũ
Mat.18 ĩterrogauit, quoties remittere deberet pro
ximo ſuo aduerſum ſe peccanti, & audiuit
ſibi dici Septuagies ſepties: Idẽ ꝗq; ſolus
Mat.19 ex omnibus dixit ad dominum: Ecce nos
reliquimus omnia & ſequuti ſumus te, ꝗd
ergo inde erit nobis: lauare parãte domi-
Iohan.13 no pedes diſcipulorum, reuerentiæ cauſſa
ſolus petrus recuſans nolebat illud admit-
tere, tandem tamen conſenſit: Immenſum
ſuæ in dominum dilectionis argumentum
fuit & hoc, ꝙ unus ille defendere domi-
num etiam gladio conatus eſt quum cape
Math.26 retur a Iudæis, neq; id tantum, ſed & eun-
dem iam captum ſedulo ſequutus eſt ad
pontifices cum Iohanne, ubi ꝗuis huma-
na fragilitate uictus negarit eum, tamen
amaro fletu ſtatim magnam pœnitentiam
egit, cuius rei teſtes ei ſunt Euangeliſtæ,
Mar.14 doctores quoq; adfirmant ipſum per om-
nem uitam ad cãtum galli amare fleuiſſe,
memorem ſuæ negationis, in eum uſum
ſtrophiolum quoq; ſemper geſtaſſe fertur
ad detergendas lachrymas.

Cæterum poſt ipſam Chriſti reſurre- Ioh.20
ctionem audita & comperta illa ex mulie-
ribus, petrus ſolus cum Iohãne feſtinauit
ad monumentum: Quid ꝙ inde etiam
inſignis dilectio petri in dominum facile
animaduertitur, quando prędixit inter cę
nandum diſcipulis adſidere qui ſe tradi-
turus eſſet, ꝙ tunc ſolus petrus utiq; uindi Ioh.13
ctę cupidus innuit Iohãni, ut is interroga-
ret Chriſtum quiſnam iſte eſſet, eo animo
ſane ut pęnas de ipſo ſumens anteuerteret
proditionem.

Sunt hæc quidem magna, ſed omni- Chryſoſt.
bus ijs maius eſt ꝙ ad extremum uni pe-
tro præ omnibus alijs apoſtolis, quorum
nonnulli tunc aderãt, Chriſtus uniuerſam
iuriſdictionem & poteſtatem cõmiſit ſup Ioan.21
oues ſuas, regendi eos & paſcendi, ubi ter
ab illo interrogatꝰ an ipſum diligeret, ſem-
per reſpõdit: Tu ſcis domine quia amo te,
& ibi eum papã ſummũq; eccleſiæ pontifi
cem ordinauit dominus: Atq; hæc omnia
affatim ſcripta ſuppeditant Euangeliſtaꝝ
qui poſt Chriſtum nullius perſonæ plus
meminerunt q̃ petri.

Accedunt ijs etiam teſtimonia, Lucæ
in actis apoſtolorum, ubi principio legitur
ꝙ poſt Chriſti aſcenſionem ſummum ille Act.1
ſibi ſumpſerit officium in eligẽdo Matthia,
deinde diſcipulos excuſauit in die penteco Act.2
ſtes, & tria milia hominũ baptizauit, clau
dum ſanauit, rurſuſq; hominũ milia quin- Act.3
que baptizauit: Ananiam & Saphyram
de mendacio puniuit: Aeneam paralyticũ Act.5.9
curauit, ſuiq; corporis umbra ægris ſanita
tem reſtituit: Ter captus eſt, primum cum
Iohanne, quando claudum ſanauerat, &
tamen ſine offenſa liberatus eſt, deinde cũ Act.4.3
reliquis apoſtolis, & tũc angelus reſeratis Acto.5
noctu foribus eũ dimiſit, quũq; denuo prę
dicarent in templo, uirgis cæſos abire di-
miſerunt qui concilio præerant Iudæi. Po
ſtremo quando iam Herodes occiderat Ia
cobum, uidens placere hoc Iudæis, adpre-
henſum etiam petrum, qui tunc ex Aſia Act.12
uenerat Hieroſolymam ad feſta paſchalia,
coniecit in uincula, ut tranſacta feſtiuitate
ipſum quoq; capitali ſupplicio perderet,
Quumq; producturus eum eſſet Herodes

in ipſa nocte erat petrus dormiens inter duos milites uinctus cathenis duabus, & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem: Et ecce angelus domini aſtitit & percuſſo latere petri excitauit eum dicens: Surge uelociter: Et ceciderunt cathenæ de manibus eius, ſicq; eduxit eum per ambas cuſtodias uſq; ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatē, eaq; ultro aperta eſt eis.

Act.10 Petrus primum abhorrebat gentiles, ſed diuinitus inde admonitus eſt ne id faceret, uidit enim uas quoddam uelut lintheum magnum ſubmitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & ſerpentia terræ & uolatilia cœli: Audiuitq; uocem dicentem ſibi petre occide & manduca: Ait autem petrus, Abſit domine, quia nunq̃ manducaui omne commune & immundum: Interim tamen hac uiſione edoctus eſt de non excludendis gentilibus ab eccleſia fidelium, qñcunq; uenirent: Et inde baptizauit ille Cornelium hominem gentilem, ſicq; poſtea factum hoc coram Iudæis excuſauit, purgans ſe quur gentilib. cōiungeretur, ſicut idipſum *Act.15* in concilio propoſuit docēs, non diſcernere deum inter Iudæos & gentes, ſed fide purificare corda eorum, quod uerbum petri corroborauit ipſe Iacobus, ut acta apoſtolorum teſtantur.

3. Super hæc ſummam ſemper laudē obtinuit petrus apud omnes doctores: Poſt diuiſionem autem apoſtolorum pro ſua portione contigerunt ei Pontus, Galatia, Bithinia, Aſia Capadocia cum adiacentibus prouincijs, ut Euſebius & Hierony. cōmemorant, & teſtatur titulus epiſtolæ ſuæ, ubi ſcribit diſperſis nempe Iudæis ex patria ſua expulſis, iamq; inter gētiles habitantibus: Atq; ibi quinquenniū totum prædicauit, ita ut Antiochię ſibi cathedra erigeretur, ubi ſeptennium cōmoratus eſt, ſicut in feſto cathedrę illius diximus. *Euſeb. Hieron. 1.Pet.1*

Libi.7 recognit. Scribit & de eo S. Clemens papa & martyr in recognitionibus ſuis in hunc ferè modum, ꝙ ipſe & frater eius Andræas ab infantia orbi fuerint, in ſumma paupertate educati, compulſi ſic ex ipſa rerū inopia ad laborem ſubeundum: Cibus petro fuit panis cum oliua, & raro cōiunctis caulibus: Habitus tunica cum pallio: Prædixit antea deſtructionem templi Hieroſolymitani q̃ fieret, ſæpius cū Symone mago publice diſputauit, ipſumq; primum ab Antiochia per famam Cornelij, deinde etiam ex Iudæa compulit, qui inde Romam profugit: Inter cætera refert Clemēs Petrum orare ſemper ſolitum ante fuiſſe ꝙ cum Symone cœperit diſputare, cuius diſcipulos aliquot cōuertit ad Chriſtum, multos infirmos & ipſum quoq; ſanauit, Matrem etiam eius Mattidiam hoſpitam pauperculam paralyticam curauit, & aliā matronam quæ dicebatur Dorcas mortuam reſuſcitauit: Hirenęus qui & ipſe uicinus admodum fuit apoſtolorum temporibus, miris modis magniſq; laudibus extollit petri prædicationem atq; doctrinā. *Lib.1 Lib.10 Lib.2 Lib.3 Lib.7 Act.9*

Tertullianus ait Chriſtum Simoni dediſſe nomen petri a ſeipſo, ꝙ & ille ſit petra ob uirentem fidei uigorem: Vult etiā ꝙ petrus in ſpiritu Moyſen cognouerit & Heliam in ipſa domini transfiguratione, Atq; in hoc plærıq; omnes conueniunt ꝙ q̃uis petrus frequentius Antiochiæ fuerit, tamē aſſidue hinc inde commigrarit, ut teſtatur Clemens, unde nō raro etiam Hieroſolymam potuit uenire, ubi eum uiſitauit paulus, qui ſeipſum poſt annos. 14 aſcendiſſe Hieroſolymam petrūq; uidiſſe in epiſtola ad Galathas cōmemorat: Q; autem uulgo claudicaſſe creditur, nullum extat ſufficiens teſtimonium, ſiquidē hoc certum factum eum eſſe ſenem ſed nō omnino decrepitum, q̃uis Hieron. refert & pro ſe Clementem adducit in periodis teſtantem caluum fuiſſe petrum. *Tertull. Lib.4. cōtra Marcionem. Clemens. Gal.1 & 2. Super 1. ad Gal.*

Quum itaq; petrus iam quinque annis prædicaſſet in regionibus Capadociæ, Bythiniæ &cę. & rurſus ſeptem alijs pontifex ſediſſet Antiochiæ, ſingulari ordinatione & inſtinctu dei profectus eſt Romam, ut teſtatur S. Marcellus: Et rationē adſignat Euſebius huiuſmodi, ꝙ quū iam Symon magus ex Iudæa depulſus eſſet *Lib.2*

eſſet per petrum, deinde etiam ex Antiochia profugit Romam, ibiq; diabolo adiuuante tam rara & admiranda exhibuit ſpectacula ut in admirationem ſui cõuerteret Imperatorem & Romanos omnes, a quibus iam cœperat magni fieri, erecta in hoc ſibi ſtatua ſupra Tyberim cum titulo huiuſmodi, Symoni deo ſancto ut autor eſt Iuſtinus: Vt autem inſignis hominis iſtius impia detegeretur malignitas, diuina ordinatione princeps apoſtolorum petrus Romam deſtinatus eſt, qui ibidem pugnaret contra uniuerſalem generis humani perditionem, primusq; hic ille fuit qui clauibus Euangelij ſui Romanis ianuam aperuit regni cœlorum. Hieronymus aſſerit illum ueniſſe Romã anno, 2. imperij Claudij, ibiq; cathedram occupaſſe ſacerdotalem annis. 25. uſq; ad annum Neronis. 14. qui imperij ſui ultimus extitit: Sed quomodo ille cum Simone Mago decertarit, etiam Ambroſius commemorat, ſiquidem Symon ſimulabat iamque parabat ſe ad euolandũ ex Tarpeio monte in altum: Et quum iam magna hominum multitudo expectaret ſpectaculum iſtud, & attentis oculis aſpiceret, ne ad finem ſuum illud perueniret, cœpit orare Paulus, ipſeque petrus poſitis genibus precatus eſt dominum, & ſic ambo impetrauerunt apud deum, ut dæmonia quæ Magum ſuum per aëra uehebant ipſum cadere ſinerent, delapſus ergo oſſa comminuit in petra iuſto dei iudicio, ut qui in cœlum uolitare præſumpſerat, amplius ire non poſſet in terra, ſed infœlix homo infœliciſſimum ſuum tam triſti ſpectaculo exhalaret ſpiritum.

Iuſti.

De ui. il.

Serm. 67

Multa alia contigerunt inter apoſtolos & hunc Magum, quibus omnibus ſuperſedebimus: At unum tacere præ cæteris illuſtrius grandis fuerit religio, eo maxime ꝙ ad Germãos ſpectare uidet̃: Quũ petrus adhuc Romæ fidem Chriſti prædicaret, miſit inter alia diſcipulos tres in Germaniam ad prædicandum Euangelium & adnunciandum Chriſtum, fueruntque illi Eucharius unus e numero 72. diſcipulorum Chriſti, qui deinde primus Epiſcopus Treuerenſis effectus eſt, cunque eo Valerius & Maternus: Vbi uero perueniſſent in Elſatiam ibiq; prædicarent, mortuus eſt Maternus in ciuitate quæ dicitur El, ſtatim reuerſus ad petrum Eucharius cõqueſtus hoc eſt illi ſimul petens ut reſuſcitaret eum a mortuis ad confirmandam fidem hominum eius regionis, Ibi petrus baculum illi ſuũ exhibuit, quem iſte, quadrageſimo die a Materni morte reuerſus ſuper corpus eius poſuit, & ſtatim reuixit, factus poſtea tertius epiſcopus Treuerenſis.

An. do. 54

Interea temporis dum petrus Romæ cõmoratus eſt, rogarunt fideles Chriſtiani Marcum diſcipulum petri, ut eis Euangelium quod petrus prædicabat deſcriberet, qđ & fecit: Id ſimulatq; legit Petrus, confirmauit, legendumq; obtulit eccleſiæ Et hoc illud eſt quo in hunc uſq; diem utitur eccleſia, ut ſcribit Euſebius ex Clemente in 6. libro diſpoſitionum: Eſt in eadem ſententia & Hieronymus dicẽs: Marcum uelut interpretem eſſe petri: Marciq; Euãgelium eſſe petri, ſicuti aiunt quidã euangelium Lucę eſſe pauli, ſed de ijs plura de apoſtolatu: Tu interim conſule Hieronymum in proloquio Euangeliorum de uiris illuſtribus:

Li. 3. hiſ. eccl. c. 14

Hierony.

Temporibus petri uenit Romam Iudæus quidam eruditus philo, is multa petri conſuetudine uſus, per eum etiam in magnam peruenit familiaritatem S. Marci in Alexandria, eumque ibi petrus ordinauit epiſcopum, qui deinceps multas Chriſtianorum laudes & uirtutes prædicauit, eorumq; cęnobia habitationes nominauit.

In ſermonibus de apoſtola.

Sed ut aliquando tam prolixæ narrationi finis imponetur: Quum iam uirtus Euangelij Romæ erumperet, & diabolus confuſus eſſet in Symone Mago, furore ſucenſus eſt Nero tyrannus aduerſus apoſtolos, ubi quamuis fratres cupiebant Petrum ſecedere, tamen ille diu fruſtra renitens, tandem precibus illorum ſuperatus uolebat ROMAM

Aegeſip. Lib. 3. c. 2

Vide late linũ licet Apocryphum.

egredi, ubi ĩ ipſo itinere apparuit illi Chriſtus cui dixit Petrus: Domine quo uadis, Is reſpõdens ait: Vado Romã iterum crucifigi: Verbum hoc domini petrus ſane intellexit, non ignarus Chriſtum amplius non moriturum, ut paulus ait, ſenſit ergo hoc dixiſſe dominum de ipſa perſona petri, qui ſic reuerſus eſt ad fratres, ut hodie quoque locus ille dici ſoleat, domine quo uadis: Vbi ueſtigia Chriſti impſſa lapidi cernuntur: Statim Nero petrum captum ſub capitolio uinxit in Tarpeio mõte, iam uero ſub ara cœli (nũc enim ibi templum eſt) Tandem eum Agrippa ſupplicio crucis adiudicauit, is quum ſuper Tyberim tranſuectus eſſet in Vaticanum, ubi nunc & S. Petri templum & palatium eſt pontificis, petijt ut deorſum uerſo capite, ſurſum autem erectis pedibus crucifigeretur, indignum ratus eſſe ſe, qui caput haberet in altum erectum in cruce, ſicut magiſter ſuus Chriſtus pependerat. Eſt eius rei autor ſatis magnus B. Hieron. Teſtatur idipſum & Euſebius, allegans pro ſe duos uetuſtiſſimos ſcriptores Caium & Dionyſium epiſcopum Corinthium.

Rom. 8 — *De uiris illuſt.*

Occurrit hic quiddam quod Romæ audiſſe me memini a uiro erudito tempore Leonis papæ, is aiebat admirandã hanc eſſe diſpoſitionem dei ut eodẽ in loco quo Ianus (qui a gẽtilibus habitus eſt is quem Iudæi Noë uocitant, iſq; pro capite anni obſeruaretur etiam nunc, a cuius nomine Ianuarius ſit dictus, & idem biceps pingi ſolitus) eſt ſepultus Romæ in ipſo Vaticano, cui hinc nomen contigit, ut Ianiculum appellarint, ibi etiã petrus, cui tanq̃ capiti principatus a Chriſto oblatus eſt apoſtolorum & totius eccleſiæ, quiq; Romanum imperium cœperat uindicare a diluuio gentilis idololatriæ, crucifigeretur, & ſepeliretur. Cæterum enati ſunt iſtis periculoſiſſimis temporibus plurimi qui plæraq; noua citra illius rationis fundamentum introducunt proprio freti conatu, cõtempto concordi totius eccleſiæ omniũq; patrum conſenſu: Inter illos innouauit Iacobus Stapulen. hiſtoriam ſupplicij duorum illorum principum apoſtolorũ omnium, contendens eos non uno die paſſos eſſe, ſed paulum eodem quidem die uerũ toto interim anno poſt petri paſſionem elapſo, neq; tamen fundamentum opinionis ſuæ aliquod adfert, unde ueriſimilem eã redderet: Ad hæc Linus papa, cui' autoritati innititur ille, q̃uis ſcripta eius non admodum recipiantur, quib. utriuſq; hui' apoſtoli paſſionẽ deſcripſit, tale nihil habet, quod pro ſe adducere poſſet: Quanto igitur ſatius, & conſultius eſt a ueteri & antiqua fide eccleſiæ non recedere, quę habet ambos illos uno die eodẽq; anno paſſos fuiſſe: Vnde & Ambroſ. ait: Non ſine cauſſa factum putemus q una die uno in loco unius tyranni tolerauere ſentẽtiam, Vno die paſſi ſunt, ut ad Chriſtum pariter peruenirent: Vno in loco, ne alteri Roma deeſſet: Sub uno pſequutore ut ęqualis crudelitas utrũq; conſtringeret: Dies ergo pro merito, locus pro gloria, pſequutor decretus eſt p uirtute: Et in quo tandẽ loco martyrium pertulerunt: in urbe Roma quæ principatum & caput obtinet nationum, ſcilicet ut ubi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis, ubi gentilium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morerentur: Et quũ dominus orientis regionem propria illuſtrauerat paſſione, occidentis plagam, ne quid minus eſſet, uice ſui apoſtolorum ſanguine illuſtrare dignatus eſt: Atq; licet illius paſſio nobis ſufficiat ad ſalutẽ, tamẽ etiam horum martyriũ nobis contulit ad exemplum, Hæc Ambroſ.

Stapulen. error. — *In ſe. 67* — *2. q. 7* — *Beati* — *Ambroſi.*

Quod autem una die ſint paſſi, teſtatur etiam Euſebius Cæſarieñ, adducens pro ſe Dionyſium qui idem aſſerat, is inquit, ille Corynthiorum epiſcopus quum in urbe poſitus eſſet & de ſcripturis diſputaret, hoc dicit: Sed & uos habentes commonitionem a petro & paulo plantationem Romanæ & Corynthiorum eccleſiæ coniunxiſtis: Ambo etenim ſimul aduentãtes & in noſtra Corynthiorum eccleſia docuerunt, & per omnẽ Italiã atq; in hac urbe ſimul docentes etiam martyrio pariter uno eodemq; tẽpore coronati ſunt.

Li. 2. c. 25

Subſcribit eidẽ ſentẽtię Hiero. q in uita S. Pauli aut eum eodẽ die anni decimi. 4.

Hierony.

Neronis

Neronis quo petrus Romę paſſus eſt, etiā
pro Chriſto fuiſſe capite plexū ſepultūq̧
Li.3.c.2 in uia Hoſtienſi, anno a Chr̄o paſſo. 37.
Accedit eo & conſenſus Egeſippi dicen-
tis, ambos illos uno tempore ſimul paſſos
ſub Nerone, alterum tn̄ cruce, gladio al-
Li.3 epiſt.30 terum occiſum. Greg. ad Imperatricem
Cōſtantiā ſcribēs plurima refert & maxi-
ma miracula quæ contigerint circa ſepul-
turam horum apoſtolorum, q̄q̧ mirabili-
ter exhorruerint & deterriti ſint qui illam
uiolare conati ſint: Inter cætera cōmemo-
rat quō eo tēpore quo paſſi ſunt apoſtoli
uenerint Chriſtiani ab oriente abducturi
corpora apoſtolorū, quæ quū duo milia-
ria ab urbe detuliſſent ad locum quem uo
cant Catacumbas, depoſuerunt illa, dein-
de ubi promouere loco conabantur, a co-
natu deterriti ſunt immenſo fulminū im-
petu tonitruūq̧ incredibili horrore, quib.
ita diſperſi ſunt, ut illud deinceps tentare
nemo ſit auſus: Romani autem egreſſi cor
pora apoſtolorū ſublata rurſus retulerunt
Romam, in eum locum ubi nūc quieſcūt,
Narrat ibidem plura de cathena S. pauli,
Inuenio alibi factū hoc eſſe ſub papa Cor-
nelio, quando Conſtantinus Catholicus
Imperator extruxit templum S. petri &
pauli, in quo Sylueſter papa collocauit
corpora apoſtolorū, capita autem eorum
in æde D. Iohannis, ubi eadem adhuc re-
ligioſe magno populi concurſu ſimul &
applauſu monſtrantur. Miſericordia.

De S. Paulo apoſtolo & Doctore gētium homilia peculiaris.

TAntum gratiarū atq̧ donorū cō-
tulit deꝰ in S. paulū, ut nō poſſit
humana lingua exprimi: Dū igi-
tur tenuitatem imbecillitatēq̧ meā conſy-
dero, nō audeo hoc mihi ſumere quod ab-
horruit eloquentiſſimus, idemq̧ ſanctiſſi-
Chryſoſt. mus pater Iohānes Chryſoſtomus, cui no
men hoc ab aurea contigit eloquentia, is
licet octo homilijs laudes Pauli tractaue-
rit, ſubinde tn̄ fatetur ſe inferiorem ſuſce-
ptoq̧ negotio imparē: Proinde mihi a re-
ferendis ſanctiſſimis apoſtoli laudibus tē-
perare malo, q̄ turpiter ab ipſa materia quæ
ſe affatim ingereret uictum deſinere, inte-
rimq̧ conſultius uidetur hiſtoriā per de-
curſum enarrare, cum appendi e conclu-
ſionis præmittere annexa: Principio autē
premittere illud uolo, q̄ ſicut de S. Fran-
ciſco uulgo fertur eum uulnera Chriſti in
ſuo corpore portaſſe, ita idem ante eum fe
cit noſter S. paulus, uñ & ſtigmata Chri-
ſti in corpore ſuo portare palam ſe fatetur. Gal.6

Paulus qui ante baptiſmum dictus eſt
Saulus, extra duodecim illorum numerū
ipſe quoq̧ apoſtolus, natione Iudæus fuit
de tribu Beniamin ex uico Iudææ qui di-
cebatur Giſcalis, eo a Romanis occupato
parentes eius Tharſum cōmigrarunt Cili
ciæ oppidum, cuius incolæ eodem cū Ro
manis ciuibus iure utebātur, quo gauiſus Act.22
& ipſe eſt prouocans Cæſarem, Quūq̧ p̄-
fectus uirgis eum cædere uellet, iure ſuo
uſurus exprobrauit illi, num liceret ei uirū
Romanum, non audita cauſſa flagellare?
Putant etiam doctores ipſum ideo gladio
occiſum tanq̄ ciuem Romanum, nō uero
crucifixum ſicut petrum: Parentes ſui eū
in tenera adhuc ætate miſerunt Hieroſo-
lymam in lege erudiendū, ut teſtatur Hie- Hierony.
rony. ſub Gamaliele cuius etiā Lucas con Act.5
meminit, & paulus ipſe coram Iudæis di- Actu.22
xit, educatū ſe eſſe in ea ciuitate ad pedes
Gamalielis, inſtitutumq̧ ſecundū uerita-
tem paternæ legis: Paſſo autē Chriſto, di
uiſiſq̧ apoſtolis & iam prædicantib. Euā
gelium, electis inſuper diaconis ſeptem, e-
quorum numero eodem anno Iudæi lapi-
darunt Stephanum die. 3. Auguſti, in Act.7.8
cuius mortem etiam paulus conſenſerat
cuſtodiens ueſtimenta teſtium, qui Ste-
phanum lapidibus obruebant: Ab eo tem
pore cœpit Saulus perſequi Chriſtianos,
uinctos illos uiros & mulieres cuſtodiens:
Interea comperit etiam Chriſtianos eſſe
Damaſci, acceptis itaq̧ literis a pontifice Act.9
& ſenatu Hieroſolymis, ſi quos inueniret
Damaſci Chr̄ianos, ut eos ſibi liceret uin-
ctos adducere Hieroſolymam: Appropin
quās itaq̧ Damaſco circa meridiem uidit
circūfulgentem ſe radium de cœlo, unde

attonitus concidit in terrã, audiẽs uocem
huiuſmodi: Saule Saule qd me perſeque-
ris: Interrogauit autem: Dñe quis es tu,
Qui reſpõdit: Ego ſum Ieſus Nazarenus
quem tu perſequeris, durum eſt tibi con-
tra ſtimulum calcitrare: Vocem hanc qui
cum eo erant uiri audierunt quidẽ ſed ne-
Act. 22 minem uiderũt: Et Saulus dixit ad eum,
domine quid me uis facere: Is iuſſit eum
ſurgere, Damaſcumqꝫ ingredi, ubi audi-
turus eſſet quid eũ oporteat facere. Sur-
rexit igitur ille neqꝫ quicqꝫ uidit, ſed mani-
bus comitum ductus in Damaſcum, tri-
duum totum cõmoratus ibi nec uidit, ne-
que comedit neqꝫ aliquid bibit: Apparuit
autem dominus Ananiæ in Damaſco mi-
ſitqꝫ eum ad paulum, qui obſtupuit pri-
mũ, deinde dixit: Domine audiui a mul-
tis de uiro hoc, quanta mala fecerit ſanctis
tuis in Hieruſalem, & hic habet poteſta-
tem alligandi omnes, qui inuocant nomẽ
tuum: Cui reſpõdit dominus: Vade quo
niam uas electionis eſt mihi iſte, ut portet
nomen meum coram gentibus & regi-
bus & filijs Iſraël: Venit ergo Ananias in
domum, & impoſita manu ſua ſuper pau-
lum dixit: Saule frater, dominus Ieſus mi
ſit me qui apparuit tibi in uia, ut uideas
& implearis ſpiritu ſancto: Eademqꝫ hora
Gal. 1 ceciderunt, ab oculis eius tanqꝫ ſquamæ,
& uiſu recepto baptizatus eſt: Quã mul-
tis peneqꝫ ĩnumeris populis & urbibus p̄-
dicarit paulus, quantum terrarum ma-
riumqꝫ ſit emenſus immenſum prope fue-
rit dicere, nos ſub compẽdium referemus.
Prima illius ꝓfectio poſt baptiſmum fuit
in Arabiam, ubi quum prædicaſſet, reuer-
2. Cor. 11 ſus Damaſcum in ſynagogis adeo ualide
prædicauit Chriſtum, ut illi necem mina-
rentur Iudæi, fratres autem dimiſerunt eũ
per ſportã extra muros, foramẽ illud aiũt,
infideles ſæpe conatos obſtruere rurſus,
ſed mane ſemper inuentum eſt apertum
ut antea, ſicqꝫ poſt triennium conuerſio-
nis ſuæ, quæ facta erat die. 25. Ianuarij,
quum ante in Auguſto adiuuiſſet lapida-
Galat. 1 tionem Stephani, aſcendit ille Hieroſoly-
mam uiditqꝫ ibi petrũ & Iacobum, præ-
dicauit etiam Chriſtum, unde rurſus com-
moti Iudæi quærebant eũ occidere, quum
que in templo oraret apparuit ei Chriſtus
iuſſitqꝫ ipſum feſtinanter exire Hieroſoly- Acto. 22
mas, eo ꝙ teſtimoniũ ipſius de ſe acceptu-
ri non ſint: Deinde quando paulus diſpu
tabat cum gentibus & Græcis, ipſi quoqꝫ
conabantur eum occidere: Et quum iam Actu. 9
quindecim diebus fuiſſet Hieroſolymis,
ſecuro comitatu fideles eum deduxerunt
in Cęſaream, hinc miſerunt eum in patriã
ſuam Tharſum Ciliciæ: Videns autẽ Bar- Act. 11
nabas numerum fidelium augeri in An-
tiochia uenit & ipſe Tharſum, quæſitum
paulum, quem quum inueniſſet, adduxit
Antiochiam, ubi annum totum perman-
ſit, tantumqꝫ hominum ad fidem Chriſti
peruenit ut ibi primum Chriſtiani a Chri-
ſto cœperint dici: Exorta inſuper fame &
ingraueſcente annona Antiocheni ad-
iuuerunt fideles qui erant in Hieruſalem
per manus pauli & Barnabæ.

Act. 12

2. Reuerſis iam porro paulo & Bar-
naba a Hieruſalem ad Antiochiam, quũ Act. 13
iam Chriſtiani ieiunaſſent cultuiqꝫ diui-
no incumberent, dixit ſpiritus ſanctus Se-
gregate mihi paulum & Barnabam in
opus ad quod ſuſcepi eos: Atqꝫ ibi orarũt
& ieiunauerunt, impoſitiſqꝫ manibus abi-
re permiſerunt: Vbi plæriqꝫ doctores exi-
ſtimant paulum cum Barnaba dignitatẽ
apoſtolatus ſuſcepiſſe, hic quoqꝫ immuta-
tum ei nomen ut pro Saulo paulus dice- Sup Act.
ret, autore Beda, q̃uis Hiero. credit iſtud de ui. illu.
pauli nomen a paulo p̄fecto Cypri conti- Act. 13
giſſe: Quum uero profectus eſt paulus ab
Antiochia cum Barnaba, uenerũt Seleu-
ciam urbem mari proximam, unde ſoluen
tes tranſnauigarunt in inſulam Cyprum,
per eã undiqꝫ profecti ſunt uſqꝫ in paphos,
ibi paulus prædicauit præfecto paulo
Sergio, magumqꝫ Barieu diuina poten-
tia cæcum fecit: Et credidit in eum pau-
lus præfectus inſulæ, paulus autem rur-
ſus per mare nauigauit inde in Pamphy-
liam, in ciuitatem pergen, inde iterum in
aliam ciuitatẽ peruenit, quæ etiã dicta eſt
Antiochia in prouincia piſidie, ubi quũ
in ſabbatho prolixe p̄dicaſſet Iudæis, ma-
gnũ conſequutus hominũ adcurſum, hic
quoqꝫ ꝓfectũ Euãgelij ꝑferre nõ ualentes

Iudæi concitati ſunt aduerſus eum: Verũ ille a ſuo inſtituto non ceſſans cœpit gentibus prędicare per uniuerſam prouinciam, Quod ut impedirent Iudæi perſuaſerunt ex matronis aliquot p̄cipuas, mouere ſeditionem aduerſus Paulum & Barnabã, Act.14 ipſoſq; ex prouincia illa abegerunt: Qui ambo ꝓfecti Iconiũ in Lycaonia magnã ſibi hominum multitudinem coniunxerunt, ita ut ſectę concitarentur in ciuitate, unde orta ſeditione gentiles ſimul & Iudæi uolebant lapidare eos, ſed ij alio confugerunt ſaluti ſuæ & Euangelicæ prædicationi conſulturi, uenerũtq; in eiuſdem prouinciæ ciuitates alias duas quæ dicebantur Lyſtris & Derbe, ibi Paulus in lyſtris claudum natum ſanauit, quod uidentes homines crediderunt eos eſſe duos deos, Barnabam inde Iouem, at Paulum apellarunt Mercurium ob eloquentiam ſuam: Videntes hoc apoſtoli ſciderunt ueſtimẽta ſua, dicentes ſe quoq; mortales eſſe homines: Sequuti autem eos fuerãt aliquot Iudæi ex Antiochia & Iconio, qui mota ſeditione aduerſus Paulum impetebãt eũ lapidibus, inſuper illum pro mortuo detraxerunt ex ciuitate: Reuerſus paulus ad ſeipſum, animo recepto ſimul in ciuitatem intrauit, alteroq; mane fugit in Derben, prædicauit ibi & plurimos conuertit ad Chriſtum: Ambo hic rurſus ꝓfecti p Lyſtris, Iconium & Antiochiam, ſimul confirmarunt animos Chriſtianorum, ordinarunt eis presbyteros: Et iterum a Piſidia uenerunt in pergen Pamphyliam, hinc in Attaliam, quæ urbs quum eſſet mari cõtigua, portumq; haberet, ſoluentes inde transfretarũt, peruenerũtq; in magnam Act.15 ciuitatem Antiochiam, ubi cõmemorantes illi omnia quæ acciderãt eis, & q̃ multi per eos ad fidẽ eſſent conuerſi fidelibus enarrarunt, quum diutius paulo ibi commorarẽtur orta eſt inter fideles diſſenſio, opinantibus alijs legem Moſaicam ſimul cum Euangelio eſſe tenendam, alijs diuerſum ſentientibus: Ideoq; paulum & Barnabam alioſq; cum eis miſerunt Hieroſolymam ad apoſtolos & ſeniores, ibiq; primum concilium ſanctum congregatũ eſt. Hinc docemur in omnibus ſectis & hęreſibus quæ in fide naſcuntur, concilium cogi debere, in quo cauſſæ decidantur, q̃uis nunc nihil aut parum loci remanſit cõcilijs apud Neochriſtianos, qui tantum temeritate ſua & propria pręſumptione pro ſuo lubito res huc illuc tranſponere nituntur, unde tot hæreſes tam breui tampore per uniuerſam pene Germaniam ſunt exortæ.

Sic ergo 14. annis a conuerſione ſua Gal.1 uenit cum Barnaba & Tito Hieroſolymã Act.15 ad concilium, in quo cõcluſum eſt, legem Moyſi amplius ſeruari non debere, Petrus etiam & Iohannes cum Iacobo duos illos conſtituerunt apoſtolos gẽtium, ſicut ipſi apoſtoli erant Iudæorum.

3. Concilium illud Hieroſolymitanum ſanctum remiſit Paulum & Barnabam cum literis ad Antiochiam, coniũctis una Barſaba & Syla, qui literas illas coram omni populo prælegerunt, & quũ diutius ibi manerent, dixit paulus ad Barnabam poſt aliquot dies: Reuertentes uiſitemus fratres per uniuerſas ciuitates, in quibus p̄dicauimus uerbum domini, quomodo ſe habeant: Barnabas autem uolebat ſecum aſſumere & Iohannem qui cognominabatur Marcus: Eum nolebat habere comitem paulus, quoniã diſceſſiſſet ab eis de Pamphilia reuerſus Hieroſolymam, facta eſt ergo diſſenſio inter eos ita ut diſcederent ab inuicem: Et Barnabas quidem aſſumpto Marco nauigauit Cyprum, paulus uero electo Syla profectus eſt per Syriam & Ciliciam confirmans eccleſias, præcipiens etiam cuſtodire præcepta apoſtolorum & ſeniorum, q̃uis iam Neochriſtiani omnes tum eccleſiaſticas tũ ſuperiorum quorumlibet præceptiones tanq; humanas traditiones contemnant.

Paulus per Ciliciam peruenit in Derben Act.16 & Liſtram, aſſumptum Tymotheum propter Iudæos circũcidit, qui erant in illis locis, ſciebant enim omnes patrem eius fuiſſe gentilem: Quum autem tranſiret ciuitates, tradebat eis cuſtodire dogmata q̃ decreta erant ab apoſtolis in Hieruſalem: Et eccleſiæ quidem prætereq; ꝙ confirmabantur fide, etiam habundabant numero quotidie: Tranſeuntes inde phrygiam &

Galatię regionem, uetati ſunt a ſpiritu ſan cto loqui uerbū dei in Aſia minori: Quū ueniſſent porro in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam, necꝫ tamen permiſit eos id facere ſpiritus Ieſu, ſed percurſa Myſia, de ſcenderunt Troadem, qui etiā portus ma ris erat, ibi uiſio per noctem Paulo oſten ſa eſt qua monebatur abire in Macedoniā, ſoluens itacꝫ inde uenit in inſulam Samo thracen, & ſequenti die Neapolim, & inde philippos, quæ eſt caput Macedoniæ & colonia Romanorum: Ibi manſerunt ali quot diebus cōſiſtentes, & die ſabbathorū egreſſus paulus ciuitatem prædicauit mu lieribus iuxta flumen, cōuertitcꝫ Lydiam purpurariam, quæ baptizata eſt cum do mo ſua, liberauit inſuper puellam quandā habentem ſpiritum pythonem, ex qua qa diuinando queſtum magnum habuerant domini eius, apprehendentes paulum & Sylam perduxerunt in forū ad principes, ipſoſcꝫ pro Iudæis adcuſarunt, qui Roma næ conſuetudini aduerſarentur: Hinc illi ſciſſis ueſtibus & tunicis ſuis iuſſerūt eos uirgis cædi, miſeruntcꝫ in carcerem & pe des eorum ſtrinxerunt ligno. Media autē nocte paulus & Sylas adorātes laudabāt deū, & audiebant eos qui in cuſtodia erāt, ſubito uero terręmotus factus eſt magnus ita ut motis fundamentis carceris, aperta etiam ſint omnia oſtia, uincula quocꝫ ſolu ta: Expergefactus cuſtos carceris, uidens ianuas apertas carceris, euaginato gladio uolebat ſe interficere ratus fugiſſe uinctos, Clamauit autem paulus ne quid ſibi ma li faceret, quoniā uniuerſi adhuc adeſſent, ſic eum prædicatione ſua conuertit cumcꝫ omni familia baptizauit: Quum uero dies factus eſſet miſerunt magiſtratus lictores ad paulum & Sylam ut dimitterent eos, ſed paulus conquæſtus eſt ſe hominē Ro manum indemnatum cæſum, in carcerem miſſum, inde nolebat occulte ſecedere: Ve nientes ergo magiſtratus deprecati ſunt eos, & educentes rogabant ut egrederent de urbe: Exeuntes illi de carcere introie runt ad Lydiā, uiſiſcꝫ fratribus profecti in

Acto.17 de uenerunt Amphipolim & Apolloniā, uſcꝫ in Theſſalonicam, ubi Iudæi quū ha berent ſynagogā, in ea paulus trib⁹ ſabba this multos conuertit Iudęos & matronas nobiles: Vnde cōmoti Iudæi quoſdam ex citarunt, per quos mota ſeditione quæſie runt illos in domo Iaſonis, ſed quum non inueniſſent, ipſum tamen Iaſonem & fra tres nōnullos ad magiſtratus perduxerūt, eoſcꝫ ut ſeditioſos & factionū autores ad uerſus Cæſarem accuſarunt: Verum ad ex cuſationem ſufficientem abſolutus eſt Ia ſon, & fratres noctu paulum & Sylam mi ſerunt Berrhœam, ubi etiam paulus in ſy nagoga prædicauit multoſcꝫ ad fidem cō uertit: Audiētes hoc Iudæi qui erāt Theſ ſalonicæ, uenerunt & ipſi Berrhœam, con citaueruntcꝫ ibi ſeditionem, quam ut effu geret ſaltem paulus, manentes ibidem Sy las & Timotheus cum alijs fratribus ſolū paulum miſerunt uſcꝫ ad mare, quod ille transfretans uenit Athenas, expectans ibi Timotheum & Sylam.

Atthenis autē prædicauit ille in ſyna gogis & foro adnuncians Chriſtum: Qua re & ꝓductus ad magiſtratus tancꝫ ſemi niuerbius adcuſatus eſt: Verum ille contra narrauit inueniſſe ſe aram occulto deo di catam, cuius occaſione fortius prædica uit eis Chriſtum & reſurrectionem mor tuorum: Vbi credidit in Chriſtū Diony ſius Areopagita, & mulier quædam Da maris nomine cum plæriſcꝫ alijs.

Inde profectus eſt in Corinthium A chaię, diuertitcꝫ apud Aquilam Iudęum, quia eiuſdem erat artis puta ſcenofactorię, ubi uenerunt ad eum ex Macedonia Sy las & Timotheus, Corynthi autem omni ſabbatho ingreſſus ſynagogam, quūcꝫ li bere daret teſtimoniū Chriſto, multi credi derunt in eū & ipſe etiam ſynagogæ prin ceps Criſpus: Apparuitcꝫ noctu domin⁹ paulo iubens eum liberrime loqui, quoniā multus per ipſum populus eſſet in hac ci uitate conuertendus: Et ſic māſit ibi pau lus annum unum & menſes ſex: Quando cōmoti aduerſus paulum Iudęi duxerunt eum captiuum ad præfectum prouinciæ Gallionem, qui tamen eos a ſe abegit, no lens ipſorum contentiones & controuer ſias de lege uel audire uel componere.

Ex Corintho cōmigrauit paulus in Cę chris, raſuſcꝫ ibidē ſedens ſuper mare tranſ

Act.18

Auct.19

nauiga-

nauigauit in Epheſum: ubi cꝫuis rogarẽt eum fratres obnixe ut maneret, tamẽ profectus eſt relinquens comites ſuos ibi, peruenit ad Galatas, & confirmatis ijs qui erant in Phrigia fratribus, feſtinauit ut ueniret Hieroſolymam ad feſta pentecoſtes.

Actu.19 4. Inde rurſus Hieruſalem egreſſus per Antiochiam, redijt ad Galathas, hinc in Phrygiam eiuſqꝫ ciuitatem Laodiceã, unde ad Timotheum Epheſi commorantem priorem ſcripſit Epiſtolã. Quumqꝫ totam peragraſſet Aſiæ minoris partem ſuperiorem, redijt Epheſum, & ibi prædicauit bi- *Actu.20.* ennium totum, magna inſuper operatus eſt miracula, adeo ut per eius ſudaria & ſemicincta ſanarentur infirmi, libriqꝫ magici comburerentur precio quinqꝫ milium denariorum. Perſuaſum eſt multis eum hic feris proiectum, quod de ſeipſo ſcriptum re- *1.Cori. 15* liquit. Et inde priorem ille miſit Epiſtolã *Argumentũ epiſto.* ad Corinthios per Timotheum, quod non ex ſolo Epiſtolæ argumento, uerum etiam ex ipſius fine colligi poteſt. Vnde fit ut minus recipiam quod quidam putant eam miſſam ex Philippis.

Quum autẽ Demetrius aurifaber alios ſuæ artis omnes commouiſſet aduerſus Paulũ, factus eſt impetus magnus, in quo nonnulli comites Pauli capti ſunt, ſed quũ ſedaſſet ſcriba turbas, ſeceſſit Paulus, & transfretauit in Macedoniam, eaqꝫ regione peragrata; uenit in Græciam, & Myſiã uſqꝫ ad Nicopolim, ubi conſtituerat ſe hybernaturum, ſicut ipſe ad Titum ſcripſit, *Tit.3* Verum quum manſiſſet ibi tribus menſibus intellexit Iudæos ſibi inſidiari, unde uiſum eſt ei denuo proficiſci per Macedoniam. Atqꝫ ibi Epiſtolam ſcripſit ad Romanos ex Corintho, & uenit uſqꝫ Philippis, inde miſit aliquos ſuorum diſcipulorũ trans mare in Troadem, tandemqꝫ poſt feſtum paſchæ, ſequutus eſt ipſe a Philippis, & inde alterã miſit Epiſtolam Corinthijs, atqꝫ diebus quinqꝫ peruenit in Troadem, manſit ibi diebus ſeptem. Reſuſcitauit ibi adoleſcentẽ, nomine Eutychum, qui dormiens de tertio cænaculo deciderat. Sunt qui uelint eum alteram ad Corinthios E- *Argumẽ. Epiſtolæ* piſtolam ſcripſiſſe ex Troade per Titum, ſicut argumentum teſtatur Epiſtolæ.

A Troade porro pedeſtri itinere uenit in Aſſon, ubi comites eum nauigio expectabant, inde profecti ſunt in Mitylenen Lesbi, ſequenti die contra Chium, deinde in Samum, iterumqꝫ ſequenti die Miletũ, qui portus eſt maris in Caria: feſtinabat aũt ſi poſſibile ſibi eſſet, ut diem pentecoſten faceret Hieroſolymis, ideoqꝫ a Mileto mittens Epheſum, uocauit maiores natu Eccleſiæ, quos in fide confirmauit, eiſqꝫ ꝓdixit ſe Hieroſolymis captum iri, atqꝫ ideo amplius ab eis non uidendum. Vnde magnus fletus factus eſt omnium dolentium ſuper ijs quæ dixerat, & tamen deducebãt eum ad nauim. *Actu.21*

A Mileto peruenerunt Coum, ſequenti die Rhodum, & inde Pataram, portũ maris in Lycia. Inuenta ibi naui, transfretarunt relicta Cypro ad ſiniſtram in Syriam adpuleruntqꝫ ad Tyrum, ubi ſeptem diebus manſerunt, fratres etiam dixerint Paulo in ſpiritu, ne abiret in Hieroſolymam: peractis tamen diebus ſeptem fideles qui ibi erant omnes deduxerunt eũ ad nauim, ſoluenteſqꝫ inde peruenerunt in Ptolemaida, & ſalutatis ibi fratribus, manſerunt diẽ una apud illos. Alia die profecti uenerunt Cæſaream, ubi ingreſſus eſt Paulus domũ Philippi, qui ex ſeptem diaconis unus erat habebatqꝫ quatuor filias uirgines prophetantes, & quũ moraretur per dies aliquot ſuperuenit Agabus prædicens Paulo, qa Hieroſolymis capiendus eſſet. Vnde cupiebant eum retinere fratres, ſed tamen fruſtra, quoniam ille mori pro domino cupiebat. Venit ergo poſt hæc Hieroſolymam, ſtatimqꝫ ſequenti die uenit cum comitibus ſuis ad Iacobum apoſtolum, qui eum perſuaſit, ut cum quatuor alijs, qui etiam uotum fecerant, poſtero die purificatus raſit caput. Vbi notandum eſt, quod in Paulo *Galat.2* legitur, quomodo Antiochiæ corripuerit Petrum. Verum in qua profectione factũ hoc ſit dubium eſt, eo ꝙ Auguſt. & Beda *In epi. ad* etiam hic ambigunt, cꝫuis magis placere *Hierony.* eis uidetur factum id eſſe ante concilium Hieroſolymitanum, ſicut in ſecunda peregrinatione meminimus. Hiero. tamen putat illud factum eſſe poſt concilium, factũ aũt eſt in Antiochia Syriæ, licet alij uelint

factum in Antiochia Piſidiæ, eam em̄ uniuerſam regionem Bithyniæ, Capadociæ, Aſiæ & Galatiæ obtinuerat Petrus, ſed ualeant hæc.

5. Quinta Pauli peregrinatio ſic habet: Impletis iam ſeptem diebus purgationis, quũ adhuc eſſet in templo, uidiſſentq́ eum qui ex Aſia erant Iudæi, cōcitauerūt omnem populum, qui captum eum extraxerūt e tēplo, uolentes eū occidere. Quod ubi comperit tribunus cohortis, ortum eſſe tumultum, adſumpſit milites ſecum & centuriones acceſſitq́ ad turbam, quæ ubi primum aſpexit illũ deſijt percutere Paulum. Actu. 22 Verum ille iuſſit eum alligari cathenis duabus, & duci in caſtra. Quumq́ ueniſſet Paulus ad gradus rogauit ut ſibi liceret per eum loqui ad populum, quo conceſſo, cæpit ille loqui lingua Hebræa, quã audientes homines magis præſtiterunt ſilentium. Ibi narrauit Paulus Iudæum eſſe ſe ex Tharſo Ciliciæ, dixit etiam quid ſibi contigerat ad Damaſcum, ut ſupra auditum eſt. Vbi intercepto tandem eius ſermone cupiebant ipſum tolli & occidi, Lyſias autem ductum eum in caſtra flagellis cædi permiſit. Et quum aſtrinxiſſent eum loris, aſtanti ſibi Cēturioni, dixit: Si hominem Romanum & indemnatum licet uobis flagellare, quo audito diſceſſerunt ab illo qui eum torturi erant, ſed poſtera die producens Paulum ſtatuit eum in medio ſacerdotum. Acto. 23 Vbi quum inciperet narrare Paulus quomodo bona conſcientia ambulaſſet coram deo, princeps ſacerdotum Ananias præcepit aſtantibus ſibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te deus paries dealbate. Et tu ſedens iudicas me ſecundum legem, & cōtra legem iubes me percuti? Qui aſtabant uero dixerunt: Summū ſacerdotem dei maledicis? Dixit autem Paulus: Neſciebam fratres quia princeps eſt ſacerdotum, ſciens inſuper Paulus, quia una pars eſſet Sadducæorum, & altera phariſæorum, exclamauit in Concilio: Viri fratres, ego phariſeus ſum, de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor, quod quum dixiſſet, facta eſt diſſenſio inter phariſæos & Sadducæos, quæ ubi iam increbreſceret, timens tribunus ne Paulus diſcerperetur ab ipſis, miſit eum in caſtra. Sequenti nocte aſſiſtens ei dominus, ait: Conſtans eſto, ſicut enim teſtificatus es de me in Hieruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari. Facta die conuenerunt plus q̄ quadraginta uiri qui deuouerunt ſe, neq́ manducaturos neq́ bibituros donec occiderent Paulum, retuleruntq́ hoc idem ad ſenatum Iudæorum, eo conſilio, ut quando uocaret eum tribunus ad ſenatum, ipſi irruentes impetu interficerent illum. Verum ubi reſciuit hoc Paulus per filium ſuæ ſororis, denunciauit hoc idem tribuno, qui ſtatim noctu iuſſit milites ducentos, equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos præparare ſe & iumenta, quibus imponentes Paulum, ſaluum perducerent ad Felicem præſidem, qui erat in Cæſarea. Venerunt ergo illuc per Antipatrida. Et Felix iuſſit eum cuſtodiri in prætorio Hærodis.

Poſt quinq́ autem dies deſcendit princeps Actu. 24 ſacerdotum Ananias cum ſenioribus quibuſdam & Tertullo oratore, qui Paulum tanquam ſeditioſum adcuſarunt. Vbi uiciſſim purgans ille ſe dixit, non plus eſſe niſi dies duodecim, ex quo deſcenderit in Hieruſalem adorare, quo tempore nec factionem nec perturbationem mouerit ullam, nec cum aliquo diſputarit, Felix cauſſam hanc diſtulit ad aduentum Lyſiæ. Interim tamen ille uxorem habuit Iudæam nomine Druſillam, ſæpius etiam ueniebat ad Paulum, loquens cum eo, ſicq́ liberum dimittebat in urbe annis duob⁹, modo ut accerſitus ueniret. Expleto hinc biennio accepit ſucceſſorem Felix Portium feſtū, uolens adhuc gratiam præſtare Iudæis reliquit Paulum uinctum. Feſtus hic quum ueniſſet in prouintiam, inſtantibus & urgentibus Iudæis, produxit Paulum in iudicium, Actu. 25 quem grauiter adcuſabant Iudæi, ſed Paulo abnuēte, illi probare non poterant. Cupiebant tamen Paulum ſibi adduci Hieroſolymam, de quo interrogatus a Feſto Paulus reſpondit: Ad tribunal Cæſaris ſto, ubi me oportet iudicari. Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum conſilio loquutus, reſpondit Cæſarem appellaſti? ad Cęſarem ibis. Et quum Agrippa rex ueniſſet

ad Feſtum. Rurſus adductus Paulus grauiter adeo loquutus eſt, ut inclamaret Feſtus: Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam conuertunt. Et Paulus: Non inſanio
Actu. 26 inquit, ſed ueritatis & ſobrietatis uerba eloquor: ſcit enim de ijs rex ad quem & conſtanter loquor. Cui rex Agrippa dixit: In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Rurſus Agrippa ait ad Feſtum: Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

Ad extremū miſit Feſtus Paulum Cen
Actu. 27 turioni Iulio commiſſum ad Cęſarem. Veneruntq; Sidonem, ubi humane tractans Iulius Paulum permiſit ad amicos ire, & curam ſui agere, inde ſubnauigarunt Cyprum, pelagus quoq; Ciliciæ & Pamphiliæ nauigantes uenerunt Lyſtram Lyciæ portum (legitur Græce Myram, ubi S. Nicolaus fuit Epiſcopus.) Hic tranſpoſuit eos Iulius in nauim Alexandrinam, qua quum multis diebus tarde nauigarent, adnauigarunt Cretæ quæ nunc Candia dicitur iuxta Salmonem: inde nauigantes ad latus peruenerūt in locum qui uocatur Boni portus, cui iuxta erat Thalaſſa, quę Gręce dicitur Laſea. Multo autem tempore quum non eſſet tuta nauigatio diſſuaſit Paulus. Verum Centurio maluit nautæ q̄ paulo credere. Et plurimi ſtatuerunt conſilium nauigare inde, ſi quomodo poſſent deuenientes phęnicen hyemare. Aſpirante autem auſtro æſtimantes propoſitū ſe tenere, quū ſuſtuliſſent Aſſon legebant Cretam. Vbi adrepta naui a uento Typhonico, dataq; flatibus deuenerunt in Inſulā Candiam, Græce Claudam (quam putant doctores ptolemæum dixiſſe Claudos.) Quumq; magna eſſet in mari tempeſtas, coacti ſunt multa eijcere e naui, multiſq; diebus nec ſolem eis licuit, nec ſtellas uidere, ubi tandem omni ſpe ſalutis amiſſa ſurgens paulus, dixit: Oportebat quidem o uiri audire me non ſoluere a Creta. Sed & nunc ſuadeo uobis bono animo eſſe: amiſſio enim nullius animæ erit ex uobis, prætercq; nauis. Aſtitit enim mihi angelus dei, cuius ſum ego, & cui deſeruio hac nocte dicens: Ne timeas paule, Cæſari te oportet aſſiſtere, & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. Quū uero iam quarta decima nox ſuperuenit, nauigantibus illis in Adria, ſubmittentes nautæ bolidem inuenerunt paſſus uiginti, & poſt puſillū inde ſeperati inuenerunt quindecim. Timentes autem ne in aſpera loca inciderent de puppi mittentes anchoras quatuor, medicabantur iam nautæ clam fugam. Vbi paulus dixit Iulio: Niſi ij in naui manſerint, uos ſalui eſſe non poteſtis. Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ & paſſi ſunt eam excidere, ne in ea aufugerent nautæ. Quū uero lux inciperet fieri, rogabat paulus omnes ſumere cibum, ſiquidem ne capillus quidem de capitibus eorum periturus eſſet, Benedixit ille panem & fregit. Vbi ſunt qui putent paulum eum conſecraſſe & ſacramentum ipſis dediſſe, erātq; in naui homines 276. Hinc alleuiantes nauem iactarunt triticum in mare.

Quumq; dies factus eſſet, ſinum quendam conſyderabant, in quem cupiebant eijcere nauem, & leuato artemone ſecundum auræ flatum tendebant ad littus. Et quū incidiſſent in locum Dithalaſſum impegerunt nauem, ita ut prora fixa, puppis ſolueretur a ui maris. Militum quoq; conſilium fuit, ut cuſtodias occiderent, Centurio autem uolens ſeruare paulum prohibuit fieri, iuſſitq; eos qui poſſent natare. Et ſic factum eſt ut omnes euaderent ad terrā
Cognouerunt hic Inſulam eam Meliten Actu. 28
uocari, quæ nunc Malta dicitur, eſtq; imperatoris noſtri Caroli tanq; regis Siciliæ. Ceterum quum hic Paulus ſarmentorum aliquam multitudinem congregatam inieciſſet in ignem, uipera a calore quum proceſſiſſet, inuaſit manum eius. Vt uero uiderunt Barbari pendentem beſtiam de manu eius, ad inuicem dicebant: Vtiq; homicida eſt hic, qui quum euaſerit e mari, ultio non ſinit eum uiuere. Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt, q̄uis illi exiſtimabant eum in tumorem conuertendum, & ſubito caſurum & mori: ſed uidentes nihil ei mali accidere dicebant eum eſſe deum. Princeps Inſulæ eius Publius per triduum eos continuit, cuius patrem contigit febribus & dyſenteria uexatum iacere: & Paulus ſanauit eū. Quo diuulgato omnes illius inſulæ ægro

tos detulerunt ad Paulum, et ſanauit illos. Poſt menſes tres nauigarunt in naui Alexandrina, quæ in portu hyemauerat, uenerunt Syracuſas, & ibi manſerunt triduo. Inde circumlegentes ex Sicilia in Italiã deuenerunt Rhegium, ſecundo die Puteolos ubi dies ſeptem manſerunt cum fratribus. Et ſic tandem uenerũt Romam, inde quũ audiſſent fratres occurrerũt eis uſq; ad Appij forum, Romæ autem permiſſum eſt Paulo manere cum cuſtodiente ſe milite. Prædicauit ita biennium totum Chriſti fidem in ſua cõuerſatione nemine prohibente cum fiducia magna.

Et hactenus quidem de S. Paulo ex Actis apoſtolorum, quæ deſcripta ſunt a Luca, nam & ipſe bona parte itineris, & peregrinationis huius comes extitit Pauli; ideoq; licet in principio libri, de omnibus in uniuerſum ſcribere cæperit apoſtolis, tamen a capite 16. uſq; ad finem de geſtis & laboribus Pauli tantum ſcripſit. Nemo utiq;, ſicut principio diximus, ſatis explicare poteſt huius ſancti apoſtoli laudes. Veruntamen breuem earum catalogum libet hic contexere cum omni humilitate, neq; plus ꝙ a ſanctis patribus deinde obſeruatum eſt. Hieronymus etiam ipſe Hiſtoriã proſequitur ex actis apoſtolorum, quod et nos fecimus, tum breuiter tum diligenter: hinc procedit in reliqua narratione uitæ ſuæ, & uult Paulum ſecundo Neronis anno eſſe deductum Romam, qui idem fuerit annus a paſſione & morte Chriſti uiceſimus quintus. Atq; hic quidẽ ille ut uinctus biennium totum prędicauit Chriſtũ, & diſputauit contra Iudæos. Non ꝙ ſtatim exacto deinde illo biennio ſit occiſus, ſed quia adhuc a Nerone dimiſſus prædicauit ad occidentem. Et tandem cum Petro captus eſt iterum ſub Nerone, & ultimo ſupplicio adiudicatus. Colligit hoc Hieronymus ex eo loco, ubi ad Timothe. ſcribit Paulus: In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, reliquum eſt ergo eum bis adcuſatum eſſe. Deinde ait: Dominus mihi aſtitit & confortauit me, ut per me prædicatio impleretur. Vnde facile colligitur eũ rurſus prædicaſſe poſt prima uincula, quibus erat Romæ uinctus, denuoq; dimiſſus. Et quia adhuc inde ſequitur: Liberatus ſum de ore Leonis: neq; alius hic leo ꝙ tyrannus Nero intelligitur, reſtat ut ex ſententia Hieronymi duodecim deniq; annis poſt hęc prima uincula rurſus ſit Romam ductus & occiſus: Hæc etiam Euſebij ſententia eſt, Paulum uinctum eſſe deductum Romam, & cum eo Lucam atq; Ariſtarchum, manſiſſeq; ibi annos duos, deinde abſolutum rurſus prædicaſſe. Poſt hæc Romam reuerſum eſſe & occiſum. Confirmat ille hæc eodem fundamento quo Hieronymus. Concludit tandem in hæc uerba: Dicta ſunt iſta a nobis, ut oſtẽderemus, quia non eo tempore quo Pauli actus in urbe Roma concluſit Lucas, martyrio defunctus eſt Paulus. Potuit enim fieri ut in initijs lenior adhuc eſſet Nero, et defenſionẽ Pauli pro noſtro dogmate nõ aſpernanter acciperet: proceſſu uero temporis cum cæteris malis aucta ſit etiã eius in apoſtolos ſæuitiæ rabies.

Hierony.

1. Timo. 4

Li. 2 c. 22

Vt uero hæc aliquando finiamus, concors fere doctorum ſententia eſt, Paulum primum a Nerone fuiſſe dimiſſum, eoq; tunc tempore uolunt ipſum nonnulli profectum eſſe in Hiſpaniam, quod in animo dudum habuerit illud, iuxta quod ſcripſit ad Romanos: Cupiditatem habeo uenien di ad uos, quum in Hiſpaniam proficiſci cæpero, ſpero ꝙ præteriens uideam uos. Alij putant Paulum retroceſſiſſe rurſus in Grætiam & Aſiam, confirmant hęc ex poſteriore Epiſtola, quam ex ultimis uinculis e Roma ſcripſit ad Timotheum, ubi ait Ego. n. iam delibor, & tempus reſolutiõis meæ inſtat. Præſciuit illud utiq; Paulus ex ſpiritu ſancto, prope iam imminere martyrium ſuum, ait enim: Bonum certamen certaui, curſum conſummaui. Ad hæc ſequitur ſtatim: Penulam quam reliqui Troade apud Carpum ueniens affer tecum & libros, maxime autem membranas. Quod ſi non pauloante ibi fuiſſet Paulus quorſum ſpectaſſet poſt duodecim deniq; annos hæc repetere. Quicquid tamen id eſt dubium etiam a nobis relinquitur, quando de eo certi nil conſtat, niſi quod habent doctores, & ij quoq; ſinguli ſuas tantum ſententias recenſent.

Roma. 15

2. Tim. 4

In

In martyrio autem Pauli cõueniunt oẽs dicentes eũ ultimo Neronis anno Romæ eſſe decollatum, eodem die quo crucifixus eſt Petrꝰ, anno uero 37. poſt Chriſti paſſi-
Hierony. onem, ut Hiero. & alij teſtantur. Quum itaqꝫ ſecundario Romam peruenit Paulus, magnam in aula Imperatoris cõtraxit cõſuetudinem, comprimis Senecę, ꝗuis ille duobus annis ante Paulum a tyrãno ſit occiſus, ut uult Hieronymus: uel ut Euſe-
Euſebius. bius tribus, licet Epiſtolæ illæ non ſint ab Eccleſia adprobatæ. Cõueniunt & in hoc plærīqꝫ doctores, Neronem cõmotum eſſe aduerſus Petrum & Paulũ, ꝙ Magum euolare parantem dæmonijs tradiderant necandum, quum ad ipſorum orationem
Sup̄ Tim. cœlitus eſſet delapſus. Chryſo. & Athanaſius aliam adferunt rationem iracundiæ huius Neronis aduerſus Paulũ, ꝙ ille pocillatorem ſuum cõuerterat ad Chriſtum, unde & p̄ceperat Chriſtianos omẽs ignibus cõcremari, quod tamen præceptũ inſtante ſenatu Romano mitigauit. Multa de S. Paulo mirandaqꝫ leguntur, quorum bonam partem offendes in Lino, cuius tamen Epiſtola nõ undequaqꝫ fidem meret, & in Epiſtola Dionyſij ad Timotheum: Non proſequor quid ille cum militibus fecerit, & cum Plantillæ peplo quo facies ipſius eſt uelata. In ſumma, ſic tandem decollatus eſt, ut caput eiꝰ ter inclamarit Ieſum, tres etiam fecerit ſaltus, ad quos tres fontes ſcaturierũt, qui adhuc monſtrari ſolent, diciturqꝫ locus ille ad tres fõtes, & eſt ibi cænobium ordinis S. Bernhardi. Ait Auguſtinus etiam plus lactis emanaſſe ex corpore Pauli ꝙ̃ ſanguinis. Ferunt & Paulum poſt mortem apparuiſſe Neroni, cum multis alijs quæ merito admirentur Chriſtiani omnes. Hunc uos in Chriſto dilectiſſimi gentium doctorem & apoſtolum uas electionis, magnum Chriſtianiſmi lumen, colite & ueneremini ſedulo, deumqꝫ in ipſo perpetuo collaudate. Oremus dominum &c.

Euangelium in die ſancto Viſitationis Mariæ, Lucæ. I.



In illo tempore: Exurgens Maria in diebꝰ illis abijt in mõtana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & ſalutauit Eliſabeth. Et factum eſt, ut audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultauit infans in utero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto Eliſabeth, & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & *Iudic. 5* benedictus fructus uẽtris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce eñ ut facta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quę credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta ſunt tibi a domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea dñm. Et exultauit ſpiritus meus, in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes. Quia fecit

mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Et miſericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potẽtes de ſede & exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſcepit Iſraël puerum ſuũ, memorari miſericordiæ ſuæ. Sicut loquutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſæcula. Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domũ ſuam.

Homilia prima.

ET ſi die hodierna cõmemoret Ecclesia uiſitationem Mariæ quãdo cognatam ſuam uiſitauit, tamen id hodie factum non eſt, ſed nõ longe poſt angelicam ſalutationẽ, quum iam Maria concepiſſet Chriſtum. In illis enim diebus exurgens Maria, & uiſitauit cognatã ſuã Eliſabeth, de qua dixerat ei angelus ꝙ iam uetula concepiſſet. Quia autẽ eo tempore occupata eſt Eccleſia in meditatione paſſionis Chriſti, ipſiqꝫ filij Eccleſiæ tunc ſe parant ad confeſſionẽ & euchariſtiæ ſacramentum: ideo feſtum illud translatum eſt in hunc diem, ſed nos ante euangelij textũ expediamus ꝙ̃ de diei huius feſtiuitate dicere incipiamus. Exurgens, inquit Lucas, Maria in diebus illis abijt in montana cũ feſtinatione. Vbi audiuit Maria, ait Ambroſius, ſurrexit, nõ quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nũcio, nec quaſi dubitãs de exemplo, ſed quaſi læta pro uoto, religioſa pro officio, feſtina pro gaudio in montana perrexit: ꝙ̃uis Theoph. putat eam prudentem adeo fuiſſe ut experiri cuperet quid de cognata ageretur, iuxta uerbum angeli: Quicquid hic pro ſe ſinguli dicant, nobis hoc loco ſunt duo credenda: Alterum, quia uiſitatio hæc tum inſtinctu ſpiritus ſancti tum ordinatione facta ſit diuina, ut nouus ille miles Ieſu, futurus ꝗ ipſius pręcurſor & baptiſta Iohannes in utero matris impleretur ſpiritu ſancto, iuxta illud quod angelus promiſerat Zachariæ. (*Lucæ. 1*) Alterũ eſt, ꝙ nihil minus ꝙ̃ dubia fuerit Maria de Eliſabeth circa ea quę dixerat angelus. Nam & Eliſabeth inde ait ad Mariam: Beata es quæ credidiſti. Ita Maria feſtinauit in montana: ſiquidem Hieruſalẽ in montibus ſita eſt, ubi Zacharias habitabat. Quur autem feſtinarit Maria, quum tamen eiuſmodi acceleratio mulieribus a recenti conceptu prohiberi ſoleat, ne dum (*Phyſici.*) illæ nimium mouentur, tenellus adhuc fœtus quoqꝫ loco ſuo dimoueatur, ſicut & a 6. menſibus expletis inhibetur eis impetuoſa & uiolenta commotio: uel ſaltando uel laborando, ne fœtus ille iam ingraueſcens decidat concuſſus, unde & illi mors & matri periculum graue immineat? Reſpondetur: Quia in ſe Maria fœtum diuinum habuit, & ideo quum uirtute ſuſtentabatur diuina, non erat ꝙ metueret periculum, aliæ autem pregnantes mulieres non ideo audeant ſimile quid tentare, ne motu uiolento recens conceptum fœtum enecent, deumqꝫ ſic grauiter offendant. Mariti ꝗꝗ parcant tunc uxoribus, neqꝫ eas duris laboribus moleſtent, ſed etſi ſponte ſubire uelint non ſinant. Quod ergo feſtinauit Maria, aiunt doctores factum id eſſe primum ex ipſius diſciplina, quoniã uerebatur diu inter homines palam cõmorari. Sic eñ ait Ambro. (*Ambroſi.*) Diſcite uirgines nõ circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones, ut ait Sapiens: Currens non habebis (*Proue. 4*) offendiculum. Turpe eſt tum uirgines tum mulieres quoslibet in plateis compellare homines, & aliquandiu confabulari. Vulgare eſt gallinam plurimum gracillantem ſtatim depoſituram ouum, aut iamiã depoſuiſſe. Deinde feſtinauit etiam eo ꝙ ad iter hoc impulſu agebatur ſpiritus ſancti, cuius gratia, ut inquit Ambroſius, neſcit tarda molimina.

Ad hæc urgebat Mariam charitas quo-

que

que, ut ſtatim cognatæ ſuæ inſeruiret, iu- *Eccle. 36* xta illud Sapientis: Feſtina tempus & memento finis, quaſi diceret: Si recordatꝰ fueris finis, magis accelerabis. Simili enim de *Hiere. 51* cauſſa exhortatus eſt Hieremias Iudæos ut proficiſcerẽtur Hieruſalem, clamans: Venite, nolite ſtare, Recordamini procul domini, & Hieruſalem aſcendat ſuper cor *Orige.* ueſtrum. IHESVS, inquit Origenes, qui in Mariæ utero erat feſtinabat, adhuc in uentre matris Iohannem poſitum ſanctificare.

2. Feſtinauit Maria in montana in ciuitatem Iuda, hoc eſt, Hieruſalem. Vbi dicat aliquis, eam ciuitatem fuiſſe Beniamin *Ioſue. 18.* Ita enim liber Ioſue teſtatur: Hæc eſt poſſeſſio filiorum Beniamin, ubi ſtatim in enumeratione Heleph & Iebus ponitur Hieruſalem. Quomodo ergo hic uocari poteſt ciuitas Iuda? Reſpondetur: Sane datam eſſe Hieroſolymam in diuiſione terræ filijs Beniamin. Verum illi non poterant expugnare gentiles, ſicut ſcriptum eſt *Iudic. 1* Hiebuſæum habitatorem Hieruſalem nõ deleuerũt filij Beniamin, habitauitq; Hie- *Auguſt.* buſæus cum filijs Beniamin in Hieruſalem uſq; in præſentem diem. Auguſtinus tamen putat ciuitatem Hiebus inde dictam Hieruſalem non tantum fuiſſe filiorum Beniamin, ſed & tribꝰ Iuda, eo ꝙ Iu- *Iudic. 1* das primum eam ſuperarit & concremarit, ſicut in principio Hiſtoriæ Iudicum legitur, ideoq; & tribus illæ duæ ſub uno *3. Reg. 12* permanſerunt rege, quando decem aliæ deficiebant. Quum autem Dauid deui- *2. Reg. 5* cta ciuitate Hieruſalem, Hiebuſæos occidiſſet, montemq; Sion occupaſſet, ſibi in eo extruens arcem, ciuitatem ipſam uocauit a nomine ſuo, totamq; attribuit tribui *1. Para. 11* Iuda, & in circuitũ ædificauit eam.

Recte itaq; dixit hic Euangeliſta Mariam feſtinaſſe in ciuitatem Iuda, Hieruſalem intelligens. Venit igitur illuc Maria & quidem comitante eam Ioſeph, ſicut ex multis & grauibus cauſſis colligunt Doctores, licet mentionem Euangeliſta non faciat, pro ratione tamen adduci ſolet ꝙ quia illa ante ſalutationem angelicam fuit deſponſata Ioſeph, ipſeq; eam adſumpſit pro coniuge. Veriſimile eſt factum id *Lucæ. 1* quoque eſſe ante hanc uiſitationem. Nam ſi Maria tandem poſt illos tres menſes & aliquot dies tandem ueniſſet ad Ioſeph, factum non eſſet hoc citra magnam offenſam & ſuſpicionem Mariæ, ꝙ tam cito deinde a Ioſeph adſumpta peperiſſet. Cre- *Matth. 1* dendum itaq; firmiter eſt Ioſeph accepiſſe Mariam pro uxore, antequam uterus illi intumeſceret, expoſcente idipſum utriuſq; honore & dignitate. Quod ſi ergo Ioſeph ſecum duxit Mariam, iam partui proximam & quotidie parituram, quando uolebat tributum ſoluere in Bethlehem, ſub *Ex argu. Orige.* rigida hyeme: ubi nec amicum aliquem neque diuerſorium habebat, Quanto magis uirginem illam recens iam ſibi deſponſatam longum adeo iter non permiſit ſolam ingredi, ſed ipſe eam comitatus eſt, eo maxime ꝙ tũc imminebat Paſcha, quo tempora alias oportebat omnes uiros ad feſtum aſcendere in Hieruſalem.

Equidem hoc plane perſuaſum habeo, ut credam, etiamſi nulla ſuper eo mihi ſit ſcriptura: quando in contrarium nemo poteſt aliquod ſcripturæ adferre teſtimonium, ꝙ Ioſeph Mariam acceperit uxorem, poſt illos tres menſes iam reuerſam ab Eliſabeth. Malo igitur recipere quod rationi magis conſentaneum, uirgini matri ſuoq; filio IHESV honeſtius eſt, ꝙ impias & impudentes Neochriſtianorum nænias. Neq; uero hic quum ait Euangeliſta, ingreſſam eſſe Mariam in domum Zachariæ, ſuſpicari aliquis debet eam non prius intraſſe templum: quando iam cum ea dominus erat, & in eam ſuperuenerat ſpiritus ſanctus, ipſaq; filium Dei in corpore ſuo portabat. Et hic omnium primum impletum eſt propheticum illud: Statim ueniet in templum ſanctum ſuum domi- *Malac. 1* nator quem uos quæritis, licet uiſibiliter impletum ſit hoc tãdem in die purificationis Mariæ.

3. Intrauit Maria in domũ Zachariæ & ſalutauit Eliſabeth. Nemo hoc ĩ Maria

faſtui aut ſuperbiæ tribuat: cq̃uis .n. in noſtris regionibus urbanitatis ſit, ut minor a ſuperiore ſalutationem expectet. Apud Iudæos tamen humilitatis erat, ut minor ſalutarit maiorem, iuxta illum morem Maria hic, cq̃uis quoad gratiã Dei hominum omnium digniſſima, nõ tamen dedignata eſt cognatam ſalutare. Hinc ait Ambroſiꝰ *Ambro.* Didiciſtis uirgines pudorem Mariæ, diſcite & humilitatẽ. Venit propinqua ad proximam, iunior ad ſeniorem, nec ſolum uenit, ſed etiam prior ſalutauit: decet enim quanto caſtior uirgo, tanto humilior ſit. Nouerat deferre ſenioribus honorem. Nõ narrat hic Euangeliſta ꝙ etiam Zachariã ſalutarit Maria: ꝙ quidem eo factum putant, quia ille mutus adhuc erat & ſurdus: neqꝫ decet hoc uirgines multo nutu fractiſqꝫ geſtibus leuitatẽ arguere. Ego hanc credo ſubeſſe cauſſam: ꝙ Euangeliſta ſibi ſumpſit ac deſcripſerit uiſitationem Marię ad Eliſabeth: quo teſtari uoluit impleta eſſe uerba angeli de Ioanne, ꝙ is in utero matris impletus ſit ſpiritu ſancto, & mater deinde per illum. Atqꝫ ideo quia ad illud nihil cõducebat ſalutatio Zachariæ, obmiſſa illa, ſolam hanc ſalutationem Eliſabeth deſcripſit Euangeliſta. Quis .n. dubitet tribus illis totis menſibus plurima cõtigiſſe, quæ non ſcripſerit Lucas. Et factum eſt quum audiuit ſalutationẽ hanc Eliſabeth, exultauit præ gaudio infans in utero matris. *Ambro.* Vide, inquit Ambro. diſtinctionẽ ſingulorumqꝫ uerborum proprietatem. Vocem prior audiuit Eliſabeth, ſed Iohannes prior gratiam ſenſit, Iſtæ gratiam loquunt̃ illi intus operantur. Merito igitur Iohan. *Math. 11* pluſqꝫ propheta eſt: aliȷ̃ enim prędixerunt *Theophi.* futura, poſtqꝫ nati ſunt, ille autẽ quum eſſet adhuc in utero matris, gratiam talẽ adſequutus eſt. Ideoqꝫ credendum eſt uocẽ Mariæ uocem fuiſſe uerbi, quod in ipſius utero caro factum fuerat. Diximus ſuper ea re nonnihil in die S. Iohannis Baptiſtæ ubi require quomodo exultauit Ioannes.

4. Eliſabeth impleta eſt ſpiritu ſancto, *Ambro.* ubi ait Ambroſius: Duplici miraculo prophetant matres, ſpiritu paruulorum, non prius mater repleta q̃ filius: ſed quum filius repletus eſſet ſpiritu ſancto, repleuit & matrem. Eſt etiam hoc adnotandũ diſcrimen, ꝙ Lucas Eliſabeth ait impletam ſpiritu ſancto, de Maria nõ idem, ſed quia exultarit ſpiritus eius in deo ſalutari ſuo. Cuius ratio hæc eſt: quia Eliſabeth poſtq̃ concepit filium tandem impleta eſt ſpiritu ſancto: cq̃uis hæc quoqꝫ immenſum dictu q̃ lætabunda fuerit impletio, ut lętitia ſpiritus diffuſa ſit per ipſum cor & animũ ac corpus Eliſabeth, quam ait Lucas uoce magna inclamaſſe matri dei: Benedictionem, gloriam & beatitudinem.

Benedictionem quidem quum ait: Benedicta tu in mulieribus: cq̃uis ipſa ibi nõ *Luc. 1* adfuerat, nec quiſqꝫ ei dixerat, ſed ſpiritus tamen ſanctus ei reuelauerat, ſicut & angelus eam ſalutarat. Qua de re multa a nobis ſunt dicta in die Adnunciationis Mariæ, ideoqꝫ hic breuiores erimus. Et benedictꝰ fructꝰ uentris tui. Nõ ſat erat Eliſabeth teſtari benedictionem matris, quoniam mul- *Theoph.* tis matribus piȷ̃s infœlices contigerunt filiȷ̃, ut Rebeccę Eſau, ſed inſuper & fructus Marię fuit benedictus. Eſtqꝫ hoc adeo de Maria proprie uerum: quum enim reliqui filiȷ̃ ſuorum ſint parentum fructus, Chriſtus Mariæ tantum fructus eſt, eo ꝙ in terris patrem non habuit. Quis, ait Ambroſius, eſt iſte fructus, niſi ille de quo dictum eſt: Ecce hæreditas domini filiȷ̃ merces fru- *Pſa. 126* ctus uentris, hoc eſt, hæreditas domini filiȷ̃ ſunt, qui merces ſunt fructus illius, qui de Mariæ uentre proceſſit. Filiȷ̃ ſunt ipſi homines qui Chriſto dati ſunt in redemptionem paſſionis ſuæ & mortis: Fructus hic uentris flos ille eſt radicis, de qua Eſaias ait: Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de germine eius aſcendet. Radix hæc ipſa gens eſt Iudęorum: Virga autem Maria eſt, flos benedictus eſt uentris eius fructus Ieſus Chriſtus. Et hęc exigua uerborum Eliſabeth particula tãtum mouit Eccleſiam, ut illam fecerit adpendicem ſalutationis angelicæ: Ita ut quoties illa in Eccleſia oratur, ſemper addi ſoleat iſtud: Benedictus fructus uentris tui Ieſus Chriſtus.

Ratio

Ratio hic in ipſo habetur Euangelio, quoniam primum ait Lucas, Eliſabet impletam eſſe ſpũ ſancto. Et hinc ſequitur quod dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui. Primum ipſe etiam angelus poſuit in ſua ſalutatione: quã quia in poſtrema parte ex ſpiritus ſancti inſtinctu mutauit Eliſabet adnectens uerbũ illud, argumentum magnum eſt ſpiritum ſanctum uoluiſſe hoc ſupplere. Quæras: Quur nõ ipſe hoc adiecerit angelus, ut ſic pura ea eſſet ſalutatio angelica? Reſpondetur: Quia quum ingreſſus ad Mariam angelus ſalutaret illam, Chriſtus conceptus nondum erat, ideoq; & dicere non poterat: Benedictus fructus uẽtris tui: quia adhuc nullum habebat, ſed deinceps tãdem facta eſt conceptio & incarnatio Chriſti, quando Maria dixit ad angelum, Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Ita ſpiritus ſanctus particulam hanc reſeruauit ipſi Eliſabeth, quę illius iſtinctu clamauit: Benedictus fructus uentris tui, Chriſtus ipſe deus & homo uerus, creator redemptor & ſaluator noſter, qui eſt in ſæcula benedictus, Amen.

Homilia ſecunda
eiuſdem diei.

Viſitauit ecce Maria cognatam ſuã Eliſabeth: ex qua ſalutatione mater ſimul & filius in utero matris impleti ſunt ſpiritu ſancto: Mater uero exclamauit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uentris tui. Vnde mihi hoc ꝙ mater domini mei uenit ad me? quo uerbo rationem reddit benedictionis Mariæ ſimul & fructus uentris eius, hanc nimirum: quia mater erat domini, & filij dei *Ambro.* quaſi dicere uellet: Miraculum ſentio, cognoſco myſterium, mater domini uerbo fœta, deo plena eſt, plena gratia dei, ut ego ſim multis modis indigna, quæ illam accipiam tam longo itinere ad me uenientem. *Theophi.* Sicut ergo, inquit Theoph. poſtea Iohannes Chriſtum, quũ ueniſſet ut baptizaretur, prohibuit propter reuerentiam dicens, Ego nõ ſum dignus, ſic & nunc per matrẽ ſuã loquit̃, humilians ſe. Quanto plus iam olim Eliſabeth tribuit Mariæ ꝙ̃ nunc faciunt Neochriſtiani, indignam ſe rata eſt illa p̃ſentia Mariæ: hoꝝ mulierculę temerariæ audent ſe æquare Mariæ, quã & mulierem fuiſſe garriunt ſimilem alijs. Proh uęcordiam & uęſaniam diabolicam. Porro reddit Eliſabeth rationem ſuæ ſcientiæ, dicens: Ecce ut facta eſt uox ſalutationis tuę in auribꝰ meis, exultauit in gaudio infans in utero meo: Factum hoc utiq; in ea ſic erat, ut facile poſſet intelligere naturale id nõ eſſe, ut ſic geſtiret in utero fœtus tam repentino motu: neq; n. cõmuni naturæ modo mouebat̃ in utero eius Iohan. ſed uelut exurgebat ſubito exiliens. Et mirũ hic ſit Iohannem cum gaudio exultaſſe ad hanc uocẽ a qua exterritus olim fuerat Adã in paradiſo, qñ dixit ad eum dñs: Adam ubi es? *Gene. 3* Beda hic ait: *Beda.* Erubeſcebat Eliſabeth onus parentis ꝙ̃ diu neſciebat myſterium religionis, ſed quæ occultabat ſe, quia conceperat filiũ, iactare ſe cœpit, quia gñerabat ꝓphetam: tunc ſane uſq; adeo non erubuit aut tacuit, ut etiã iactarit exultationem infantuli ſui, quando iam cognouit ſe fœtum hunc habere a deo: ſiquidẽ iã tum exultãs filius ſuus, adhuc in utero geſtiebat demõſtrare agnum, qui tollit peccata mundi. Hinc cõcludit illa ꝓphetiã ſuã dicens: Beata es quæ credidiſti, quia perficient̃ in te q̃ dicta ſunt tibi a dño. Sane tunc credidit illa quando dixit: Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecundũ ṽbum tuũ. In hoc emendauit errorem Zachariæ ſacerdotis, qui noluit credere angelo. Pariterq; notandũ, quãta Eliſabeth animũ *Beda.* gratia Maria intrante ditauit, ꝙ̃ ſimul de præterito p̃ſenti atq; futuro per ꝓphetiæ ſpũm inluſtrauit. In te, inquit, ꝑficient̃ oĩa quæ dicta ſunt tibi ab angelo: neq; n. iota uel apex peribit de lege, donec oĩa fiant. Danda igit̃ eſt omnis gloria & magnificentia Deo, qui ꝑfecta facit opera oĩa creationis, redemptionis & ſaluationis ſuæ. 2. Quũ iam audiſſet Maria quomodo ſpiritus ſanctus cognatam ſuam Eliſabeth illuminarit, ita ut iã haberet ſcientiam myſterioꝝ dei: tunc aperuit ſe plenitudo gratiæ diuinæ in Maria cum magna gratiarum actione erga Deum, ne

ingrata uideretur de tanta gratia quam ac-
ceperat: & a qua ipſam laudauerat Eliſa-
beth benedictã eam p̄dicans in mulierib⁹,
& benedictum eſſe fructũ uentris illius, ait
ergo: Magnificat anima mea dñm. Hoc il
lud ſolenne canticum eſt, quo quotidie Ec
cleſia utitur in p̄cib⁹ ueſperarũ, uſuraq́ eſt
perpetuo, dum mundus cõſtiterit. Cuius
rei rationes adſignari plurimæ poſſent,
quur in ueſperis decantetur. Tu uide Ger-
ſonem in tracta. ſuo ſuper Magnificat, quo
niam in illo mentio fit incarnationis Chri-
ſti, quæ ut in ſexta ætate mundi facta eſt,
ita officiũ illud quintũ in horis Canonicis
Beda locum obtinet. Quid ꝙ & ipſe Chriſtus in
ueſpera mundi natus eſt? Et Maria quum
ſtella maris dicat, lucere cæpit in ueſpera
mundi huius. Nã quum plurimas in Euã-
Veſpa. gelio myſticas & ſanctas ſignificationes ha
beat ueſpera, decuit eã quoq́ hymno Euã-
gelico decorari. Principio. n. ſub ueſperam
uenerabile ſacramentũ inſtituit Chriſtus,
Matth.26 ex pane corpus, e uino ſanguinẽ ſuum cõ-
ficiens, iuſſitq́ diſcipulos idem facere. Eo-
dem tempore dilectionis & humilitatis te-
Ioã.13.19 ſtamentũ detulit apoſtolis lauando eorum
pedes: tunc etiã ſermonẽ illum ſanctum &
ꝓlixum ad eos habuit. Ad ueſperã inde ſe-
Lucæ.24 pultus eſt. In ueſpera cum duobus diſcipu
lis poſt reſurrectionẽ in Emaus, ſeq́ in fra-
ctionis panis manifeſtauit. Sub idem tem-
pus ſolitum eſt olim in templo iuge offerri
ſacrificium. Sub ueſperam manducabatur
agnus paſchalis. In creatione mundi duo-
rum tantum temporum fit mentio, mane
& ueſperi. Merito igitur ueſpertinum ſacri
ficium etiã Euangelicum habet canticum
& quidem Mariæ, quæ Chriſtum edidit
ad ueſperam mundi, & ex cæteris canticis
hoc ipſum plura maioraq́ continet fidei
noſtræ myſteria. Nam ut quidam deuotus
Petrus A ait: Quis dubitet beatam Mariam ſpiritus
liacen. ſu- ſancti in ſe ſuperuenientis tanta plenitudi-
per Ma- ne & gratia repletam, nõ potuiſſe paruum
gnificat. aliquid, & quod ſupra terrenarũ mentium
capacitatem non eſſet, in laudem ſaluato-
ris ſui proferre.

Exo.15 Porro quum Maria Moyſi ſoror canta
Iudic.5 rit canticum illud ſuum, quando filij Iſraël
liberati ſunt a Pharaone Delbora, & ipſa
cantauit, quum liberarentur de manibus
Syſaræ: Moyſes quoq́ quum legem tulit
Anna cecinit, quando fidelem domino ꝓ- 1. Reg. 1
phetam peperit. Quanto magis cantare
nunc debeat Maria, quæ iam conceperat
in utero redemptorẽ mundi, qui nos per
mare rubrum paſſionis ſuæ, per aquas ba-
ptiſmi eduxit e uinculis Pharaonis, hoc eſt
diaboli, a tenebris Aegypti. Et quum illi
omnes umbram tãtum cantarint & typũ,
quanto dignius Maria ueritatem cecinit Iohan. 1
quæ per Chriſtum facta eſt. Et eo quidem
magis ꝙ in hunc mũdum protulit uerum
illum legiſlatorem, dominum propheta-
rum, ut merito dicere potuerit: Ego ſum,
ego ſum quæ domino canam, pſallam do- Iudic. 5
mino meo Iſraël. Sapiẽs inſuper ait: Quia
ſapientia aperit os mutorum, & linguas in-
fantium facit diſertas. Quanto magis ſa-
piẽtia æterna iam incarnata aperuit os Ma
riæ in laudem conditoris.

3. Sic aũt habet canticum Mariæ: Ma Ambro.
gnificat anima mea dñm. Non ꝙ ad dñm
aliquid humana uoce poſſet adiungi: ſed
quia magnificatur in nobis, dum in nobis
magna operatur: noſq́ illud agnoſcentes,
immenſas ei grãs agimus: tunc ſane ipſum
magnificamus, iuxta illud Pſalm: Magni- Pſal.33
ficate dominum mecum, hoc eſt, laudate
eum, & agnoſcite opera magna eius. Ha-
bet aũt canticum hoc decem chordas, qui-
bus illud reſonauit Maria, quarũ prima de-
um agnoſcit dñm ſuũ. Magnificat, inquit,
anima mea dñm, dominum, cuius magni-
ficentia exaltata eſt ſuper cœlos. In altera Pſal.8
chorda p̄dicat magnificẽtiam eius in ſalu-
tari, dicens: Exultauit ſpiritus meus in deo
ſalutari meo: ſiquidem ſalus dñi eſt, ut ait Pſal. 3
Dauid. Tertia chorda laudat dominũ eo,
ꝙ magnus ſit & magnificus, reſpiciens ac
ſaluans humiles. Sic autem ait Maria: Re-
ſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes genera-
tiones. Sicut & Dauid hanc chordam te-
tigit, dicens: Quis ſicut dominus deus no- Pſal.112
ſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit
in cœlo & in terra.

Chorda quarta eſt, ꝙ ille magnus eſt in
op̃atiõe magnarũ rerũ & ſanctimonia nõis
ſui; ſic. n. ait: Fecit mihi magna qui potens
eſt

eſt & ſanctum nomen ei ordat eti
Pſal.137 am Dauid, inquiens: ſti ſuper
omnia nomen ſanctum Quintam
chordam quoq; tetigit um filiũ ait,
eſſe magnum in miſer , ſiquidem
miſericordia eius ſit a e in proge-
niem timentibus eum orum maxi-
Pſal. 144 mę uoluntatẽ facit. da hæc eſt,
ꝗ ille etiam magniſi n diſpergẽ-
dis contundẽdiſq; ſu animis, dũ
ait: Fecit potentiam ſuo, diſper-
ſit ſuperbos mẽte co ecinit hoc
idem in cythara ſua D iens: O-
Pſalm. 17 culos ſuperborum hu
Septima chorda con dominum
in exaltatione humiliũ, poſuit po-
tentes de ſede, & exalta miles: ſicut
Pſal. 112 & Dauid cantabat: Suſc a terra ino-
pem, & de ſtercore erigens pauperem. Vt
collocet eum cum princip cum princi-
pibus populi ſui. Cæterum taua chorda
reſonat magnificentiam domini in fameli-
cis ſatiandis, quoniam ille eſurientes imple
uit bonis, & diuites dimiſit inanes. Vſus
eſt eadem chorda Dauid, uerſum hunc lu-
Pſal.106. dens: Animam eſurientem impleuit bonis
Nona uero chorda laudat dominum a ſu-
ſceptione eorum qui perierant, ſiquidem
ſuſcepit hic puerum ſuum Iſraël, recorda-
tus miſericordiæ ſuæ. Sicut cantauit etiam
Pſal.110 Dauid, inquiens: Miſit redemptionẽ ple-
bi ſuæ. Poſtrema chorda habet domini
magnificentiam in præſtandis promiſſio-
nibus, ſicut & loquutus eſt ad patres no-
ſtros, Abraham & ſemini eius in ſæcula.
Pſal.131 Idem decãtabat Dauid, quum dixit: Iura
uit dominus Dauid, & non fruſtrabitur
eum. Vlteriorem huius cantici explicatio-
nem non proſequemur, quoniam de illo
multi ſcripſerunt doctores egregie, nõnul-
li etiam iuſta uolumina ediderunt, Tantũ
Theoph. hic libet adijcere expoſitionem Theophy.
quæ præ cęteris mihi uidetur ad literam ad
commodatior.

Maria uirgo, inquit ille, certior reddita de fœtu concepto, glorificat deum, illi attribuens miraculum, non ſibiipſi. Ille eñ ait, in me humilitatem reſpexit, nõ ego ad illum reſpexi. Ille me proſequutus eſt miſericordia, ego illum nõ quæſiui, atq; ex hoc tempore non ſolum Eliſabeth, ſed & oẽs generationes beatã me prædicabunt, neq; id propter me factum eſt, ſed quia magna mecum operatus eſt, qui potens eſt. Vnde nemo in ijs dubitare debet, quæ ego & Eliſabeth mutuo loquutæ ſumus: ſiquidem ille potens eſt qui hoc faciat, & ſanctum nomen eius. Quamuis eñ carnis humilitatẽ adſumpſit non tamen ab ea coinquinatur, quoniam ſanctum eſt nomen eius, manebitq; perpetuo. Neq; in me tantum illius miſericordia cernitur, ſed in omnibus timẽtibus eum, a progenie in progeniem, hoc eſt in æternum, hic quidem temporaliter, at illic perpetuo. Fecit etiam potentiam in brachio ſuo, hoc eſt, in filio ſuo cõtra naturam, quia quum brachium ſuum uerbũ ſcilicet caro factum ſit, natura ſuperata eſt, dum & uirgo peperit, & deus homo factus eſt, ibi diſperſit Dominus ſuperbos dæmones, eos undiq; ex hominibus eijciens, alios in ſues, nonnullos in abyſſum. Vel etiam de Iudæis intelligi poteſt, accipiendo prętteritum pro futuro propter certitudinẽ propheticam. Vere eñ ſuperbiebant iſti elati in lege & cognitione dei, eos diſperſit deus per uniuerſum mundum, qui potentes erant in lege domini: Phariſæos & ſcribas depoſuit de ſede doctrinæ ſuæ, & humiles exaltauit, piſcatores, cuiuſmodi erãt Petrus, Iohannes, & alij. Sederant iſti antea in cathedra & poteſtate docendi, uerum deiecti ſunt. Interimq; eſurientes gentiles, qui non nouerant antea deum, imple uit plurimis Euangelicæ doctrinæ donis & muneribus ſacramentorum: Diuites uero Iudæos dimiſit inanes, ita ut multis iã annis ſedeant ſine lege, templo, altari, rege, ſa Oſe.3 cerdote & Ephot: Licet eñ diuites antea fuerint in lege & præceptis dei, in templo & ſacrificijs, nunc tamen terreſtri ſimul & cœleſti Hieruſalem exciderunt. Suſcepit autẽ dominus Iſraël puerum ſuũ, & ſi de Iſraël loquamur ſecundum carnem, etiam apoſtoli fuerunt Iſraëlitę, multaq; milia Iudæorum ex ſemine Abrahæ ſuſceperunt baptiſmum & fidem, ubi promiſſio Abrahæ facta impleta eſt. ſin uero de Iſraëlitis loqui uelimus ſecundum ſpiritum, ut Paulus ait: Non omnes qui ſunt ex circumci- Roma. 9

ſione Iſraël, Iſraëlitas eſſe, neq; qui ex ſemine Abrahæ filios eius eſſe. Et Ioannes eo- *Matth. 3* dem modo dixit deum poſſe etiam ex lapidibus ſuſcitare ſibi filios Abrahæ. Et huiuſmodi puerum Iſraël puta fidelem ſuſcepit deus, ſicut promiſerat Abrahæ.

4. Quia hic Maria laudes domini proſequuta eſt, dici multa poſſent, quomodo homines laudare deum debeant in omnibus, ſicuti & omnes creaturæ in cœlo & terra deum conditorem ſuum concelebrãt, *Pſal. 147* laudate eum ſol & luna &c. Quanto magis debet hoc, & pro ſeipſo facere, & per alios faciendum adcurare, ꝙuis gloriã hanc Neochriſtiani nõ fauent deo, laudem eius nõ eleuantes modo, ſed plane auferentes, horas canonicas reijciũt, nõ uidentes quomodo proprium & peculiare ſit Chriſtiani hominis munus laudare deum, iuxta il- *Hæbr. 13* lud Pauli: Semper offeramus hoſtiam lau- *Pſal. 49* dis deo. Et hoc Dauid: Immola deo ſacrificium laudis. Sic etiam Sapiẽs ait: In om̃i corde & ore benedicite, atq; laudate nomẽ *Apoca. 15* domini. Et cõſonat quod inquit Ioannes: Laudem dicite deo noſtro oẽs ſancti eius, & qui timetis deum puſilli cum magnis. In hoc etiam cantico Mariæ pro ſe quiſq; cauſſam facile inuenit, quur laudet dominum, eo. ſ. ꝙ magna facit ille nobis qui potens eſt. Quanta em̃ illius erga nos miſericordia eſt, ut eſurientes nos repleat corpore & ſpiritu, ſuo etiã ſacratiſſimo corpore *Pſal. 83* nos paſcens. O beatos qui habitant in domo tua domine, in ſæculum laudabunt te. Extende tu materiam ſi placet, ex Cuſano de uenatione ſapientiæ, ex ſumma quoq; uirtutum, parte prima, titulo 8. Similiter cogitare ſecũ quiſq; poteſt, ꝙ officioſe Maria uiſitarit Eliſabeth, huic etiam quãtum inde prouenerit commodum ſimul & filio ſuo Iohanni. Et nos itaq; ipſam inuocemus ut ſua uiſitatione digni efficiamur, quatenus auxilio & interceſſione ſua nos adiuuet apud Chriſtum in omnibus neceſſitatibus noſtris: Maxime uero hoc faciãt mulieres grauidæ, ut eis contingat fœlix parturitio, & aſpectus fructus ſui. In uniuerſum tamen omnes homines Mariam implorent, ut nos uiſitet in hora mortis noſtræ, quando omniũ maxime auxilio eius

indigeb… …de ſancta conſuetudo eſt
quam ol… …nnulli, ut quotidie uer-
ſum hun… …q; uirginis matris im-
plorent, o… …aria mater gratiæ, ma-
ter miſeri… …nos ab hoſte protege,
in hora m… … Id adeo tu facere
dignare … …hriſti domini noſtri,
per eunde… …um, qui eſt in ſæcu-
la benedic…



In die S. Margarethe
uirginis & martyris.

In quibuſdam Eccleſijs hodie legi ſolet Euangelium de decem uirginibus. Eius expoſitionem uide ſupra in ferijs ſ. Barbaræ & Agnetis. Quia ergo in alijs etiam legitur Euangeliũ de theſauro abſcondito, lubet iſtud hoc loco explicare.

Euangelium Matthæi XIII.

In illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc: ſimile eſt regnum cælorũ theſauro abſcondito in agro, quẽ qui inuenit homo,

abſcondit, & præ gaudio illius uadit & uẽdit uniuerſa quę habet, & emit agrum illum. Iterũ ſimile eſt regnũ cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenta autem una precioſa margarita, abijt & uendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſę in mare, & ex omni *Apoc.22* genere piſcium cõgreganti: Quã cum impleta eſſet, educẽtes, & ſecus littus ſedentes elegerunt bonos in ua- *Mat.15* ſa, malos aũt foras miſerunt: Sic erit in conſummatione ſæculi. Exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in cami- *Infra.22 & 25* num ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam domine: Ait illis, Ideo omnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & uetera: Et factum eſt cum cõſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſijt inde. Et ueniens in patriam ſuã docebat eos in ſynagogis eorũ, *Mar.6* ita ut mirarentur & dicerent: Vnde *Luc.4* huic ſapientia hęc & uirtutes? Non- *Ioh.4.6* ne hic eſt fabri filius? Nõne mater eiꝰ dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioſeph & Simon & Iudas & ſorores eius? Nõne omnes apud nos ſunt, unde ergo huic omnia iſta. Et ſcandalizabantur in eo: Ieſus autem dixit eis, Non eſt propheta ſine honore niſi in patria ſua, & in domo ſua. Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem illorum.

Homilia vnica

IN hoc Euangelio parabolas tres proponit dominus: Primam de theſauro, ſecundam de margarita, tertiam de ſagena. Et primum quidem Regnum, inquit, cœlorum ſimile eſt theſauro abſcondito in agro: Vbi Gregor. ſic *Grego.* ait. Regnum cœlorum idcirco terrenis rebus ſimile dicitˉ, ut ex ijs quæ animus nouit, ſurgat ad incognita quæ nõ nouit, quatenus exemplo uiſibilium ſe ad inuiſibilia rapiat, & per ea quæ uſu didicit, quaſi confricatus incaleſcat, ut per hoc quod ſcit notũ diligere, diſcat & incognita amare. Regulam hãc & Paulus ante Gregoriũ docuit, quũ ait, inuiſibilia dei in ijs quæ crea- *Rom.1* ta ſunt conſpici: Regnum cœlorum, inquit dominus, ſimile eſt theſauro. Quod ſi amplius circunſpiciamus ea quæ in Euangelio ſunt, uidebimus dominum antea ſæpius parabolas propoſuiſſe, de ſemine bono & malo, de grano ſinapis &c. quæ faciunt ad intellectum Euangelicæ prædicationis: Alias itaqꝫ nunc ſimilitudines adfert, quibus, ut ait Chriſo. denotatur, ꝙ *Chryſoſt.* oporteat prędicationem Euangelij cæteris omnibus anteponere, neqꝫ mirum quũ ſit res precioſa, atqꝫ ideo theſauro & margaritæ comparatur: Regnum cœlorum in huiuſmodi parabolis eccleſiam intelligi non nũc primũ docemus, diximꝰ idẽ ſuperius ſæpiſſime: Quid autem ſit theſaurus, id nobis hic inquirendum eſt: Hieron. qui- *Hierony.* dẽ ſic exponit: Theſaurus iſte in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, aut deus uerbum eſt qui in carne Chriſti uidetur abſconditus, aut ſanctæ ſcripturæ in quibus repoſita eſt notitia ſaluatoris. Quiſquis enim dominum in ſcripturis inuenerit, omne mundi huius emolumentum poſthabeat, ut quem ſemel inuenit conſeruare poſſit: Quod autem theſaurus hic abſconditur, nemo putet inuidia fieri, ſed ob metum & curam ne amittatur, abſcondi ſolet hic theſaurus in corde hominis: In eadem ſententia eſt & Aug. *Inq.Euãgeliorum* ſic inquiens: Hunc theſaurũ dixit in agro abſconditum, duo ſ. teſtamẽta in eccleſia, quæ quum quis ex parte intellectus attigerit, ſentit illic magna latere, & uadit & uendit omnia ſua, & emit illum, id eſt contemptu temporalium comparat ſibi otiũ, ut ſit diues cognitione dei: Aliter exponens Gregorius ait: Theſaurus cœleſte eſt

deſyderium, ager uero in quo theſaurus abſconditur, diſciplina cœleſtis ſtudij, quē profecto agrum uenditis omnibus comparat qui uoluptatibus carnis renuncians cuncta ſua terrena deſyderia per diſciplinæ cœleſtis cuſtodiam calcat: Vt nihil iā quo caro blanditur libeat, nihil quod carnalem uitam trucidat, ſpiritus perhorreſcat: Et dixerat antea Inuentus theſaurus abſconditur, ut ſeruetur, quia ſtudium cœleſtis deſyderij a malignis ſpiritibus cuſtodire non ſufficit, qui hoc ab humanis laudibus non abſcondit: In præſenti enim uita quaſi in uia ſumus qua ad patriam pergimus: Maligni autem ſpiritus iter noſtrū quaſi latrunculi obſident, deprædari ergo deſyderat, qui theſaurum publice portat in uia: Diceres, An non decet ut proximus meus uideat opera mea bona? reſpondet Grego. etiam hic tibi & ait, hoc non *Math. 5* ideo dico, ut proximi noſtri opera noſtra non uideant, quum ſcriptum ſit: Videant opera ueſtra bona & glorificent patrē ueſtrum, ſed ut per hoc quod agimus, laudes exterius non quæramus: Sic autē ſit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto: Vt & de bono opere ꝓximis præbeamus exemplum, & tamē per intentionem qua deo ſoli placere quærimus, ſemper optemus ſecretum.

Theoph. Eſt adhuc alia expoſitio Theophylacti a ſuperioribus duabus non multum diuerſa quæ ſic habet: *1 Cor. 2* Ager mundus, theſaurus prædicatio & ſciētia Chriſti, occultus eſt autem in mundo, ſapientiam enim inquit Paulus, prædicamus abſconditam, quærens uero ſcientiam dei inuenit illam, & omnia quæ habet ſiue gentiliū dogmata, ſiue malos mores, ſiue diuitias, ſtatim abijcit & emit agrum, id eſt mundum. Nā qui ſcientiam habet Chriſti, & poſſeſſionē propriam habet mundum, & elementa ei ſeruiunt: Ecce ꝗ uariæ plurimorum doctorum ſententiæ in uno fine concurrunt, ſiquidem in eo cōueniunt, ꝙ uendere omnia aliud non ſit ꝗ mundi uoluptates & honores omnes contemnere, atq; pro ijs cœleſtia amare, deſyderare, diſcere: Atq; ea etiam ratio eſt, quur Euangelium hoc de uirginibus legatur, quia eis præcipue arduum eſt, carnis illecebras auerſari, mundanas uoluptates & delectationes negligere, & tantū cœleſtia contemplari: Ideoque etiam eccleſia canticum hoc reſponſorium de uirginibus decantat: Regnū mundi & omnem ornatum ſæculi contempſi propter amorem domini mei Ieſu Chriſti, quem uidi quem amaui in quem credidi quem dilexi. Eructauit cor meum uerbū bonum, dico ego opera mea regi.

Sic etiam proprie exponit Haymo dicens: *Haymo* Ager in quo theſaurus abſconditur nos ſumus, ſi ſaltem in nobis manſerint cœleſtia deſyderia: Eum emit qui corpus caſtigat per cœleſtis patriæ diſciplinam, ieiunijs, uigilijs & orationibus, qui crucifigit membra ſua cum omnibus uitijs & concupiſcentijs, Chriſtum ſequens, atq; pene ſpiritali quadam mercatura uendit ſeipſum: Et hinc patet, quomodo proprie uirginibus hæc cōueniant & ijs qui in cœnobijs degunt: Non ingredior hoc quod aliqui ponderant, ꝙ iſte emit agrum non theſaurum, inferentes ꝙ poſſimus mereri beatitudinē creatam, quia & beatitudo eſt theſaurus ſicut dixit Chriſtus, Theſaurizate *Math. 6* uobis theſauros in cœlo, ubi neq; erugo neq; tinea demolitur, &cę. Obmitto etiā hic ſenſum ſapientiū mundi huius, qui hinc inferunt, cuiuſcūq; ſint bona eius etiam eſſe theſaurum ſiue pecuniam quæ in illis eſt, ideoq; ut theſaurū ſibi arrogēt, comparant agrum.

3. Sed iam ad aliam parabolam ueniamus, quum dicit dominus: Simile eſt regnum cœlorū homini negotiatori quærenti bonas margaritas, ubi Hierony. ait *Hierony.* Alijs uerbis idipſum quod ſupra dicitur, bonę margaritæ quas quærit inſtitor, lex & prophetæ ſunt: Vnum autē eſt precioſiſſimum margaritum, ſcientia ſalutaris & ſacramentum paſſionis illius, & reſurrectionis archanū, qui quum inuenerit homo negotiator, ſimilis Pauli apoſtoli, omnia legis prophetarumq; myſteria & obſeruationes priſtinas, in quibus inculpate uixerat, quaſi purgamenta contemnit & quiſquilias, ut Chriſtum lucrifaciat, non quo inuentio nouæ margaritæ ſit condonatio ueterum margaritarū, ſed quo ope-

ratione

ratione eius omnis alia gemma uilior ſit.
Chryſoſt. Chryſo. quoq; ſic interpretatur parabolã, Et addit ſignificanter dictum: Inuenta autem una &c. Vna quippe ueritas eſt, nec in multas ſcinditur partes, ſicuti iam Neochriſtiani in multas ſeſe diuidunt ſectas.

Par.11.q. Sup mat. Admiratur & Augu. quodã loco Negotiatorem hunc quęrere margaritas multas & inuenire precioſam unam: Eius rei triplicem adfert expoſitionem, quoniam ſic quoq; poteſt intelligi: Q aliquis inquirat pios homines multos, inueniat ex multis unum ſine peccato, mediatorem dei & hominum Ieſum: Vel etiam hic margari-
Rom.13 tas quærit qui præcepta quærit & leges, unde iuſte proximis ſuis conuerſetur: Et is quoq; margaritam unam inuenit precioſam, regulam ſ. præclaram in qua omnia comprehenduntur, diliges proximũ tuũ ſicut teipſum: Qui proximum diligit, legem impleuit: Aut poſtremo inquirit homo intellectum bonum inſtar margaritæ, & inuenit unum qui cæteros cõtinet om-
Ioh.1 nes, is autem talis eſt: In principio erat uerbum & uerbum erat apud deum: Et uerbum caro factum eſt: Quiſquis ergo ad cognitionẽ dei peruenit in ſeipſo, is margaritã inuenit: Nam qui deum uidet omnia uidet. Et ſic Grego. ait: Nihil non ui-
Grego. dent, qui uidẽtem omnia uident: Poſſent, iſtæ ſententiæ tres in ſcholis ſyncerius tractari, in ſuggeſto nõ item, quoniam captũ pene excedunt popularem. Theoph. Vna
Theophy. inquit, precioſa margarita, una eſt ueritas, quæ ſcilicet Chriſtus eſt: Igit̃ ſicut de margarita traditur φ in concha naſcatur, quæ ſe aperit tempore fulguris, & deinde iterũ claudit, cõcipitur itaq; tum ex fulgure & rore, proptereaq; candida eſt, ſic & Chriſtus in uirgine conceptus eſt, & ſuperno fulgure ſpiritus ſancti.

Grego. 4. Quia q cœleſtis, ut inquit Greg. uitæ dulcedinem in quantum poſſibilitas admittit, perfecte cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta derelinquit, ſolo margaritæ candore delectatur, ea ipſum tantum iuuat, extra hanc aliud nil quærit, ſed contemnit mundana omnia, quæ etiam ſentire amplius non uide-
Can.8 tur: Quod intendens ſapiens inquit, fortis ut mors dilectio: Id adeo cernere poſſũmus in hac ſancta uirgine Margaretha, q̃ quomodo mori pro Chriſto potuiſſet, in carne, niſi antea mortua fuiſſet in animo deſyderijs & concupiſcẽtijs terrenis, quia ergo animus eius erectus fuit in ſublimia uirtutum, ut iam dulcedinem uitæ deguſtarit ęternæ, ideo omnia contempſit ſupplicia, temporalem ſibi promiſſam retributionem etiam pedibus calcauit.

De S. Margareta.

THeotiſtus, ut in codicibus antiquæ eccleſiæ Spirę legitur, autor *Theotiſt.* eſt illam filiam fuiſſe Theodoſij ciuis Antiocheni, ſacerdotis ethnici: Illa ubi primum nata eſt, cuidam honeſtæ matronæ quindecim ſtadijs ab Antiochia tradita eſt educanda: Mortua autem matre ſua, quum iam annorum eſſet quindecim, cura nutricis ſuæ baptizata eſt: Vnde in odium parentis ꝑuenit: Sed Margaretha creuit in pietate omniumq; uirtutum profectu: Et quum quodam tẽpore oues paſceret nutricis, cõtigit præfectum. Olibriũ ex Aſia uenire Antiochiam, eo animo ut Chriſtianos perſequeretur, conſpecta igitur puella, cõcidit in uęſanum amorẽ ergã illam, iuſſitq; eam ſibi adduci, quæ ſtatim inuocauit nomen, Chriſti Quo audito furore correptus Olibrius inclamauit: Et tu inuocas Chriſtum quem maiores mei crucifixerunt. Reſpondit Margaretha; Atqui hoc eſt φ perierũt, ſiquidem Chriſtum crucifixerunt: Coniectam ergo eam in carcerem, altero mane rurſus ꝓduxit in iudicium, innumeris tum minis tum promiſſionibus conatus animum flectere per ſuadereque ut adoraret ydola: Verum illa quia ueram inuenerat margaritam, ſuauitatẽ uitæ æternæ guſtauerat, quicquid iſte propoſuit, contempſit: Olibrius uirgis eam cæſam in eculeum (lignum tormenti) expãdit ſicque corpus eius ungulis fecit lacerari: Ita ut qui triſte hoc ſpectaculum uidebat populus commiſeratione moueretur, rogaretq; ut ſibimet parceret, deos adoraret quoniam tunc tyrannus ipſẽ

faciem pallio uelabat ne horrendam uirginei ſanguinis cerneret perfuſionem: Ipſa autem populo reſpondit: Hanc corporis torturam, animæ ſalutem eſſe, ſicq; Olibrium canem uocauit impudẽtem, & leonem inſatiabilem, qui quãuis poteſtatẽ haberet in corpus, tamen animam ſibi ſeruaturus eſſet Chriſtus.

Poſt hęc reſumpta ex eculeo rurſus in ſquallidum detruſa eſt carcerem, ubi apparuit ei diabolus in ſpecie draconis, perſuaſurus eam ut cõſentiret præfecto: Verum illa crucis ſigno & concepta in Chriſtum ſpe profligauit eũ: Poſtero die iterum producta quum nondum cõſentiret in adorationem idolorum, nuda exuta ardentibus facibus aduſta, & in uas aquę demerſa eſt manibus pedibuſque ligatis: Sed hic uincula omnia ſoluta ſunt, ipſumque uas ruptum, unde uirgo liberrima exiuit coram omni populo, atque hinc multa hominũ millia crediderunt in Chriſtum.

Grego. Ad extremum, quum pro ſe ſuiſque perſequutoribus deum rogaſſet, decollata eſt Antiochiæ, Multi etiam per miracula in illius paſſione facta conuerſi ad Chriſtum, per tyrannum ſupplicijs adfecti & occiſi ſunt, qui iam coronam gloriæ poſſident in æterna patria.

Ait ibi Gregorius: Quid inter hæc nos Barbati & debiles dicemus, qui ire ad regna cœleſtia puellam per ferrum uidemus, quos ira ſuperat, ſuperbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquinat: Quia ſi regnum cœlorum per bella perſequutionum non poſſumus, hoc ipſum nobis turpe ſit, ꝙ deum nolumus ſaltem per pacem ſequi: At quũ in pace renuimus ſupprimere concupiſcentias carnis, quando tandem corpus noſtrum in mortem pro Chriſto impendemus.

Auguſt. Sed nos audiuimus parabolam Chriſti de negotiatore margaritam quærente, & quid per eam intelligatur: Auguſtinus enim præceptum accipit fraternæ dilectionis, ſimiliter & intellectum incarnationis Chriſti omniumque ſacramẽtorum. Hierony. legem intelligit, prophetas & Euangelium: Theophylactus Chriſtum ipſum, Gregorius dilectionem uitę cœleſtis: Poſſentque omnes illæ expoſitiones ad Margaretham adcõmodari, quæ etiam ex nomine uidetur optimam margaritam inueniſſe, nuncque poſſidet illam in æterna patria.

5. Etſi non ſoleam parabolas deducere ad longum, quia iter per ſymbola ut facilimum ita patentiſſimum eſt: Attamẽ quum hic Euangelium ipſum parabolam hanc habeat de margarita, ipſeque Iohannes dicat nouam Hieruſalem ciuitatem *Apoc.22* cœleſtem ex margaritis conſtare in ſtructura portarũ, lubet adhuc amplius quid de ſpirituali margarita diſſerere: Simile eſt regnum cœlorum, inquit dominus, homini negotiatori quærenti bonas margaritas: Et notanter bonas ait, quoniam & margaritæ inæquales ſunt, ſed tamen præſtantiores ex colore dignoſcuntur, ex naturali proprietate & operatione, quoniam in margaritis laudari ſolet ſplendidus & argento ſimilis color, guttulam pluuialis aquæ repræſentans, cum ſupernatante tenuique uapore ſeu fumo, quoniam ibi oportet eſſe mundiſſimam illam aëream aquam cum ingenito lumine fulguris, quod ei ſplendorem addit: Myſtice: Quid aliud ſibi lux hæc uult niſi rationẽ & ſapientiam, iuxta illud ipſum ſapientis: Sapientia comparata luci inuenitur *Sap. 7* purior: Aqua autem puritatem pudicitiæ deſignat, dicente propheta: Effun- *Ezec.36* dam ſuper uos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis ueſtris: Et in eius rei ſignũ, conchæ & oſtreę in quibus margaritę creſcunt nihil habent luxuriæ, neque ex cõmiſtione ut alia animalia generant, neque inſtar aliorum piſcium quorum naturam & generationem *Ambroſi.* Ambr. narrat lib. 5. hex. c. 7. ſed ut Ariſt. refert lib. 5. de animal. concipiunt uel ex rore cœleſti, uel lunæ radijs: Atque ideo margarita puritatem deſignat: Cæruleus autem color illius, cœleſtis ſaporis dulcedinem figurat in mente, ſicut ait Paulus.

Ad hæc margarita dulcedinem appetit in qua & creſcit, poſita in aliquid ama-

rum

rum aut acidum diſſoluitur in urinam:
Greg. Recte ergo Gregorius per eum intellexit
cognitionem dulcedinis uitæ æternæ, ꝗ-
uis illa creſcat in duris cõchis, nam ſic etiã
ſancti eo ipſo hic ſancti fiunt, ꝙ dura & ad
uerſa multa ſuſtinent in mundo, ut Pau-
lus recte dixerit per multas tribulationes
ingrediendum nobis eſſe in regnum cœ-
lorum: Et tamen in ea dulcedo ex rore
ineſt: Virtutes margaritæ huiuſmodi ſunt
quoniam confirmat cor, purgat cogita-
tiones: Et ſic quilibet Chriſtianus qui
hanc margaritam inuenit, rerum cœle-
ſtium concupiſcentia animum ſuum con-
Tit.2 firmat, dicente Paulo: Sobrie, iuſte
& pie uiuamus in hoc ſæculo, expectan-
tes beatam ſpem & aduentum gloriæ
magni dei, & Ieſu Chriſti domini noſtri,
Hæc illa media ſunt per quæ margaritam
poſſidemus, ꝗuis enim Chriſtus ſit unica
margarita, ueritas una, unicus ille patri
ſuo, facit tamen ſanctos omnes etiam mar-
garitas: Quod ſi portam aſpicias apoſtolo
rum ecce translucent ut margaritæ, ſi per
martyrum portã uideas, ecce & illi a deo
coronati ſunt: Atque ſic de reliquis beato-
rum choris: Admonitos itaque uos om-
nes uolo, ut nobiliſſimam hanc beatitudi-
nis margaritam cum Sancta Margaretha
uobis comparetis, quatenus & ipſi audire
Mat.25 mereamini uocem domini: Euge ſerue bo-
ne & fidelis quia in pauca fuiſti fidelis, ſu-
per multa te conſtituam, intra in gaudium
domini tui.

Luc.19 Margaritam hanc Zachæus dimidio
Mar.12 bonorum ſuorum coëmit: Vidua iſta duo
Mat.4 bus minutis: Petrus & Iohannes cum fra-
tribus mercati ſunt eandem ſciſſis retibus
& nauiculis laceris: Margaretha autem
comparauit illam uegeto uirentis ætatis
flore, poſthabuit diuitias omnes, preces
contempſit præfecti, & ſanguinem ſuum
pro illa effudit, uitamque temporalẽ ami-
ſit, ut margaritam precioſiſſimam hanc
inueniret in fœlicitate, inque ijs gau-
dijs uiueret perpetuo: O domine
per illius interceſſionem fac
nos q̊qꝫ margaritã huiuſ
modi conſequi.
Amen.

Reliquam huius Euan
geli partem inuenies in die S.
Catharinæ, unde etiã ho-
milias de uirginibus
& martyribus.

VNum tamen hoc loco tacendum
nõ eſt, quod ad aliud feſtum ap-
plicari non poteſt, neque tamen
male contemplantur doctores: Qꝫ Mar-
garetha in paſſione ſua Chriſtum ſequuta
eſt, ideoqꝫ & ad eum uenit, iuxta id quod
ipſe dixit: Si quis uult uenire poſt me, ab- Luc.9
neget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam
& ſequatur me: Sic nimirum etiam Mar-
garetha paſſionis ſuæ crucem ſuſtulit do-
minumqꝫ ſequuta eſt, Chriſtus enim ſub
cruce nudus exutus eſt: Et Margaretha
nudata eſt quando facibus eſt ardentibus
combuſta, Chriſtus ad columnam flagel-
latus eſt, Margaretha quoqꝫ iubente ty-
ranno grauiter eſt uirgis cæſa: Chriſtus in
ara crucis expanſus eſt: Et Margaretham
in eculeo extenſam eſſe conſtat: Chriſtus
clauis perforatus eſt manibus & pedibus,
capite quoque ſpinis marinis contuſus,
Margaretha ungulis eſt toto quoque cor-
pore ſciſſa & lacerata, Chriſtus ſanguinẽ
ſuum habundanter ex toto corpore effu-
dit: Similiter ſanguis quoque ex cor-
pore Margarethæ copioſiſſimus fluxit uſ-
que ad commiſerationem omnium quot-
quot aſtabant: Chriſtus pro crucifixori-
bus ſuis p̄catus eſt, in quo poſt Stephanũ
etiam Margaretha eſt illum imitata.

Cæterum non æqualiter ubique cele-
brari ſolet feſtum Margarethæ: Romæ, in
diocæſi Mettenſi, & multis locis peragi-
tur die. 20. Iulij, & ſic dicit Iohannes An-
dræę uidiſſe ſe in libro qui facile fidem me-
reatur: Panormit. ca. 2. de obſeruatione
ieiunij: Alias cõmuni conſuetudine apud
nos. 13. die Iulij: Cõſtantiæ & Argento-
rati die. 15. Iulij celebratur

In feſto S. Marie
Magdalenę, Euangelium
Lucæ. VII.



IN illo tempore, Rogabat quidam de Phariſęis Ieſum, ut manducaret cum illo, Et ingreſſus domum Phariſæi diſcubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit ꝙ Ieſus accubuit in domo phariſæi, attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes eius lachrimis cępit rigare pedes eius, & capillis capitis ſui tergebat, & oſculabatur pedes eius, & unguento ungebat: Videns autem phariſęus, qui uocauerat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet propheta ſciret utiq;, quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eũ, quia peccatrix eſt. Et reſpondens Ieſus dixit ad illum, Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic: Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta: Non habentibus illis unde redderent, donauit utriſq;. Quis ergo eum plus diligit, Reſpondens Simon dixit. Eſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Recte iudicaſti: Et conuerſus ad mulierem dixit Simoni: Vides hãc mulierem: Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti, hæc autẽ lachrimis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit: Oſculũ mihi non dediſti, hæc aũt ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos: Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum: Cui autem minus dimittitur minus diligit: Dixit autẽ ad illam: Remittuntur tibi peccata, Et cęperunt qui ſimul accumbebant dicere intra ſe: Quis eſt hic qui etiã peccata dimittit: Dixit autẽ ad mulierem, Fides tua te ſaluam fecit: Vade in pace.

Math.26 Mar.14 Ioh.12

Mar.2 Mat.9 Marc.5

Homilia prima

ECce dies ſolẽnis adeſt ſanctiſſimæ Mariæ Magdalenæ, quæ ex maxima peccatrice, ſumma facta eſt apoſtola, & ea quantam pœnitentiã egerit, hodiernum nobis narrat Euangelium, quod breuiter ad literam nobis uiſum eſt explicare: Refert autem Lucas quendam ex phariſæis rogaſſe dominum ut manducaret cum eo, ꝗuis hic phariſæus hypocrita erat, ut in ſequentibus perſpicuum fiet, inuitatus tamẽ ab eo dominus uenit: Neq; enim contempti aut deſpecti homines erant apud Iudæos phariſęi, quoniam & Paulus phariſæum eſſe ſe gloriatus eſt, uixiſſeq; ſecundum probatiſſimam legis Iudaicæ ſectam: Alibi quoq; inuitari ſe facile ꝑmiſit dominꝰ, ut a Leui Matthæo, Zacheo, & phariſęis, in nuptijs &c. Quã enim uulgatum tam uerum eſt illud uulgo quod dici ſolet: Ad ignotos uenire non uocatum impudentis hominis eſt: Ad neminem plane uenire, etiam ſi quis uocetur, id uero ſtolidi & pene fatui eſt.

Actu.26 Matth.9 Luc.19.14 Ioh.2.12

Et ecce mulier q̃ erat in ciuitate (Naim ut quidam putant) peccatrix, unde graua tur

tur peccatum: Tria nempe habebat in ſe quibus ad peccandum inducebatur, eo ꝙ forma decora, bonis & diuitijs affluens, ſanguine nobilis erat: Ad hæc in maxima ciuitate Hieruſalem uiuebat, ubi multis peccandi præbebat occaſionẽ, iuxta illud Oſæ.7 Oſæ: Quieuit paululũ ciuitas a cõmixtione fermenti, donec fermẽtaret totũ: Quo- 1.Cor.5 modo & Paulus ait: Modicum fermẽtum totam corrumpit maſſam: Euãgeliſta etiã ijs uerbis teſtatur eam tota urbe proclamatam fuiſſe, tanq; præ alijs id genus mulieribus inſigniorem: Sunt tamen qui dicant hic Mariam ſola uoluntate non etiam opere fuiſſe peccatricem: Verum ego non habeo, unde glorier huiuſmodi qd me apud ullum legiſſe probabilem ſcriptorem, ſed neq; perſuaderi hoc omnibus poteſt, aliquam in tanto uoluptatis, bonorumque omnium affluxu & libertate ſolã habuiſſe peccandi uoluntatem, neq; peccaſſe, quoniã illa, ut textus meminit, peccatrix erat, hoc eſt ut talis apud omnes paſſim diffamata: Non eſt autem ſcripturæ mos ut ſingulares homines peccatores appellet niſi qui palam ſint huiuſmodi: Quid ꝙ ſatis magnus teſtis eſt Marcus, dominũ ſeptẽ Mar.16 dæmonia ab illa eieciſſe, ſicut infra copioſius dicetur.

Quærat hic aliquis, quomodo ſibi conſtet illud quod Lucas ait, fuiſſe mulierem in ciuitate peccatricem, quum tamẽ eiuſmodi mulieres leues non tolerabantur palam in urbibus ex præſcripto legis quæ ſic habet: Nõ erit meretrix de filiabus Iſrael, Deut.23 neq; ſcortator de filijs Iſraël, quomodo ergo factum eſt ut Maria tolerata ſit in ciuitate? Reſpondetur: Verum quidem eſt ꝙ cõmunis & publica fornicatio ibi prohibita eſt, contra eos qui errantes dicunt fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum, quum interim non attendant illud quod Gal.5 ait Paulus: Manifeſta ſunt opa carnis quæ ſunt, fornicatio &cæ. Et omnes qui talia agunt, regnum dei non poſſidebunt: Et alibi: fornicatores & adulteros iudicabit Hebr.13 deus: Et rurſus in alio loco: Omnis luxu- Ephe.5 ria, immũdicia & auaritia non nominetur in uobis: Vt obmittamus ſimilia multa. Concedimus ergo, ꝙ in ſuperiori loco fornicationem prohibuit Moyſes, atq; ideo tum meretrices tum ij qui cum illis rem habent communem peccant in legem, ſed ꝙ ideo nulla illarum ſuſtineri debeat, id uero hinc ſequi plane pernegamus, quando in eodem etiam loco pœna eius trangreſſionis nulla cõmemoratur: Voluit itaque iſtud lex uetare ut & interim hic temporaliter non prohibet, ſed magis tolerat ne contingant deteriora plura, & relinquit ultioni diuinæ: Rationẽ quoq; quur eiuſmodi proſtibula ſint toleranda, iam olim docuit Ariſtoteles, ut plura maioraq; mala caueantur. In polit. Auguſt. etiam adcõmodat Auguſti. inſuper ſimilitudinem non abſurdam & ait: Si quis palatium pulchrum ædificet, & in angulo eius fœtorem cloacæ ſuſtinere nolit, palatium totum fœtore implebit. Vnde tolle cloacam de palatio, & aula fœtore efficitur inhabitabilis, tolle meretricẽ de mundo, & Zodomia totus efficietur reprobus, ſed hæc coram pijs aurib. tractãda ſunt ſyncerius, neq; uero ideo proſtitutis licere debet quicquid libet, nec permittenda ſunt eis omnia offendicula quibus imponant ſimplicioribus cum ſcandalo iuuenum & puellarum.

2. Quum ergo audiſſet mulier dominum ibi diſcumbere, uenit & ipſa ferens ſecum alabaſtrum unguenti: Differre libet in iuſtam homiliã quod iam pene uulgo quæri ſolet, an una hec fuerit Maria apud Matth. Lucã & Iohannem, ſolam itaque literam ſectantes ita ut cœpimus progrediamur, contenti interim exiſtentes eo qd cõmunis credit eccleſia: Eandẽ hanc fuiſſe Mariam Magdalenam quæ ſæpius uenerit ad dominum: Vbi cognouit dominum eſſe in domo Simonis: Quod illa utique hinc cognouit, quia trahebatur a patre & quia cognouit eum, deinceps ſequuta eſt: Grego. inquit: Ecce quandoquidem tur- Grego. pitudinis ſuæ maculas aſpexit, lauanda ad fontem miſericordiæ cucurrit: Conuiuantes non erubuit: Et infra: Quid hic miramur fratres Mariam uenientem, an dominum ſuſcipientem, dicam ſuſcipientem an trahentem, melius trahentem & ſuſcipientem, quia nimirum ipſe eam per miſericordiam traxit intus, qui per mãſuetudinem

ſuſcepit foris: Omnes itaqꝫ doctores do-
cent,quia homo quilibet effuſe rogare de-
bet deum, ut ei peccatorum ſuorum cogni
tionem concedat, q̄ꝙ grauia & nociua
ſint illa,ut ſic ad ueram perueniat pœnitē-
tiam,dicente Hieremia, poſtqꝫ conuertiſti
Hiere.31 me, egi pœnitentiam & poſtqꝫ oſtendiſti
mihi, percuſſi femur meum. Magdalena
ubi domini cognouit præſentiam in do
mo Symonis uenit ad eum nō uacua iux
ta pręceptum legis:Non apparebis in con
Exo.14 ſpectu meo uacuus: Attulit, ſecum unguē
tum precioſum, in alabaſtro, quod mar-
mor nobiliſſimum eſt, atqꝫ id fecit illa ad
honorem domini,per hoc fatigationē eius
refocillare cupiens,uerū ſine dubio agno-
uit ſe peccatis ſauciam, ideoqꝫ extrema at-
tulit ungenta, ut interius ſpiritualiter do-
minus ungeret animam eius: Et quia fęte
bat ex pctis, bene olens ꝓduxit unguētū,
Ambroſi: Hinc elicit Ambr. doctrinā moralem di-
cens: Quocūqꝫ audieris iuſtum ueniſſe cō-
tende præripere hoſpitis gratiam,præripe-
re regnum cœlorum: Vbicunqꝫ audieris
nomen Chriſti,occurre: In cuiuſcunqꝫ do-
mum interiorem,IESVM intraſſe cogno
ueris & tu ipſe feſtina ad pedes, uel infi-
mam ſic domorum eius partem inquiſitu-
rus, quiſquis enim cum Maria pedes do-
mino lauat, cum eadem & caput Chriſti
lauabit:Neminē pigeat lauare illiꝰ pedes,
Mat.9 quum & mulier illa ex tactu fimbriæ ue-
ſtimenti eius ſit ſanata: Siquidē ideo Chri
ſtus ipſe ſibi pedes non lauit, ut nos eos illi
lachrymis contritionis & pœnitentiæ ab-
luamus.

3. Stetit autem Maria retro ſecus pe-
des domini,quo illa humilitatem ſuā oſten
dit,indignam ſe rata quæ in conſpectū do-
mini ueniret, ſicut in perſona peccatorum
Hier.31 ait Hieremias: Confuſus ſum & erubui,
quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcen-
Beda tiæ meæ:Et hæc peccata ſunt carnis: Ve-
rum tamen ꝙ ſecus pedes ſtetit, humilita-
tem ſuam arguit, quoniam nondum ſe ca-
pite Chriſti dignā exiſtimabat, donec gra-
tiam conſequeretur, ſperauit enim ſe etiā
ſecus pedes domini miſericordiam inuen-
turam,ſiquidem de illis ait propheta, ſta-
Zach.14 bunt pedes eius ſuper montem oliuarum,
Oleum autem miſericordiam ſignificat &
miſerationem.

Porro iam Euangeliſta quattuor narrat
obſequia q̄ Magdalena exhibuit dn̄o, pe-
des.n.eiꝰ lachrimis ſuis lauit, terſit capillis,
terſos oſculata eſt,& inde unxit unguento,
Cogitāti mihi,inqt Greg.de Mariæ Mag- Grego.
dalenæ pœnitentia flere magis libet quam
aliqd dicere: Cuius enim uel ſaxeū pectus
illæ huius peccatricis lachrymæ ad exem-
plum pœnitendi non emolliant: Et inde
Diſcite quo dolore ardet,quæ flere & in-
ter epulas non erubuit: Non legitur hic
quid loquuta ſit, ſed opera ipſa pro ea non
tacuerunt, quando ad pedes domini pro-
cubuit in terram, & amaritudinem cordis
ſui fonte lachrymarū teſtata eſt, ſicut qui- Vuincen.
dā hic pius pater pulchre meditatur, qua-
ſi illa dicere uoluiſſet: O benigniſſime do-
mine Ieſu Chriſte qui omnia noſti, ueruſ-
que es cordiū inſpector, qui non uis mor- Ezech.18
tē peccatoris, ſed magis ut conuertatur &
uiuat: Tu ipſe ſatis intelligis quid mei ge-
mitus ſibi uelint, qd hæ lachrymæ poſcāt,
quid ſingultus iſti ex amaritudine cordis
ex te quærant: Ecce peccatrix ego ſum,
immūda ſum, ſum polluta uitiorū omniū
contagio, confugio itaqꝫ ad te dn̄m deum
meum,qui uita es ęterna, te rogo ut uitam
retribuas quā male amiſi,meqꝫ miſericordi
ter liberes,qui ſolus ſufficiēter laborem &
dolorem cōſyderas, Beda ſic inquit: Quia Pſal.9
liquet omnib. ꝙ illicitis actib. prius mulier
intenta unguētum ſibi pro odore ſuæ car-
nis adhibuit: Quod ergo ſibi turpiter ex- Beda
hibuerat hoc iam deo laudabiliter offere-
bat,Oculis terrena concupierat,ſed hoc iā
per pœnitētiam conterens flebat, capillos
ad cōpoſitionē uultus exhibuerat,ſed iam
lachrymis capillos tergebat: Ore ſuperba
dixerat, ſed pedes domini deoſculans hoc
in redemptoris ſui ueſtigia figebat, quot
ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe
inuenit holocauſta: Conuertit ad uirtutū
numerū, numerū criminū: Dixerat eadē
hæc ante Bedam Gregorius. Grego.

4. Videns autem hoc phariſæus qui
dominum inuitauerat dixit intra ſe, hic
ſi Propheta eſſet, ſciret utique quæ &
qualis eſſet hæc quæ eum tangit, quia

peccatrix eſt: Ecce hic erumpit faſtus phariſaicus, in contemptu aliorum ipſiuſque adeo Chriſti, quaſi is propheta non eſſet, ſimul & exacerbatam ſpiritu mulierē ſpernit ꝙ peccatrix erat: O hominem durum O immitē O immiſericordem phariſęum, quem tot tanq́ ardentes perturbatæ mulieris lachrymæ non ꝑmouerunt, ratus enim fuit ille dominum, ita durum, ut ipſe erat, Grego. eſſe oportere erga perturbatam & anxiam mulierculam: Et ſedebat hic dominus ut medicus inter duos ægros, ſed unus æger in febre integrum ſenſum habebat: (Magdalena ſcilicet) alter uero in febre carnis & ſenſum perdiderat mentis, illa quippe flebat quod fecerat: Phariſæus autem de falſa iuſtitia elatus uim ſuę ualetudinis exaggerabat, mulierem de morbo & de auxilio incuſans medicum: Quod ſi Maria ad pedes Simonis adueniſſet forte eam pedibus proculcaſſet, metuēs ne alieno peccato inficeretur, uera enim iuſtitia ipſum nō impleuerat. Si autem ille ſapientis ſequutus eſſet Conſilium: Sap. 1 Cuſtodite uos a murmuratione quæ nihil prodeſt, ab obtrectatione parcite linguæ, quia ſermo obſcurus nō in uanū abibit, melius rectiuſq́ egiſſet, Hierony. ſed ut ait Hieronymus: Relligio phariſæorum non habebat compaſſionem ſed dedignationem: Nolebat ille uidere & intelligere ꝙ mulier peccatrix ſanctum ſanctorum non ad ſanctimoniæ ſuæ contaminationem tangere poſſet, ſed ad peccatorum ſuorum expurgationem: Atq́ gratus eſſe uolens dominus hoſpiti, & falſam eius perſuaſionem euellere, quum nollet iſte, eum prophetam credere, oſtendit dominum ſe eſſe prophetarum qui etiam noſſet abſcondita, cordium & cogitationes hominum rimaretur: Atq́ ideo Lucas ait reſpōdiſſe eum cogitationibus phariſæi dixiſſeq́: Simon habeo tibi aliquid dicere: Dixit autem hoc dominus ut attentum eum redderet, ipſeque quod dicturus eſſet intelligeret, nec ita temere porro ꝓximum ſuum iudicaret: Videns enim ille tanta pœnitentiæ argumenta potius debebat Magdalenam credere iuſtam inſtar peccatricis iſtius Raab, q̃ ut ita contemneret. Heb. 11 Quia & Paulus de Raab ſic ait, fide Raab meretrix non periјt cum incredulis, excipiens exploratores cum pace: Siquidem mutatio dexteræ excelſi multum eſt admiranda, qui hodie uirtutem colit, forte cras excidit illa: Quis ſcit quando & quomodo deus cuiq́ gratiam ſuam uelit communicare: Pulchram inde ſententiam colligit Grego. Gregorius dicens: Vnum eſt neceſſe, ut quum peccatores conſpicimus, noſmetipſos prius in illorū calamitate defleamus, forſitan enim & nos aut in ſimilibus aut grauiorib⁹ peccatis prouoluimur, uel etiam in huiuſmodi peccata cadere poſſimus: Quod ſi quis omnino rigidus hic eſſe uelit, tranſeat rigor ille in uitia, compaſſio uero in naturā, Bernard. atq́ ſic Bernardus ait: Odi peccatū & dilige hominem: Cui ſimile eſt illud Thraſæę, apud Plynium. Vitia non homines odi. Ad hanc ſui ipſius cognitionem adducere Symonem uoluit dominus, idq́ adeo in duobus, primum, ut ſe quoq́ debitorem & reum peccati confiteretur, docuit idem hoc iam Chriſtus Chriſtianos omnes, ut orent, dimitte nobis debita noſtra ſicut & Math. 6 nos dimittimus debitoribus noſtris: Nam ſi non omnes nos peccatis eſſemus obnoxij, quorſum ſpectaret orare nos peccatorum remiſſionem? Alterum, ꝙ & deus Auguſt. homini magna peccata non minus q̃ parua dimittit, modo hic diligat illum, atque huc parabolam adducit huiuſmodi: Debitores duo debebant uni creditori, quorum alter centum alter denarios debebat quinquaginta: Quūq́ ambo ſoluēdo nō eſſent remiſit & donauit utriq́: Quis ergo illum plus diligit ex јis duobus? Duos ecce debitores conſtituit hic dominus, ſiquidem & Simon debebat ſicut Magdalena: Verum ne adhuc eſſet ei gloriandi occaſio & iactādi debitū ſuū minus eſſe q̃ Mariæ, oſtendit utriq́ debitū ex gratia dimitti, ita ut nihilo magis paruū ſuum & exile debitum poſſit ꝑſoluere Simon q̃ Maria magnū, At hæc in præſentiarum iam ſufficiant.

Homilia ſecunda in die S. Mariæ Magdalenæ, quæ pctōrib. omnib. ſūmæ pœnitētiæ de ſe ꝓbet exēplū.

SImon phariſæus quum putabat minus recte facere dominum eo ꝙ tangi ſe permittebat a Magdalena, interrogatꝰ a dn̄o eſt ſi forte uni creditori ſint debitores duo, q̊rum alter. 100. alter. 50. tm̄ denarios illi debeat, & ſi ambo nequeant ſoluere, remiſſo utricꝫ debito, uter eorum illū plus diligat? reſpondit Simon, illum uticꝫ plus diligere cui plus ſit donatum, ſubiunxit dn̄s & dixit, Recte reſpōdiſti: Quo ad literā debitores ĳ duo, Symon & Magdalena eſſe poſſunt, qm̄ ſine dubio dn̄s Symonem hunc intellexit. *Ambroſi.* Ambroſ. hic alium inueſtigat intellectum & ait: Qui ſunt iſti debitores duo, niſi populi, unus ex Iudæis, alter ex gentib. fœneratori illi cœleſtis theſauri obnoxĳ: Vtricꝫ ſane credidit iſte denarios, in quibus regis imago ineſt, non tamen denarios materiales, ſed potius meritorū probationē, monetam uirtutū, quā ponderari oportet libramine iuſtitiæ, tinnitucꝫ probari confeſſionis: Plus autē nos Chriſtiani debemus q̃ Iudęi, ſiquidem plus etiam denariorū, hoc eſt gratiarū & donationū ſuſcepimus, nobis contigit Mariæ natiuitas, nobis datus eſt Chriſtus Emanuel, nobis crux, mors, reſurrectio & omnia Chriſti merita concredita ſunt: Quiſquis ergo amplius quid recepit, is & grauius peccat, miſericordia autem dei efficit ut is magis diligat q̄ plus debet. Greg. ſimiliter exponit de duobus populis, & ꝙ Simon Iudæos, Maria uero gētes repręſentet: Necꝫ difficile eſt ſenſum hunc extēdere, proinde nos breuitatis ſtudio ſuperſedemus. Etſi autē breue illud uerbum ſit: Et dimitti qui plus diligit, magni tamen momenti eſt apud omnes: Id adeo ut & tu intelligas, propone hoc tibi: Vtra tandem plus diligit deū, Maria Chriſti mater, an hæc Magdalena, uticꝫ illa. Ecce hic reſponſum Symeonis obĳcio tibi, qm̄ Magdalenæ plus eſt dimiſſum in debito q̃ Mariæ quæ debitū nullum contraxerat, & ſic ex illo reſponſo ſequeretur *Li.2.cōfe. c.7* Magdalenam plus dilexiſſe dominum q̃ Mariam, quod tn̄ uerū non eſt: Quō ergo dominus illud pro uero adprobauit? Ad hanc dubitationē non uticꝫ facilē, poteſt, reſponderi ex Auguſtino, quia peccator cui peccata dimittuntur cōparari duobus poteſt, uel homini innocenti uel alteri peccatori cui etiā ſua noxa remittitur. Quod ſi ergo loquamur de peccatore & innocente, nihil loci tunc habet hoc reſponſum Symonis, quiſquis enim in innocentia a deo p̄ſeruat̄, ut Maria, Iohānes Baptiſta & cæ. ſine dubio, huiuſmodi maiorē tenetur gratiam agere deo pro tanto munere innocentiæ, q̃ ſi peccator fuiſſet & a peccatis eſſet liberatꝰ, qm̄ perfectius eſt p̄ſeruare a malo q̃ a malo liberare: An nō etiā ille maiorē alteri gratiā deberet a q̊ ſuſtentatus fuiſſet ne in lutū incideret, q̃ ei qui iā collapſum in pedes rurſus erigeret: Sin autē de duobus agamus peccatoribus, quorum utricꝫ peccata dimittuntur, ex ĳs uticꝫ plus tenetur diligere deum, cui plura ſunt dimiſſa peccata: Atcꝫ hoc in caſu loquitur hic Symon, cuius etiam reſponſum tanq̃ bonū collaudat dominus (uide ſi placet: Scotū diſt. 22. q. 1. arti. 3. & Frāſciſcū Maronis ibidē) Patet hoc ex ipſa Chriſti propoſitione quia duos debitores propoſuit ei, Maria autē nihil huiuſmodi debuit: At nos iā ipſa Aug. uerba audimus, qm̄ multū conducunt homini ad notitiam ſui. Quis, inquit ille, eſt hominū, qui ſuā cogitans infirmitatē, audet uiribus ſuis tribuere caſtitatē atcꝫ innocētiam ſuā, ut minus amet te, *Auguſti.* quaſi minus ei neceſſaria fuerit miſericordia tua, qua donas peccata conuerſis ad te, Quis enim uocatus a te, ſequutus eſt uocem tuam, & uitauit ea quæ me de meipſo recordantem & fatentem legit, non me derideat ab eo medico ægrum ſanari, a quo ſibi præſcitum eſt, ut nō ęgrotaret, & ideo te tantundem imo uero amplius diligat. quia per quem me uidet tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum ſe uidet tantis peccatorum languoribus non implicari: Præclara ſunt hæc uerba Auguſtini, eacꝫ tamen ex quadā Auguſtini gloſſa melius intelliguntur, ubi inquit *Auguſt.* ille: Et commiſſa & nō cōmiſſa donātur, nemo enim peccata aliqua facit tam grandia, ut non poſſit eadem perpetrare alter, niſi a deo per gratiā præſeruatus: Diſcamus hic uidētes aliquem magnū peccatorem, compati illi & cōdolere, ꝙ adeo deſtitutus

tutus

tutus ſit gratia dei, ut in tanta corruerit
ſcelera: Neq; inde ſuperbiamus elati, non
extollamur, quaſi nos ſimus illo melio-
res, quin potius deo gratias agamus pro
gratia collata, & quia nos nõ in ſimilia pec
cata prolabi permiſerit: Vt autem omnis
Luc.18 iſte ſpiritualis faſtus phariſæi, qui non pu-
tabat ſe eſſe ſicut alij erãt hoĩes, deijciatur,
fundamentum hoc cognoſcite, & inde ꝙ
infecta ſit perditæ arboris noſtræ natura
cognoſcite: Quilibet hõ ſibi ipſi iuxta ſuã
adfectionem permiſſus a deo, faceret om-
ne malum, quantum ſaltem per eum fie-
ri poſſet, ſed quicquid mali non perpetrat,
id utiq; non ex ſe, uerũ gratia dei pręſeruã
te intermittit, ſiquidem arbor, ut Chriſtus
Math.7 ait, mala bonos fructus facere non poteſt,
Gene.3 Noſtra autem arbor iam olim in paradiſo
uitium contraxit, qñ eam ſerpẽs antiquus
in Adam & Eua primis parentib. intoxi-
Math.15 cauit, factaq; hinc eſt plantatio diaboli nõ
patris cœleſtis, & ideo quicq̃d ex illa ſub-
naſcitur arbore, non poteſt nõ eſſe infectũ
& uitioſum: Vbi ergo iam Pelagiani deli-
teſcunt ſomniantes ꝙ homo ex puris na-
turalibus poſſit etiam uitam mereri æter-
nam? Nihil ſane minus, nã infecta eſt hæc
arbor, fructum ex ſe bonum nullum pro-
fert, niſi gratia dei fructũ nouũ producat,
1.Cor.4 Quo reſpexit etiam paulus qñ dixit: Quid
habes quod non accepiſti.

Vt autẽ iſtuc unde deſcendimus, redi-
tio fiat, reſpondit Symon dño: Aeſtimo
quia is cui plus donauit: Intelligẽdum id
eſt inter debitores, ſed Maria tale nihil de-
buit, ideo neq; hic Magdalenę eſt cõferen-
dꝰ, ſed Symõ cõparari Magdalenæ debet,
Infinita eſſẽt hic dicẽda ſed ſtylꝰ cohibẽdꝰ.

2. Ad reſpõſum ergo Symonis qui dũ
Greg. ſua ſentẽtia cõuincitur, quaſi phreneticus
funẽ portat unde ligetur, recẽſet dominus
quid boni ex pœnitẽtia ſua ſuſceperit pec-
catrix, & quid uiciſſim boni neglexerit
phariſæus, falſo iuſtus: Vnde ſuperbiã ſuã
cognoſcere poterat Symon qui paratus
adeo erat cõdemnare peccatricẽ quaſi ipſe
Theoph. iuſtiſſimꝰ eſſet: Oſtendit ergo ut ait Theo.
dñs Symonẽ & arrogantem & inſipiẽtem
fuiſſe: Arrogantẽ quidem & contumelio
ſum, ꝙ etiã ipſe homo exiſtẽs hominẽ pro-
pter peccata cõdemnabat: Inſipiẽtẽ uero,
quia nõ cogitabat quãta fidei & charitatis
ſigna illa ꝑ ſe ferret: Ipſe interim dño nec
aquã nec oſculũ dederat neq; ungentum.
Vnde facile colligitur nudis pedib. dñm
ambulaſſe, eamq; terrã calcaſſe, quã nunc
infideles & impij Turcæ blaſphemis pe-
dibus conculcant. Q; ſi diligenter ponde-
res hunc dñi ſermonẽ, uideas argumentũ
eſſe a minori ad maius in hunc modũ: Tu
mihi Symon aquã nõ dediſti, hæc autem
lachrymis rigauit pedes meos, facilius autẽ
eſt aquam ex fonte haurire, ꝙ ex oculis la-
chrymas educere: Quanto procliuius eſt
hoſpitem oſculari, pro more regionis, ſicut
adhuc Germani inferiores ſolẽt & Angli,
ad maxillã, ꝙ pedes deoſculari & tergere
capillis, fuerũtq; adeo illa maxĩæ dilectio-
nis argumenta ſicut ipſe deinceps dñs ad
charitatẽ omnia refert. Et tandem conclu-
dit: Propter quod dico tibi, remittũtur ei
peccata multa quia dilexit multũ: Quam
pulchre pepercit hic dñs hoſpiti, ut quum
principio ſimilitudinis de duobꝰ debitori-
bus cœpiſſet dicere, tãdem obmiſſo altero
loquaẽ de uno tm̃: Alias oportuiſſet eũ di-
cere: Et tibi Symon minus dimittiẽ, quia
minus amaſti, paucioraq; dilectionis argu
menta exhibuiſti. Verũ hic dñs parabolã
de altero tm̃ concludit debitore, ad alterũ
interim quod ꝑtinet, nemini proprie ad-
plicat, ſed ſine diſcrimine & imperſonali-
ter dicit: Cui minus dimittitur, minus di-
ligit: Vbi ſatis manifeſte daẽ intelligi, radi-
cẽ remiſſionis pctõrũ eſſe dilectionẽ, quæ
ideo etiã operit multitudinẽ pctõrũ: Quã- 1.Pet.4
obrem Paulus ait ad Coloſſ. Sup oĩa hæc Col.3
charitatẽ habete, quod eſt uinculũ pfectio Ephe.3
nis: Idem monet Epheſios ſuos fundatos
& radicatos eſſe in charitate: Eaq; etiam
cauſſa eſt quur finis p̃cepti ſit charitas, fi-
nis oĩs doctrinę theologicę, finis inſup uni
uerſæ uitæ Chrĩanæ, ſicut pulchre docet
Aug.lib. 1.c. 35. de doctrina Chriſtiana, Auguſt.
quõ charitas finis ſit totiꝰ ſacræ ſcripturæ.
Et ſic Paulus ait, finis præcepti charitas
eſt, de corde puro & conſcientia bona &
fide non ficta: Verum de ijs alias, nunc ſa-
tis ſit dilectionem cauſſam eſſe remiſſionis
peccatorum.

3: Quum dicit domin⁹ eum minus diligere cui minus remittitur, quærat aliquis: Quum tamen dilectio diuina utut ſit illa modica totum auferat peccatū, quō conſiſtat iſtud? accedit inſuper teſtimoniū
Hierony. Hieronymi qui dicit Anathema ſit, qui dicit a deo dimidiam ſperandam eſſe ueniā, Quid multa, quandocūq; unum dimittitur peccatum, dimittuntur omnia, cuius rei ratio eſt, quia nō dimittitur peccatum ſine gratia dei: Iam uero hæc eſſe non poteſt, ubicūq; peccatum eſt, ideoq; cogitare nemo debet ſe uelle aut rite poſſe peccatum unum ſine altero confiteri, aut unum
Exo.20 34 ſine aliquo poſſe dimitti, Non uult enim nos claudicare dominus, zelotes ille eſt, nec poteſt una cum peccato amari: Quid eſt ergo ꝙ hic dominus ait: Cui minus dimittitur, minus diligit? Reſpondetur: Verbum hoc Chriſti intelligi non debere de peccatorum remiſſione quoad culpam & odium obligatorium, quod incurrit quicūq; peccat, iuxta illud pſalmi: Iniquos odio
Pſal.118 & 5 habui, & iſtud Odiſti omnes obſeruantes uanitates: Itaq; quantūcunq; uel minima ſit gratia dei, modo gratia ſit, omne peccatum dimittitur quoad culpam, ſin autem pœnæ remiſſionem accipiamus, quæ pro peccato debetur, tunc demum locum habet illud quod hic dixit Chriſtus: Qui minus diligit, minus remittitur: Hinc regulā doctores eliciūt huiuſmodi: Quamuis in uniuerſali loquendo in pœnitentia dimittitur culpa, ſimulq; pœna æterna in tēporalem conuertitur, pœnitens tamen tam ardentem habere poteſt dilectionem ut totum illi remittatur peccatum in pœna & culpa: Atq; ideo nō eſt ꝙ glorientur Neochriſtiani de Magdalena cui ſatisfactionē dominus non iniunxit, ꝙ etiam ipſi huius exemplo nullam uelint habere, erroneum enim hoc eſt: Primo ſiquidē dominus illi ſatisfactionem non iniunxit, quum nondum inſtituta eſſet confeſſio, ſicut in ſimili caſu de S. Petro ait Ambroſius, lachry-
Ambroſi. mas petri lego, confeſſionem eius non lego. 2. deinde accedit ꝙ Magdalena opera ſatisfactionis iam ante impleuerat, ut amplius opus non eſſet plura ei imponi, quoniam fleuit amare, humiliauit ſe, pedes eſt oſculata: Et ſi cōfitētes ad eū modum omnes diſpoſiti forent, ut ſic in uita pœnitētia digna ſeipſos exhibuerint, non admodum opus foret, multam eis ſatisfactionem imponere. 3. Præterea ultra lachrymarum amaritudinem habuit Maria etiā dilectionis ardorem, tantaq; inde dilectio effecit, ut plus ſit ei dimiſſum: Imo & indulgentias perfecte conſequuta eſt a pœna & culpa: Si quis tantum charitatis in confitente uideret, facilius poſſet ſine ſatisfactione tranſire: Verum interim nihil minus deprehendi ſolet in Neochriſtianis, inique ergo ſatisfactionem recuſant. 4. Quid ꝙ longe diuerſa in Chriſto & alijs ſacerdotibus res eſt, ille enim deus uerus quū ſit, facile potuit remiſſionem peccati operari ſine ſacramento & clauibus, quoniam uirtutem ſuam non alligauit ſacramentis: Et hanc poteſtatem reliqui ſacerdotes nō habēt, ſed in uſu clauium tantum & ſacramētorum: Quūq; pœnitentia ſacramentum exiſtat iudiciale, decet utiq; ſacerdotē tanq; iudicem tranſgredienti homini iniungere pœnam.

4. Nunc tandem Euangeliſta abſolutionē Magdalenæ adiungit, quando dixit ad eam dominus. Remittūtur tibi peccata ſ. a pœna & culpa, Rationem iam antea oſtēderat Symoni, qui dilexit multū, Vbi Greg. ait: Quid frēs mei dilectionē eſſe credimus niſi ignem, in eius rei argu- Grego.
mentū & ſpiritus ſanctus in linguis igneis Act.2
dat⁹ eſt, & quid eſt culpa niſi rubigo, quanto ergo plus habuit Maria de igni amoris tanto fortius peccati abſumpſit rubiginē, ſicut & domin⁹ dixit: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum, lętare igitur Magdalena, quia iam peccatrix non es Chriſtus enim filius dixit: Quod multum dilexeris deum, teſtimonium hoc infallibile eſt, quod tibi in gloriam cedit & honorem: Atq; ſi multū diligis deum, fieri non poteſt, quin ille uiciſſim plurimum te diligat, iuxta illud ſapientis: Ego diligentes Prouer.8
me diligo: Niſi. n. prior te dilexiſſet deus, non potuiſſes tu eum diligere, dicente do- Iohan.6
mino: Nemo uenit ad me niſi pater meus cœleſtis traxerit eum: Cui conſonat illud Iohannis: In hoc eſt charitas, non quaſi 1.Ioh.4

nos dilexerimus deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propiciationem pro peccatis noſtris. Hic ergo ignis eſt amor, qui peccatum in Maria abſumpſit, iuxta illud q̄d de ea canit eccleſia: Incendit plene peccati rubiginem Maria, quæ arſit tam incomparabiliter, per inextinguibilem ſanctiſſimę dilectionis ignem. Porro quantum ſanata eſt apud hunc cœleſtem medicū Maria, tantum reliqui obſidētes infirmati ſunt, dicētes intra ſe: Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Importune & cum contemptu loquentes inclamant: Quis eſt hic? quaſi dicerent: Non is utiq; eſt, ut eius rei habeat poteſtatē, ſicut
Math. 9 ſimiles ijs alio in loco dicebant: Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus deus? Non conſyderabant illi q̄ prudenter dominus Symonem compeſcuiſſet. Veruntamen nihil motus dominus ex ſuſpicioſis iſtorū cogitationibus, ſiquidem hoc primum nō
Theophi. erat, priorem ſententiam ſuam ſuper Magdalenam confirmauit, inquiens: Fides tua te ſaluam fecit, uade in pace. Nō prorumpat hic Neochriſtianus putans errori ſuo fucum pretexi, quaſi ſola fides ad iuſtificationem ſufficiat. Primum ēm dominus nō ait: Sola fides tua, quoniam uocula hęc ſola ex Euangelio non procedit, ſed uix hodie aut heri ſub hæreticorum incude fabricata eſt: deinde non dicit etiam dominus: Nuda fides. De cuiuſmodi autem fide loquatur, ex præcedentibus ſatis liquet, quū dixit: Multa ei dimiſſa eſſe, q̄a dilexit multum. Quum ergo antea peccatorum remiſſionem dilectioni tribuerit, & nunc demū fidei, conſtat non ſola fide iuſtificatam eſſe
Gala. 5 Mariam, ſed illa quam Paulus ait operari per charitatem, de qua ait etiam Petrus, q̄
Acto. 15 deus fide purificet corda hominum.

Vbi quærat aliquis: Quomodo homo non a ſeipſo ſed ex gratia Dei iuſtificetur, quur dicat Chriſtus ad Mariam: Fides tua te ſaluam fecit, & non potius: Ego te ſeruaui, ego te uirtutibus reſtitui? Reſpondet Theoph. feciſſe hoc dominum, ne maiori inuidia capiantur Iudæi, iam antea ſatis exacerbati in illum, ad fidem ergo retulit tum ut inuidiam illorū minueret, tum & illos ad credendum induceret, diſcētes ſalutem ex fide eſſe. Vade in pace. Quo ad literam, pax hic intelligitur conſcientiæ, quam habet homo poſtq̄ a peccatis eſt abſolutus. Vere ēm res præclara & eximia eſt mens ſibi bene conſcia, ubi quis prærupta uitiorum abiecerit. Hinc ſolent confeſſores multi ad eos quos iam abſoluerunt, poſtremo dicere: Vade in pace. Pacem hanc cōſcientiæ optauit paulus ſuis Philippen. dicens: Pax Dei quæ ſuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda ueſtra & intellectum. Philip. 4
Grego. ſic ait: In pace ire pręcipitur, ut a Gregor.
ueritatis itinere in uiam ſcandali non deriuetur, dicente Zacharia: Ad dirigendos Luc. 1
pedes noſtros in uiam pacis. Tunc ēm pedes noſtri in uiam pacis diriguntur, quando operationis uiam igredimur, a qua per gratiam Chriſti neutiq; ſecedimus ad aliquod diuerticulum diſſenſionum.

Theoph. Paulo aliter exponit, & is quidem putat hanc fuiſſe Magdalenæ ſatisfactionem: ait ēm, hoc quod dominus dicit: Vade in pace, idem eſſe ac ſi dixiſſet, fac ea quæ te deo cōciliant, iuſtitiā operare, quoniam & pax ipſa iuſtitia eſt, ſicut peccatū inimicitia cum deo. Tu autem hic obſerua poſtq̄ remiſit ei peccatum, non contentus eo dominus, inſuper adiungit operationē boni dicens: Vade in pace, in qua ingredi decet omnem pœnitentem, iuxta id quod Theoph.
Dauid inquit: Ibunt de uirtute in uirtutē Pſalm. 83
uidebitur deus deorum in Syon. Siquidē pax illa diuina requirit opera bona, ut etiā Paulus ait: Iuſtificati ex fide pacem habea Rom. 5.
mus ad deum per Chriſtum, per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus. Itaq; dilectiſſimi agnoſcamus noſmet erga deum cum Magdalena peccatores, clementiam eius imploremus, ut nobis quoq; gratiā ſuam & charitatem largiatur, quatenus & nobis multa remittant peccata, noſq; hic in pace ambulantes, in conſcientia quieta, & reconciliatione dei, tandem poſt hanc uitam, pacem adſequi mereamur fœlicitatis æternæ Amen.

Homilia 3. et ultima in eodem feſto.

Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Lucæ ſeptimo.

Ex omnibus mulieribus ſola excepta matre Chriſti, alia nulla eſt cuius frequentem adeo faciunt mentionem Euangeliſtæ, niſi hæc Magdalena quod & in magnum illi honorem cedit, quuis etiam hic eius peccata non taceantur illa tamen occultantur eoque pacto cælantur, ut multis laudibus cumulentur ex pœnitentia quam ſuper ijs egit ſtrictiſſimam. Principio enim illi cõmemorãt dominum ſeptem ſpiritus immundos eieciſſe ab ea, quo peccatricem ipſam fuiſſe oſtendunt, in ciuitate diffamatam. Verum hoc tandẽ adijciunt, quod huic uni Chriſtus præ cunctis apoſtolis poſt reſurrectionem ſuam apparuit, ipſamque apoſtolorum conſtituit apoſtolam, dum iuſſit eam abire ad fratres ſuos, & dicere: Aſcendo ad patrem meum et patrem ueſtrum, deum meum & deum ueſtrum. Primum quoque illa domino tantum pedes unxit, quia peccatrix erat, ſed deinde quum dilectionem Chriſti haberet feruentem, etiam caput eius unxit, quod pulchre ponderat Ambroſius. Euangeliſtæ etiam, dum illa in ciuitate adhuc eſſet ex peccatis diuulgata, nomen eius, familiam, fratres & ſororem plane tacuerunt, quæ omnia tandem glorioſe commemorarunt. Ipſos igitur iam Euangeliſtas audiamus de ipſa loquentes: deinde quid in hac re circa Mariam Magdalenam noſtra memoria nouitatis ſit ortum, referemus, ea quidem modeſtia, ne piæ fidelium aures aliqua ex parte offendantur.

Iohan. 20 *Luc. 7* *Ioãnis. 12* *Matth. 26*

Lucæ. 7 Et principio quidem, ait Lucas, ex Euangelio iam audiuimus, fuiſſe mulierem in ciuitate peccatricẽ, eamque ueniſſe in domum Symonis phariſæi, lachrymis ſuis lauiſſe pedes domini, & capillis terſiſſe, oſculatam eſſe & unxiſſe. *Lucæ 8* Ac deinceps ait: Faciebat dominus iter per ciuitates & caſtella, prædicans & Euãgelizans regnum, & duodecim cũ illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a ſpiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ uocatur Magdalenæ, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Iohanna uxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna & aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis: Et inde: Factum eſt dum irent, intrauit in quoddam caſtellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. *Lucæ. 10* Et huic erat ſoror nomine Maria, quæ etiam ſedens ſecus pedes domini audiebat uerbũ illius, Martha aũt ſatagebat circa frequẽs miniſterium, quæ ſtetit & ait: Domine nõ eſt tibi curæ, quod ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare, dic ergo illi ut me adiuuet. Et reſpondens dixit illi dñs: Martha, Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima, porro unum eſt neceſſarium, Maria optimã partem elegit quæ non auferetur ab ea.

Iodn. 11 Verum & Iohannes refert Lazarum ex caſtello Mariæ & Marthæ ſororum ægrotaſſe (erat autem hæc ipſa Maria quæ dominum unxerat, & pedes eius capillis ſuis deterſerat) ibi tamen ſorores illæ miſerunt ad dominum, denunciantes eum quem diligeret infirmari. Quum ergo ueniſſet dominus in Bethaniam, iamque Lazarus ante quadriduũ mortuus eſſet, occurrit illi Martha primum, ea deinde & Mariam aduocauit, ſed clam, dicens adeſſe magiſtrum ipſamque uocare, quæ continuo ſurrexit, feſtinanterque ad dominũ cucurrit procidens ad pedes illius, & dicens: Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, ibique Lazarum a mortuis reſuſcitauit Chriſtus. *Iohãn. 12* Porro deinceps ait Iohannes: Ante ſex dies paſchæ, uenit Ieſus Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus, fecerunt autem ei cænam ibi & Martha miniſtrabat, Lazarus uero unus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi piſtici precioſi, & unxit pedes Ieſu, & exterſit capillis, ita ut domus impleret ex odore unguenti. Sed & murmurante hinc Iuda, & clamitante quur non uenierit illud trecentis denarijs, dixit dominus: Sine illam, ut in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.

Matth. 26 Inſuper Mathæus de ea ſic ait: Quum Ieſus eſſet in Bethania in domo Symonis leproſi, acceſſit ad eum mulier habens alabaſtrum unguenti precioſi, & effudit ſup

capus

caput ipſius recumbentis. Videntes autē
diſcipuli, indignati ſunt dicentes: Vt quid
perditio hæc? potuit em̃ iſtud uenundari
multo,& dari pauperibus? Sciens autem
Ieſus, ait illis: Quid moleſti eſtis huic mu
lieri? opus em̃ bonum operata eſt in me.
Nam ſemper pauperes habetis uobiſcum,
me autē nō ſemper habetis. Mittens enim
hæc unguentum hoc in corpus meum ad
ſepeliendum me fecit: Amen dico uobis,
ubicunqꝫ prædicatum fuerit hoc Euange-
lium in toto mundo dicetur: & ꝗ hæc fe-
cit in memoriā eius: Factum hoc eſt poſt
Marc. 14 illud quod Iohannes refert cōtigiſſe in ędi-
bus Marthæ, deſcripſitqꝫ hoc idē Marcus.
Præterea in paſſionem uſqꝫ ſequuta Chri-
ſtum Magdalena; ſtetit etiā ſub cruce ipſi-
us, ſicut teſtantur Euangeliſtæ. Nam Mat
Matth. 27 thæus ſic ait: Erant ibi mulieres multæ a
longe quæ ſequutæ erant Ieſum a Gallilęa
miniſtrātes ei, inter quas erāt Maria Mag-
dalena & Maria Iacobi, & Ioſeph mater,
& mater filiorum Zebedæi. Conſonat eti
Marc. 15 am Marcus dicens: Erant mulieres de lon
ge aſpicientes inter quas erat Maria Mag-
dalenæ et Maria Iacobi minoris, & Ioſeph
mater & Salome, & quum eſſet in Galli-
læa, ſequebantur eum & miniſtrabant ei,
& aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcende-
Lucæ. 23 rant Hieroſolymā. Idem & Lucas de mu-
lieribus recenſet, ꝗ̃uis nullā uocet ex no-
Iohān. 19. mine. Sed Iohannes ſic inquit: Stabat iu-
xta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris
eius Maria Cleophæ, & Maria Magdale-
næ. Ad hæc funus Chriſti conduxit Mag
Math. 27 dalena ad ſepulturam: ſic enim ait Matth.
Sepulto dom̄io abijſſe Ioſeph, adfuiſſe au-
tem Mariam Magdalenam, & alterā Ma-
riam quæ ſedebant contra ſepulchrum.
Marc. 15 Marcus ſcribit Mariam Magdalenam &
Mariam Ioſeph uidiſſe quonam ponere-
tur dominus. Lucas uero in hæc uerba ſcri
ptum reliquit.
Lucæ. 23 Subſequutæ mulieres quæ cum eo ue-
nerant de Gallilæa, uiderunt monumen-
tum, & quemadmodum poſitum erat cor-
pus eius. Et reuertentes parauerunt aro-
mata & unguenta. Ipſo deinde reſurrectio
nis Chriſti die, mane uenit Maria Magda
lena cum reliquis mulieribus ungere cor-
pus Ieſu. Ita enim Iohannes de ea ſola ſcri-
bit, quomodo mane uenerit ad monumen Iohan. 20
tum, & conſpicata reuolutum inde lapidē
recurrerit ad Petrum & Iohannem denun
cians eis hoc, qui deinde una cum Magda
lena uenerint ad dominum. Matthæus Matth. 28
quoqꝫ: Veſpera, inquit, ſabbathi, quæ luce
ſcit in primā ſabbathi, uenit Maria Magda
lena & altera Maria uidere ſepulchrum, lo
quutus eſt autem angelus mulieribus, di-
cens: Nolite metuere, ſcio enim quia cruci
fixum quæritis. Marcus uero ſic habet:
Quum tranſijſſet ſabbathum, Maria Mag Marc. 16
dalenæ & Maria Iacobi & Salome eme-
runt aromata ut ueniētes ungerent eum.
Et ualde mane una ſabbathorum ueniunt
ad monumentum orto iam ſole, et dicebāt
ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem
ab oſtio monumenti? Et reſpicientes ui-
derunt reuolutum lapidem, & introeun-
tes in monumētum, uiderunt iuuenem ſe-
dentem in dextris coopertum ſtola candi-
da, & obſtupuerunt. Qui dicit illis: Nolite
expaueſcere, Ieſum quem quæritis Naza-
renum crucifixum, ſurrexit, nō eſt hic, Ec-
ce locus ubi poſuerunt eum: Ite dicite di-
ſcipulis eius & Petro, quia p̄cedet uos in
Gallilæā, ibi eū uidebitis ſicut dixit uobis.
Eiuſdem hiſtoriæ meminit & Lucas ad- Lucæ. 24
dens: Mulieres a ſepulchro reuerſas nunci
aſſe illud undecim apoſtolis & alijs omni-
bus, ait enim: Erat Maria Magdalenæ &
Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ
cum eis erant, quæ dicebant ad apoſtolos
hæc.

Quomodo autem Chriſtus apparuerit
Magdalenæ Marcus recenſet, qui poſtqꝫ
narrauit Mariam cum cæteris mulieribus
abijſſe ad ſepulchrum, ſic ſubdit: Surgens Marc. 16
Ieſus mane prima ſabbathi apparuit pri-
mo Mariæ Magdalenæ de qua eiecerat ſe-
ptem dæmonia. Illa uadens, nunciauit ijs
qui cū eo fuerant lugentibus & flentibus.
Et illi audientes quia uiueret & uiſus eſſet
ab ea non crediderunt. Iohannes aliquan- Ioānis. 20
to clarius enarrat illud quomodo ſucceſſe-
rit: ſiquidem quum iam abijſſent Petrus
& Iohannes rurſus a monumento, Stabat
Maria ad monumentum foris plorans,
dum ergo fleret inclinauit ſe & proſpexit

in monumentum, & uidit duos angelos in albis ſedentes, unum ad caput, & unum ad pedes ubi poſitum fuerat corpus Ieſu, Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Hæc quum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & uidit Ieſum ſtantem & non ſciebat, quia Ieſus eſt, dicit ei Ieſus: Mulier quid ploras? quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, Dicit ei: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum dicito mihi, ubi poſuiſti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus: Noli me tangere, nondum em̃ aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum & patrem ueſtrum, deum meum, & deum ueſtrum. Venit Maria Magdalenæ adnuncians diſcipulis quia uidi dominum, & hæc dixit mihi. Hiſtoriam hãc inuenies probe explicatam in die ſancto Paſchæ. Sufficiat nunc oſtendiſſe quanta teſtimonia Mariæ Magdalenæ Euangelium tribuat. *Lucæ. 7.* Fuit illa quidem peccatrix, ſed pœnitentiam egit, cuius rei certum ei præbet Chriſtus teſtimonium ex plurima dilectione erga deum. Viciſſim Iohannes *Iohãn. 11.* teſtatur Chriſtum dilexiſſe eam, fratrem ipſius & ſororem. Quater ipſam defendit Chriſtus, ſub cuius patrocinio non potuit excidere cauſſa, ſemel defendit eam aduerſus Symonem phariſæum, *Lucæ. 7 & 10 Iohan 11 Matth. 26* deinde erga ſororem ipſius Martham. Mox contra Iudam in ædibus Marthæ: poſtremo aduerſus apoſtolos in domo Symonis leproſi.

Verum hic prorumpunt neſcio qui terræ filij, priuata quædam ſomnia narrantes Horum alij tres, alij duas tantum uolunt fuiſſe Magdalenas. Et unam quidem a Bethania Marthæ & Lazari ſororem, eamq; bonam extitiſſe ſemper. Alteram fuiſſe Hieroſolymis peccatricem. Tertiam obſeſſam ex Gallilæa, cui ſoli nomẽ fuerit Magdalenæ, a Magdalo oppido in mari Tyberiadis poſito. Atq; ideo textus ſupra per nos citatos diuidunt in tres partes, uolentes ꝙ in octo capitibus mentio fiat Mariæ Magdalenæ, quæ fuit a Gallilæa ſcilicet, Matthæi 27. & 28. Marci 15. & 16. Lucæ 8. 23. & 24. Iohãnis 19. & 20. Sed de Maria Hieroſolymitana ſolo capite 7. Lucæ. Atq; de maria ſorore Marthæ in 5. capitibus, Matthæi 26. Marci 14. Lucæ 10 Iohannis 11. & 12. Inducunt illi pro ſuo errore nonnullos ex patribus, Theophylactum, Irenæum, Origenem & Chryſoſtomum. Verum omnis iſta diuiſio imo diſciſſio & laniatio textuum priuata temeritate facta eſt, ſine omni fundamento ſcripturæ. Contra uſum & obſeruationem Eccleſiæ catholicæ, nec aliquis Chriſtianus in huiuſmodi errores conſentire debet, ſed ſicut tenuit Eccleſia ab ipſis iam inde temporibus apoſtolorũ uſq; in hodiernum diem, ita credendum firmiter eſt mulierem unam fuiſſe peccatricem illam, pœnitentem, obſeſſam, Marthæ & Lazari ſororem Inſuper Eccleſia triplici hac Hiſtoria non diuiſa, ſed ſimplici & una utitur hodie. Quum itaq; aduerſarij nullum habeant ex ſcriptura fundamẽtum, nemini temere eſt ab Eccleſia recedendũ, ſed conſtanter credendum Mariam unam illam fuiſſe Marthæ ſororem, & quæ pœnitẽtiã egit. Atq; ideo eadem ubiq; diligentia, & dilectionis argumentum idem ab Euangeliſtis exprimitur. Ecce em̃ quære Mariam & eam inuenies in domo Symonis proſtratam ad *Lucæ. 7 & 11* pedes domini, inuenies apud pedes dominicos etiam in ſuæ ſororis ædibus audien- *Ioãnis. 12* tem uerbum dei. *Iohan. 19* Inuenies & extra Bethaniam procidentem ad pedes domini, *Marc. 27* ſed uides eandem & ſub ipſa cruce Chriſti. *Ioan. 20* Vides ne apud ſepulchrum quoq;? Merito ergo eidem Mariæ dominus, primum apparuit poſt reſurrectionem. Et ſic quidem ſecundum doctrinam Iacobi nõ debemus *Iaco. 1* plures fieri magiſtri, hoc eſt, plurima & diuerſa & Eccleſiæ docere contraria. Quam diu ſequimur Eccleſiam, magiſtrum unũ habemus, ſpiritum ſanctum a quo nemini eſt recedendum. Sed neq; hoc uel minimũ ſuſpicari quiſq; debet, Mariam, quia peccatrix fuerit, non ideo a Chriſto in ſublimiorem gratiæ gradum eſſe euectam. Nã qui ad hanc amuſſim exacte cõponere ſingula uellet, is & Zachæum a Chriſti conſortio excluderet, publicanum quoq;, Petrum ipſum apoſtolorum principem qui

etiam

etiam proprium ſuum abnegauit magiſtrum, Matthæum telonearium, Thomã incredulum, & Paulum perſequutorem. Ideo enim Maria ſpeculum & exemplar eſt pœnitentiæ, quia gratiã apud Chriſtũ conſequuta eſt licet peccatrix.

Quod autem nouitij iſti ueteres illos doctores, Originem, Chryſoſtomum, Irenæum & alios pro ſuo errore adducunt, iam dudum egregie confutatum eſt a multis: & inde ſcholis potius ꝙ ſuggeſto conuenit. Nobis ſufficere debet fides Eccleſiæ ad credendam hanc ueritatem, omnes illas unicam tantum fuiſſe mulierem Mariam Magdalenam, ſicut Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Bernhardus, Beda & quædam concilia concluſerunt, ipſaq; in uniuerſum catholica credit Eccleſia. Quia iſta materia eſt latiſſime euacuata, non debet nimium propalari coram ſimplici populo: ſcandalizantur enim quando audiunt illa a doctis controuerti quæ ſemper ſunt habita certiſſima, doctus autem legat quæ Marcus de grandi ualle, Iohannes Epiſcopus Roffenſis Angliæ doctiſſimus. Natalis Beda doctor Parrhiſinus & uitæ honeſtate & erudicione ſpectabilis, ſcripſerunt contra Iacobum Fabri Stapulenſem ſcripſit etiam quidam Monachus Giſelbertus Vueſtenſis monaſterij Abbas in Anglia, auditor b. Anshelmi cuius ſcriptũ tamen non uidi.

De Beata Maria Magdalena.

AD extremum iam pro coronide ipſam ſcilicet Mariæ Magdelenę Hiſtoriã breuiter percurremus. Nata illa parentibus eſt & diuitibus & nobilibus matrem habuit Euchariam, poſt obitum patris Syri & matris, liberi illi tres relicti diuiſerunt bona, manſeruntq; Lazaro ea quæ erant Hieroſolymis, Marthæ bona in Bethania, Mariæ autem quæ erãt in oppido Magdalo, unde & ipſa Magdalenæ dicitur: Situm autem illud eſt ad mare Tiberiadis non ita procul a Naym. Maria & bonis ſuis & forma abuſa adhuc iuuencula, multum leuiter & indecenter uixit, ita ut ab omnibus pro peccatrice & petulanti muliercula haberetur, plus diabolo ſeruiens ꝙ deo. Verum quum pœnitentiam prædicaret dominus, percipiens illa uerbum eius corde, obmiſſis peccatis conuertit ſe ad deum. An autem dæmonia ſeptem uere obſederint illam, ut potius ipſa ob multitudinem peccatorum pro obſeſſa ſit habita, quod alias de malis hominibus dici ſolet, ex ſcriptura certo nõ conſtat. Gregorius tamen, & ante eum Auguſtinus libro undecimo de ciuitate dei, cap. 31. exiſtimant ſeptenario dæmonum numero uniuerſitatem intelligi uitiorum. *Gregori August.*
Conuerſio eius in Martio facta eſt, circiter diem 10. Quumq; iam in corde ſuo conuerſa eſſet, diuina dilectione urgente ad opera pœnitentiæ compulſa eſt, ut ueniret ad pedes domini in ædes Symonis phariſæi: ſicut in Euangelio audiuimus: ſic deinceps dominum ſequuta doctrinam eius uita ſua expreſſit. In eius gratiam dominus Martham a diuturna infirmitate liberauit (ut uult Ambroſius, ſed Eccleſiaſtica Hiſtoria, & tripart. dicit aliam fuiſſe Ediſſenam) Lazarum quoq; a morte ſuſcitauit, & alia multa quæ ſupra ex Euãgelijs ſunt recitata. *Iohan 11 Ambro. cap. 5. de Salomone* Poſt aſcenſionem Chriſti, diuiſis iam apoſtolis in uniuerſum orbẽ, ipſa quoq; Iudæam reliquit cum Lazaro, Martha & Maximin⁹ qui unus fuit ex 72. diſcipulis cum Marcella quæ ancilla erat Marthæ, uerbaq; ut aiunt, illa dixerat ad dominum Beatus uenter qui te portauit, & ubera q̃ ſuxiſti. *Euſebius. li. 7. ca. 14 Luc. 11* Cum Cedonio qui ab ineunte ætate cæcus extiterat, & cũ plæriſq; alijs Chriſtianorum. *Iohã. 9* Omnes ij aſcenderunt in mare & eiecit eos uentus ad litus in Maſſylia, ubi dominum regionis cum uxore ad ſidẽ Chriſti conuerterunt, ipſe Lazarus conſecratus eſt Epiſcopus, ſed Magdalena adiuncto ſibi Maximino, porro profecta in ciuitatem Aqueum, prædicauit ibidẽ, multoq; populo cõuerſo, Maximinus ibi ordinatus eſt Epiſcop⁹, Poſtremo Magdalena plane deſeruit mundum, ut uitam uiuere poſſet contemplatiuam, quam nimirum optimam partem iam dudum elegerat, in ea uixit annis 30. hominib⁹ ignota omni- *Luc. 11*

bus, omniumqꝫ mortalium ſolatio deſtituta: quotidie tamen ſeptem horarum tempore ab angelis eleuabatur in aëra, audiens laudem dei: unde & paſcebatur. Quũ autem ſacerdos quidam in ſingulos annos diebus 40. ueniret in deſertum, reuelatum ei nomen eſt ſimul & angelica uita Magdalenæ, ipſiqꝫ cõmiſſum, ut pontifici Maximino inſinuaret eam morituram, ut igitur proximo die dominico de ſacramento ei prouideret curandum eſſe: ſiquidẽ tunc angeli ipſam in oratorium eius deducturi erant. Sic iam poſteaqꝫ Maximinus corporis Chriſti ſacramentum contulit Mariæ emiſit illa ſpiritum ſuum ante altare, anno a Chriſto nato 78.

Hæc itaqꝫ illa ſancta mulier eſt Magdalena, exemplar peccatorum omnium, qui conuerti uolunt ad dominum, Ipſa enim prima eſt quæ tempore gratiæ Euangelicam pœnitentiã eſt operata. Hæc ipſa partem optimam elegit, hæc ad pedes Chriſti uerbum eius ſedulo audiuit, hæc caput dominicum precioſo unguento irrigauit: hęc Chriſtum fletu & lacrimis ad crucem uſqꝫ ſequuta eſt: hæc apud Crucem remanſit, & neqꝫ mortuo iam illo niſi prius ad ſepulturam conduceret, abſceſſit: hæc unguentum & aromata comparauit unctura illũ in monumento: hæc inſuper nec a monumento receſſit, etiam apoſtolis & mulieribus alijs abeuntibus: huic primum apparuit Chriſtus in die reſurrectionis ſuæ. O ſancta igitur Maria Magdalena ora deum pro nobis, ut & nos peccatorum noſtrorum remiſſionem, gratiam dei & dilectionem, atqꝫ poſt hanc uitã impetremns illam, in qua tu iam beata cum Chriſto triumphas in ſæcula, Amen.

De Magdalena ſi placet uidere plura, uide Ambroſium in ſermone ſed uerſatur in eo ꝙ Chriſtus ad illam dixit: Noli me tangere.

Die S. Jacobi apoſtoli

Euangelium Matthæi. XX.



In illo tempore: Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedei cũ filijs ſuis, adorans et petens aliquid ab eo. (Marc. 10) Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut ſedeant ij duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit: Neſcitis quid petatis, poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei: Poſſumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexterã meam uel ſiniſtram non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus autẽ uocauit eos ad ſe, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent inter eos? (Marc. 10, Lucæ. 22) Non ita erit inter uos, Sed quicunqꝫ uoluerit inter uos maior fieri, ſit ueſter miniſter. Et qui uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter ſeruus. Sicut filius ho

minis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis. Et egredietibus *Lucæ. 18* illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba multa. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus uiam, audierunt, quia Ieſus tranſiret, & clamarunt dicentes: Domine miſerere noſtri, fili Dauid. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine miſerere noſtri fili Dauid, Et ſtetit Ieſus, ut uocauit eos, & ait, Quid uultis ut faciam uobis. Dicũt illi: Domine ut aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorum Ieſus, te*Mar. 8. 10* tigit oculos eorum. Et confeſtim uiderunt, & ſequuti ſunt eum.

Homilia vnica.

EVangelium hoc, dilectiſſimi, melius tunc intelligitur, quando etiam quæ præcedunt ponderantur. ſiquidem ex ĳs promanat intellectus iſtorum uerborum tanq̃ ex uera cauſſa. Dixe*Math. 20* rat autem ille antea ad eos: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum, & tertia die reſurget. Hinc ſequitur Euangelium hoc, quãdo acceſſit ad eum mater filiorum Zebe*Hierony.* dei. Admiratur hic Hieronymus, & ait: Vnde opinionem regni habet mater filiorum Zebedæi, quum tamen dominus omnia contraria & aduerſantia regno prædixerit, oſtendens tradendum ſe, condemnandum morte, illudendum & flagellandum. Et dum ignominiam paſſionis timẽtibus diſcipulis adnunciaret, illa gloriam poſtulet triumphantis. Hac, ut reor, cauſſa inquit Hieronymus, quia poſt omnia dixerat dominus: Et tertia die reſurget, putauit eum mulier poſt reſurrectionem ilico regnaturum, & hoc quod in ſecundo aduentu promittitur, in primo eſſe complendum, & auiditate fœminea præſentia cupit immemor futurorum. Eſtq; hic uulgaris error Iudæorum, in hunc quoq; diem ita delyrantiũ, ut ſomnient Meſſiam pompoſe & in humano faſtu regnaturum: ſic quicquid in prophetis de gloria prædictũ eſt ſecundi aduentus, iſti de primo intelligunt. Qua de re multa diximus dominica *Tomo. 1 Fol. 2* prima aduentus.

Porro, mater filiorum Zebedæi Maria ſoror fuit Mariæ matris Chriſti, & uxor Zebedæi, quæ alias in Euangelio dici ſolet Maria Salome a parente qui maritus Annæ fuit, ſicut in illius feſto dicetur. Illa ergo acceſſit ad dominum. Vnde colligũt doctores ipſam iam tum fuiſſe uiduam, quia alias etiam Zebedęus adueniſſet, q̃uis Chryſo. dicit: Magna laus mulieris ex *Chryſoſt.* hoc loco intelligitur, quia non ſolum filĳ reliquerunt patrem, ſed & ipſa reliquerat uirum ſuum, & ſequuta fuerat Chriſtum: quia iſte ſine illa uiuere poterat. Venit *Bedâ.* hæc ad dominum adorans illum, & petẽs aliquid ab eo. Vbi nemo ſuſpicetur matrẽ petĳſſe hoc ſine conſenſu filiorum, ſed cõmuni hoc ipſorum conſilio eſſe concluſum ut petitionẽ ſuam ad dominum deferri curarent per ipſam eorum matrem, quã norant illi multum dilectam. Atq; ideo Marcus ubi hanc deſcribit hiſtoriam, tantum *Marc. 10* meminit filiorũ. Theoph. ſic ait: Clanculo *Theophi.* accedebant & ipſi, paſſi aũt ſunt & humanum quid, dũ illud etiã ipſi a dño petierũt Quicquid tñ hoc eſt ſiue uenerint ipſi ſiue mater ſola, eorũ tñ inſtinctu, nõ refert, conſtat utiq; q corporalis benignitas erga filios, ipſe quoq; carnalis adfectus filiorũ, qui nondũ plenũ induerãt ſpũm, hoc ſibi pſuaſerat ut peterent primi eſſe apud dñm.

2. Et dominus dixit ei: Quid uis? Nõ *Hierony.* eo utiq; quæſiuit q ignorarit, ſed ex perſona eius dicitur: qui flagellandus & crucifigendus erat, quomodo & in hęmorrhoyſſa. Quis me tetigit? Et de Lazaro: Vbi po*Lucæ 8* ſuiſtis eũ? Fiunt nõnunq; interrogationes *Iohãn. 11* Chriſti eruditionis gratia & correptionis, ut quum interrogauit in paradiſo: Adam ubi es? & inde: deſcendã & uidebo utrum *Gene. 3* clamorẽ qui uenit ad me opere cõpleuerit *& 18*

an non eſt ita, ut ſciā. Voluit etiam hic dñs
quærendi docere, ipſam eorꝝ petitionē ex
ignorantia puenire: ſed illa: Dic ut ſedeant
hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam,
& unus ad ſiniſtram in regno tuo. Cōmu-
ne hoc parentum uitium eſt, ut liberis ſuis
conditiones amplas & magnificos parent
honores, primos & præcipuos efficiāt, quū
interim poſtrema & uix tamen aliqua ſit
animæ cura. Si quis uideat filium ad ſum-
mam & extremā egeſtatē redigi, iam tum
dolet, ſin ditari conſpicit, nemo triſtatur,
eoq; docent illi parentes eſſe ſe corporum
tantū, non etiā animarꝝ. Ita plane fecit hic
Maria, cui forſitā dixerāt filij dominū eis
promiſiſſe, quia futurū ſit ut ſederent ſuper
Math. 16 ſedes 12. iudicantes 12. tribus Iſraël. Ipſa
aūt putabat regnum hoc Hieroſolymis cę-
pturum, ſimulatq; reſurrexiſſet.

Reſpondit dominus & dixit: Neſcitis
Chryſoſt. quid petatis. Ecce quomodo non igno-
rans, ut ait Chryſo. quæſierat, ſed ut reſpō
dere cōpulſi ulcus ſubaperiat, quod ſanare
Chriſtus intendebat, Et hic patet petitio-
Hierony. nem hanc ex filijs ortā eſſe, quia cū ipſis,
non matre loquutus eſt dominus, intelli-
gens utiq; preces eius ex filiorꝝ deſcendere
uoluntate, ſed & reliqui decem diſcipuli
ijs duobus non matri, ſuccenſebant. Quid
multa? imperfecti adhuc erant apoſtoli,
plus carnis ꝗ ſpiritus habentes, & in hoc
Theoph. Chriſtus ſe deum oſtendit: ꝙ matre præte
rita filijs loquitur, ut doceat ꝙ non igno-
rauerit ab ipſis præmiſſam filijs, qui nihil
dum de cœleſti regno cogitabant, ſed hu-
mana tantum aſpirabant. Neſcitis, inquit,
quid petatis, quaſi diceret: Non exprobro
matri ueſtræ, ignorantiam, quæ nondum
erudita eſt ſapiētia doctrinæ meæ. Vos
autē qui a principio ſemper fuiſtis mecum
& tam multa ex me audiſtis, de contem-
ptu mundi de cōmendatione & laude de-
xteræ, non ſiniſtræ. Qui fit ut ex me tem-
poralē petatis honorē? quid in ſiniſtra fa-
Matth. 25 cturi eſtis? in parte malorꝝ imo maledicto
rum ſtabitis. Ecce quia neſcitis quid peta-
tis. Poterat utiq; eis dicere dominus, quod
Hæbr. 6. 5 Paulus dixit Hebręis: Quū deberetis ma-
giſtri eſſe propter tempus, rurſum indige-
tis, ut doceamini quæ ſint Elementa exor-
dij ſermonum dei. Et ſicut ipſe hic ſupra
apoſtolis exprobrauit, an et ipſi adhuc ſint
ſine intellectu.

3. Quum iam increpaſſet eos dominus
de ignorantia, reuocat illos ad ueram ſci-
entiam, unde cognoſcant quid & quare ſit
petendum. Primumq; ſtatim docet eos
intelligere unde quid petant ignorēt, dicē- Chryſoſt.
tes: Poteſtis bibere calicem quē ego bibi-
turus ſum? Ecce ꝗ ſubito ab hac cupidita
te eos remouit, contraria eis diſſerens. Nā
uos, inquit, de honoribus & coronis cogi-
tatis, ego uero de luctamine atq; ſudore
diſſero. Nec pręmiorꝝ hoc tempus eſt, nec
gloria illa mea modo apparebit, ſed bella,
pericula, & necem præſens uita continet, Hierony.
neſcitis ergo quid petatis. Hieronimus ſic Matth. 26
ait: Calicem in ſcripturis diuinis paſſionē
intelligimus, iuxta illud: Pater ſi poſſibile
eſt, tranſeat a me calix iſte. Et in Pſalmo: Pſal. 115
Calicem ſalutaris accipiam, & nomen do-
mini inuocabo. Statimq; infert quis ſit ille
calix, precioſa in conſpectu domini mors Chryſoſt.
ſanctorum eius.. Chryſoſt. arbitratur dñm
eos ita humaniter ad paſſionem uocaſſe, ut
citra horrorem conſentirent, quia nō dicit:
Sanguinem ueſtrum poteſtis effundere?
poterant hinc exhorreſcere, ſed placide,
Poteſtis, inquit, bibere calicē? & ut minus
in eo mouerentur: addit & illud: Quem
ego bibiturus ſum, ut ſic magis conſenti-
rēt intelligētes, ipſum quoq; communem
in paſſione ſortem cum eis habiturū. Nec
ætatis grauitate, neq; rerum peritia adhuc
ualebant apoſtoli: unde & imprudenter re
ſponderunt domino: Poſſumus, quæ im
perita ſane propriarum uirium erat præ-
ſumptio, non diſſimilis illi qua Petrus pa-
ratum ſe gloriabatur cū Chriſto, & in car- Matth. 26
ceres, & in mortem ire: ac deinde ad unius
ancillæ uocem negauit eum. Ita duo iſti
dicebant: Poſſe ſe bibere calicem, & tamē
ipſi quoq; fugerunt a domino, ſicut & alij
uolentes calicis huius hauſtum præſtola-
ri, Cæterum Theophilactus neſcijſſe eos
putat quid promitteret, dum ſpectabant
tantū ad id quod ambiebant. Et paulo an
te: Poculum dicit martyriū & ſuā mortē,
ſimul oſtendens ꝙ læue ſit, & ꝙ oporteat
nos

nos tam, facile illud aggredi, quàm ſi bibendum eſſet poculum. Declarans quod & ipſe ſuauiter accedat mortem; ſicut enim bibens poculū ſtatim dormit grauatus: ſic & qui martyrij poculum bibit, in mortis ſomnū Chryſoſt. defertur. Similiter & Chryſoſto. dicit: Hi duo deſyderio quodam animi confeſtim promittunt dicentes, poſſumus. Nec idipſum intelligentes quod ſe poſſe adfirmabāt, ſed ſperantes ſe habituros poſtulata.

4. Accepta promiſſione eorum rurſus ait dominus: Calicem quidem meum bibetis, hoc eſt, propter me martyrium & paſſionē ſubibitis. Atque non temere dicit: Hierony. Calicem meum. Quo facit illud Hieronymi: Martyrem facit non pœna ſed cauſſa. Latronis ſiniſtri Crux nonne & ipſa Crux erat? atqui non Crux Chriſti. Crux uaria eſt. Potatores omnes, omnes uſurarij Crucem quidem ferunt, ſed crucem diaboli. Inde fit ut ſæpe deterius multo habeant in miniſterio, & obſequio diaboli, quàm nos in cultu diuino, iuxta commune prouerbium: Difficilius eſt mereri infernum quàm cœlos. Et hinc notanter dicit dominus: Calicem meum bibetis hoc eſt, tanquam Chriſtiani, & ut mei diſcipuli: atque ideo Petrus ait: Nemo patiatur ut 1.Pet.4 fur aut homicida.

Hierony. Propheta fuit hic dominus apoſtolis ijs duobus prædicens ſupplicia, nam & ſcriptura teſtatur Iacobum ab Herode decollatum. Actu. 12 Et in Hiſtorijs Eccleſiaſticis legimus Iohannem a Domiciano in feruentis olei dolium miſſum exiſſe inde illeſum, ut athletam fortem, Romæ ſub porta latina, deinde ille in Inſulam Pathmos relegatus eſt. Vſque adeo non defuit etiam Iohanni martyris animus, qui fortiter bibit calicem confeſſionis: ſicut pueri illi tres in fornace ignis, etiā ſi perſequutor ſanguinem eius non effuderit. Sequitur: Sedere ad dexteram meam & ſiniſtram nō eſt meum dare uobis. Vnde hæreſi & errori ſuo robur addere uolens Arrius, conatus eſt euincere Chriſtum deum uerum non eſſe. Impie ſane hoc ab eo dictum, & ex non intellectis uerbis Chriſti profectum: ſicut enim Theophy. Theophi. ait: hæc ipſa fuit ſententia: Si quis inuentus fuerit cum ueritatis teſtificatione, omni alia uirtute præditus, ille accipiet donum. Illi ſiquidem præparatum eſt qui laborauerit, ſicut & certantibus coronæ ſunt præparatæ, quaſi dicat illis: Non eſt meum dare gratiam ad coronam, ſed quibus præparatum eſt, hoc eſt, ijs qui cucurrerint & uicerint: ſiquidem ſedere ſuper ſedes, quia nihil aliud eſt quàm ob uirtutes glorificari. Hieronyr. Hierony. Regnum, inquit, cœlorum nō eſt dantis ſed accipientis: non eſt enim acceptio perſonarum apud deum, ſed quicunque talem ſe præbuerit, ut regno cœlorum dignus fiat, hic accipiet, quod non perſonæ, ſed uitæ paratum eſt.

Et ſi proprie de hac re loqui uelimus, ſolius Chriſti eſt ſedere ad dexterā dei, & ideo proprie Chriſtus ſolus ad dexterā dei ſedet, Hebr. 1 (uide ſupra in Homilia Aſcenſionis.) Atque ſine dubio, duorum apoſtolorū animus is nō fuit, quod talem petierint ſeſſionē. Deinde ex ſcripturis diſcimus hunc earum morem, quod per dexterā æterna deſignetur fœlicitas: per læuam aūt uita temporis huius, iuxta illud Sponſæ: Siniſtra eius ſub capite meo, & Canti. 2 dextera illius amplexabitur me. Omnes ergo petere debemus, ut a ſiniſtra tribulationis huius ſæculi abducamur, ad dexterā fœlicitatis æternæ. Verū neutro horū ſenſuum loquutus eſt hic dñs (Extende ſi placet de dextera et ſiniſtra, et habebis egregiū ſermonē: adde illud prouer. 3. longitudo dierum in dextera eius, in ſiniſtra eius diuitiæ & gloria: & uide gloſ. ord. & ſi quos habes ſcribentes ſuper Cantica Canticorū & poteris iuſtū cōficere ſermonē. Honorius Honorius fecit unum more ſuo. Adde hic particulā ex Homilia Bedæ, quia per ſymbola facillimum eſt latiſſime uagari, ego nō proſequor magis ſollicitus, quomodo occurrētia paſſim reijciā, quàm ut quicque adfectate corradā.

Cōſtat ergo dñm neutro illo intellectu eſſe loquutū, ſed ad interrogationē apl'orum rñdiſſe de fœlicitate. Vbi dicit Hilari. Hilarius. Iſte honor alijs eſt reſeruatus, & quantum ex ipſis Euangelijs ſentire licet, in regno cœlorū Moyſes et Helias adſidebunt, Math. 17 quibus comitantibus cum gloriæ ſuæ habitu in monte apparuit. Quum ergo locus hic illis iam ante ſit præparatus, Iacobo & Iohan. non continget. Eſt hoc quidē aliquid, ſed Hieron. non ſatisfacit, qui ideo etiam ait, Hierony.

ꝙ ideo ſedentium in regno cælorum uocabula non dicuntur, ne paucis nominatis cæteri putarent excluſi. Atq; eam ob rem illa Chriſti uerba, Non eſt meum, intelligunt nonnulli, non ꝙ non permiſerit, qui & ipſe in eſſentia deus uerus eſt, ſed quia hoc ad Chriſtum nō pertinet dare illis, puta ſanguine ſibi coniunctis, quaſi perſonam reſpiceret, & non potius meritū, quia diſtinctam beatitudinem præparauit deus pro diſtinctione meritorum, Vnde diſcant Epiſcopi & alij, non conſanguineos ſuos promouere, & ad dignitates euehere, quibus impares ſint. Nam quum hoc conſanguineis ſuis proximis recuſarit dominus, neq; uicarius Chriſti idipſum facere debet *Iaco. 2* docente etiam Iacobo: Nolite in perſonarum acceptione habere fidem domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.

Quotquot aūt regnum cœlorum auxiliante dei gratia merentur, ijs utiq; paratū eſt, quo ſenſu dixit alibi dominus: *Math. 11* Regnū cœlorum uim pati, & ab uiolentis abripi. *Chryſoſt.* A ſimili loquitur hic Chryſo. & ait: In acceſſibilis eſt ſedes dei non hominibus ſolū, ſed angelis archangelis cæteriſq; uirtutibꝰ, quia quaſi præcipuum unigeniti priuilegium Paulus poſuit dicens: *Hæbr. 1* Ad quem angelorū dixit unq;: ſede a dextris meis, quaſi dicat: ad nullum niſi ad Chriſtum dominum, ut ait Dauid. Sed ex ſententia duorꝝ apoſtolorum petentium primatū reſpondit: Non eſſe ſuum, non ꝙ non poſſit, ſed quia nolit propter cōſanguinitatem dare, uerum ijs quibus paratū eſt a patre, ſecundum diuinam ipſius diſpenſationem, quæ a Chriſti ordinatione nihil eſt diuerſa. Vis ſimilitudinem? Ecce proponit aliquis brauia luctatoribus & curſoribus. Veniūt aūt duo ex conſanguineis ſiue nepotibus ſuis, dicentes: Da nobis brauia: Reſpondet ille non poſſe ſe, eo ꝙ is cui paratum eſt, recepturus eſt ex cōſuetudine luctæ. Vos itaq; ſi uultis ea, currite, ꝙ ſi curſu ſuperiores fueritis, habebitis. Ita hic plane ſe res habet abſolute loquendo: poſſet em̄ ſic dominus illud dare duobus iſtis, ſed quia ad certamen diſpoſuit, non uult ordinationem illā infringere. Idem facit hic Chriſtus, non utiq; recuſans quod petierant ne perturbarentur, ſed neq; promiſit, ne reliquos ad indignationem commoueret, iam antea ſub murmurantes aduerſus hos duos, ꝙ huiuſmodi quid petijſſent, multo amplius excāduiſſent ſi impetraſſent.

5. Etſi uerba hæc Chriſti ſatis interpretati ſunt doctores, certuſq; adeo eſt intellectus ille quem habunde ſatis in ſuperioribus declarauimus ipſi: quoniam Chriſtus non putabat decuiſſe ſe tam honorificum locum eis tribuere, uel ꝙ conſanguinei eſſent, uel ꝙ primi petijſſent, ſiquidem humilibus tantum & non arrogantibus ſit paratus. Video tamen adhuc expoſitionem Be- *Beda.* dæ, quā paucis proponemus: facilima eſt intellectu: & ī hoc cōſiſtit tota, ꝙ hic Chriſtus nullam ipſe ſibi ademerit poteſtatem ratione diuinitatis: ſiquidem firmū & immotum hoc perpetuo conſiſtit. Omnia *Mathe. 11* mihi tradita ſunt a patre meo, ergo ſimul & poteſtas. Inconcuſſum conſtanter manet quod dictum eſt: Omne quod opera- *Ioan. 5* tur pater, operari etiā filium, & ideo quo ad diuinam eius maieſtatem: hoc quoque Chriſti eſt: dare ſedendi locum ad dexterā uel ſiniſtram. Sin autem humanam eius conſyderemus naturam, reſpectu cuius apoſtoli hic primam petebant ſeſſionem, ad eum hoc non pertinet: quoniam mater illorum præſumebat petere a domino, tanq; illi ſanguine proxime iuncta, ꝙ matris illius ſoror erat: petebat idem corporaliter, ut alter dexteræ ipſius, alter ſiniſtræ aſſideret proximus, quando corporaliter regnaturus eſſet in Hieruſalem. Volebant retrudere a loco ſuo Petrum, qui nimium prope uidebatur accedere Chriſtum, & ideo de diuinitate ſua dominus hic tacuit, ſolam proponens imbecillitatem humanam quomodo calicem paſſionis bibiturus eſſet: unde & ait: Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dextram ſiue ſiniſtram, non eſt meum dare uobis: quaſi dicere uellet, ſecundum humanitatem paſſurus ſum, qua re etiam uos me ſequemini ſimiliter paſſuri. Verū ad me nō pertinet ſecundum eam in qua paſſurus ſum naturā dare uobis dona cœleſtia, ſed quibus pater meus egoq; cum illo in diuinitate parauerimus illud.

Quum

Quum autem apoſtoli hi duo conſentie-
bant bibere calicem paſſionis Chriſti, im-
petrarunt & ipſi ſedes iudiciarias in æter-
na patria cum reliquis apoſtolis quo ad
meritum ſuum, ſederuntq; in hac uita ad ſi
niſtram, quando poteſtate apoſtolica com
miſſum ſibi populum gubernarunt, nunc
uero erepti ex hoc mundo ſedent in gloria
ad dexteram dei omnipotentis uſq; in di-
em nouiſſimum quo ſedebunt cum Chri-
ſto & cæteris apoſtolis iudicare duodecim
tribus Iſraël, imo mundum uniuerſum.
eos iam hodie & quidem ex ijs Iacobum
præcipue imploremus, ut mitis adſeſſor eſ-
ſe dignetur, ſimulq; interceſſor nobis adeſ-
ſe apud Chriſtum iudicem, quatenus in
hac uita gratiam, in illa gloriam conſequa
mur æternam, Amen.

De ſancto Iacobo.

IAcobus Annæ nepos, filius Ze-
bedæi fuit, matrem habuit Mari-
am Salomæ ſororem Mariæ ma-
tris Chriſti, fratrem Iohannem Euangeli-
ſtam: diciturq; ille maior, non ꝙ ſenior fue
rit, uel in ſanctimonia eo qui minor dicitur
ſuperior: poteſt enim ille uel ſanctior uel
æque fuiſſe ſanctus, ſed tantum quo ad uo
cationem: quia prior altero uocatus eſt a
domino, qui initio prædicationis ad mare
Matth. 4 Gallilææ uocauit Petrum & Andream:
deinde Iacobum hunc & fratrem eius, ꝗ̃-
uis etiam eo poterat dici maior: ꝙ præ cæ-
teris familiarior extiterit domino: unus.n.
ex tribus illis fuit, quibus myſteria excel-
lentiora dominus monſtrauit, ut quum fi-
Lucæ. 8 liam Iayri a morte reſuſcitare uolebat, ne-
Math. 17 minem adhibuit niſi Petrum, Iacobum &
Math. 26 Iohannem. In transfiguratione quoq; ſo-
los illos tres ſecum habuit: In paſſione ſua
iam imminente, ad hortum tres illos tan-
tum immiſit oraturus in monte Oliueti.
Conſtat ergo quomodo Chriſtus magis
familiaris huic Iacobo ꝗ̃ alteri aut cæteris
apoſtolis fuerat. Porro poſt diuiſionem
apoſtolorum in Hiſpaniam uſq; profectus
parum inde fructus retulit; quoniam 9.
tantum diſcipulos ibi acquiſiuit, duobus
ibi relictis, alios ſeptem reduxit ſecum in
Iudæam, ubi prædicauit Iudæis ex duo- *Hierony.*
decim tribubus quæ in diſperſione erant
Euangelium Chriſti. Verum ne non ſatis
fidem noſtram inſectaretur diabolus, exci-
tauit ille Magum Hermogenem, qui ſe op
poſuit apoſtolo mittens ad eum diſcipu-
lum ſuum Philætum, uerum hic miracu-
lis & doctrina Iacobi ad fidem conuerſus
eſt, eum Hermogenes præſtigijs ſuis liga-
uit, ita ut mouere ſe non poſſet: quum au-
tem miſiſſet ei Iacobus ſudarium ſuum, ſo
luta ſunt omnia incantamenta eius. Her-
mogenes porro magicis artibus ſuis præ-
cepit dæmonijs ut ei Iacobum ſimul &
Philætum ligatum utrumq; adducerent,
At conquerebantur illa ſe ab angelis tor-
queri, quibus & præcepit Sanctus Iaco-
bus Hermogenem ſibi uinctum adducere
illæſum tamen. Quo facto, confuſus iſte
cum omni arte, intellexit potentiorem eſ-
ſe Iacobi deum, ꝗ̃ diabolus eſſet quo fre-
tus erat: attulit libros ſuos magicos omnes
ad Iacobum cōburendos: quos ille in ma-
re deijci iuſſit, hinc Magus conuerſus ad
Chriſtum, baptizatus eſt. Ob id grauius
irati Iudæi Iacobo, maxime uero Abia-
thar pontifex, ꝙ tantum populi conuerte-
ret ad Chriſtum, uehementius eſt commo
tus in illum.

Cæterum quum Herodes Agrippa ab
Imperatore Claudio ueniſſet Roma, rex
ab ipſo creatus, recepiſſetq; unus 4. partes
Iudææ, quas antea Romani 4. tetrarchis
commiſerant, ut Lucas teſtatur, multaq;
iam obſequia p̄ſtitiſſet Iudæis apud Clau- *Lucæ. 8*
dium, gauiſi ſunt illi de aduentu eius, con
citataq; populi ſeditione effecit Abiathar *Actu.12*
ut Iacobus caperetur. Videns autem He-
rodes quid maxime adfectarent Iudæi, in
gratiam illorum Sanctum Iacobum de-
collari fecit ante feſtum paſchæ, ſtatimq;
comprehenſo Petro etiam ipſum coniecit
in uincula, ut per hoc placeret Iudæis, ue-
rum ille per angelum liberatus eſt. Euſe-
bius, & poſt eum Beda ſic ſentiunt. De *Li.2.ca.8*
hoc Iacobo Clemens Alexandrinus etiā

Hiſtoriam quandam dignam memoria in ſeptimo diſpoſitionum ſuarum libro ſcribit. Perlatam ad ſe uſq; ex traditione maiorum, quoniamquidem, inquit, & is qui obtulerat eum iudici ad martyrium Iacobum ſcilicet, motus etiã ipſe cõfeſſus eſt ſe Chriſtianum eſſe, ducti ſunt, ait ille pariter ad ſupplicium, & dum ducerentur rogauit in uia Iacobum dare ſibi remiſſionem. At ille parumper deliberans. Pax tibi, inquit, et oſculatus eſt eum. Atq; ſic ſimul ambo capite plexi ſunt 25. die Martij, eodem quo Chriſtus crucifixus eſt die. Sunt qui putent conſtanterq; aſſerant illum qui obtulerat Iacobum iudici, uidiſſe in uia paralyticum ab eo curatũ in nomine IHESV ipſumq; uocant Ioſiam, ſunt qui dicant eũ petijſſe etiam a Iacobo baptiſmum. Sed quicquid illud ſit, conſtat ex apoſtolis primum illum poſt Chriſtum paſſum fuiſſe. Verum non multo poſt ultus eſt deus apoſtoli ſui mortem: Acto. 12 profectus enim Herodes Agrippa Cæſaream, quum conſtituto die ueſtitu regio prodijſſet ad populum loquens cum eo, populus etiam ipſi diuinos exhiberet honores, clamans: Vocem illius uocem dei eſſe nõ hominis, ſubito percuſſit eum angelus domini, ita ut corroderent eum uermes, moreretur q; ſic, ut qui miſerrime. Li. 19. ca. 10 Id adeo Ioſephus etiam refert paulo prolixius dicens: Quum tertium annum in Iudææ regno compleſſet, uenit in Cæſaream ciuitatem quæ primitus turris Stratonis appellabatur, ibiq; ſpectaculum ad honorem Cæſaris pro eius ſalute celebrat, ad quam feſtiuitatem omnis prouinciæ multitudo nobilium ſimul & procerum conuenerat: ſecunda uero ſpectaculorum die, ſtola ueſtitus undiq; argento contexta, ita ut textus eſſet ualde mirabilis, uenit ad theatrum incipiente die, & primis radijs ſole oriente demiſſis, argenti claritas repercuſſa fulgorem reddidit ualde perſpicuum, & oculis inſpicientibus formidandum. Mox autem adulatores uoces fauorabiles emittebant: Herodis mors. quia licet hactenus uelut hominem timuerimus, attamen iam nunc ſuperioris naturæ te eſſe conſpicimus. Has uoces rex nequaq; compeſcuit, nec impia uerba compreſſit. Nec multo poſt reſpiciens uidit angelum dei ultorem ſuum agnoſcens: ſtatim dolores ſenſit in uentre, atq; intumuit, dicens amicis: Ecce ego deus ueſter in mortem abripior, quoniam diuina uirtus in me uoces ulciſcitur falſo mihi adſcriptas. Hinc in arcem adductus quinq; diebus dolores maximos ſuſtinuit, in quibus & mortuus eſt, quum regnaſſet annis ſeptem. Quatuor quidem ſub Claudio ſuper partem Abilenen, poſt Liſaniæ mortem, ſuper Itureạm & Traconitidem. Quarto anno adſequutus etiam fuerat quartam Herodis ſororij ſui partẽ. Tandem a Claudio impetrauit quartam quoq; Iudæę partem, cui imperauit annis tribus tantum.

Quando multa eſt familiæ Herodum mentio in ſacris literis & ſcriptis patrum: ne hic quis aberret, genealogiam hanc lubet adijcere.

Antipater

- Antipater præſes Iudææ ſub Iulio Impe. *Ioſeph.li. 14.c.6*
  - Phaſelus.
  - Ioſippus.
  - Herodes Aſcalonita rex, dict⁹ ſenior, pueros occidit in Bethleem Mat.2. *Ioſephus lib.15.16 17.antiq.*
    - Ariſtobolus a patre occiditur, Ioſeph. lib. 16. capi. finali.
      - Herodes Agrippa rex ſenior dictus, quem alij filium uocant Archelai, occidit Iacobum, & Petrum uinxit Act. 12.
        - Agrippa rex iunior dictus audiuit Paulũ eũq; conſuluit ad Cæſarem mitti Act.25.26. Duarũ tribuũ & dimidię occupauit regionem ultra Iordanẽ.
        - Druſus
      - Herodias Agrippæ ſoror & Herodis Antippæ uxor, antea Philippo alteri Herodi nupta.
      - Ariſtobol⁹
    - Archelaus primũ rex Mat. 2. deinde diarcha, poſtremo tetrarcha, ad extremũ relegat⁹ ad Viẽnam Galliæ.
    - Herodes antipas tetrarches Galilæę Luc. 3 occidit Ioannẽ Mat. 14. conſenſit i mortẽ Chriſti Luc.24. Ioſeph.li. 18. cum Herodiade relegatur in Galliã regnũ tradidit Agrippæ.
    - Alexãdera patre occiditur.
    - Lyſanias tetrarcha in Abilene. Luc. 3.
    - Philipp⁹, etiam Herodes dictus tetrarcha Ituręę & Traconitidis. Lu.3.
  - Feroas

Omittuntur hic alij filij qui ad ſacrarum hiſtoriarum cognitionem nil faciunt.

Tẽpore excidij Hieroſolymitani, Chriſtiani a ſpiritu ſancto edocti, fugerunt Pellam ultra Iordanem in regnum Agrippæ, Euſebius li.3.cap.5

Vt autem aliquando quæ de S. Iaco‑
bo cępimus dicere, finiamus: Poſt mortē
corpus ſuum nocte ſuſtulerunt diſcipuli
eius, & naui impoſuerūt, ſicq́ mirabiliter
adpulerunt in Galitiam: Et adhuc mirabi‑
lius reuelauit deus apoſtoli ſui ſepulturam
in Compoſtella, ubi etiā ex uniuerſo Chri
ſtianiſmo a fidelibus in hunc uſq́ diem ui‑
ſitatur, & tot tantaque miracula eodem in
loco operatur, ut merito mundus mire‑
tur uniuerſus: Decollatus autem Hiero‑
ſolymis. 25. die Martij, deinde ſepultus
eſt. 25. die Iulij: Occupata ergo eccleſia
circa. 25. Martij in meditatione paſſionis
Chriſti, ut tamen tanti apoſtoli feſtum di‑
gne recolere & cōmemorare poſſet, tran‑
ſtulit illud in diem ſepulturæ eius: Apo‑
ſtolum hunc & patronum uere maximū
imploremus omnes: Quatenus &cæ.



Solenni et celebri feſto Sanctiſſimæ Annæ matris uirginis matris Euangeliū, Matth. I.

Require hoc ſupra in die conce‑
ptionis Marię, ubi partem expoſitio
nis eius inuenies, reliquā infra in die
natiuitatis eiuſdem, nos tamē ne glo‑
riæ & honori S. matris Annæ de‑
fuiſſe uideamur, homiliam de ea po‑
nemus peculiarem.

Homilia vnica.

Et cum electis fœminis gra
ditur. Eccleſiaſtici. I.

SI vniuerſam Gen. 18.
iam inde a principio ſa‑
crarum literarum ſeriem
perpēdamus, uidebim⁹,
omnes ſterilium partus
nobiliores ſanctioreſque
fuiſſe, ita enim de Sara Abrahæ uxore ſcri
ptura teſtatur, eam diuina promiſſione pe‑
periſſe filium Iſaac, quum iam dominus
eius annos natus centum erat, & ipſa quo
que grandæua cōmuni naturæ curſu pa‑
rere nō poterat: Iſaac inde genuit patriar‑ Gene. 30
cham Iacob, cuius uxor Rachel quum diu
fuiſſet ſterilis uiſitante tādem deo per gra‑
tiam ſuam, peperit Ioſeph patriarchā atq́
prophetam, qui non tantum a fratribus,
uenūdat⁹ eſt ut Chriſtus a Iuda, ſed & in Gen. 41
multis alijs typum Chriſti ſimul & nomen
expreſſit, quando Pharao ſaluatoris no‑
men ei indidit, qui & tribus duas habuit
in Iſraēl, quum tamen fratres eius ſinguli
ſingulas tantum haberent: Inſuper uxor
Manue & ipſa diu ſterilis tandem diuini‑
tus per angelum cognouit filium ſe pari‑
turam, Samſonem. ſ. qui & ipſe figuram
Chriſti geſſit, ſicut enim ille nocte media
ſurgens in ciuitate Gaza, ſuſtulit portas Iudith. 13
cum poſtib. & ſeris, eaſq́ deportauit in uer
ticem montis qui reſpicit contra Hebron,
ita & Chriſtus media nocte reſurgēs, por‑
tas confregit infernales: Eſtq́ illud ibi no‑
tādū ꝙ angelus inhibuit matri Samſonis
ne uel uinū biberet uel immūdū qd man‑
ducaret, uel ſuper caput filij nouacula aſcē
deret, ſiquidē Nazaræus ex utero futurus Votum &
eſſet: Quoniam uel hoc exemplo patet filijs
poſſe matres aliquid uouere pro filijs ſuis,
qui illud ſeruare tenentur quātum ad eos
pertinet, ſunt etiam ad hoc urgendi, monē
di & ſedulo inſtituendi liberi, qui ſi partē

audire

audire nolint, habet hæc excuſationē: Ita
1.Reg.1 de Anna uxore Helchana legit̃, quæ etiā
multis annis fuerat ſterilis,& tñ fletū pre-
ceſq; eius exaudiens dominus gratiam ei
contulit tantam, ut Samuelem prophetā
& Iudicem populi Iſrael pareret: Nemo
ergo dubitet, uoluiſſe deum tenerrimam
hanc ſanctiſſimamq; uirginem Mariam
uoluiſſe ex Anna uetula naſci, quo enim
mirabilior partus,eo fructus ſanctior eſt:
2. Plures inuenimus in ſcriptura huius
nominis mulieres, quæ omnes ut ſuo re-
ſponderent nomini magnā diuinitus gra-
tiam acceperunt ſiquidem חן hebreis gra-
tiā ſonat & חננה plenum gratiæ: Prima eſt
Anna de qua iam diximus mater Samue
lis,cuius oratio deo grata fuit quāq; exau-
diuit petentem prolem, ſic nāq; habet tex-
1.Reg.1 tus: Anna loquebatur in corde ſuo & tan-
tum labia illius mouebantur, uox autē pe-
nitus non audiebatur: Et tamen orationē
eius audiuit deus, ipſaq; uocauit nomen
שמע filij Samuel,eo q a domino poſtulaſſet eū.
Thob.1.8 Altera Anna fuit uxor Raguelis, q Tho
biæ fuerat auunculus,ea quoq; multū fuit
pia timens deum,a quo & impetrauit ut
demonium eijceret a filia ſua Sara, ſiquidē
iſtud maritos iam ſeptē occiderat, quibus
fuerat nupta, corde cum impuro,excluſe- *Thob.8*
rant enim illi ut dicebat angelus Raphael
DEVM ex corde ſuo: tantumque cupie-
bant beluinam uoluptatem explere ſi-
cut equus & mulus: Atque hinc ſuſcepta
ſuper eos poteſtate diabolus interfecerat
illos. Tertia porro Anna fuit illius Tho- *Thob.6.4*
biæ mater,eademque uxor ſenioris Tho-
biæ,qui iam moriturus commiſit filio ſuo,
Honorē habebis matri tuæ omnib. diebus
uitæ eius: Memor enim eſſe debes quæ &
quanta pericula paſſa ſit propter te in ute-
ro ſuo: Annam hæc tanta gratia dignatus
eſt deus, ut maritus eius a cœcitate libera-
retur, ut filius eius pudicam illam Saram
duceret,uideretq; filios filiorum: Quarta *Luc.2*
Anna uidua illa fuit in templo, quæ neq;
dieb. nec noctib. ſecedebat a templo, unde
& interfuit quando puer Ieſus in templū
præſentatus eſt. Quāuis ergo. 4. illæ mu-
lieres ſanctæ fuerint, oēs tamen eas una
hæc ſuperat Anna, non ſuæ tantum uitæ,
uerumetiam ſanctitate fructus, ut ſtatim
dicetur.

Cleophas, ſecundus, — Anna, primus eius maritus Ioachim. — Tertius Salomas

Alphæus, Maria maritus Cleophe, — Maria coniunx Ioſeph, — Maria, Zebedæus. Salomæ maritus.

Iacobus minor fr domini. — Iudas Thade⁹ Lebeus — Symon Zelotes — Ioſeph iuſtus Act. 1 — IESVS Meſſias. Chriſtus — Iacobus maior — Ioānes Euāge.

Maria Cleophæ a patre di cta, alias Alphei à marito. Iacobi & Ioſeph à filijs dici- tur.

Quoniam in Anna hac Mariæ matre
facile inuenias uirtutes illas omnes coniū-
ctim, quas ſingulæ illæ habuerunt: Sic.n.
orationem eius & Ioachim exaudiuit de⁹,
ut lōge nobiliorem fructum protulerit q̃
anna Samuelis, dum poſt longam ſterili-
tatem Mariam Chriſti matrem peperit,
fructum utiq; poſt Chriſtū in terra nobi-
liſſimum: Ad hæc non illam tm̄ gratiā ha-
buit Anna, ut filia eius ſicut anna Rague-
lis cuſtodiretur a diabolo,uerum etiam ab
omni inſultu diaboli,a peccatis & tentatio
ne fuit immunis: Quod etiam anna Tho-
biæ ex ſanitate mariti & nuptijs filij eſt læ-
tificata,quid mirum, quū in huius Annæ
nepote totus ſit mundus redemptus, lim-
bus confractus, diabolus ſuperatus, inſu-
per & filia illius deo deſponſata eſt altiſſi-

mo. Magni autem facis ꝙ Anna Phanuelis deum laudauit & teſtimonium dedit Chriſto? Quanto dignius benedicere & laudare Anna hæc dominũ potuit, ꝙ matrem dei peperit, ideoꝗ & nos clamamus ad illam.

Anna pia mater aue, cuius nomen eſt ſuaue, aue ſonat gratiam.

Aue Ieſſe radix floris, quę cœleſtis dat odoris perhennis fragrantiam.

Aue parens ſtellæ maris, quam tu nuptam contemplaris regis regum filio.

Tu quæ ſola meruiſti eſſe mater matris Chriſti, preces noſtras ſuſcipe.

Tu nos matri atꝗ proli, regi ac reginæ poli commendare non deſine.


3. Quãuis aũt in ſcriptura expſſum nuſꝗ eſt Annã Mariæ fuiſſe parentem, illud tamen conſtanter credit eccleſia ex traditionibus ſeniorum iam inde a temporibus apoſtolorum, qui utiꝗ non ignorarunt parentelam Mariæ, quæ illius mater fuerit quæꝗ ſorores, licet earum frequens fiat in Euangelio mentio: Sic contra uniuerſalem eccleſiæ fidem orti ſunt recens nonnulli qui Annę & apoſtolis honorem ſuũ adimere conati ſunt: Vt autem hæc magis pateant, lubet principio cõmunem fideliũ referre ſentẽtiam, quam a ſenioribus accepimus, ita ut & ipſa Hieroſolymitana tenet eccleſia.

De S. Anna

Anna Stolonis & Emerentianæ filia ex Bethlehem deſponſata eſt Ioachim a Nazareth, qui & uixerunt in Coniugio ſecundum uoluntatem & beneplacitum dei, diuidentes Bona ſua ex annuis poſſeſſionibus trifariam, partem templo & miniſtris eius, aliam pauperib. peregrinis, ſibi & familiæ, impendebãt tertiam: Vixerũt annis circiter. 20. ſine ſobo-le, cꝗuis inde uouerint ſi det eis deus ſobo- Hiero: de ortu Mariæ ad Chromatium
lem, eã ſe in cultu diuino educaturos: Quũque in dedicatione templi Ioachim ſolitam oblationẽ faceret, reſpuit eam Iſachar pontifex, eo ꝙ ſterilis eſſet, unde pudore adfectus Ioachim ad paſtores ſuos in paſcua cõceſſit & poſt aliquot dies apparuit ei angelus domini, conſolatus illum, quoniam orationẽ eius & eleemoſinam accepiſſet deus, inde uxorem ſuam ſibi parituram uirginem quam uocare deberet Mariam, illam prædixit ab infantia deditam fore deo, & ab utero matris plenam ſpiritu ſancto: In eius rei ſignum, inquit angelus, uxorem tuam habebis mox ingreſſurus obuiam Hieroſolymis iuxta portam auream: Idem denunciauerat angelus Annæ, unde & ambo Hieroſolymã uenerunt, mutuoꝗ contulerunt quæ utriꝗ angelus loquutus eſſet: Ingreſſi templum laudarunt dominum & reuerſi ſunt domum expectantes conſummationem promiſſionis diuinæ: Impregnata igitur Anna peperit Mariam, quo tempore doctores putant Ioachim uirum fuiſſe annorum forte. 45. Annam uero mulierem annorum. 36.

Non multo poſt mortuo Ioachim, alteri marito nupſit Anna, non utiꝗ ex laſciuia carnis ſed ſpiritus ſancti inſtinctu, cui nomen Cleophas, is frater fuit Ioſeph nutritij Chriſti: Anna ergo ex illo etiam concepit filiam, quam ſimili nomine cum priori Mariam uocauit, ea iam adulta nupſit Alpheo: Quando autem placuit deo, ut moreretur etiam Cleophas, adhuc tertium maritum accepit Saloman, ex quo filiam conceptam itidem prioris amore uocauit Mariam, quæ deſponſata tandem eſt Zebedæo: Hinc ſancta proceſſit ſoboles, nati enim inde ſunt apoſtoli Iohannes, & Iacobus maior, ex illa uero Iacobus minor, Symon & Iudas Tatthæus: Cæterum ſoror Annæ Iſmeria peperit Elizabeth matrem Iohãnis Baptiſtæ: O ſtirpẽ nobilem, O gentem ſanctam, O arborem bonã quæ tot bonos fructus protulit.

Typus huius genealogiæ.



Aduerſus generalem hanc eccleſiæ obſer-
uationem quidam, quis ſtatim ſint conſo-
piti, erexerūt ſe rati parum honeſtū fuiſſe
Annæ, ut ea ętate duos adhuc uiros ſibi ſo
ciarit, eo maxīe ꝙ ſine dubio filiæ ſuæ Ma-
riæ ſanctitatem cognouit, cōtenta inde exi
ſtens ea unica, nec ullam aliam ſobolē con-
cupiſcens: Et quū nihil aperti habeat hic
Euāgelium, temerario auſu pręſumebant
contra uniuerſam eccleſiā adſirmare An-
nam unū tantū habuiſſe maritū, & filiam
unicam, Iohānem & Iacobum non fuiſſe
cōſobrinos Chriſti & huiuſmodi alia mul-
ta, quæ parū tutum eſt palam facere puris
Chriſtianorum mētib. Qm̄ repugnat hic
error eccleſiæ, ipſiq; ſcripturæ, & patribus
ſanctis qui uno omnes cōſenſu per uniuer-
ſum Chriſtianiſmū ſemper tenuerunt hoc
ita ut diximus, iā inde ab ipſa Chriſti aſcen
ſione uſq; in hęc tempora: Atq; ijs non ob
Iaco. Sta- pul. Iohā. Egranus ſtantib. tres contradixerūt proterue, e qui-
bus unus eā gratiā habuit ut reuocarit re-
greſſus ad eccleſiam catholicā: Atq; id ita
eſſe uti recenſuimus, en ſcripturæ teſtimo-
niū & doctorū adducemus ſentētias: Prin-
cipio teſtatur illud Iohānes Euangeliſta,
qui quomodo neſcierit illud, quum & ipſe
conſobrinus Chriſti & Annæ nepos ex fi-
Ioh. 19 lia extiterit, is ſane ſic ſcripſit: Stabat iuxta
crucē Ieſu mater eius & ſoror matris eius
Maria Cleophæ & maria magdalenæ:
Ecce ꝙ maria ſororem habuit, quid eſt er-
go quod ſomniant iſti annam unicā tantū
habuiſſe filiā, ſiquidē & gloſſa ibidem ſic
habet: Et ſoror matris ei⁹ Maria Cleophæ,
hæc inquiens, erat maria Iacobi filia Cleo-
phæ. Cōſentit & altera gloſſa ſuper ꝓlogū *Gloſſa*
Iacobi dicēs, ꝓ inueſtigatione de qnq; ma
rijs, quas hagiographia ideſt ſanctorū ſcri-
ptura ſæpe cōmēmorat, notādū: Tres fue-
runt ſorores: Maria. ſ. mater dñi, & maria *Gloſſa*
mater Iacobi Alphæi: & maria filiorum
Zebedæi: multa enī ſubinde habet de tri-
bus annæ maritis, & de generis tribus, q̄s
uis autem nonnulli nouitij grammatici ea
ſunt temeritate, ut ꝓprio auſu hic in Euāge
lio, ubi habetur maria Cleophę, immutarit
textum, conſtituentes Mariam uxorem,
Cleophę: Quod ut falſum & erroneum eſt
ita ab illis peruerſe inuētum, non eo tm̄ ꝙ
nihil addere debebant Euangelio, ſed ideo
etiā quia ex Hiero. quē tantopere laudant *Hierony.*
diſcere debuiſſent regulā, ex ijs q̄ ait con-
tra Heluid: Reſtat concluſio, ut maria iſta
quæ Iacobi minoris ſcribitur mater fuerit
uxor Alphæi & ſoror Mariæ matris domi-
ni, quam Mariam Cleophæ Iohan. Euan-
ge. cognominat a patre uel a gentilitate fa

milia aut quacunq; cauſſa ei nomē impo-
nens: Et inde nunc illud eſt quod cona-
mur oſtendere, ut fratres appellentur filij
materteræ ei⁹ Mariæ, quæ eſt maria Cleo-
phæ uxor Alphæi, matth. cap. 12. dicitur
Chriſto loquente ad turbas ſtetiſſe foris
matrem & fratres eius cupientes loqui ſe-
cum, ubi per fratres cognati proximi intel-
liguntur qui cum eo conſobrini erant, ita
enim habet Gloſſa, fratres domini ſunt cō-
ſobrini eius filij mariæ materteræ, q̄ dicitur
maria Iacobi minoris, idem teſtat̄ Gloſſa
mar. 3. & Luc. 8. Hiero. q̄q; ſup matt. ait:
Quidam fratres domini de alia uxore Io-
ſeph filios ſuſpicantur, ſequentes delyra-
menta apocryphorum a quadā Eſcha mu-
liercula confingentes: Nos autem ſicut in
libro quē contra Heluid. ſcripſim⁹ contine
tur, fratres domini nō filios Ioſeph ſed cō-
ſobrinos ſaluatoris mariæ liberos intelligi
mus materteræ domini, quæ dicit̄ eſſe ma-
ter Iacobi mioris & Ioſeph & Iudę: Quos
in alio loco Euangelij fratres domini le-
gimus appellatos: Quod autem conſobri-
ni etiam fratres dicantur uniuerſa ſcriptu-
ra adfirmat: Nā mar. 6. dixerunt Iudæi ad
Mar. 6 eum in patria ſua: Vnde huic hæc omnia,
nonne hic eſt faber filius mariæ frater Ia-
cobi, & Ioſeph, & Iudæ & Symonis? non-
Gloſſa ne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt, dicit
Beda ibi Gloſſa, conſuetudine ſcripturæ conſo-
brinos fratres dici Chriſti. Idem & Beda
Auguſt. ſuper marcum & Aug. ſentit q. ult. de con.
Euange. apud Iudæos etiam conſobrinos
fratres dici ſolere, id inde probatur, quo-
niam non tantum proximi conſanguinei,
Gene. 28 ut fratrum aut ſororum filij fratres dican-
& 39 tur, uerum etiam fratrem matris & ſororis
filium ſcriptura fratrem appellat, ſicut La-
ban & Iacob: Vt iam mirum non ſit fra-
tres domini dici, omnes ex matre conſobri-
nos & q̄ſcūq; ex materno genere cogna-
tos. Ecce q̄ propinquos ex matre conſan-
guineos habuit Chriſtus, matthæus enim
refert aſtitiſſe illic plurimas mulieres inter
Matth. 27 quas fuerint Maria magdalenæ, maria
mater Iacobi & Ioſeph & cæte. & ma-
ter filiorum Zebedęi: Ait ibi Gloſſa ma-
ria Iacobi, ideſt ſoror matris domini. Hie-
ronymus etiam ibidem, uideamus, inquit,
quales comites habuerit dominus mariam Gloſſa
Magdalenam a qua eiecerat ſeptem dæ- Hierony.
monia, & mariam Iacobi & Ioſeph matrē
materteram ſuam & ſororem mariæ ma-
tris ſuæ, & matrem filiorū Zebedæi quæ
paulo ante regnum pro filijs poſtulaue-
rat. Et eam quoque cognatam fuiſſe ante-
q̄ probem, audiēdus eſt Chriſo. qui ſic ait
ſuper matth. Audacem fecerat eam ad pe-
tendum naturæ adfectus, quo uerbo quid
ille aliud uoluit niſi & ipſam fuiſſe Chriſti
cognatam, q̄ paulo confidentius ad ipſum Mar. 10
acceſſerat petitura (ſunt illa Chryſoſtomi
uerba ex opere imperfecto, & citantur a
S. Thoma, quia in opere quod nos habe-
mus in manibus, Trapezuntio interprete,
illa non habentur.

Iohannes etiam ſic inquit: Deſcendit Ioh. 2
Capharnaum ipſe & mater eius & fratres
ei⁹ & diſcipuli ei⁹: Vbi Gloſſa dicit fratres Gloſſ.
eius cognati. ſ. magis enim fratres erant q̄
diſcipuli qui fratres non erant: Auguſti. Tract. 10
ibidem: Ecce inquit, habet matrem, habet
fratres, habet & diſcipulos: Inde fratres
unde & matrem, unde & fratres: Cogna-
ti mariæ ideſt nepotes, filij. ſ. & ſororis
ſuæ, infra, lege ſcripturā & inuenies quia
fratres dicuntur auunculus & ſororis fi-
lius, qua regula cognita, inuenies omnes
conſanguineos mariæ fratres eſſe Chriſti.
Ecce quomodo ex Auguſt. patet, cogna-
tionem a maria prouenire & non Ioſeph, Iohan. 7
ſicut iſti cōminiſcuntur: ſimile dicit Augu Tract. 28
ſtinus inde ſuper illud uerbum Iohannis,
fratres eius loquuti ſunt ad dominum, fra-
tres, inquit ille, eius accipite ſicut noſtis,
non enim nouum eſt quod auditis. Con-
ſanguinei uirginis mariæ fratres domini
dicebantur: In actis quoq; apoſtoli nume- Act. 1
rantur ex nomine, in ijs Iacobus Alphæi,
& Iudas Iacobi exprimuntur, ibi de Iaco-
bo Alphæi dicit Gloſſa, hic frater domini
eſt mariæ materteræ eius quæ dicitur Gloſſa
Maria Cleophæ a patre ſiue familia. Idi-
pſum de maria ſorore Mariæ matris do-
mini, & filia Cleophæ, ſimulq; Alphæi
uxore multis in locis adfirmat Beda, puta

Mar.

Mar. 16. Luc. 6. & ſupra Act. 1. Vbi
concludit contra errorem quendam de
tribus Iacobis: Iacobum hunc Alphæi fi-
lium epiſcopum fuiſſe Hieroſolymitanũ,
dictum fratrem domini, eo ꝙ conſobrinus
eius fuerit, illam Iohannes mariam Cleo-
phæ uocat a patre ſiue familia (Vides
quod aliquis corruptor addidit, poſtea
ſentẽtiam omnibus numeris pugnantem
contra Bedam, ſcilicet quod Cleophas pa-
ter ipſius Iacobi, fuerit frater ipſius Ioſeph:
Nam quomodo uir tã doctus & oculatus,
ut fuit Beda, in tã breui contextu ſibi cõtra
diceret. Nã primo dixit, mariam, q̃ fuit ma
ter Iacobi, fuiſſe filiam Cleophæ, uix poſt
decem lineas diceret, ipſum eſſe patrem
Iacobi, cum Iacobus fuerit nepos eius,
Item ab initio dixit Iacobum fuiſſe filium
Alphæi, modo uix poſt decem lineas, di-
cit eum eſſe filium Cleophæ: Cũ Alphęus
fuerit gener Cleophæ, quare adiecticium
eſſe cenſendum eſt contra mentem Be-
dæ.)

Et quum ait textus: Iudas Iacobi, in-
telligit Bæda, fratrem Iacobi, ſic enim qua
tuor illi fratres nominibus ſuis exprimun-
tur: Mar. 6. eſtqꝫ ridiculum ꝙ quidam re-
Eraſmus cens iam textum hunc corrupit, ſubſti-
tuens Iudam filium Iacobi, quod nullis
unqꝫ ſæculis eſt auditum, ſed doctores om-
Luc. 6 nes hic in Euange. Lucæ quum dicitur
Iudas Iacobi, intelligunt fratrem Iacobi
fuiſſe eum: Si modo interrogaſſet ille
grammaticus Iudam ipſum, qua cogna-
tione ſibi coniunctus fuiſſet Iacobus, co-
Iudas gnouiſſet hoc utiqꝫ ex eo qui ſic de ſe ipſo
ſcribit, Iudas ſeruus Ieſu Chriſti, frater au-
Galat. 1 tem Iacobi, ſicut idem teſtatur & Hiero-
nymus ibidem in prologo: Paulus ad Ga-
lathas refert ſe Hieroſolymis neminem
apoſtolorum uidiſſe niſi Iacobum fra-
Gloſſa trem domini: Vbi Gloſſa ſic ait: Solet
quæri quare Iacobus minor frater domi-
ni dicatur, & dicunt nonnulli ꝙ ideo fra-
ter domini dictus ſit, quia fuit filius Ioſeph
de alia uxore, qui pater domini putaba-
tur, ſed hoc non eſt ratum quum Ioſeph
uirgo eſſe credatur: Sciendum itaqꝫ ꝙ An
na tres habuerit maritos & filias, Maria
quoque filia fuit Annæ & Cleophæ, fi-
lios peperit quattuor ex Alphęo, Iacobũ,
Iudam, Symonem & Ioſeph, Iacobus er-
go frater domini dictus eſt ſecundũ quoſ-
dam, quia filius materteræ eius erat, uel
propter ſanctitatis ſimilitudinem, uel po-
tius quia nepos fuit patrui Chriſti, id eſt
Cleophæ, qui fuit frater Ioſeph patris pu-
tatiui domini Ieſu ſaluatoris, Cõſentit per
omnia Hugo de S. Victore & Iſidorus li.
7. ethymologiarum.

Sed nos iam ad extremum audiamus Igna:
ſanctum epiſcopum & martyrem Ignatiũ,
is epiſtolam ſcriptam reliquit ad S. Iohan-
nem Euangeliſtam, in hæc uerba, Iohan-
ni Sancto ſeniori Ignatius & qui cum eo
ſunt fratres: Si tua abſentia protendatur,
multos de noſtris deſtituet, propera ueni-
re quia credim⁹ expedire, ſunt & hic mul-
tæ de noſtris mulieribus, Mariam Iheſu
uidere cupientes, & quottidie a nobis uo-
lentes diſcurrere ut eam contingant & tra-
ctent eius ubera, quę dominum IESVM
aluerunt, & quædam ſecretiora eius per-
cunctentur: Et inde Ipſam enim Salome
quam diligit filia Annæ Hieroſolymis
quinqꝫ menſibus apud eam commo-
rans, & quidam alij noti referunt
omniũ gratiarum habundã
& omnium uirtutũ
fęcũdã. En hic te
ſtimonium tibi
certum, unde
conſtat Salo
men fuiſſe
filiam
Annę.

Quum itaque eccleſia hæc ita com-
memoret, & decimo quinto die Maij
feſtum recolat duarum Mariæ ſororum,
& filiarum ANNAE, nullus Chri-
ſtianus hinc recidat, nouiſqꝫ & inconſtan-
tibus doctrinis fidem præbeat aduerſus

eccleſiam: Quoniam ſic B. Hiero. etiã or-
dinauit in martyrologio. Proinde & uos in Chriſto dilectiſſimi admonitos uo-
lo diligenter, ut piam matrẽ Annam cola-
tis & imploretis, quandoquidẽ enim Ma-
ria uirgo mater Chriſti, filia eſt Annæ huius & reliquæ duæ itidẽ filiæ, Chriſtus uero nepos eius eſt, pariter & apoſtoli illi qnq; una cũ Ioſeph iuſto, nõ p̃t nõ ſtirps hæc eſſe ſanctiſſima, radixq; omni uenera-
tione digniſſima: Aut poterit ne Maria quicq; ſuæ matri negare: Quo etiam mo-
do queat nepos Chriſtus auiæ ſuæ petitio-
nem aliquam recuſare? Implorate igitur S. Annã, illius tutelæ uos cõmittite, qua-
tenus & ipſa cum filiabus & nepotib. ſuis intercedat pro uobis apud dominum deũ, ipſeq; omnibus nobis gratiam in præſen-
ti, & in futuro uitam concedat æternã &c.

A M E N.



In die S. Laurentij

cõſtantiſſimi fortiſ-
ſimiq; martyris
Euangelium
Ioh. xij.

In illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Niſi granum frumẽti cadens in terram mortuum fuerit, Mat. 10 ipſum ſolum manet: Si autẽ mortuũ 16 fuerit multũ fructũ affert: Qui amat Mar. 8 Luc. 17 animam ſuam, perdet eam: Et qui odit animam ſuam in hoc mundo, in uitam æternam cuſtodiet eam: Si qs mihi miniſtrat ſequatur me, & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit: Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus.

Homilia prior ſuper expoſitione huius Euang.

Quis dubitat uerba euangelij hu⁹ Chriſtum de ſe ipſo eſſe loquutum, ipſe enim & mundiſſimum & perfectiſſimũ eſt frumẽti tritici granũ, quod mortuũ attulit fructum q̃ plurimũ, eo q mors Chriſti multo perfectius operata eſt quã mortalis illa uita Chriſti in hac carne, quod uel hinc liquet, quia Petrus duobus ſermonibus plures homines conuertit ad Chriſtum, q̃ Chriſtus ipſe in omni uita, Act. 1. 4 neq; tamen illud Petro tribuendũ eſt ſed Chriſto acceptum ferendum, qui poſt aſcenſionem ſuam tantã gratiã contulit Petro: Chriſtus ergo granũ tritici uerũ fuit & integerrimum cui ſe ipſum hic confert, ut huiuſmodi ſimilitudine oſtenderet modum ſuæ glorificationis, mortem conſequuturę, quę iam imminebat, ſiquidem hoc loquutus eſt dominus in die palmarũ, quum iam ingreſſus eſſet Hieroſolymis in templum: & ideo quũ domin⁹ ſeipſum grano frumenti cõparauerit, eccleſia morem hũc ſancte obſeruat, ne farina alia ad ſacramentum altaris utatur niſi ex tritico & ſpelta: Recte autem ſe Chriſtus comparauit tritico non paleis, quoniam ille cibũ homini hæc brutis & pecudib. alimenta p̃bẽt, iuxta illud, quod Rebecca interrogata Gene. 24 a filio

a filio Abrahæ, an locus ſupereſſet ſeruan-
Gene.24 dis camelis,reſpondit: Palearum plurimũ
eſt apud nos: Paleæ porro quum ſint ua-
cuæ & inanes,multum ſtrepunt,ſic quoq;
in pompa ſæculari plurimi ſunt qui inani
faſtu tument,nec quicq; proficiunt,ſed ne-
que aliud merentur, niſi ut paleis infar-
Iſa.11 ciantur, de ijs Iſaias ſic ait: Leo quaſi bos
comedet paleas, per Leonem intelligens
ſuperbos: Quomodo autẽ peccatores om-
nes nil aliud q̃ inanes & uacuas comedant
paleas, facile eſt uidere, aut quid comedit
luxurioſus? paleas nimirum breuis uani-
ſimeq; uoluptatis; Quæ paleę ſunt inanes
res tranſitorię: Inſuper quid manducat ſu-
perbus,paleas ambitionis & arrogantiæ,
cum magno faſtu & inani gloria, quæ iti-
dem res uana eſt, atq; ut ait ſapiens,uani-
tas uanitatum: Quid uero inuidus & ira-
tus comedunt niſi paleas inuidentiæ, do-
loris & uindictæ: Atq; ſimiliter de omni-
bus peccatoribus iudicari poteſt, qui ue-
lut uno omnes ore pleniſq; buccis paleas
deuorãt uanitatis peccatorum, unde quid
Luc.3 ſequitur aliud niſi igne eos comburi in-
extinguibili.

Piorum autẽ Chriſtianorum cibus eſt
granum tritici,uenerabile ſ. corporis Chri
ſti ſacramentum,uiaticum eorũ quo adiu-
uentur & confirmentur in uitam æternã,
ſolus enim Chriſtus perfectus eſt animæ
cibus, iuxta illud Zacharię:Quid bonum
Zach.9 eius eſt,& quid pulchrum eius niſi frumẽ-
tum electorum,& uinum germinans uir-
gines, frumẽtum ſacramẽti electorum eſt,
& uinum ſanguinis Chriſti uirginalem ca-
ſtumq; reddit hominis animum: Etſi ergo
Tritici. Chriſtus uerum ſit granum, attamen &
martyres grana ſunt frumenti illius, quia
Chriſtum ſequuti ſunt in mortem uſq; per
ſupplicia multa, ideoq; & Euangeliũ hoc
de S. Laurentio & alijs martyribus legi
Tritici. ſolet,puta S.Vincentio,Polycarpo, Lam-
perto,qui & ipſi grana frumenti fuerunt
quando per paſſionem conſummati mor-
tuiq; ſunt propter fidem, tunc enim fruct⁹
plurimos attulerunt, ſed illis obmiſſis nos
euangelium hoc interpretemur iuxta præ
cipuũ ſenſum de Chriſto domino, deinde
Tritici. aliquid de grano frumenti, dicamus,
de glorioſo martyre Laurentio.

2. Vt autem magis pateant hæc uer
ba Euangelij,conuenit rationem prius ad
ſignare quur ſimilitudinem hanc propo-
ſuerit dominus, ait enim Euangeliſta ue- *Ioh.12*
niſſe ex gentibus nonnullos ad Philippũ
cupiẽtes dominum uidere,quod ille quum
dixiſſet Andreæ , ambo deinceps retule-
runt Chriſto,qui reſpondit eis: Venit hora
ut clarificetur filius hominis: Magnum
hoc eſt re uera, & plurimum admirãdum,
atteſtante Auguſtino, q; Iudæi Chriſtum *Tract.51*
cupiunt occidere, gentiles uidere: Quid *ſup Ioh.*
autem nomine clarificationis intellexit do-
minus, putant doctores Chriſtum hic co-
gnouiſſe gentium multitudinem quæ uen
tura erat ad fidem: Eiuſq; adeo rei admo-
nebant ipſum gentes,dum cupiebant eum
uidere,iamiam moriturum,poſt quã mor-
tem prædicatio Euangelij etiam gentibus
offerri debet,& clarificari tunc ille per uni-
uerſum mundum, ſicut ei promiſerat deus
pater dicens, dedi te in lucem gentium, ut *Iſa.49*
ſis ſalus mea uſq; ad extremum terræ: Au- *Auguſt.*
guſtinus hunc ſenſum elicit: Venit hora,
ut clarificer,quia iam imminet tẽpus mor-
tis meæ, poſt quam clarificabor in reſurre-
ctione & aſcenſione mea, tunc enim ad me
uenient gentes per fidem rectam, quæ fi-
gurant & ſignificantur per hos qui hic ex *Pſal.56*
gentibus me cupiunt uidere, ſicut Dauid
inquit:Exaltare ſuper cœlos deus & ſuper
terram gloria tua: Exaltationem in cœlis
oportebat præcedere in hoc ut deinde ſe-
queretur gloria in terra, & adhuc exaltatio
nem illam in cœlis oportuit pręcedere hu-
militatem paſſionis. Chryſo.& Theoph. *Chryſoſt.*
ſic inferunt: Quia antea prohibuerat apo- *Theoph.*
ſtolis dominus in uias gentium ne abirent *Math.10*
neq; in ciuitates Samaritanorum, qua re
offendiculum uoluit ille uitari,quia autem
iſtud nihil profecit in Iudæis, ita ut gen-
tes iam ad me ueniant nondum uocatæ,
quando ego ad eos uenire nondum uo-
lui,ecce nũc tempus adeſt,ut clarificer,hoc
eſt,patiar,paſſio enim Chriſti gloria ei⁹ eſt
in qua etiam nos gloriamur, dicente Pau-
lo:Oportet nos gloriari in cruce domini *Gal.6*
noſtri Ieſu Chriſti: Tunc ergo quando
ſic filius hominis morietur, fides gentium

multiplicabitur, diſſoluta omni inhibi-
tione prędicandi gentibus: Quarum fides
ꝙ in hunc modum creſcere deberet exem-
plo grani frumenti probatur, ſicut enim
illud in terram proiectũ & in ea corruptũ
multum adfert fructum, ita & Chriſtus
mortuus pluſq; dici poſſit fructum attule-
rit fidei gentium.

Obmitto hic breuitatis ſtudio dicere de
frumenti huius proprietate & quur triti-
co pręcipue ſe compararit Chriſtus, & ma-
gis q̃ cuiq; alij frumento, ſiquidem triticũ
reliqua frumenti genera excedit, ut aurum
metalla cætera: Ad hæc triticum ex om-
nibus alijs magis nutrit, reficit, confortat,
uireſq; reſtaurat, ut perhibent medici, colo
re rubeum eſt, in ſubſtantia cæteris mun-
dius eſt, purius, dulcius: Ob quæ & eiuſ-
modi alia plura dominus ſe grano tritici
maluit comparare (facilimum eſt currere
per ſymbola uide ſupra parte.i. de Eucha-
riſtia & applica ſymbolice has proprieta-
tes, atq; ſic habebis bonum ſermonem.)

3. Niſi granum frumenti mortuũ fue-
rit ipſum ſolũ manet: Solus Chriſtus mor-
tuus eſt & reſurrexit cum multis, ſolus in
terram proiectus eſt, ſolus autem non per-
Mat.16 mãſit ſiquidem patres cum eo limbũ ſunt
egreſſi, monumẽta quoq; aperta ſunt, mul
taque corpora ſanctorum qui dormierant
Auguſt. reſurrexerunt. Auguſt. inſiſtens cæcitati
Iudæorum ait, Chriſtum mortuum eſſe in
cordibus Iudęorum per infidelitatem, re-
ſurrexiſſe autem in fide gentium: Quoniã
ille mortuꝰ fructum attulit ſibi quoq; ipſi,
dũ glorificatus inde eſt in corpore & ani-
ma, fructum attulit & apoſtolis qui uirtu-
tem acceperunt ſpiritus ſancti, & mundo
uniuerſo & omnibus qui crediderunt in
illum, ſicq; pro omnibus hominibus mor
tuus eſt Chriſtus ne ſolus eſſet immorta-
lis: Et in hoc exemplũ nobis tradidit quo-
modo & nos emoriamur ut fructum adfe-
ramus copioſum, ſiquidem hoc ſenſu Pau-
lus ſimilitudinem hanc ad nos retulit, ut
1.Cor.15 Chriſtus de ſe loquutus eſt: Inſipiens tu,
inquit ille, quod ſeminas non uiuificatur,
niſi prius moriatur: Et qđ ſeminas nõ cor-
pus quod futurũ eſt ſeminas, ſed nudum
granum, utputa tritici, aut alicuius cætero
rum, deus autem dat illi corpus ſicut uo-
luit, & unicuique ſeminum proprium cor-
pus: Ecce quomodo Paulus uult hominis
ſepulturam ſeminationem eſſe, & reſurre
ctionem eius eſſe uiuificationem, quia gra
num ita nudum ſeminatur & tamen ſucre-
ſcit in culmum, ſpicam & ariſtam, quibus
non ſecus atq; habitu commode ueſtitur.
ſicque pro uno grano ſeminato multa na-
ſcuntur in ariſta: Ad eundem modum
quum ſolum emoritur corpus, nec ſolum
tamen, neq; nudum illud reſurget, ſed do-
tibus donatum, quia ſic fieri oportet, ut
corpus hoc mortale induat immortalitatẽ
& corruptibile hoc incorruptibilitatem.
Quãuis ergo non diuerſa a propoſito no- *1.Cor.15*
ſtro eſt ſimilitudo Pauli, nos tamẽ ad Chri
ſtum reuertamur qui granũ frumenti ue-
rum eſt, morteq; ſua plurimum attulit fru-
ctum, quem cõmuniter in paſſione expli-
care ſolemus: Vide Landulphum de uita
Chriſti: Quod autem non de ſe tantum lo-
quutus ſit hic dominus, ſed de ijs etiã qui
ſublata cruce Chriſtum ſequuntur, nam
& illi fructum multum adferent, licet hic
temporaliter moriantur, & pereant, hic iã
confirmare eos conatur ad ſubeundũ mar-
tyrium, ad contemptum mortis, quia gra-
num frumenti mortuum fructum multũ
adfert, ſi non moriatur, perit tamen, & ni-
hil fructus producit, quod ex ſequentibus
patet: Qui odit animam ſuam perdet eam,
Quid hoc aliud eſt, niſi qđ dicit ad mar-
tyres: Ne uobis uita ueſtra ſit charior me,
quia quiſquis adeo diliget animam ſuam
ut me abneget, iam animam quoq; ſuam
perdidit, ſed imitandus eſt hic Chriſtus
qui mori uoluit ut fructum multum affer
ret: Atq; hic cõmunis eſt intellectus a li-
tera non alienus: Qui amat, inquit Aug. *Auguſt.*
animam ſuã in hac uita, perdet in æterna,
noli amare ne perdas: Amat autẽ animam
ſuam in hac uita, qui ſequitur deſyderium
animæ, nullo uolens defraudare genium,
huiuſmodi delicatuli martyres qui auer-
ſantur quicquid amarum uidetur perdunt
animam ſuam: Et ſic ſapiens ait: Si pręſtes
animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te *Eccl.18*
in gaudium inimicis tuis: Hinc gaudium

eſt diabolis dum homines pro ſua quiſꝗ uoluptate & concupiſcentia uiuunt, dum nemo continet, nemo frenum imponit deſyderijs carnis, nemo orat, nemo ieiunat, nemo templum inuiſit, nemo miſſæ ſacrificium, nemo uerbum dei audit, nemo cōfitetur, matutinas preces nemo frequētat, nec quicꝗ ſibi temperat: Omnes iſti qui in hac uita parcunt, id amittunt in uita futura perpetuum, quia qui amat animam ſuam perdet eam.

4. Qui autem odit animā ſuam in hoc mundo, in uitam æternā cuſtodit eam, ubi *Auguſti.* dicit Augu. Magna & mira ſentētia, quomodo ſit hominis in animam ſuam amor ut pereat, odium ne pereat: Si male amaueris tunc odiſti, ſi bene oderis tunc amaſti, fœlices qui oderūt cuſtodiendo, ne perdant amando: Atꝗ hæc ueteris hominis mortificatio eſt, hic iſtius Adæ interitus, & ſic quicunꝗ non facit quod caro blandit̃, quod uoluptas ſuadet, ſed ipſe animam ſuam defraudat, hinc ſeruabit eam, iuxta *Rom.13* illud Pauli: Curam carnis ne feceritis in *Theophi.* deſyderijs. Theophylactus textum hunc excutiēs ſic ait: Quia uidetur crudele præceptum & graue, mitigat illud per hoc ꝙ adijcit: In mundo hoc: Non enim inquit in immenſum tempus iubeo odio haberi animam, ſed in hoc tranſitorio mundo auerſare eam quæ tibi tam abſurda imperat, dum concupiſcentiæ malæ aſcendunt contra rationem, dum caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum & ſpiritus aduerſus carnē: Promittit quoꝗ dominus uberem merce- *Gala.5* dem, qui in uitam æternam cuſtodit animam ſuā: Id omne eo facit, ꝙ iam imminebat paſſionis ſuæ tempus, ideoꝗ & apoſtolos docet contemptum paſſionis, ſuppliciorum omnium, ipſiuſꝗ adeo mortis, Non ſic tamen ut ideo aliquis animā ſuā odio proſequat̃, quaſi occiſurus ſe ipſum & ſibi uim illaturus, ſicut hic ad longum proſequitur Auguſtinus: Pulchrum, eſt etiam quod hic docemur, emoriēdum potius eſſe homini ꝗ̃ ut peccatū mortale committat, quia qui amat animam ſuam perdet eam.

Vt autem magis animaret diſcipulos, ipſoſꝗ alacriores redderet & intrepidos ad ſubeundam mortem, ſe ſe in exemplū proponit dicēs: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur, quaſi dicere uellet: Me uidete, & meo exemplo diſcite temporalis mortis contemptum, eſtote tam parati uoluntariam ſubire mortem ꝗ̃ ego ſum: Ecce quomodo ego ut granum frumenti emorior: Ecce quo pacto animam uitāꝗ meam odio ſim habiturus, ſequimini igit̃ me: Sic ſic in Euangelio undiꝗ monuit ſuos dominus ut ſe ſequantur. Matth. 8. Luc. 9. Matth. 16. ait qui uult uenire poſt me abneget ſemet *Math.16* ipſum, tollat crucem ſuam & ſequatur me. Petrus quoꝗ in eundem ſenſum in- *1.Pet.2* quit, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplum ut ſequamini ueſtigia eiꝰ: diſcāt hinc miniſtri Chriſti Chriſtū ſequi & ueſtigia eius, non proprias uias cōminiſci, & ſecundum eas ambulare.

Dicas autē: Etſi diligam deum, animā uero meam odio habeam, quid inde mihi erit præmij? fructum hic duplicem eius rei oſtendit dominus, alterum quia ille qui ſequitur dominum cum eo etiam erit, in numero illorum de quibus Lucas ait, quia *Luc.12* præcinget ſe & faciet illos diſcumbere & tranſiēs miniſtrabit illis, ait ergo: Vbi ego ſum, illic erit & miniſter meus: Vbi autem Chriſtus eſt, nonne in cœlo? Ecce promiſſionē nobis a deo datā ꝙ etiam nos perueniemus in cœlū & cū Chriſto erimus: fructus alter eſt, ꝙ pater ſequētes Chriſtū ho- *Auguſti.* norabit, q̃ dignitas immēſa eſt: Quē enim maiorem honorē accipere poterit adoptatus ꝗ̃ ut ſit ubi eſt unicus, non æqualis factus diuinitati, ſed conſortius æternitati, Qn̄ igitur dn̄s ipſe ſanctos honorat, quid eſt ꝙ Neochriſtiani honorē illis debitum ſubtrahunt ipſoſꝗ inſuper contemnunt, Quæras, quur dixerit dn̄s: Honorificabit eū pater meus, & nō potius: Ego honori- *Theophy.* ficabo eum? Reſpondet Theophy. uoluiſſe eū per hoc commēdare, ꝙ uerus filius ſit, pater.n. honore proſequetur talem ut miniſtrū ueri filij: Præterea hoc docet, ꝙ non ſit contrarius deo, deus enim & pater non cohoneſtaret eum qui ſibi aduerſaretur. Chryſoſtomus idem mouet & ait. Quare *Chryſoſt.* non dixit ego, quoniam nōdum debitam uendicarat autoritatē ut pater, qui enim

nondum reſurrecturũ ipſum ſciebãt, quõ poterant tantã de eo opinionẽ concipere. *Auguſt.* Aug. ad longũ explicat, quid ſit miniſtrare Chriſto, ſiquidem nõ tm̃ miniſtri eccleſiæ miniſtri ſunt Chriſti, ut epiſcopi, preſbiteri & monachi, ſed & iuuenes, uirgines, ſenes cum iunioribus, cõiuges matres & patres familias inſeruierũt deo, ſequuti ſunt Chriſtum, odientes animã ſuam uſq; in mortem, martyriũ & ſupplicia tyrannorum omnia ſuſtinuerunt, ideoq; iam cum Chriſto regnant, atq; a deo patre qui eos honorificauit, coronas p̃cioſas acceperunt *Apoc. 3* fœlicitatis æternæ. Ita dominus per Iohãnem promiſit: Qui uicerit, dabo ei ſedere mecũ in throno meo, ſicut & ego uici & conſedi cum patre meo in throno eius. De q̃libet igit̃ iam ſancto dicere põt eccleſia: Honorificauit eum in laboribus, & impleuit labores illius. Oremus dominũ.

Poſterior Homilia
De S. Laurentio martyre.

Fidelis ſane & p̃clarus Chriſti miniſter fuit S. Laurentiꝰ martyr p̃cioſus, qui quia dominum ſequutus eſt ſedulo ideo iam cum Chriſto regnat in æterna patria, atq; a deo patre honoratur. Hic quoq; granum frumenti uerum fuit, quod mortuum attulit fructum multum, fuit enim ille Hiſpanus & a pontifice Sixto Leuita ordinatus eſt eccleſiæ Romanæ: Pontius autem martyr ad Chriſtũ cõuerterat Philippum imperatorem, quẽ tyrannus Decius interfecit, filiuſq; illius Philippus iunior Decij ſæuitiam ueritus Romam aufugit, & patris ſui theſaurum tradidit pontifici Sixto, qui & ipſe a Decio captus atq; occiſus fuit: Iam autem antea commiſerat Sixtus Laurẽtio theſaurũ pauperib: erogare: Quũq; duceret̃ Sixtus ad ultimi ſupplicij locum, inclamauit poſt eum S. Laurentius: Quo progrederis ſine filio pater? quo ſacerdos ſancte ſine miniſtro properas? Iam ego theſauros quos commiſiſti mihi pauperibus diſtribui: Audientes hæc ſerui Decij Laurentium quoque apprehenderunt & duxerunt ad Deciũ, qui theſauros ſtatim Philippi ab eo exigebat: Vbi Leo in hodierna hom. ſic ait: Quũ furor gẽtilium poteſtatum, in electiſſima *Leo* quæq; Chriſti membra ſæuiret, ac præcipue eos qui ordinis eſſẽt ſacerdotalis imperet, in Leuitam Laurentium, qui non ſolum in miniſterio ſacramentorum, ſed etiã diſpenſatione eccleſiaſticæ ſubſtantiæ præeminebat, impius perſequutor efferbuit, duplicem ſibi prædam de unius uiri comprehenſione promittens: Quem ſi feciſſet ſacræ pecuniæ traditorem, faceret etiam ueræ relligionis exortem: Armatur itaq; gemina face homo pecuniæ cupidus & ueritatis inimicus: Auaritia, ut rapiat aurum: Impietate, ut auferat Chriſtum, poſtulat ſibi ab immaculato ſacrarij præſide opes eccleſiaſticas, quibus auidiſſimus inhiabat.

Quum ergo nihil coram tyranno confiteri uolebat Laurentius de theſauro commendauit eum præfecto Valeriano, ſimul committens tormentis illud ab ipſo extorqueri: Valerianus eum rurſus tradidit Centurioni ſuo Hypolito, ubi ille Lucillo cæco uiſum reſtituit, quo facto moti plurimi ad eum cucurrerunt cæci quos oẽs curauit Laurẽtius, & inde Hyppolitus Baptizatus eſt qui quum Laurentium Valeriano reſtituere deberet, promiſit Laurentius ſe in biduo de theſauris reſponſurum, quo temporis ſpatio Laurentius pauperes omnes, cœcos, claudos, & debiles cõgregauit undique eos in palatio Saluſtij Decio & Valeriano præſentauit dicens: *Prudentius in paſſione S. Laurentij.* Quid tu uenenum glorię extollis & magni putas, ſi quæris aurum uerius lux eſt & humanum genꝰ: Hi ſunt alumni luminis: Quos corpus arctat debile, ne per ſalutem uiſcerum mens inſoleſcat turgida: Id attendens inquit etiam Leo, leuita caſtiſſimus ubi re *Leo* poſitas haberet opes oſtendens, innumeroſiſſimos ſanctorum pauperum obtulit greges, in quorum uictu atq; ueſtitu manumiſſibiles crediderat facultates, fremit prædo fruſtratus, quumq; nullas apud eũ pecunias inuenerat, conabatur precioſiorem ei theſaurũ eripe, putabat. n. effecturũ ſe ut ille Chriſtũ negaret, minabat̃ in hoc & intentabat ei uaria tormentorũ genera

Conſtans autem permanſit Laurentius, prædicans deos gentiũ eſſe dæmonia, ubi iuſſit eum Decius ſcorpionibus percuti, & dixit ad illum ne blaſphemaret deos: deinde multa plurimorum tormentorum inſtrumenta protulit, quumqꝫ gratias ageret Laurentius deo, ꝙ huiuſmodi epulas ſemper deſyderaſſet. Ait Decius: Si hæc eſt gloria ueſtra, age dic ubi ſimiles tui plures lateant homines abiecti, ut epulemini ſimul. Reſpondit Laurentius: Quos tu mihi narras, ij ſemel nomina ſua deo cœli dederunt, iamqꝫ adeo indignus es tu, qui in eorum conſpectu appareas. Deinceps quum ſederet Decius in atrio Iouis, in palatio Tyberij, iuſſit ſibi Laurentium ligatum adduci, cui præcepit ut oſtenderet ſui ſimiles homines, ipſeqꝫ ſacrificaret dijs, nihil confiſus de ſuis theſauris abſconditis.

Cui Laurentius: Ego, inquit, miniſter Chriſti, & confido uere & certus ſum de theſauris cœleſtibus. Vnde cõmotus Decius clauis eum contundi præcepit, hinc extendi, & candentibus ignitiſqꝫ facibus ad latera torqueri. Qua hora etiam dixit Laurentius: Domine Ieſu Chriſte miſerere ſerui tui, quia accuſatus te non negaui, & interrogatus te Chriſte confeſſus ſum. Tunc Decius eum plumbatis cædi præcepit, rurſuſqꝫ ſuſpenſum ſcorpionibus per cuti. Vbi rogauit martyr ſanctus dominũ ut ſuſciperet ab eo ſpiritum, ſed audita eſt uox ab omnibus etiam circumſtantibus. Plura adhuc te manent pro fide Chriſti certamina. Decius hoc maleficijs & magicis incantamentis tribuens dicebat ipſum a dæmonijs ſuſcipere conſolationem, ſed Romanus miniſter uidit angelum panno abſtergentem uulnera Laurentij, qui quũ de ligno depoſitus iterum eſſet detruſus in carcerem, uenit Romanus ſeqꝫ baptizari petijt, quem deinde plumbatis percuſſum Decius fecit decollari.

Ambro. ſermo. 72

Ambroſius in hodierna Homilia ſic ait Fratres beatus Laurentius nõ cita uel ſimplici paſſione perimitur: nam qui gladio percutitur, ſemel moritur, hic autem longa & multiplici pœna cruciatur, ut mors differatur, & nõ deſit ad ſupplitium, deſit ad finem. Decius quadam nocte Laurentium ſibi præcepit adferri in balneum Olympiadis (fuerunt autem Romanorum balnea magnifica admodum palatia, cuiuſmodi ſunt Germanorum arces ſiue caſtra, quod in Diocletiani balneo ſatis apparet, in eo enim decem millia Chriſtianorum laborauerunt.) Hypolitus qui iam Chriſtianus erat, & cum familia tota baptiſmum ſuſceperat, uolebat pro Laurentio ſtare, Chriſtumqꝫ palam confiteri, ſed eum iuſſit Laurentius rem tacito ſecũ non ſeruare, Chriſtumqꝫ in corde ſuo fouere, donec & ipſe a domino uocaretur.

Decius porro iã furore correptus Laurentio os lapidibus contundi fecit, qui tantum ſubriſit, unde grauius excanduit ille, iuſſitqꝫ afferri lectum ferreum inſtar craticulæ contextum, in eũ repoſitus eſt laurentius nudus, ſubiectis ſibi prunis ardentibus, & miniſtri corpus laurentij furcis comprimentes ſuper ferrum candens, ſubinde nouos ſubminiſtrabant carbones.

Vbi Laurentius tyranno dixit: Prunę illæ q̃uis ardentes, mihi tamen refrigerium præbent, Cæſari autem æterna tormenta parabunt, Valerianus laurentium ſubmonuit, ut deos inuocaret, ſed ille conſtantiſſime perſeuerans dixit ad Decium: Conuerte partem corporis ſatis aſſatam iugiter latus hoc coctum eſt, deuora & experimẽtum cape ſit crudum an aſſum ſuauius.

Cæpit hinc agere gratias deo, & in hoc nidore tanto tamqꝫ uaſto incendio ſpiritum tradidit, anno Sal. 266. die 10. Auguſti. de hoc ſupplicio ſic ait Leo: Vbi prima ſupplicia nihil obtinent, uehemẽtiora ſuccedunt, laceros artus & multa uerberum ſectione conciſos ſubiecto præcepit igne torreri, ut per cratem ferream quæ iam de feruore continuo uim de ſe haberet urendi, conuerſorum alteratione membrorum fieret cruciatus uehementior & pœna productior. Nihil obtines, nihil proficis ſæua crudelitas, ſubtrahitur tormentis tuis materia mortalis. Et laurentio in cœlos abeunte: Tu deficis flãmis tuis, ſuperare charitatem flamma Chriſti non potuit & ſegnior fit ignis qui foris uſſit, ꝙ qui intus accenditur. Ignis hic ille fuit, de quo dixit dominus miſiſſe ſe illum in terram ut ſuccen-

Prudenti.

Ambroſi.

datur & ardeat. Hoc igne ſuccenſi fuerunt (Luce. 24) illi duo diſcipuli quando dixerũt: Ardens erat cor noſtrum in uia quum aperiret nobis dominus ſcripturas. Eodem ardebat hic Laurentius, quo agente non ſenſit ipſe flammas ignis externi, quantum enim in eo ſuccenſus fuit ardor fidei, tantum extinguebatur uiciſſim flamma tormenti.

Cæterum de S. Laurentij ſupplicio inquit (Ambro.) Ambroſius in loco ſupra citato. Dicitur ab illo ſæuiſſimo perſequutore hæc ei conſtituta pœna, ut ardentium expoſita mole carbonũ, inſuper eum ferrea crate diſtentũ lenta flamma combureret, ut non tam inflammando cito interimeret hominem, ꝗ diu exurendo torqueret. Ita quum unum latus exuſtum perſequutor cerneret, in aliud latus ignibus adijceret exurẽdum. Ait (Daniel. 3) tormentum hoc grauiꝰ fuiſſe ꝗ iſtud triũ puerorum in camino ignis. Laurẽtius exuſto latere utro, conuerſus eſt in tergum, ubi cremati ſunt renes eius, ut impleretur (Pſal. 138) in eo prophetia Dauidica: Proba me domine & tenta me, ure renes meos & cor meum. Vbi geminum petit ignem, externum alterum, alterum ignem Chriſti qui cor inflammet.

Ad extremum audite & accipite pulcherrimam (Leo) concluſionem, quam hic Leo magnus ponit, ait enim: Gaudeamus dilectiſſimi gaudio ſpirituali, & de fœliciſſimo inclyti uiri fine gloriemur in domino, qui eſt mirabilis in ſanctis ſuis, in quibus nobis & præſidium conſtituit & exemplum, atq; ita per uniuerſum mundum clarificauit gloriam ſuã, ut a ſolis ortu uſq; ad occaſum leuiticorũ luminũ coruſcaret fulgore. Quam clarificata eſt Hieroſolyma Stephano, tam illuſtris fieret Roma Laurentio. Cuius oratu & patrocinio adiuuari nos ſine ceſſatione confidimus, ut quia oẽs ſicut apoſtolus ait: Quicunq; in Chriſto pie uolunt uiuere, perſequutionem patiũtur, corroboremur ſpiritu charitatis, & ad ſuperandas omnes tentationes conſtantia fidei & p̄ſeuerãtia muniamur per dominũ nr̃um Ieſum Chr̃um, uiuentẽ & regnantem cum patre & ſpiritu ſancto in ſæcula ſæculorum. Ecce quanta ſit Neochriſtianorum ueſania ꝗ S. Laurentium e ſanctorum catalogo eiecerunt, in ijs etiam locis ubi antea fuerat patronus, ſed illum tamẽ in archa & fiſco diligenter cuſtodiunt ſeris etiam aliquot concluſum. Quondam concilijs tantum licebat, & Epiſcopis inſtituere feſta, nunc eam ſibi poteſtatem textores cerdones & caupones uendicant. Paſſus autem eſt S. Laurentius anno dñi 266. & ſtatim temporibꝰ S. Ambroſij qui non centum annis poſtea uixit, plurimum uenerationis habuit S. Laurentius Mediolani: ſicut in eius feſto B. Ambroſius ſermonem (Ambro.) habuit, in quo dicit: Tanta martyrio eius gloria extitit, ut paſſione ſua mundum illuminauerit uniuerſum. Similiter ſolenni feſto celebratus eſt dies in Aphrica S. Laurentij in urbe Hyppone, ubi Auguſtinus (Tract. 27) fuit Epiſcopus, qui & eo die prædicauit, (Sup Ioan.) atq; in eo ſermone ſic ait: Si ſathanas perſequendo ceſſaret hodie tam glorioſam coronã S. Laurentij nõ celebraremꝰ: & inde ait dñs: Qui manet in me & ego in illo. Quid niſi quod martyres audiebant: Qui perſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit: Quomodo manſit in illo S. Laurentius, cuius hodie feſtum diẽ celebramus? Manſit uſq; ad tentationem. i. manſit uſq; ad tyrannicam interrogationẽ. Manſit uſq; ad acerrimam comminationẽ, manſit uſq; ad perditionem, Parum eſt. Manſit uſq; ad immanẽ excrutiationẽ: nõ. n. occiſus eſt cito, ſed cruciatus eſt in igne, diu uiuere per miſſus eſt, imo nõ diu uiuere p̄miſſus eſt, ſed tarde mori cõpulſus eſt. Meminit poſtea quõ Sixtus dixit Laurẽtio: Noli mœreri, ſequeris me poſt triduũ. O conſolatio, non ait: Deſinet perſequutio, ſed poſt triduum me ſequeris. Quo reſponſo accepto ſuperauit ille diabolũ. Leo quoq; qui non longe poſt illos duos uixit, Romæ in feſto S. Laurentij p̄dicauit: ſicuti meminimus ſupra nõ ſemel, eſtq; Romę Eccleſia S. Laurentij una ex ſeptẽ capitalib. Neq; uero latina illũ Eccleſia tm̃ colit, ſed eodẽ die 10. Auguſti, uenerantur etiam Græci, qui ſic habent του ἁγίου μάρτυρος καὶ ἀρχιδιακόνου λαυρεντίου. Vſq; adeo impie fecerunt Neochriſtiani, qui S. Laurentium ex albo ſanctorum eiecerunt, ſed nos illum implorẽmus &cę.

Solenni



Solenni ſanctaq; feſtiuitate adſumptionis uirginis matris. Euangelium Lucæ. X.

In illo tempore: Intrauit Ieſus in caſtellum quoddam, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum ſuam. Et huic erat ſoror nomine Maria, quę etiam ſedens ſecus pedes domini audiebat uerbũ illius, Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium. Quę ſtetit & ait: Domine non eſt tibi curæ, ꝙ ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? dic ergo illi ut me adiuuet. Et reſpondẽs dixit illi dominus: Martha Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum eſt neceſſarium, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Homilia prima:

EVangelium hoc hodierno die adſumptionis Mariæ legi ſolet, eo ꝙ Euangelica hiſtoria ultra aſcenſionem Chriſti & apoſtolorũ diuiſionem nõ protendit, ideoq; nec obitum Mariæ, nec eius adſumptionẽ includit. Quamuis Euangelium hoc quo ad literam ad ſorores duas, Martham & Magdalenam refertur, ſpirituali tamen ſenſu locum etiam ſuũ habet, ſi de uirgine matre intelligatur, nam & ea partem elegit optimam, ſed nos iam Euangelium illud tamen quo ad literam exponamus, deinde ad feſtum Mariæ properemus: de ipſo quoq; nonnihil dicturi. *Iohan.* Et primum quidẽ ait Lucas: Intraſſe dñm in caſtellum. ſ. Bethaniã, atq; id Marthæ erat. Quũ ergo dñs a Gallilæa ꝓficiſceret uerſus Hieruſalem, in itinere diuertit Be- *Ambro.* thaniæ in ædibus Marthæ: ſiquidem eam cum Maria & Lazaro multum diligebat. Ambro. uult Marthã non immerito dñm hoſpitio excepiſſe, quia eã fluxu ſanguinis laborantẽ liberauerat (de quo tamen dic, *Mar. 5* ut ſupra ſemel meminimus) Habuit aũt ſororem Mariã, puta Magdalenam, de qua Chriſtus ſeptẽ eiecerat dæmonia, & peccata ipſius remiſerat. Atq; hæ fuerunt ſorores illæ duæ, de quibus hic agitur in Euangelio. Quod autem earum fuerit officium ſequitur: Quia ſedens ſecus pedes domini audiebat uerbum illius. Lucas iam antea dixerat Martham excepiſſe dñm, quod, utiq; corporaliter factum eſt. Iam porro oſtendere parat, ꝙ & Maria exceperit illũ modo quodam ſublimiori, in corde & animo ſuo, Martha excepit eum ut hoſpitem *Augu. de uerbis domini.* inquit Auguſt. ſed tamen ſuſcepit ſamula dominum, ægra ſaluatorem, creatura creatorem, & paſcenda ſpiritu ſuſcepit dominum in carne paſcendum, quoniam Chriſtus quo ad humanam naturam cibi indigus erat, unde & eſuriebat & ſitiebat, *Matth. 4 Philip. 2* ꝗuis etiam illa gratia erat, ꝙ ſe hominem paſci ſinebat. In deſerto autem uidemus acceſſiſſe ad ipſum angelos & miniſtraſſe ei, ſimiliter Heliam conſtat ex coruo ſuſcepiſſe alimentum a deo, qui ipſum diutius poterat hocmodo paſcere, ſed ille uoluit & uiduã aliquid mereri, ideoq; Heliam miſit ad eã in Sareptam. Eodem modo Chriſtum po-

terant angeli cibare, ſed habitu ſuo uoluit
ille inueniri ut homo, hancq; Mariæ im-
pendere gratiã, ut ſe ſineret ab ea paſci. Pa-
rante aũt Martha conuiuium, ſedit Maria
iuxta pedes domini audiens uerbum illius.
Vbi primũ quia ſedit, tranquillitas ſignifi-
catur, & ꝙ uerbũ dei quiete eſt auſcultan-
dum, nõ pulſibus, non fabulis, non ſtrepi-
tu interrumpẽdum, ſed cũ manſuetudine
& humilitate audiendum, ideo. n. Maria
ſedit ad pedes domini, quod humilitatis
eſt argumentũ. Quia quiſquis in ſuperbia
audire uult uerbum dei, nec gratiã inde re-
feret, nec utilitatem aliquã, ſicut ſapientes
mundi huius, qui ſæpe p̃dicatorem contẽ-
nunt loco dei ſtantem pro officio ſuo, ini-
que ſane, nam qui cum Maria adſident pe-
dibus dñi per humilitatẽ, capaces erũt fru-
ctus quẽ colligant ex uerbo dei, ſemp autẽ
in Euangelio Mariã inuenias ad pedes do-
Luc. 7. 10 mini, ubi & mundata eſt, ubi remiſſa ſunt
illi peccata, hic quoq; ſedet ad pedes Chri-
Iohãn. 11 ſti, mortuo Lazaro corruit ad pedes dñi.
& 20 Et in die reſurrectionis dñicæ quũ appare-
ret ei dñs in ſpecie hortulani, uoluit tange-
re pedes eius, ꝗuis reſiſteret ille. Hæc qq;
Hiero. & Auguſt. teſtantib⁹ tetigit pedes
dñi cũ reliquis mulierib⁹ in uia quũ reuer-
terent a monumento. Vide etiã hic pium
Mariæ adfectũ quẽ geſtabat erga uerbum
dñi, ꝙ illi audiendo uacabat, dũ pararent
alimenta. O ſegnes nos, o tardos & mole-
ſtos in auſcultãdo uerbo dei, ex quo quiſ-
quis eſt, uerba dei audit, ut inquit Chriſt⁹
Iohã. 8 ad Iudæos, ꝑpterea uos non auditis quia
ex deo nõ eſtis. Magdalena aũt ex deo fuit
unde & uerbum domini ſedulo, pie, humi
liter, & animo ſedato trãquilloq; audiuit.

2. Quũ etiã hic uidemus diligentiam
Chriſti in opere patris ſui cœleſtis, qui in
ipſis quoq; ædib⁹ dũ pararet menſa a p̃di-
catione nõ ceſſauit. Diſcãt hinc Epiſcopi
& Prælati oẽs, ut ingreſſi domũ aliquã, ꝓ-
cul abijciant & expellant oẽm leuitatem
qua offenderent ſimplices, curẽt magis ea
loqui quæ faciãt ad ędificationẽ proximi
1. Timo. 4 & emendationẽ audientiũ. Sic Paulus Ti-
motheũ ſuũ iubet eſſe formã fideliũ in ſer-
mone, in cõuerſatione, in charitate, in ſpũ
1. Pet. 5 & fide. Petr⁹ qq; ait eos formã eſſe gregis,
hoc eſt ppl'i. Neq; diſcordat qđ ad ſeniores
Epheſi dixit Paulus poſtremo iã ab ipſis
abiturus: Attendite uobis & uniuerſo gre Actu. 20.
gi, in quo uos ſpũs ſanctus poſuit Epiſco-
pos, regere Eccleſiã dei quã acquiſiuit ſan-
guĩe ſuo. Sic Chr̃us p̃cepit apoſtolis ſuis,
Vos eſtis lux mundi, ſic luceat lux ueſtra Math. 5
corã hominib⁹ ut uideãt opera ueſtra bona
& glorificent patrẽ ueſtrũ qui eſt in cœlis.
Anteq; manducaret p̃dicauit dñs, Maria
ad pedes eius cõſedit audiens ỽbum illius,
Martha aũt diſcurrens in ædib⁹ ſatagebat Auguſti.
circa frequẽs miniſteriũ: uolens paſcere do
minũ adhuc mortalẽ & inſeruiẽs ei. Quis
aũt ille erat in corpore mortali: Verbum. ſ.
illud qđ in principio erat apud deum, imo
deus ipſe, ſed in tẽpore factus homo, Mar-
tha ſic ſeruiebat corpori Chr̃i exterius, ſed
Maria audiebat qdẽ externũ Chr̃i ỽbũ:
uerum illud ꝓmanabat ab æterno dei uer-
bo interius, ideoq; dñs nõ curabat ſolicitu
dinem Marthæ, dũ adſidens Mariæ p̃dica
bat. Vbi Theophyl. ait Dictis docet apo- Theophi.
ſtolos, ut quũ uenerint in domũ cuiuſdam
nõ uaria inquirant, ſed cõtenti ſint frugali
hoſpitalitate, nihil plus quærentes, ꝗ ut at
tendant doctrinæ. Martha ergo ſatagens
circa frequens miniſteriũ: male utiq; nõ fa
ciebat, dum in obſſequiũ dñi ſedulo incum
bebat. Præmio nõ uacat, ꝗcquid in hunc
dñm ut opulentiſſimũ ita potentiſſimũ cõ-
fertur, ut ipſe ait: Quicunq; potum dede-
rit uni ex minimis iſtis calicẽ aquæ frigidæ Math. 10
tantum in noĩe diſcipuli, amen dico uobis
nõ perdet mercedẽ ſuã. Nemo igit͛ cogitet
male feciſſe Martham dum ſeruiuit dño,
ſed tamen quur eam Chriſtus corripuerit,
paulo poſt expediemus.

3. Martha ſtetit & ait: Domine nõ eſt
tibi curæ, ꝙ ſoror mea reliquit me ſolã mi-
niſtrare: dic illi ut me adiuuet. Pia hæc in-
cuſatio, pacifica contentio erat duarum ſo
rorum: unde & iudicem habuit placabilẽ
Chriſtum dominum, Martha inquam ſte
tit, noluit deſiſtere, cæptũ proſequuta eſt
laborem, quantumuis continuo curſu fati-
gata: ſiquidem non ſolus Chriſtus hic ade
rat, ſed etiam apoſtoli, qui utiq; & ipſi in
domo Marthæ manducauerunt, Martha
ſtetit & ait: Domine non eſt tibi curę. In
cuſationem

cuſationem proponit aduerſus dominum & ſororem, ſed benigna ea erat: ſic enim uiſa eſt dicere: Domine qui equalem omniũ curam geris: non etiam hoc curas, quum Sapie.6 tamen is ſis qui laborem & dolorem conſyderas, non cogitas, nõ uides, non attendis ꝙ mea me ſoror ſolam miniſtrare reliquit? Quur non eam ſaltem adiuuare me præcipis, quum in tuo apoſtolorũq; tuorũ obſequio ſim occupatiſſima? Nimium ſane ꝑceps in hoc fuit Martha, ꝙ quum interrogaſſet dominum adhuc ante reſponſionẽ prorumpit: iuſſionem a domino petens, ut adiuuaret ſe ſoror. Communis hæc eſt hominum conſuetudo, ut quod quilibet labori cuipiam intentus putat eſſe omniũ maxime neceſſarium: idem uelint omnibus eſſe iudicium. Magdalena contemplationi intenta audiebat uerbum dei, idipſum rata, ita ut erat maxime neceſſariũ: Martha in re domeſtica occupatior curabat quid proponeret hoſpitibus putans omnes ſecũ eſſe debere ſollicitos, ut pro dignitate ſufficienti humaniſſime dominum tractaret: Marthæ autem reſponſum hoc datum nõ eſt quod ſperabat, quia non tantũ petitioni ſuæ non ſatisfecit dominus, ſed etiam reprehendit inſuper Martham de nimia ſollicitudine, neq; Mariam ab inſtituto depulit, ſed & excuſauit & commendauit, & recens promiſſum obtulit, dicens ad Martham: Martha Martha ſollicita es, & turbaris erga plurima. Audierat iam Maria ſo-

Auguſti. roris accuſationem, ſed non auſa eſt reſpõdere, ſed maluit tanꝗ ocioſa cauſſam ſuam iudici committere, nec in reſpondendo uoluit laborare, ſi enim pararet reſpondendi ſermonem, remitteret audiẽdi intentionẽ, ſicut & Ambroſius ait ſuper hæc uerba:

Cant.2 Dilectus meus mihi, & ego illi, hoc eſt, dilectus meus ſponſus attendit mihi, & ego uiciſſim illi, nihil ergo perturbat me quicquid faciat mihi homo. O ꝗ̃ fœlix, ait

Bernhar. Bernhardus, eſt domus & beata congregatio in qua Martha conqueritur de Maria. Martha Martha ſollicita es. Bis Martham appellat, ꝓpter dilectionẽ &c. authore Auguſtino. Sollicita es & turbaris erga pluri-

Auguſt. ma. Decet nos interdum in externis rebus eſſe occupatos, nemo etiam ſpiritualem & contemplatiuam uitam agens perpetuo cum Magdalena adſidere poteſt pedibus domini: oportet interim & frequẽs curare miniſterium, ſed id tamen modeſtius, ne ea res in nimiam euadat ſollicitudinem, ne hinc perturbatio ſequat̃ ſolito maior quam auari habent, quanq; Chriſtus ſemper prohibuit: ita enim ait: Nolite ſolliciti eſſe animæ ueſtræ quid edatis, & corpori, quibus Matth.6 induamini. Paulus etiam dicit: Sint mo- Hæbr.13 res ſine auaritia contenti pręſentibus, quia ipſe dixit: Non te deſerã neq; derelinquã. Ioſue.1.

4. Diſcant hic qui prędicatores eſſe uolunt ueritatis, ne ueritatem taceant, neue malum impunitum relinquãt, quæſtus & cõmodi alicuius gratia: quod non raro fieri ſolet a quibuſdam religioſis, maxime qui aliud ex hoc ſaltem Chriſti exemplo diſcere debebant. Quamuis enim ille hoſpes erat Marthæ ipſaq; circa eum occupabatur: attamen ille eam de nimia ſollicitudine redarguit, idẽ & nos facere decet Theophy- Theophi. lactus inquit: Non hoſpitalitatẽ prohibet dominus, ſed uarietatem ac turbã, hoc eſt, diſtractionem & turbationẽ: quoniã ipſa per ſe hoſpitalitas opus bonum eſt, iuxta illud Pauli: Hoſpitalitatis & beneficentię Hæbr.13 nolite obliuiſci. Per hãc enim quidam placuerũt deo etiam angelis hoſpitio receptis. Et tamen illa eo uſq; bona eſt, quouſq; non abſtrahit hominem a rebus magis neceſſarijs. Dominus hic hoſpitæ ſuæ quod uerũ erat non tacuit, ſed aperte dixit, nihilq; celauit. Vtinam idem facerent omnes prędicatores, neq; diuitias conſyderarent aut potentiam uel priuatam utilitatem. Poſtꝗ ergo Martham corripuit domin⁹ porro iã Mariam excuſat. Vnum eſt neceſſarium, inquiens: Vere enim unum quid ſolum eſt neceſſarium, deus ipſe, quicquid deinde in cœlo & terra eſt, corruptibile eſt, & diuina potentia ad nihilum redigi poteſt, ſolus deus idipſum eſt quod oportet neceſſario eſſe. Varijs modis exponit Auguſti. & in- Auguſt. ter cætera ſic dicit: Vnum cogitate fratres mei & uidete, in ipſa multitudine quid delectat niſi unũ? Ecce deo propitio ꝗ̃ multi eſtis? quis uos ferret, niſi unũ ſaperetis? Vnde in multis quies iſta? da unũ & populus eſt, tolle unum & turba eſt. Sic Paulus

1. Cori. 1 ex tota Corinthiorum multitudine unum quid facere ſtuduit, dicens: Obſecro uos fratres, ut idipſum dicatis omnes & non ſint in uobis ſchiſmata, ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Sic pro fidelibus rogauit Chriſtus, ut unum Iohan. 17 ſint ſicut ipſe & pater unum ſunt. Sic de primitiuæ Eccleſiæ Chriſtianis, ait, Lucas Actu. 4 Multitudinis credentium erat cor unum & anima una: ſed de pace & unitate alias plura. Mariam excuſando commendat dominus, ꝙ optimam partem elegerit: ubi Beda. Beda ſic dicit: Ecce pars Marthæ non reprehenditur, ſed Mariæ laudatur: neq; ẽm bonam partem elegiſſe Mariam dicit, ſed optimam, ut etiam pars Marthæ indicaretur bona, quæ tamen tandem dirigitur in partem Mariæ, a qua pars ſua nunꝗ auferetur: ſiquidem quod illa hic incipit contemplando deumq; laudando, id demum perficietur & augebitur locupletius in futura patria, quam omnibus nobis cõcedat deus, trinus & unus, qui eſt benedictus in ſæcula, Amen.

Homilia ſecunda in die ſancto adſumptionis Mariæ.

Euangelij huius hiſtoria per ſe facilis eſt & aperta cuiuis, quis enim dubitet id ita contigiſſe ut narrat. Inſuper tñ ſecundum regulã Auguſtini latius introſpiciendum eſt & conſyderandũ, ꝙ quicquid Euangeliſtæ ſcribunt dominum feciſſe præterꝗ ꝙ ſit opus etiam doctrina eſt, unde nos erudiamur: Chriſtus Tracta. ſu per Ioan. enim uerbo docuit ſimul & opere: unde Roma. 15 Paulus ait: Quæcunq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Et regula Gregori. Gregorij ſic habet: Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, libet igitur hic uidere quid ſibi in hoc Euangelio duæ iſtæ ſorores uelint: neq; enim fruſtra earum hoc loco mentio fit. Vt autem ambages omnes euitemus, fundamentum hoc & concors doctorum omnium eſt conſenſus, per illas duas ſorores duplicem intelligi uitã Chriſtianorum, actiuam & contemplatiuam: (uolo texere totum ſermonẽ, ſi aliquis circa monaſticos uel moniales hunc extendere uoluerit, ad excitandam eorum deuotionem, & uitam monaſticam confirmãdam, & ut ſubindicem materiam & præbeam occaſionem cogitandi, ideo obiter tranſcurramus ſolam Euangelij Hiſtoriam applicãtes.) Quomodo autem illud per ſorores duas ſignificetur iam audiemus. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum, quod quid aliud eſt niſi Eccleſia uniuerſa, ciuitas noua Apoca. 21 Hieruſalem quæ deſcendit de cœlo: Murum illa habet fidem Chriſtianam, fundamentum murorum apoſtolos, portas, ſacramenta ſeptem &c. (facile eſt ire per ſymbola) ſin autem de aliqua ſingulari ciuitate loquamur, ſtatus ſpiritualis deſignatur, & id quidem caſtellum in edito monte ſitum eſt conſpicuum omnibꝰ, ꝗuis non omnes audeant montem hunc conſcendere. Quis non uidet tot ritus & ordines Eccleſiaſticos? ſiquidem ciuitas in monte poſita cæ- Mathe. 5 lari non poteſt. Quotuſquiſq; autem rigorem ordinis & regulæ duritiam ſuſtinet? Inuenias multos qui dicunt monachos & ueſtales laute uiuere, eos ſi quis interroget an nõ & ipſi uitã lautam appetant, nõ abnuunt utiq;. Relegati aũt ad uitã et cõuerſationem monaſticã, reſiliunt, nouaq; tantum obſeruãtiã inſtituere conant: ſi cœnobijs ſint addicti, qđ ſane argumentũ certũ eſt, monachos & moniales duram uitã uiuere, dum quã laudauerat is antea nunc ſubire recuſat. De hoc. n. caſtello Dauid Pſal. 86 ſic inquit: Fundamenta eius in montibus ſanctis. Murus caſtelli huius regula eſt adprobata & recepta, qua quiſquis monaſticus ſe cõcluſum nõ cogitat tanꝗ in muro, is officium ſuũ rite nõ peragit. Vbi primũ rupta ſeps fuerit & aperta, ſues in hortum irrumpunt ipſumq; cõfodiunt & exterminant: ſicut Iob querit, dicens: Quaſi rupto Iob. 30 muro & aperta ianua irruerunt ſuper me. Probo autẽ homini monaſtico regula eſſe debet, ſicut murus inſuperabilis, iuxta illđ qđ uidit angelus in Apocolipſi, ciuitatem Apoca. 21 cœleſtẽ habere murũ magnũ & ſublimẽ. Vigiles & cuſtodes mæniũ plati ſunt, priores & decani, quorũ eſt diligenti circumluſtratione uelut ex ſpecula cõſyderare qua parte hoſtes adueniant: unde incẽdia aut

alia

alia inteſtina pericula proueniant, dicente Eſa. 61 Eſaia: Super muros tuos Hieruſalē poſui cuſtodes, tota die & nocte non ceſſabunt. Foſſa quæ caſtellum hoc ambit, uoluntas eſt nihil propriū poſſidendi, atq; hæc pau- Math. 11 pertas eſt Euangelica, quum quis uoluntatem ſuam in poſſidendis bonis ultro coërcet & temperat, huiuſmodi pauperes Euāgelizantur, & ijs Euangelium prędicatur, ſed non raro conatur malorū omnium author diabolus foſſas illas implere luto auaritiæ, ut ei ſic pateat ingreſſus ad occupan- Abac. 1 dum caſtellum, ſicut de hac re Abacuc ꝓpheta dicit: Ipſe. ſ. diabolus ſuper omnem munitionem uidebit, & comportabit aggerem & capiet eam. Fons caſtelli huius pius luct⁹ eſt & deploratio peccati hui⁹q; miſeriæ, Ex hoc fonte Dauid biberat quū diceret: Potū dabis nobis in lachrymis, in Pſal. 79 mēſura. Fontē hūc deſyderauit Hieremi- Hiere. 9 as dicens: Quis dabit aquas capiti meo, & oculis meis fontes lachrymarum? Reſpon- Zacha. 13 det ad hoc Zacharias inquiens: Erit fons patens domui Dauid, & habitantib⁹ Hieruſalem in ablutionem peccatoris. Neceſſaria uictus ſunt, uigilia, ieiunium, oratio, diſciplina omniſq; obedientia: ijs em̄ dum macreſcit corpus, ſpiritus impinguatur, di- Pſal. 22 cente Dauide: Inpinguaſti in oleo caput meum, & rurſus cōfitente idipſum ſapien- Proue. 11 te. Anima quæ benedicit impinguabitur: ſicut & homines illi monaſtici diu noctuq; laudare debent dominum. Turris huius oppidi ipſa eſt uita diuina & contemplatiua, quando homines religioſi totos ſe dedunt meditationi rerum cœleſtium: atq; ueluti rapiūtur ſpiritu, uix iam ſenſus ſuos 1. Cori. 12 habere ſe ſentiunt: ſicut Paulus neſciebat in raptu in corpore ne fuiſſet an extra illū. Iſti nimirum continuo hoc recolunt: Surſum corda. In hanc turrim aſcendere debet religioſus, quia turris hæc eſt fortitudinis a facie inimici. Atq; in hoc caſtello Martha habitat & Maria: Martha eos ſignificat qui officijs præfecti, alijs inſeruiūt: Maria autem eos deſignat qui chorum curāt, & ſacra peragunt: ſedentes ad pedes domini.

(Poſſes extendere illa Symbola per duos ſermones. Quomodo plateæ eſſent ſtratæ per humilitatem, tecta cooperta charitate, in qua eſſent campanæ pulſantes, per deuotam orationem. Portæ apertæ per Eleemoſynarum largitionem. Horologium fidei, ꝙ omnes horas Canonicas diligen- Vide aliāter excitat: haberet etiam lauacrum pœnitentiæ, hortum diuerſis arboribus ſtudiorum & operum conſitum, ne torpentes ocio in uitia flecterentur. Ibi ſit Molendinum diuinæ lectionis, ubi ex farina in fornace charitatis fit panis optimus, omne in ſe habens delectamentum diuinæ refectionis & communionis. Omnis turbatio eſt prohibita, per uirtutem ſilentij: & ciues ordinatiſſime uiuunt ſub regimine obedientiæ: quia Iudex ſeuerus eſt diſciplinæ ſcholaſticæ &c. ſic in infinitum.) (Vide aliā applicationem in Alberto)

2. Intrauit igitur Ieſus in quoddam caſtellum. O cœnobium fœlix quod ingredi dignatur Chriſtus ipſe, ſane oportet illud & tranquillum eſſe & offenſione carere: Martha autem ſuſcepit eum. Quotieſcunq; cœnobia pauperem aliquem hoſpitio excipiunt, Chriſtum dominum ſuſcipiunt. Quamobrem Martham in hoc peculiarem habere debent, hoc eſt, aliquē certum qui curam pauperum gerat. Et Martha quidem ſororem habuit nomine Mariam: Qui in cœnobijs officia habent, alijs dominari non debent: ſicuti nec cæteris inferiores iudicari, ſed omnes eos conuenit ut fratres eſſe & ſorores, ne qd diſcriminis adferat officiorum diuerſitas. Sancta quoq; illa uelut duarum ſororum coniunctio eſt, uitæ actiuæ & contemplatiuæ, dum illa per ſapientiam exterius operatur & regit omnia: hæc interius Deo ſeruit cū mentis illuminatione & accenſione ſeu inflammatiōe cordis erga ea quæ diuina ſunt & cœleſtia.

Hic primum contemplatiuæ uitæ opus deſcribitur, quia ſedit Maria ſecus pedes domini, quo ſpiritualium hominum quies & tranquillitas oſtenditur: ſiquidem homo irrequietus in cœnobio ab ipſo etiam diabolo parum diſtat. Sedendo, inferiores hoīs partes inflexæ & curuatæ ſunt,

caput autem libere erectum, ſic qui cõtemplationi uacat homo tẽporalia curuare debet, ſolamq; rationis ſuæ ſuperiorem portionem recta dirigere in deum: & ſic ſedere per humilitatem ſecus pedes domini.

Beda. Sic Beda inquit: Contemplatiuæ uniformis perfectio eſt, exutam mẽtem a cunctis habere terrenis, eamq; quantum humana imbecillitas ſinit, unire cum Chriſto, ut ſic omne deſyderium uergat in deum, graueq; & moleſtum ei ſit eſſe in corpore, tantũ cupiat cœleſtibus intereſſe choris, deum laudare, amore ipſius exardeſcere, ut nihil iam cupiat operari, ſed pedibus oẽs curas conculcet: & quid multa? ſenſus omnis, cogitatio tota, & uniuerſæ illius uires tendant in deum. O uere fœlicem beatumq; hominẽ cui talis gratia contigit diuinitus.

Verum hic quoq; prudenter adcurare decet, ne eum ſubtilis iſte & fraudulentus ſpiritualis ſuperbiæ diabolus decipiat qui hic plærunq; ſe magno ueneno ingerere ſolet: unde & dæmonium meridianum dici
Pſal. 90 ſolet, a quo cuſtodiri ſe petijt a dño Dauid ſic orans: A ſagitta uolante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano. Quod illud eſt meridianum dæmonium? hoc nimirum quod iam diximus ſpiritualis ſuperbiæ, ſicut enĩ ſol in meridie quum ſit altiſſimus, in decliue tantum deſcendit feſtinans ad occaſum: ita quũ homo religioſus in ſummum euectus eſt apicem dignitatis, tum maxime conatur diabolus iſte eum præcipitare, & uel aliorum cõtemptu ipſum decipere, uel iudicio temerario, uel duritie nimia, uel philautia & fiducia ſui cum gloriatione propriæ bonitatis, quaſi non quicquid habet habeat ex deo, cui gratiæ ideo ſint agendæ. (Potes hic ad longum inducere 4. uias ſeu modos ſpiritualis ſupbiæ.) Id ut omne præcaueat homo religioſus, humilitate ſeſe muniat, tacituſq; ſubinde ſecum cogitet, quod ait Bernhardus: Si
Bernhar. quam ego gratiam habeo, haberet alius, quanto melius ſanctiuſq; & magis pie ea q̃ ego uteretur. Sed quid Maria fecit ſecus pedes domini? audiebat uerbum illius, q̃a in ſacris literis poteſt homo uniuerſæ ſpiritualis exercitationis adſequi dulcedinem. Verum hæc alias copioſius.

3. Quũ iam Lucas deſcripſerat, quid Maria quæ uitam contemplatiuam deſignat, habeat negotij, porro iam etiam ſollicitudinem Marthæ oſtendit: ſiquidem ea ſatagebat circa frequens miniſterium. Maria ſedebat tranquilla, tacitaq; contemplabatur, audiens dominum in doctrina ſua. Et ſic utriq; curam gerere ſedulam debent qui in choro, quiq; in porta deſident. Tu autem hic uide, quia Martham ſollicitam eſſe non auaram conuenit, ut interdũ prælati & ij qui officijs præſunt eſſe ſolent aliquanto ſæculari poteſtate & magiſtratu duriores, nõnunq; priuata quærentes, uel fauore uel inuidia iudicant, quod nemo Turca iuſtum dixerit. Non hæc illa diligẽtia eſt quæ in Martha commendatur, imo procuratores, cellarij, burſarij, piſtores, ceteriq; in cænobijs fratres qui reliquis miniſtrant, diligentes eſſe debẽt erga ſingulos, erga pauperes & alios omnes, nec quicq; negligere, ſed omnia prouidere ad ſuſtentationem eorum qui deo miniſtrant, quia ut ait Ambroſius, ſpiritualia ſine tempo- *Ambro.* ralibus diu non poſſunt ſubſiſtere: niſi eñ diligẽs eſſet Martha, maria diu ſedere non poſſet ſecus pedes domini, ſed cogeretur etiam ipſa neglecta contemplatione uictũ ſibi quærere: & ſic turbari erga plurima. Ideoq; non imprudenter prouiſum eſt ſorores eſſe duas, martham & magdalenam, ut ſic martha in temporali neceſſitate occupetur: maria uero in uita contemplatiua diutius poſſit ad pedes ſedere dominicos. Et hoc ſane fundamentum eſt, quur nonnulli Doctores concludendo dicunt: multo tutius eſſe ſub regula uiuere in eo ordine tali, ubi ſufficientes redditus ſint in communi, q̃ in ordine aliquo mendicantium, ubi nihil eſt in communi unde uiuere poſſint: ratio eſt, q; mendicantes continuo marthæ funguntur officio, dum curare eos oportet quomodo ſuſtentent fratres ueſtitu, uictu, libris & alijs, quomodo cænobij ſtructuram prouideant ne corruat, id ut efficiant, coguntur in mundum hunc immũdum & uanũ exire, & circumcurſitare inter uiros & mulieres, ubi multam inueniunt peccandi occaſionem.

Mundus

Mundus enim hic totus, laqueis dia-
S. Anton. boli plenus eſt: ſicut Anthonius ipſe ui-
dit, neq; tunc raro lingua & pudicitia in
diſcrimine magno uerſant. Quid hic mul-
tis morer? quo minus curarum habent re-
ligioſi, eo magis pedibus domini adſidere
poſſunt, ideoq; in illo ordine conuerſari tu-
tius eſt, ubi minus curę incumbit Marthę,
cuiuſmodi eſt ordo Carthuſianus, qui cen-
tum annis ante ordinem mendicantium
incepit, nec tamen aliqua domus, ut teſta-
Gerſon tur Gerſon, ab illa inſtitutione defecit, quũ
tamen in ordine mendicantium conſtãtia
talis non permanſerit, quorũ multi ab ob-
ſeruantia reſilierunt, ſed ualeant hæc. Con
ſtat eñ ordinem illũ in quo quiſq; feruen-
tiorem habet charitatem in deum, deo eſſe
ꝑpiorem. Vide Iohan. Maio. Matth. 19.

4. Ait Lucas: Martha ſtetit & ait: Do
mine nõ eſt tibi curæ ꝙ ſoror mea reliquit
me ſolam miniſtrare? Ecce Martha iam
multa occupatiõe defatigata ſtetit, fratres
quibus rei familiaris demandata eſt cura,
oportet nõnunq; conquieſcere, modo qui-
es hæc in ignauiam non abeat: unde pro-
prie ſtetiſſe eã ait, quaſi paratã adhuc am-
Ruth. 2 plius laborare: ſicuti Ruth tota die ſtetit
in agro, nec paruulo tpe abijt in domum.
Conqueſta ergo eſt Martha de Maria.
Bernhar. Vbi Bernhar. ait: Fœlix domus & beata
nota cõgregatio in qua Martha de Magdalena
conqueritur. Iam, proh dolor, cõtrarium
uideas magis, dum qui in cõuentu ſunt in
penetralibus, de his qui foras prodeunt cõ
queruntur, cupientes & ipſi prouehi, &
uidere mundum. Inique ſane, quia quorũ
officium eſt in cultum diuinum incumbe-
re, ij non debent cupere ut prouehãtur ad
externa officia, quin potius ſuperiores ro-
gent, ut ubi primum illi etiam eis curam re
rum temporaliũ iniungere uelint, ab ea li-
berentur ſintq; immunes: dicant inſuper
Canti. 5 cum ſponſo: Laui pedes meos, & quomo-
do coinquinabo illos? Exui tunicam meã
quomodo rurſus induam illam? Tunicam
curæ ſæcularis abiecit religioſus dũ ſuſce-
pit & profeſſus eſt religionem: & quomo-
do rurſus adſumet iſtã ſarcinam, ut ea preſ-
ſus demergatur in mundo? Laui pedes me
os concupiſcentiarum, quibus conuerſatus
eram in mũdo: nunc illos in ordine expur-
gaui & reieci. Quur itaq; rurſus coinqui-
nem? Cœnum mundi uoluptas eſt, a qua
non diſſident uanitas, auaritia, diuitię &c.
lutum hoc eis adhæret qui ſeipſos nõ cau-
te cuſtodiunt. Sin autẽ urgeant & inſtent
ſuperiores dicentes: Egrediamur in agrum Cant. 7
commoremur in uillis, mane ſurgamus ad
uineas, obedire decet ſubditum, & tamen
integram ſeruare uoluntatẽ ꝙ mallet cum
Maria manere ſecus pedes domini, ꝙ egre-
di & peragrare regionem hinc inde cũ ſol-
licita Martha: & ſic quoq; meritum eius
uſq; adeo nõ minuetur, ut etiam augeatur.
Martha ſublimitatem uitæ cõtemplatiuæ
non intelligebat, ideoq; petebat a domino
ut ille Mariam quoq; ad opus relegaret:
quod utiq; facere non debebat, quia neu-
tra pars uel alteram contemnere, uel de ea
conqueri debet: ſicut interdũ ſorores quæ
choro præſunt facere ſolent ſororibus ijs
quæ ſeruili munere funguntur. Qua de re
Gerſon pulchrum tractatum edidit: do-
minus ergo Martham ſtantem reprehen-
dit, Mariam uero ſedẽtem laudat, neq; hic
Martham de obſequio corripit, ſed ideo
quod Mariam ſine cauſſa nitebatur auoca
re a uita cõtemplatiua. Sollicita es, inquit
ille, in officio: neq; enim miniſterium illud
externum cura uacat, ideoq; & præmia ti
bi digna dabo, iuxta illud: Nõ iniuſtus eſt Hebr. 6
deus ut obliuiſcatur operis ueſtri & dilecti
onis quã oſtendiſtis in nomine ipſius, qui
miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis: ſcio ꝙq;
te o Martha in multis perturbari, impedi-
menta ſiquidẽ multa, multa negotia, pluri
miq; labores obueniunt ijs qui uitam ui-
uunt actiuã in hoc mũdo, ut nõ immerito
conqueſtus ſit Moyſes tantum ſibi a deo
impoſitum eſſe, quando dixit: Quare non Nume. 11
inuenio gratiam coram te? & quur impo-
ſuiſti pondus uniuerſi populi huius ſuper
me? Quum ergo omnis ſarcina impoſita
ſit humeris eius, quid mirum ſi pertur-
bata ſit, niſi peculiarem habeat gratiam a
deo, ſane tribulatione carere non poterit.

5. Vt ad concluſionem ueniat domi-
nus, ponit hic principio præmiſſam inſe-
rentem cõcluſionem intentã. Porro unum

eſt neceſſarium. Turbata erat Martha erga plurima, ſed unum tamen, quod & ambiebat Maria, & requiritur tandē in Martha, eſt neceſſarium. Vnum illud deus ipſe eſt, una beatitudo. Ambæ igitur pro uno illo contenditis, ſed Maria interim partem optimam elegit: cuius rei ratio deinde ſequetur. Vnum hoc petijt quoq; Dauid,
Pſal. 72 dicens: Mihi adhærere deo bonum eſt, ponere in domino deo meo ſpem meam. Et
Pſal. 26 alibi: Vnam petij a domino, hanc requirā ut inhabitē in domo domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam uoluntatem domini, & uiſitem templum eius. Vnum hoc præponi omib⁹ debet in utraq; uita, quia finis ille ultimus eſt propter quem omnia fiunt. Maria optimam partem elegit, bona quidem eſt pars Marthæ, bona etiam Mariæ, & inſuper melior ꝙ iſta Marthæ,
Grego. iuxta illud Gregorij: Magna ſunt actiuæ uitæ merita, ſed contemplatiuæ potiora. Sunt qui uolunt prius illud quod dicitur, Vnum eſt neceſſarium, referri ad Marthā quæ licet turbet̃ in multis: attamē unum illud in hac uita neceſſarium eſt, quū ij qui contemplationi uacant ſine corporali ſuſtentatione non poſſint propoſito ſuo ſatis facere: ꝙuis ergo pars Marthæ, hoc eſt actiuæ uitæ functio magis eſt neceſſaria: pars tamen Mariæ melior eſt: quia ſic ſe habent ut excedentia & exceſſa. Rationem adſignat dominus, quare pars Mariꝗ ſit melior: ſiquidem nō auferetur ab ea. Quod ex-
Beda. ponens Beda ſic ait: Actiua uita cum corpore deficit: quis enim in æterna patria panem eſurienti porrigat, ubi nemo eſurit? quis potum tribuit ſitienti ubi nemo ſitit? Quis mortuum ſepeliat, ubi nemo morit̃? Cum præſenti ergo ſæculo finitur uita actiua. Contemplatiua autem hic incipit ut in cœleſti patria perficiatur, quia hic per
1. Cor. 13 ſpeculum tantum uidemus & in ænigmate, illic uiſuri a facie ad faciem. Ignis nanq; charitatis qui hic accenditur tunc demum ardebit uere in uita æterna, eo ꝙ illa & auctior & feruentior permanebit. Atq; in hoc dubium non eſt contemplatiuam ui-
Theoph. tam potiorem eſſe ꝙ actiua, quoniam hæc tranſitoria, illa autem eſt æterna. In utra tamen quis plus mereatur Dominus hic non differit, neq; eo facit hoc uerbum ipſius: ſiquidem omne meritum pro dilectionis feruore iudicat: & ideo in quacunq; uita quis plus meliuſq; operatur, plus etiam ille meretur: poteſt ſane procurator in mūdo conuerſans plus mereri, ꝙ alius frater continuo domi orans & contemplans. Viciſſim poteſt quis domi in choro tanta mētis ſuæ eleuatione, diuinam bonitatem, miſericordiam atq; potentiā, paſſionem ꝗq; Chriſti ardenter adeo meditari, ut cor ſuū tanta dilectionis flamma incendatur, unde plus mereatur ꝙ ille in mundo.
Vide Aliacen. ſuper hoc, quia eſt clarus & uehemens in hac materia, in multis tractatibus, ſed ſpecialiter in tractatu ſpeciali cōſyderationis, & in tractatu compendij contemplationis: potes enim facile decem extrahere ſermones, quæ diſponant ad contemplationem, quæ adiuuent, quæ perficiant. Poſtea docet, qd cōtemplandū in anima b⁹: qd in angelis, qd in diuinis pfectionibus. Ponit etiā uaria genera contemplationis, alas eius & uarios modos ac gradus, docet inſuper quomodo conſeruanda ſit contemplatio. Et eſt optimum caput pro monaſticis, id totum proſequitur etiam in compendio. Aliacen. Card. Camera. Bonauen in tracta Gerſon.

Optimum foret, ſi quis unus utramq; hanc uitam haberet, ut prælatus ſpiritualis proſpiceret neceſſitati fratrum exterius, ſimulq; ſe exerceret in pia contemplatione interius: atq; id ille poteſt facere in tribus, meditatione, oratione & attenta ſcripturarum lectione. Volunt etiam doctores, ꝙ quicunq; in uera charitate prius ſe exercet in uita actiua, is multum fructum acquiret contemplando, quia ſicut in nouo Teſtamento utraq; hæc uita per Martham & Mariam eſt ſignificata: ita etiam in ueteri Teſtamento ambꝗ deſignatæ ſunt Gene. 29
in duab⁹ ſororibus, Lia & Rachel, quam tñ utramq; maritus unus habuit Iacob: & prius quidē duxit Liā quæ uitā figurabat actiuā. Vide Grego. li. 6. mora. Videas idē Gergori.
in Moyſe qui ſe exercuit in cāpo uitæ actiuæ, ut inde in montē aſcēderet cōtēplatio Exo. 24
nis, loquutur⁹ ibi cū dño, ſicut homo cū ho Exo. 33
mine ſolet: diuina enim charitas interdum exigit, ut homo miſſa contemplatione

exeat

exeat in uitã actiuã, in qua plus mereatur ꝗ ſi in contemplatiua perſtitiſſet. Et ſic Chryſoſtomus intelligit de compunctiõe

Roma. 9

cordis uerba hæc Pauli, quum ait: Optabam ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis, quia nemo pro ſeipſo tantum diligere debet deum, ſed curare, ut alij quoqꝫ ad deum dirigantur, & ſalutẽ impetrent. Neqꝫ in hoc diſſentiunt doctores dum concludundt eos optimos eſſe qui utramqꝫ uitam perfecte uiuunt &c.

De Maria virgine matreqꝫ filij Dei.

SI unqꝫ aliquis fuit in terris homo qui utramqꝫ hanc uitã poſt Chriſtum habuerit perfecte, is certe eſt Maria ipſa: in quo enim homine unqꝫ ita operata eſt Martha ut in Maria: in quo etiam tam ſublimem planeqꝫ diuinam contemplationem habuit, ut in hac Maria matre dei.

Vide Odonem.

Ita & de ea Euangelium hoc exponunt doctores, quomodo ingreſſus ſit Ieſus in caſtellum, hoc eſt, in uterum uirginis, ubi eum excepit Martha, hoc eſt ipſa Mariæ uoluntas, ſoror autem illius, puta ratio uacabat audiendo uerbo dei. Et ſic deinceps myſtico ſenſu reliqua omnia referunt ad Mariam, ſicut ipſa hiſtoria de 2. ſororibus recitata eſt. (Vide Hugonem &

Albertus

Albertum circa literã qui hoc prolixe proſequuntur.) Nos hic breuiter ſententiam

Anshel.

adducemus Anshelmi, qui Mariam reliquis comparat hominibus, unde palam fiat, quomodo partem elegerit optimam. Alij homines interdum hoſpitio excipiunt peregrinum, aut mendicum. Maria dei filium ſuſcepit in utero uirgineo, quum non haberet ille ubi caput ſuum reclinaret. Alij nonnunqꝫ hominem nudum ueſtiũt, Maria filium dei carne ueſtiuit humana, & corporaliter, ſi quid nebat aut texebat, domino in ueſtitum adparabat. Alij qui in uita Marthæ occupantur eſurientes paſcunt & potant ſitientes: idipſum quoqꝫ Maria fecit omnium perfectiſſime, quę nõ exterius tantum pauit fouitqꝫ Chriſtum in carne, ſed & paruulum adhuc uberibus ſuis enutriuit, lacte fouit, pannis inuoluit, quos ipſa fecerat nullius alterius Marthæ indiga, nullius egens ancillæ, ipſa omne obſequium exhibuit puero Ieſu. Et ut paucis ſingula hæc miſericordiæ opera abſoluamus, quæ tantis præmijs dignatur do-

Matth. 25

minus etiam minimo facta, quaſi ſibijpſi eſſent exhibita, Maria utiqꝫ illa non minimo impendit, ſed altiſſimo Dei filio, hunc pauit, potauit, ueſtiuit, infantulum adhuc geſtauit, ipſiqꝫ ſumma ſemper cura prouidit balneis cæteriſqꝫ rebus neceſſarijs omnibus.

Ecquis tandem eſt qui ſufficienter enumerare poſſet labores, ærumnas, curas, ſolicitudines Mariæ cum puero Ieſu, dum fugit in Aegyptum: dum remanſit ibi, & deinceps tanto itineris ſpacio redijt. Vere in illam cõpetit quoqꝫ, quod hic dixit dñs Marthæ: Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Quomodo autem nõ turbaretur, ſciens ſibi commiſſum eſſe theſaurum precioſiſſimum qui in cœlis erat, & in terra. Sed ut finiamus illud, miſſum facio, quomodo educarit puerum Ieſum, adduxerit in Hieruſalẽ, amiſſum magnis doloribus quæſierit, tandemqꝫ inuenerit in templo hinc ſequuta ſit eum docentem & prædicantem. Ad extremum conſyderemus, & hoc in ſollicita illa noſtra & perturbata Martha, quum Chriſtus ultimũ Mariæ uale dixiſſet feria quarta ante diem paraſceues, quando uidit illa dominum circumcidi immaniter adeo, atqꝫ ab uno ad alium rapi magno omniũ ludibrio, ſuoqꝫ cum triſti ſupplicio & pœna crudeli, quando uerbera audiuit flagellorum & uirga-

Maria mater domini ſollicita.

rum in filio, contumelias uidit turpiſſimas quibus cor ſuum pertranſiuit gladius doloris, dum audiret ſæuitiam & furorem tumultuantium Iudæorum, clamorem, boatumqꝫ uociferantium: Tolle tolle crucifige eum. Quantum hic noſtra Martha perturbata eſt, quo mœrore adfecta, conſpicata filium ſuum exire graui preſſum mole crucis, tanto omniũ contemptu, quaſi peſſimus fuiſſet malefactor, qui unqꝫ uixiſſet in terra, quum tamen omnium eſſet innocentiſſimus. Vidit inſuper eum doloribus plenum pendere in cruce, ſiquidem & hic

Iuxta crucē eius aſtitit mater Maria. Quibus porro mœrorib⁹ quanto luctu & mœſtitia perturbatam fuiſſe Mariam putas, dum corpus illius mortuum de cruce depoſitum ſuo ſuſcepit gremio, dum uulnera eius exoſculata eſt, os liuidū, genas pendulas, extinctos oculos, gelida membra & pallentia amplexata eſt: ſiquidē iam fons uitæ mortuus erat. Quando unq̃ huiuſmodi Martha fuit in terra quæ tantis confecta ſit doloribus, tot emacerata curis? Vere hic impletum ei eſt illud propheticū Symeonis: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius doloris. Quis autem dubitet Mariam cupiſſe filium ſuum a tantis ſupplicijs liberari, dum in uita contemplatiua uiciſſim cognouit ipſum deum uerum eſſe, qui quum ſeipſum adiuuare poterat: nolebat tamen, ut generis humani conſummaret redemptionem. Et id conqueſta eſt Martha hæc noſtra ſenſualitati ſuper Mariam, quæ iuxta rationis dictamen Chriſtū mori uolebat pro toto mundo.

Quis porro digne explicare ualeat, quomodo Maria mater dei fuerit etiam Magdalena in uita contemplatiua, ubi partem optimam elegit: ſi enim Mariæ pars adeo bona fuit in Martha, quanto melior erit in Magdalena? O quanta contemplationis dulcedo fuit in Maria, quando eam ſalutauit angelus, quando ſpiritus ſanctus ſuper uenit, & uirtus altiſſimi deūbrauit? Quid non illa de æterna dei ſapientia cōtemplaretur, in cuius utero ipſa diuina ſapientia habitauit, & humanam carnem ſuſcepit ut fieret homo. Paulus Chriſtum uirtutē & ſapientiam dei uocat, & in eo theſauros omnes ſapientiæ & ſcientiæ Dei ait fuiſſe reconditos, Conſtat autem Chriſtum fuiſſe in Maria, itaq̃ & theſauri illi omnes ſimul in Maria fuerunt. Noſtra hæc Maria Magdalena non tantum ſedit ad pedes domini, ſed etiā ad caput, quando ex ore eius uerbum audiuit æternum: ſiquidem illa in corde ſua conſeruauit uerba omnia, angeli, paſtorum, trium Magorum, Symeonis, Annæ prophetiſſæ, ſuiq̃ adeo dilectiſſimi filij. Atq̃ hæc omnia eo modo fecit: ſicut illa nemo unq̃ hominum uel extremis labris prælibauit, q̃ ſuauis ſit dominus, ſiquidem ea plane potata eſt torrente uoluptatis dei, neq̃ id mirum, penes eam enim imo in ipſa fons erat uitæ ſcaturiens: unde promanauit utriuſq̃ illius uitæ perfectio. Itaq̃ etſi Maria ſicut & Martha multis externis rebus occupabat, omne tamen eius gaudium & uniuerſa lætitia erat in uno, quod ſolum permanet cæteris tranſeuntibus: quoniam ſolum id neceſſarium eſt. Pars Marthæ ablata eſt ab ea, quum nihil iam habet quur perturbetur ſitq̃ ſollicita, ut ſeruiat domino ut infantulo, cui nunc omnes angelorum chori inſeruiunt, ſedenti in throno cœleſti. Iam non turbatur amplius, nec eſt quod cum illo fugiat in Aegyptū a facie Herodis, quia Chriſt⁹ aſcendit in cœlum: Herodes detruſus eſt ad inferos. Iam non turbatur propter Iudæos qui tunc occupati erant in capiendo domino: in præcipitando de monte, in lapidando, quum illi nunc ſubiecta ſunt omnia. Nihil iam flagella metuit, non uirgas, clauos quoq̃ crucem & lanceam fruſtra formidabit. Reſurrexit enim Chriſtus neq̃ moritur amplius, mors illi ultra nō dominabitur. Ecce quia pars Marthæ ablata eſt ab ea, quum interim optima illa non auferatur a Maria, quæ hodie eleuata eſt ſuper omnes choros angelorum, dum impletum eſt deſyderium ſuum in bonis, iamq̃ uidet illa deum facie ad faciem ſicuti eſt, lætatur & exultat cum filio ſuo in ſæcula. Hæc nimirum pars optima eſt quæ non aufertur ab illa. O Maria glorioſiſſima uirgo et mater dei, per tuam interceſſionem & meritū fac nos quoq̃ optimæ partis cōpotes per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui cum Deo patre regnat in unitate ſpiritus ſancti per ſæcula, Amen.

Non receſſi ab Anſhelmo, ne materia ſe nimium diffunderet.

De glorioſa ſolennitate aſſumptionis uirginis matris.

Quæ eſt iſta quæ aſcendit conſurgens ut aurora, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorū acies

ordinata

ordinata Cant.vi. Vel, Exaltata es ſancta dei genitrix ſuper choros angelorum ad cœleſtia regna: Vel Adſumpta eſt Maria in cœlum, gaudēt angeli, laudantes benedicunt dominum.

Homilia tertia

Cant.1 1.Pet.1 Quis dubitet Mariam quoqꝫ ſummis uotis unice cupiuiſſe cum filio ſuo Chriſto domino aſcendere in cœlum, atqꝫ poſt illum clamaſſe: Trahe me poſt te, in odore unguentorum tuorum currimus: Si enim angeli ſemper deſyderant in faciem Chriſti aſpicere, quanto deſyderio cupierit Maria filium ſequi ipſumqꝫ uidere? quoniam quum natura id appetant omnes matres, quanto ardentius petijt illud maria quę magis dilexit filium ſuum, ꝙ ulla mater in terra unqꝫ filiū ſuum dilexerit, ſiquidem illa omniū maxime dilexit eum ut deum uerum, deinde ut carnem & ſanguinem ſuum: Quumqꝫ totum Lib.3.c.2 Chriſti corpus ex caſtis & puriſſimis ſanguinibus mariæ ut ait Damaſcenus ſit de ſumptum, ſine omni uirili ſemine: Integre dilexit illa filium ſuum, magis quā ulli parentes amarint filium, quod uel inde colliges facilime: Luc.2 Quia enim tantum doluit maria de amiſſo ad triduum filio hic in terris, ut nō quieſceret donec inueniret, quanto magis deſyderauit cum ipſo eſſe in cœlis: Bernard. Vbi ait Bernhar. Aurora rutilans conqueſta eſt ſe diem perdidiſſe lucentem, Stella matutina admirata eſt triduanam ſolis abſentiam, atqꝫ tunc impleta ſunt illa Cant.3 ſponſæ uerba, Surgam & circumibo ciuitatem per uicos & plateas, quæram quem diligit anima mea: Quam moleſtam putas fuiſſe uitam mariæ tot annis quibꝰ hic eam expectare oportuit poſt aſcenſionem Chriſti, donec adſumpſerit illā? Etſi enim Maria (quod pie credi poteſt) interdū ueluti radium quendam ſibi emicantem habuit eſſentiæ diuinæ, unde immenſam ſuſcepit lætitiam, id tamē omne imperfectū eſt ſi conferas ad eſſentialem beatitudinē, Bernard. Quoniam, ut Bernar. inquit, & hic paſcit deus ſed nō in ſaturitate, quum autem dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Pſal.126 domini filij merces fructus uentris, hoc eſt quia quo ad diuinam & humanam naturam Chriſtus merces eſt beatorum. Quoque ærumnis & afflictionibus plenior eſt hæc uita in terris, hoc magis in uotis habuit maria peruenire ad cœlum, ut ex hac moleſta peregrinatione liberaretur, quoniam ſine dubio afflicta illa ex Chriſti abſentia & huius uitæ, clamauit cum pſalmiſta: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, Pſal.119 habitaui cum habitantibus Cedar (ideſt in tenebris infidelium Iudæorū) multum incola fuit anima mea: Audenter igitur cupiuit Maria eſſe cum filio ſuo, ſiquidem ipſi etiam angeli dei & ſancti omnes deſyderauerunt reginam illam ſuam ſecum eſſe in cœlis: Et ſic quum aliqꝫdiū Maria clamaſſet ad dominum: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto: Atqꝫ iterū: Educ de cuſtodia animam meam ad confitendū nomini tuo: Me expectant iuſti donec retribuas mihi: Id adeo hodierna die factum eſt, quando omnes ſancti maxima cum admiratione uiderunt mariam tanta gloria & maieſtate illuſtratam adſumi in cœlum, iuxta id quod a principio dicere cœpimus, Adſumpta eſt maria in cœlum, gaudent angeli, laudantes benedicunt dominum:

Aue maria.

Euangelium Lucæ x.

Euangelium iam ultro miſſum facimus, non ꝙ non conuenit mariæ, ſicuti ſomniant Neochriſtiani aduerſus matrem dei & ipſam eccleſiam, quamuis enim ipſa per ſe hiſtoria ad Mariam & martham ſorores pertinet, apud nos tamen Catholicos & orthodoxos CHRISTIANOS maioris ſemper tum ponderis tum momenti eſt ſenſus myſticus, ꝙ iſte qui ex litera pendet totus: Quis autem a Chriſto unqꝫ fuit in terris homo, de quo magis merito dicatur hoc Euangelicum, maria optimam partē elegit, quam de maria matre dei, ideoqꝫ Euangeliū illud ſpirituali & myſtico ſuo intellectu, de nemine potius legi & intelligi poteſt quā de

uirgine matre, ſicut & nos iam antea totũ
hoc ad ipſam retulimus, & forte in aliqua
ſequenti homilia plenius faciemus: Nunc
animus eſt de feſti huius celebritate tantũ
dicere, & primum quidem, quãdiu Maria
poſt Chriſti aſcenſionem hic in terris uixe-
rit, deinde quur eam dominus tam diu ex
pectare permiſerit, mox quur illa ſit mor-
tua, poſtremo quomodo adſumpta ſit in
cœlum, quod in hac feſtiuitate potiſſi-
mum eſt.

Principio qꝫdiu Maria poſt Chriſti aſcẽ
ſionem uixerit, nuſqꝫ in Euangelijs eſt pro
ditum, nec aliunde certum aliquod extat
eius rei teſtimonium, niſi ꝙ bona doctorũ
pars putat eã. 15. annis uixiſſe poſt mor-
tem Chriſti, iuxta quam ſententiam facta
illa eſſet grandæua admodum, & pertigiſ-
Vuincen. ſet uſqꝫ ad annum ætatis. 65. Vincentius
tamẽ in ſpeculo ponit annos. 12. quomo-
do Maria mortua eſſet anno ætatis. 62.

Sed nos iam ad illud properemus quod
ſecundo loco propoſuimus. Quur Chriſt⁹
Mariam tãto tempore dimiſerit hic in ter-
ris? Vbi qꝫuis adſignari ratio uniuerſalis
iſta poſſet, quia ſic uiſum eſt & bene placi-
tum deo, quam cauſſam ipſe etiam domi-
Math. 11 nus adſignauit dicens: Ita pater quoniam
ſic fuit placitum ante te. Quia autem uo-
luntas dei eſt rationabiliſſima, ideo inqui-
ratur ratio huius, factumqꝫ adeo id eſt in
conſolationem apoſtolorum & fidelium,
ſic enim ait Bernard. exponens uerba illa
Euãgelij: Stabat iuxta crucem Ieſu mater
eius &cę. Migraturus ex hoc mundo do-
Iohan. 19 minus ita ordinauit, ut utraqꝫ portio eccle-
ſiæ, triumphans uidelicet & militans, uiſi-
bili & inuiſibili ſolatio frueretur, aſcẽdens
enim in cœlum ſanctis animabus & ange-
lis ſuam diuinitatem & humanitatem per-
petuo contemplandam exhibuit, ut ſiue
egrederentur ſiue ingrederentur, paſcua
inuenirent: Eccleſiæ uero adhuc in terra
militanti ſolatium quidem inuiſibile pro-
miſit, quod in die pẽtecoſtes impleuit quã-
do ſpiritum conſolatorem cordibus fide-
lium miſit, ſolatium uero uiſibile præſen-
tię eius corporalis ſubtrahere uoluit, & id
circo matrem eccleſiæ conſolatricem ui-
ce ſui dereliquit: Vere enim magnum erat
hoc hominibus ſolatium uidere matrẽ, in
terra, cuius filius dominaretur in cœlo.
Pulchre hic doctores recogitant ueluti pe
regrinationem continuam fuiſſe ſanctorũ
hominum ad mariam, q̃m ſic ait Ignatius
ſcribens ad S. Ioh. Euã. Si licitum eſt mihi *Ignat.*
apud te ad Hieroſolymę partes uolo aſcen
dere & uidere ſanctos qui ibi ſunt, præci-
pue mariam Iheſu quam dicunt uniuerſis
admirandam, cunctis deſyderabilem, quẽ
etenim non delectet eam uidere & alloqui
quæ uerum deum deorum peperit, ſi ſit
noſtræ fidei & religionis amicus, ſimiliter
& illum uenerabilem Iacobum qui cogno
minatur iuſtus, quem referunt Chriſto Ie-
ſu ſimilimum facie, uita & modo conuer-
ſationis, ac ſi eiuſdem uteri frater eſſet ge-
mellus: Refertur etiam B. Dionyſium iam *Dioniſi:*
baptizatum, transfretaſſe ab Athenis ad
mariam, non ſolum utiqꝫ ſed cum plæriſ-
que alijs fidelibus.

Altera cauſſa eſt propter inſtitutionem
ſeu eruditionem fidelium, licet enim ipſi
etiam Euangeliſtæ ex inſtinctu ſcripſerint
ſpiritus ſancti, iuxta illud prophetæ, quo- *Ezech. 1*
cunque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, &
rotæ pariter eleuabantur, & non reuerte-
bantur quum ambularent: Attamen non
parum eis etiam maria profuit, priuatim
informando & docendo quomodo omnia
contigiſſent, puta circa ſalutationem an-
geli, uiſitationem Elizabeth, natiuitatem
Chriſti, de tribus magis, de fuga in Aegy-
ptum & ſic de ſimilibus: Hinc eſt ꝙ dicũt
nonnulli Lucã prę cęteris multa ſcripſiſſe
de infantia & pueritia Chriſti, quia audie-
rit illa ex maria, ſicque ex ſpiritu ſancto co-
gnouerit ſe iſta ſcribere debere: Quis du-
bitet ingentem conſolationem accepiſſe fi-
deles dum legerunt Euangelia & inſuper
illorum explicationem a Maria didicerunt,
ſiquidem primus Euangelium ſuũ ſcripſit
Matthæus, idqꝫ ſtatim priuſqꝫ exijſſet præ
dicare gentibus: Rationem hanc pulchre
inducit B. Hieronymus in ſermone quo- *Hierony'*
dam qui ſic incipit: Cogitis me, ubi ſic ait:
Non quod eximius ille ſanctorum Chor⁹
apoſtolorum eam deſeruerit, inter quos
poſt reſurrectionem intrans & exiens, ille
ꝗ familiarius cõtulit de Chriſti incarnatio

tione, tanto ſiquidem uerius, quãto ab initio plenius per ſpiritum ſanctum cuncta didicerat, & perſpexerat oculis uniuerſa, licet & apoſtoli per eundem ſpiritũ ſanctũ omnia cognouerint, & in omnem edoctiq; uenerint ueritatẽ: Ita poſſunt iſtiuſmodi rationes plurimæ adſignari, qualis eſt, ut ij qui perſequutionem patiebãtur propter fidem hoc modo confortarentur, utiq; mariæ meritum erga deum copioſius augereť.

3. Quod ad mariæ mortem attinet conſentiunt doctores eam uere mortuam eſſe, ſiquidem quum non pepercerit deus filio ſuo, mariam ab ea lege non exemit, quin & ipſa illi ſatiſfecerit, quum conſtitutum ſit omnibus hominib. ſemel mori: Sic
August. Augu. inquit: Memores conditionis humanæ mortem illam temporalem ſubijſſe matrem domini dicere nõ metuimus. Hieron. quoq; ſic ait, nihil ex ijs experiri aliud
Hierony. poteſt ꝓ certo, niſi q; hodierna die glorioſa migrauit a corpore: Tu autẽ hic diligentius attende uerba Auguſtini quoniam ea ſolutionem continent cuiuſdam interrogationis & dubitationis ꝙ hic exoriri poſſet: Quum per peccatũ mors irruperit in mũdum, maria autẽ nec hæreditario nec proprio opere contraxerit peccatũ, quõ tamen
Sup.fo.15 mori potuit (illud iam ſupra refutauimus in die conceptionis mariæ, homi. 4.) atqui aliud ẽ eſſe ſine peccato, & eſſe immortalẽ, & ſic maria propria ſua natura mortua eſt, quam cum omnibus hominibus habuit communem, qui & ex corruptibili ſunt corpore, & materia mortali: Quãuis hæc res ſua etiam ratione non caruit, ſiquidem ſi mortua illa non eſſet, ex qua tamen humanam naturam adſumpſiſſe Chriſtum conſtat, prætextum hinc erroris ſui adripuiſſent Manichæi & Valentiniani aſſerentes dominum non habuiſſe uerum corpus. Quum ergo & maria mortua eſt, argumentum hinc euidens liquet ex radice Adæ eam deſcendiſſe, ex qua Chriſtus natus eſt redemptor generis humani. Cæterum quando Dauid inquit, precioſa in cõ
Pſal. 115 ſpectu dñi mors ſanctorum eius, quis non uideat, quanto precioſior fuerit mors mariæ? Hoc ipſum latius expendentes doctores adſumunt regulam Bernardi: Quodcunq; alijs etiam minoribus ſanctis a deo eſt conceſſum, id utiq; mariæ denegatum *Bernhar.* non eſt, modo ne obſtet ſexus, ſiquidem maria ſacerdos non fuit: Videamus autem quid circa illius mortem contigerit: Quũ iam ipſa uixiſſet annos ſiue. 12. ſiue 15. atq; loca ſancta uiſitaſſet omnia, ubi Chriſtus captus, ſub cruce collapſus, crucifixus denique eſſet & ſepultus, iamq; beneplacitũ erat corã domino ut uitam eius finiret, per angelum illi reuelauit, quum ſæpius iã obnixe filiũ ſuum rogaſſet, quando tãdem uoti compotem eã redderet, qñ ipſam ex hoc ſæculo transferret, qñ habitu gloriæ eã ueſtiret, qñ tempus eſſet quo choris angelorũ intereſſet, ſuũq; filiũ dilectiſſimum uideret &cę. Ibi tunc apparuit illi archangelus Gabriel ipſamq; honorifice ſalutauit, & inſuper horam mortis ei reuelauit: Id adeo in libello legitur de morte marię, quãuis Hieronymus illum non undequaque pro autentico & approbato r ecipiat, idipſum tamẽ & rationi & ſcripturæ cõſentaneum eſt: Quum enim tantam gratiã deus *Hierony.* fecerit S. Petro ut depoſitionẽ tabernaculi ſui multo tẽpore antea præſcierit, ſimili- *1.Pet.1*
ter & Paulo, qui de ſe ſic ait: Ego iam deli- *1.Tim.4*
bor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, nõ diuerſum eſt quod hiſtoriæ narrant de S. Iacobo, & Martino qui etiam poſt mortis ſuę reuelationem dixit ad dñm: Domine ſi adhuc populo tuo ſum ego neceſſarius, non recuſo laborem: Quod ſi igitur dominus ſanctis ſuis reuelauit diem obitus ſui, quur non & matri ſuæ manifeſtauerit, quæ inde immenſum etiam gaudium receperit? Teſtatur hiſtoria Mariã petijſſe hoc per angelos a domino ut illã ſibi gratiam conferret, apoſtoloſq; ad obitum ſuũ mitteret: An petierit illud maria incertum eſt, factum autẽ eſſe certiſſimum eſt, unde cõiectura magna eſt eam hoc petijſſe: Sit itaq; hoc conſtans: Mariam ex adnunciante angelo cognouiſſe tempus obitus ſui: Cuius exemplo tu quoq; diſce ſanctos dei & angelos inuocare, orareq; ut tibi tempus mortis reuelent, quod utiq; multis hominibus fieri ſolet. Precor te mi cuſtos ſi fieri poteſt, notum mihi facias diem obitus mei &c.

4. Alterum mortis Mariæ priuilegium fuit ſicuti iam meminimus, ꝙ apoſtoli omnes mirabiliter adducti ſunt Hieroſolymam ex uniuerſo terrarum orbe per miniſterium angelorum: Cui rei fidē certiorem facit quod de Daniele ſcribitur, illo enim coniecto in lacum leonum, angelus domini adſumpſit Abacuck prophetam, adreptumq; in Iudæa in ipſo aëre deduxit uſq; in Babylonem repente & ſubito, quur itaq; non angelus potuerit Hieroſolymam adducere Petrū Roma, Paulum ex Galatia & Thomā ex India? quū multis modis Maria ſuperet Danielem, In actis apoſtolorum legimus, quia quum Philippus baptizaſſet Enuchum Candacis reginæ in ipſo itinere, inter Hieroſolymam & Gazam, ibi adripuit eum ſpiritus & poſuit in Azoto: Quod autē interfuerint apoſtoli morti Mariæ teſtat᷑ Dionyſ. de di. nom. ca. 3. dicens: Apud ipſos diuino ſpiritu plenos pontifices noſtros, quū & nos (ut noſti) & plærią; ex ſanctis patribus noſtris ad contuendum corpus illud quod autorem uitæ deumq; cæperat, conueniſſemus (aderat autem & frater domini Iacobus & Petrus ſupremum decus & antiquiſſimum theologorum columen) ubi poſt contuitum placuit, ut infinite potentem diuinæ infinitatis bonitatem pontifices laudarent omnes quiſq; pro captu ſuo, laudat ille deinceps Hierocheum magiſtrū ſuum, qui plane ſit impletus ſpiritu ſancto, unde & ſecundum apoſtolos ceteris omnibus deum plus magnificarit, Ecce teſtimonium apertum ſuper eo ꝙ in morte Mariæ adfuerint apoſtoli aliję ſancti homines plures ut Timotheus, Hierochæus, Dionyſius &c. Aiunt eiuſdem rei mentionem facere quendam ex uetuſtiſſimis etiam Andræam Cretenſem, quē tamen non uidi: Hoc unum iam incidit Damaſcenum in quadam homilia præclaram habere ſententiam quæ ſic habet, Ex antiqua & ueriſſima traditione accepimus ꝙ tempore glorioſæ dormitionis beatiſſimæ uirginis, quum omnes ſancti apoſtoli ad ſaluandas gentes orbem terræ peragrarent, in momento temporis in altum ſubleuati Hieroſolymis cōuenerunt: Quūque iam illi attēderent imminere mortem Mariæ, una omnes uoce, unoq; uelut ore clamare cæperunt: Quando te habuimus uirgo laudatiſſima cohabitatricem in hoc ſæculo, non diuerſo fruebamur ſolatio ꝗ̃ ſi dominum deumq; noſtrum ipſumq; uidiſſemus: Nunc uero dum cognoſcimus te uelle ex hoc mundo cōmigrare, hęc una nobis reliqua manet conſolatio, ꝙ te habituri ſumus mediatricem apud deum: Ecce quia iam filius tuus conditor omnium te uocat, uade in pace, noſq; deo reconcilia, Quū enim in hac terra habitares, exiguus te concluſit circulus, porro autem quando adſumeris iam in cœlum, totus mundus cōmune habebit propitiatorium: Quamuis etiam apoſtoli admodum contriſtabātur ex morte uirginis, neq; minus ꝗ̃ ſi ipſa eorum mater fuiſſet, uiciſſim tamen eos ſolabatur gratia ſpirit⁹ ſancti, fuitq; hoc magnæ conſolationis loco uirgini matri, ꝙ præſentes hic in obitu ſuo uidit electos dei apoſtolos, quos illa ſine dubio fortiter conſolata eſt confirmauit fide catholica, diuinum eis promittens auxilium, uirtutem gratiam & illuminationem ſpiritus ſancti, quomodo inde contemnerent martyrium pœnas & ſupplicia tyrannorum, aduerſitates quoq; & uoluptates mundi huius, atq; ſolum præ omnibus timerent deum, ſicut a filio ſuo edocti fuerant, ne timerent eos qui occidunt corpus, non animam, ſed illum quum occiderit corpus, animam poteſt mittere in gehennā: Hinc docemur iniquum non eſſe, hominē moriturū adhibere ſibi liberos ſuos, fratres aut quoſcunque amicos, quoniam ſic etiam matrem ſuam honorauit deus præſentia apoſtolorum: Sic Iacob priuſꝗ̃ moreretur cupiuit uidere Ioſeph dicens: Vadam & uidebo eum priuſꝗ̃ moriar, ſatis enim hoc mihi eſt, dūmodo filius meus Ioſeph uiuat: Hinc moriturus IACOB uocauit ad ſe filios ſuos omnes, inquiens: Cogregamini & audite filij Iacob, audite Iſraël patrem ueſtrū: Sed hæc iam ſufficiāt oremus dnm.

[Margin notes: Daniel. 14 · Actu. 8 · Dioniſi. · Damaſ. · Gene. 45 · Gene. 49]

De glorioſa adſumptione uirginis matris.

Homilia quarta

Quēad

QVemadmodum multis magniſq; donata prǫgatiuis fuit uirgo Maria, partim in conceptione ſua partim quum ipſa Chriſtum concepit & peperit, ita etiã in morte ſua plurima habuit priuilegia, primũq; adeo oĩum pnunciata ei mors eſt ab angelo, deinde miraculoſe aduocauit deus apłos cũ multis alijs diſcipulis ad mortem ipſius: Atq; de ijs duobus ſuperiori diſſeruimus homilia, reliquũ eſt dicere, quomodo Chriſtus ſui ipſius apparitione honeſtauit illam, quod ex regula Bernhardi ſupra adducta colligimus, *Bernhar.* quia quicquid alijs ſanctis quãlibet paucis contulit deus, credendum non eſt eũ Mariæ denegaſſe, ſiquidẽ illud & ſumme potuit exhilarare Mariam, & ei dolores mortis diminuere uel totas auferre: *Gene. 46* Quum Iacob proficiſceretur in Aegyptum, uidens filium ſuum ſibi occurrẽtem, lætus & alacer dixit: Iam lætus moriar quia uidi faciẽ tuam & ſuperſtitem te relinquo: Quanto uberiori gaudio exultaſſe Mariam putas quum iam conſpiceret filium ſuum ad ſe uenientem: Et ꝙ plæroſq; ſanctos iamiam *Sup. fo. 35* morituros uiſitarit dominus, plurimæ teſtantur hiſtoriæ, noſq; adeo ipſi probauimus idem iam ſupra de S. Iohanne Euangeliſta, cui dixit dominus: Veni dilectiſſi- *Grego.* me diſcipule ad fratres tuos: Hoc ipſum ꝙ ꝗ Gregorius de multis refert lib. 4. dialogorum: Et idẽ legitur de S. Barbara, cui apparuit dominus in turri, & de plæriſq; alijs: Quid igitur obſtet, quo minus ſit hoc cõſtanter credendum de Maria: Mitto hic & uolens pertranſeo piam illam contemplationem, quomodo Chriſtus eam alloquutus ſit, ut qui amiciſſime: Surge propera formoſa mea & ueni, ueni de lyba- *Can. 2. 4* no ſponſa mea, ueni coronaberis: Veni in hortum meum & cæt. Maria quoq; ultro *Pſal. 86* ſeſe obtulit cum Dauide dicens: Paratum cor meum deus, paratum cor meum: Et ſine dubio ſic ut ipſa antea audierat a filio ſuo ſub cruce, dixit ad eum: In manus tuas commendo ſpiritum meum.

Quartum mortis Mariæ priuilegium hoc eſt, quia mortua eſt illa ſine morbo, omnique dolore mortis, idq; adeo rurſus ex ſuperiori regula Bernhardi promanat, quoniam ſi hoc alijs ſanctis deus permiſit ex gratia, quur non idem contulerit Mariæ: *Hierony.* Hieronymus autem de S. Iohanne ait: Tam extraneus a dolore mortis, ꝗ̃ a corruptione carnis inuenitur alienus: *Tra. 124* Teſtatur idipſum etiam Auguſtinus audiſſe ſe a uiris fide dignis, qui uiderint ex monumẽto illius ſcaturiginẽ pulueris ſcaturire, & quur tandem non matri quoq; ſuæ eandẽ gratiam fecerit Chriſtus, quã cuſtodi ſuo Iohanni exhibuit: Neque id mirum uideatur cuipiam, ſiquidem & ſine doloribus nata eſt Maria, quur ergo non ſic ſit mortua, quæ tantum dolorum in paſſione & morte Chriſti ſuſtinuit, ut admirabundus dicat Hieronym⁹, *Hierony.* Beata dei genitrix in ea parte paſſa eſt quæ impaſſibilis habetur, & ideo quia ſpiritualiter & atrocius paſſa eſt gladio paſſionis, pluſquam martyr fuit: Ideo contentus dominus doloribus illis præſeruauit eam in morte ab omni dolore, planeq; tranquille ſeparata eſt anima a corpore, certa tunc exiſtens non multo tẽpore poſt adhuc fore ut ei rurſus uniretur: Atq; hæc ſententia uniuerſalis eccleſiæ eſt in collecta hodiernæ diei, quã aiunt feciſſe S. Gregorium, ſimulq; huius feſtiui- *Grego.* tatis cantum ordinaſſe, ſic autẽ illa habet, Veneranda nobis domine huius diei feſtiuitas opem conferat ſalutarem, in qua ſancta dei genitrix uirgo Maria mortẽ ſubijt temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit. Quęrunt hic doctores qui ſint nexus & quæ uincula mortis, triplicia nimirum, primum eſt ipſe dolor morbi urgens hominem uſq; in mortem, quo reſpiciens Sapiẽs dixit, O mors ꝗ̃ amara eſt *Eccle. 41* memoria tua. Alterũ eſt tẽtatio diabolica, tũc enim hoſtis iſte oĩbus uiribus conatur auferre animam, eaq; afflictio tunc omniũ maxima eſt, iuxta illud quod dixit dominus ad ſerpẽtem: Tu inſidiaberis calcaneo *Gene. 3* illius, hoc eſt nouiſſimo uitæ. Tertium uinculum ſiue nexus eſt corruptio putreſcentis corporis ſecundum legem domini: Cinis es & in cinerem reuerteris, quomodo & Iob ait ad dominum: Memento quæſo *Iob. 10* ꝙ ſicut lutum feceris me & in puluerem reduces me: Et hoc eſt quod intẽdebamus

Mariam dicentes mortis nexibus non oppreſſam, ſed ſine dolore mortuam, non igitur pingi illa debet habitu & facie ægrotātis, decumbens in lecto, ſed ita ſicut & inter manus apoſtolorum tradidit ſpiritum.

2. Quum iam hoc pacto Maria in dulcedine ſpiritus cū gaudio uolens mortua eſſet, apoſtoli illam honorifice ſepelierunt, ex iiſdem rationibus quas de ſepultura Chriſti oſtendimus: Superſedeo hic lubens hiſtoriā uulgatā in lib. de tranſitu mariæ, quid inter ſe loquuti ſint apoſtoli, & quomodo deus eos nebula uelarit, angelique auditi decantarint: Iam uero ſanctū uirginis matris corpuſculum quum eſſent depoſituri in monumentum, adfuit Chriſtus ipſe eamque in ſepulchro collocauit, Quumq; adhuc efferretur, adcurrēs unus ex ſummis pōtificibus conatus eſt abripere corpus uirginis, & ſtatim brachiū illius graui dolore confectum exaruit: Eum ſimulatq; ex apoſtolorū informatione pœnituit infidelitatis ſuæ, ſtatim ad ſancti corporis contactum ſanatus eſt: Quāuis ergo libellus ille receptus ab eccleſia non eſt, ita ut credendū ſit quicquid in eo cōtinetur, lubet tamen ex illo decerpere quæ ad ædificationem erectionemque adfectus facere uidētur, crediq; pie poſſunt, primum omnium enim per receptionem & traditionē ſeniorum hæreditariam ueritatem habemus illam, ab ipſis iam inde temporibus apoſtolorum in nos uſque deriuatam, ſicut & fratribus oſtēdi ſolet Hieroſolymis, ubi monſtratur ſepulchrum uirginis Mariæ non procul a monte olíueti & horto illo in quo captus eſt domin⁹, locus inſuper oſtenditur, quo apparens ei angelus prænunciauit adſumptionem ipſius, atq; in ſignū uictoriæ ramum palmæ illi obtulit, cuius multa fit mentio in iſto libello: Volens hic ſuperſedeo dicere de cingulo Mariæ quod aiunt relictum eſſe Thomæ apoſtolo: His ita præmiſſis ad principale uenio dictum huius membri, palamq; profiteor pie eſſe credendum ſuperiora illa ita circa adſumptionem Mariæ contigiſſe, nebulamque ibi fuiſſe, quia ſimile habemus quādo aſcenſurus erat Moyſes in montem pro accipiēda lege decalogi, nubes operuit montē. 6. diebus & Moyſes ingreſſus nebulam aſcēdit in montem: Inſuper in hiſtoria regum legimus, quum Salomon ædificaſſet templū domino illudq; iam dedicaturus eſſet, ibi nebula impleuit templum tāta quidē, ut præ illius denſitate nō poſſent ſacerdotes miniſtrare domino, quia gloria domini repleuerat domum ipſius: Quum itaq; dominus gloriam ſuam tantam manifeſtarit in materiali iſto tēplo Salomonis, quanto magis in electo illo templo uirginis matris, ſiquidem de ea dixit Dauid, ſuſcepimus deus miſericordiam tuam in medio tēpli tui; Porro ceciniſſe angelos ſub mortem Mariæ quis obſecro demiret, qui modo conſyderet cantaſſe illos in Chriſti natiuitate, quando ad ſupplicia naſcebatur & uitæ huius miſeriam? quanto alacrius iam cecinerint, quum mater Ieſu regina eorum adſumenda eſſet in cœleſtia regna ad æternam gloriam? Inſuper ſcribit Seuerus Sulpitius, quum aliquando Seuerinus epiſcop⁹ Colonien. ſancta inuiſeret altaria orans poſt matutinas, audiuit angelos dei cantantes quos, tamen archidiaconus eius audire non potuit, ſed poſtq; pro eo etiam orauit S. Seuerinus, audiuit & ille uoces ſuauiſſimas, ubi & S. Seuerinus dixit, Dominus dixit, Dominus meus S. Martinus migrauit ad dominum, cuius animam nunc angeli pſallentes deducunt in cœlum: Et q eam Chriſtus ſepelierit ipſe, mirum nemini uideri debet, ſiquidem illud quoq; idem obſequium Maria domino proprijs manibus exhibuerat, unde merito rurſus eam Chriſtus ſepelierit: Quid q de S. Martha legitur adfuiſſe dominum in hoſpitæ ſuæ ſepultura? q ſi igitur honorem hunc dominus Marthæ detulit quæ ipſum temporali tantum excepit hoſpitio, quanto magis Mariæ, quæ non hoſpitio ſolum ſuſcepit eum, ſed & 39. ſeptimanis caſtis ſuis portauit uiſceribus? Ad hæc in ueteri legimus teſtamento dominum ſepeliiſſe Moyſen, ſic enim habet ſcriptura Mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus domini in terra Moab iubente domino, & ſepeliuit eum in ualle terræ Moab contra Phogor, & non cognouit homo ſepulchrum eius

Exo. 24 / 3. Reg. 8 / Pſal. 47 / Luc. 2 / Sulpitius / Deut. ult.

uſque in pręſentem diem.

3. Simulatq; iam hactenus Mariæ mortem audiuimus & ſepulturã, reliquũ *Hierony.* eſt dicere quomodo eam dominus adſumpſerit, in cœlum: Et quidem quoad animam, conſtans certaq; eſt doctorum ſententia, ipſam hodie factam eſſe Beatam, quia ſine dolore mortua eſt pſallentibus apoſtolis, canentibus angelis anima ipſius reliquit corpus, oblataq; eſt manibus Chri: An autem etiam corpus eius ſit adſumptũ in cœlum, etſi Hieronymus nihil uoluit temerarie decernere magis tamen iudicat credibile eam, corpore & anima eſſe aſſumptam: Concludit hoc idem Auguſtinus aliĳque plurimi, & nunc tota credit Romana eccleſia, ipſam corpore & anima adſumptam uereque factam eſſe beatam: Vn*Auguſt.* de Auguſtinus dicit: lętetur Maria ut dignum eſt lætitia inenarrabili, glorificata in corpore & anima, in proprio filio, & per proprium filium, & cum proprio filio: Id ita eſſe rationibus firmari poteſt, quoniam plures ſunt ſancti in cœlo corpore & anima, nemo itaq; putet Mariæ quæ illis ſanctior eſt hoc eſſe negatum, iuxta regulam Bernhardi. Quod autem hoc modo plures ſancti ſint in cœlo, ſic proba*Math. 27* tur: Refert enim Matthæus: Multa corpora eorum qui mortui erant reſurrexiſſe cũ Chriſto, & intraſſe in ciuitatẽ ſanctam, ubi *Gloſſa* Gloſſa ſic habet: Illi iam ſunt cum corpore in gloria, alioqui reſurrectionis teſtes ue*Hierony.* ri non fuiſſent: eadem quoq; Hieronymi ad Heliodorum ſententia eſt, iſtos qui reſurrexerunt, non tantum in terreſtri Hieruſalem ſed etiam cœleſti uiſos eſſe: Et ſic *Ambroſi.* Bernhardinus Buſti introducit Ambroſium qui dicat idem de S. Iohanne Euangeliſta, ꝙque adhuc in ſingulos annos die reſurrectionis Chriſti quidam in corpore & anima reſurgant: Non quidem memini hoc me legiſſe in Ambroſio, ſed idem Auguſtino acceptum ferunt Brianſo & Franciſco Maro. qui etiam ait Iohannem Baptiſtam corpore & anima eſſe in cœlo, non obſtante illo ꝙ caput eiꝰ hic ſit in terra, atq; hoc aſſerit ille de aliĳs pluribus ſanctis, in quorum numero ſunt qui reponãt Paulum quoq; eo ꝙ ait: Qui mortui ſunt *1. Theſ. 3* in Chriſto reſurgent primi, deinde nos qui uiuimus qui reſidui ſumus ſimul cum ipſis rapiemur in aëra obuiã Chriſto: Ecce hic Paulus duplices cõmemorat qui occurrẽt Chriſto in aëra, alios ſanctos mortuos qui & reſurgent primi, alios iam uiuos inter quos ſe ille connumerat, non poteſt autem intelligi de ſanctis in terra uiuẽtibus, totus enim mundus prius purgabitur per ignem Petro atteſtante: Tantaque affli *2. Pet. 3* ctio diem præcedet nouiſſimum ut nullus tunc ſit futurus homo ſuperſtes, ſicut & nos in homil. de extremo iudicio ad longũ explicauimus: Intelligitur ergo hoc de ſanctis qui iam corpore & anima uiuunt in cœlo, e quorum numero & Paulus eſt, ideoq; aliĳ etiam ſancti corpore & anima quum ſint in cœlo: Religio fuerit nõ idẽ quoque de uirgine matre credere (uide Auguſtinũ lib. 20. ciuit. dei ca. 20. Cameracen. in. 9. de reſumpta. Brianſonem in quarto &cæ.

Accedat & alia ratio non minus fortis, quia uidemus aliorum ſanctorum corpora magno honore obſeruari i terris deniq;, per ea mirabilia operari in omnipotenti ſua miraculorum operatione: Id adeo in ſingulis templis conſpicimus, ibi magna cura & reuerentia ſanctorum reliquiæ obſeruantur, gemmis auro argentoque incluſæ, quæ & magno multumque pio populi adfectu uiſitantur, ſicut S. Iacobus in Compoſtella, Petrus Romæ, Batho, Catarina, Barbara, Iodocus, Magdalena: Vrſula &cę. ſi ergo non etiam corpus Mariæ una cum anima adſumptum eſſet in cœlum, quur non & illud magno honore obſeruaretur, pieq; uiſitaretur, quod tamen nuſq; fit in toto mũdo, licet. n. multis in locis uiſitetur in loreto Italiæ, in Monte ſerrato Hiſpaniæ, Aqſgrani & hæremo heluetiorum Germaniæ, in noſtra donna de annuncia Florentiæ, apud Otingũ Bauariæ, nullibi tamẽ iſtorum locorum corpus Mariæ oſtẽditur, nõ caput, nõ manus non digitus, ſed tantum ibi per implorationem

ipſius multa magnaq; miracula operatus eſt dominus & quottidie operatur: Porro ſi quis dicat ſanctiſſimum uirginis corpus eſſe abſcõditum, huic reſiſtit ꝙ deus toties tam miraculoſe ſanctorum ſuorum corpora reuelauit, ut Stephani cuius inuentionem ipſa etiam recolit eccleſia, Anthonij, Geruaſij & Prothaſij, S. Nazarij & Celſi, Richardi quoq; qui dux Sueuorum extitit, cuiuſq; corpus in Luca Italiæ reuelatum eſt. Item S. Gereonis Coloniæ: Et quid hoc recenſeam quod norunt omnes de ſanctæ Crucis inuentione: Quod ſi igitur dominus fecit crucẽ ſuam quæ ipſum in ſupplicio geſtauit inueniri, quis non credat corpus etiam Mariæ, ſi extaret in terra iamdudum eſſe reuelatum diuinitus, pluribuſq; & maioribus miraculis illuſtratum ꝙ aliquod cuiuſcunq; ſancti corpus, ſed nimirum tãto theſauro terra digna nõ fuit, quia ſanctum illud uirginis corpuſculum ſacrarium extitit ſpiritus ſancti, domicilium Chriſti, triclinium totius trinitatis.

Ad hæc coniunctæ ſunt illæ duæ ſentẽtiæ, quum dixit dominus: Cinis es & in cinerem reuerteris, ad Euam autem, In dolore paries filios tuos, diſpenſauit autẽ dominus cum Maria quando ei alteram ſententiam remiſit, ſiquidem illa ſine uirginitatis læſione & partus dolore Chriſtum edidit, ideoq; pie credendum eſt ꝙ alteram quoq; ſententiam priorem illa dimiſerit ei, nec corp⁹ eius putredini fuerit obnoxiũ, ſiquidem quum ille tãq; dilectus filius curam habuit matris ſuæ in cruce pẽdens, ita ut eam Iohanni cõmendaret, quanto magis curam ei⁹ geſſit in pace gloriæ, ne quid cõtrarium ei aduerſaretur, & ſicut corpus ipſe ſuum a corruptione preſeruauit, iuxta illud pſalmi: Nõ dabis ſanctum tuũ uidere corruptionem, ita matrem ſuam honorauit pluſq; aliquis filius in terra, quoniam hæc ipſa archa dei fuit, præcepit autem domin⁹ Moyſi archam fabricari ex ligno nõ putreſcenti, & quur hæc archa Chriſti putreſcat, quur non potius tota ut pulchra erat, ita a Chriſto domino aſſumeretur in cœlum, uidit autem hoc idem Iohãnes in ſpiritu conſpicatus templum domini apertum in cœlo, & archam dei uiſam in templo: credendum igitur eſt, Mariam corpore & anima a ſuo dilectiſſimo filio adſumptam eſſe in cœlum, & ſic perfecta eſt imago in nobis uere illius futurę reſurrectionis: Cunque noluerit ille eam a quocunque uiro hic tangi in terra, minus paſſurus erat uermes eam demortuam demordiſſe, ſed ſicut Chriſtus rex angelorum corpore & anima regnat in cœlis, ita & Maria cœlorum & angelorum domina merito corpore & anima illi conregnat in cœlis, ut quẽadmodum in terreſtri paradiſo Adam terrenus fuerat & Eua, ſic iam in cœleſti paradiſo ſit Adam cœleſtis Chriſtus & noua iſthæc Eua itidem cœleſtis. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, in hora mortis ſuſcipe, ut te lœti uideam⁹ in gloria fœlicitatis ęternæ.

AMEN.

Ioh. 19

Act. 2

Pſal. 15

Exo. 25

Apoc. 11

De aſſumptione B. uirginis, homilia. v. & ultima.

Simulatq; ab angelo annũciata eſt mors uirgini matri, apoſtoli etiã iam miraculoſe ad eam adducti ſunt, ipſaq; ſine dolore mortua ſtatim corpore & aĩa a Chriſto adſumpta eſt in cœlum, adſumpta inquam, quia non ita ut Chriſtus propria uirtute aſcendit, ſed a Chriſto per gratiam aſſumpta: Quęri iam hic ſolet, quando iſta adſumptio facta ſit? & reſpondetur conſtare hoc, ꝙ hodie ſit mortua, ſed quando ſit adſumpta, dubium eſt, opinantibus nõnullis poſt. 40. tãdem dies eam eſſe adſumptam, quo temporis interuallo etiam Chriſtus aſcendit in cœlum, uerum non eadem fuit in Maria ratio quæ in Chriſto, ſiquidem hunc antea oportebat reſurrectionem ſuam ſufficienter diſcipulis comprobare, deinde quo ad ſignificationem etiam non fuit idem neceſſarium in Maria: Alij putant eam die tertio adſumptam quæ ſententia magis

quidẽ

quidem uidetur conueniens,ſed tamen & ipſa nihil concludit: Quoniam adhuc ſunt qui putant eam ipſo ſepulturæ die adſumptam eſſe in cœlum: In libello tamen de tranſitu Mariæ refertur quia domin⁹ iuſſerit apoſtolos expectare triduum, ſicq; tertio demum die animam reuerſam ad ſepulchrum, corpus denuo adſumpſiſſe in ualle Ioſophat, atq; inde adſumptam in cœlũ. Quis autem huic libello multi parum fidei tribuant, conſtat tamen iſtud ex ipſa ſeniorum traditione, monſtrariq; adhuc ſolet locus Hieroſolymis non procul a ſepulchro Mariæ, ubi Thomas cingulum eius acceperit, quod ab illa deciderit in adſumptione. Quicq̃d hoc eſt, nos de magnificentia, ſplendore & claritate adſumptionis huius dicemus: Principio enim pie hoc credendum eſt, uniuerſum exercitum cœleſtem occurriſſe ei cum domino Ieſu, quoniam 2.Reg.6 ſi archa materialis magno comitatu conducta eſt a Dauide, quis non credat ſanctiſſimam hanc Chriſti archam non ab ipſo & tota militia cœleſti deductam in cœlum? Doctores contemplantur cœlum ter euacuari, primo in aſcenſione Chriſti quando ei angeli omnes occurrerunt, deinde in adſumptione Mariæ, dum non angeli tantũ ſed & omnes beatorum animę obuiam uenerunt illi cum Chriſto: Poſtremo idem hoc fiet in die nouiſſimo quando angeli & animæ omnes Chriſtum comitabũtur ad iudicium: Atq; de gaudio, iubilo & exultatione angelorum ſanctorumq; nemo uel admirari ſatis uel eloqui poteſt, imo ne ſufficienter quidem cogitare. Legimus Sa- 3.Reg.1 lomonem ſurrexiſſe quãdo obuiam uenit matri ſuæ Berſabeæ, & inclinaſſe ſe erga eam ſediſſeq; ſuper thronum ſuum, poſitã etiam eſſe ſedem regiam matri regis, quæ & ſedit ad dexteram illius: Salomon autẽ figura Chriſti fuit, quia hic pacificator uerus eſt qui pacem fecit inter homines, Luc.2 Deum & angelos, qui pacem hanc in il- 1.Cor.10 lius natiuitate ꝓclamarunt: Atqui in figura ueteribus, omnia contigerunt, unde & hæc hiſtoria Salomonis oportet aliquid nobis deſignet, in noſtro uero Salomone Chriſto, neque illud apparet ubi fiat commodius, niſi quando occurrit matri ſuæ in adſumptione, tunc enim omni honore ei exhibito ipſam exaltauit ſuper choros angelorum, proximam coniunxit ſibi ad dexteram ſuam conſtituendo, & tunc impletum eſt iſtud prophetæ: Domum maieſta- Iſa.40 tis meæ glorificabo, & illud quoque Da- Pſalm.131 uidis: Surge domine in requiem tuam tu & archa ſanctificationis tuæ (Bernardus Bernard. utitur pro themate) fuitque ea res multum admiranda q̃ Chriſtus in tanta maieſtate obuiam progreſſus eſt Mariæ, per hoc docens & declarans omnibus angelis, matrẽ eam eſſe ſuam, quæ ipſum conceperit, peperit, fouerit, educarit, proinde ille ei reuerentiam debitam exhibuit ut filius dilectiſſimæ matri ſuę: Quamq; profunde ipſe Luc.1 ſe hic humiliauit in terris, ſicut canticum eius clare teſtatur, tam uiciſſim illam rurſus magnificauit dominus, effectum reddens quod dixerat ipſe, qui ſe humiliat ex- Luc.14 altabitur, cui conſonat iſtud Iob: Qui hu- Iob.22 miliatus fuerit, erit in gloria.

2. Neque uero Chriſtus tantum occurrit matri ſuæ, neque illum tantum comitati ſunt angeli & ſancti miniſtrantes ipſi, ſed pro ſe quoque laudare Mariam cęperunt ut cœlorum reginam, regiſque ſui parẽtẽ: Et ſicut Dauid omneſq; filij Iſraël 2.Reg.6 archam teſtamenti deducebant magno iubilo, tubiſque ſonantibus, quando etiam Dauid ipſe ante eam cythara ludebat, ita pie credi poteſt exercitum cœleſtem omnibus inſtrumentis muſicis cum iubilo ceciniſſe, ad laudem uirginis & gratulationem adſumptionis ipſius: Pulchre hic inquit Hieronymus in ſermone ad Euſto- Hierony. chium, legimus quã ſæpe ad funera & ſepulturas quorumlibet ſanctorum angelos adueniſſe, & ad eorum exequias obſequia præſtitiſſe, nec non & animas electorum uſq; ad cœlum cum hymnis & laudibus detuliſſe, atq; magno fulgore reſplenduiſſe: Quando igitur hęc tanta dignatus eſt dominus mortuis exhibere, unde etiam uiuentes odorẽ ſuauiſſimũ ſenſerunt ex eorum corporibus redolentem, quanto magis credendum eſt die adſumptæ genitricis dei occurriſſe ei militiam cœleſtem, & luce magna eam circunfulſiſſe, atque ad thronum gloriæ deduxiſſe.

Dubium tñ non eſt uniuerſum comitatũ cœleſtis Hieruſalem ineffabili gaudio exultaſſe, magnaque cum gratiarum actione iubilaſſe, quoniam ſolenne hoc feſtũ quod nobis ſingulis ſemper annis ſemel reuoluitur, factum eſt eis perpetuum, neq; immerito, uero enim non abſimile eſt, ipſum ſaluatorem propere occurriſſe ei, ipſamq; cũ immenſo gaudio ad dexteram ſuã in throno gloriȩ collocaſſe: In hunc fere modum Hieronymus ſcribit, quod hic uobis relinquimus feruentiori adfectu, & alacriorib. animis latius penitiuſq; contemplandum.

Inſuper adhuc meditantur pij patres, quomodo deducta ſit Maria per ſingulos choros angelorum & hominum, qui omnes ingenti ſtupore admirati ſunt tantam gratiæ & donorum ubertatẽ, quib⁹ Chriſtus matrẽ ſuã præ oĩbus creaturis in terra donauit, coronauit, clarificauit: Pulchrum eſſet etiam ab uno choro ad alterum progredi, & ſic ſingulatim contemplari, quid in quoq; dictum, quid cogitatum ſiet, uerum hoc nimis longum foret: Itaque in uniuerſum ipſas tantum hierarchias perluſtrabimus, ſunt autem illarum tres, & ſingulæ tres rurſus choros continent, ſicut in feſto S. Michaelis fauente Chriſto latius diſſeremus: Primum tamen hierarchiam hanc diſpiciamus in terra eccleſiaſticam, quæ ex apoſtolis (quotquot tandem illorum adhuc erant ſuperſtites, Iacobus
Acto. 12 n. iam ab Herode decollatus fuerat) alijsq; diſcipulis, & fidelibus tam uiris q̃ mulieribus, qui omnes funus conduxerunt ad ſepulturam: In eorum perſona admiratur eccleſia, quando uiderunt illi quanta gloria & maieſtate Maria adſumeretur a Chriſto in cœlum, clamantes poſt magiſtram ſuam: Virgo prudentiſſima quo progrederis quaſi aurora ualde rutilãs, filia Sion tota formoſa & ſuauis es: Quamuis etiam perturbabantur ex conſolatione & doctrina amiſſa, tamen ob ipſius gaudium & honorem tam glorioſum, uiciſſim multum gaudebant.

3. Etſi etiam angeli admirati ſunt omnes uirginem hanc eximiam quæ filiũ dei edidit, reginam cœlorum, & angelorum dominam, profecto enim nemo hominum tantam concipere, uel cogitare poteſt lætitiam, qua non illi habuerint maiorem: Quantum tamen humanus adſequi poteſt intellectus, adſumunt hic doctores admirationes illas & interrogatiões, quas ſpiritus ſanctus in canticis ordinauit, ubi ſtatim prima illa ſe nobis offert infimæ hierarchiæ: Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut uirgula fumi, ex aromatibus myrrhæ & thuris: Virgula quo magis creſcit in altum, eo ſubtilior efficitur, ita animus Mariæ ſemper rectus conſtitit a terra in cœleſtia directus, quoq; id in ea magis fiebat, hoc ſubtilior ipſa efficiebatur in uita contemplatiua, unde & odorem coram deo fecit myrrha & thure delectabiliorem: Huic interrogationi reſpõderi poſſet per eccleſiam: Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem: Viderunt eam filiæ Syon & beatiſſimam prædicauerunt, & reginȩ laudauerunt eam. Can. 3

Altera interrogatio mediȩ hierarchiȩ, Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit de deſerto affluẽs delitijs, innixa ſuper dilectum ſuum: Vere guſtauit illa delitias cœleſtes habundãter, unde Bernardus ait, ſuper hunc innititur mater illa fœliciſſima, & in aureo reclinatorio diuinæ maieſtatis recumbens inter ſponſi imo filij ſui brachia requieſcit: O quanta dignitas, o quam ſpecialis gloria inniti ſuper illum quem reuerentur angelicæ poteſtates: Verum hic quoq; reſpondet eccleſia: Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem, ſicut uidiſtis eam plenã charitate & dilectione in cubilibus & in hortis aromatum, plena erat gratia & charitate, id adeo interius declarauit & exterius. Eccle. Can. 6 Can. 8 Bernard.

Quum uero iam ad ſupremos angelos peueniſſet Maria admirati ſunt illi quoque dicentes: Quæ eſt iſta quæ progreditur ſicut aurora, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata: Aurora a lumine incipiens creſcit ſemper, uſque dum perueniat ad ſolem, neque unquam luce priuatur: Ita MARIA quæ cœpit in Lumine Can. 6

gratiæ

gratiæ diuinæ, nūꝗ obſcurata eſt tenebris ſiue caligine peccati, eouſꝗ dū radio æterno puenit ad ſolē iuſticię Chriſtū dn̄m hodierna die, qn̄ adſumpta eſt ſuper æthera,
2.Reg.23 iuxta illud Dauidis, ſicut lux auroręorien te ſole mane abſꝗ nubibus rutilat: Pulchra inſup eſt illa ut luna, luna lumen ſuū a ſole mutuat & deinceps noctem illuminat, facitꝗ ut ij qui noctu ſambulāt, nō horreant neꝗ formident, ſic Maria lumen gratię ſuę a ſole iuſticiæ Chriſto recipit quia cum ea dominus eſt, inde in hac lachrymarum ualle noctem illuſtrat, uiam nobis uitæ monſtrans æternæ, dum in terris degimus, ſolatur inſup nos & uires addit, ut minus formidemus infeſtum nobis hoſtem diabolū, freti cōſolatione Mariæ, & in hoc quidem illa lunæ ſimilitudinem gerit, non autem
Apoc.12 in inſtabilitate, quia ſic luna eſt ſub pedib9 eius: Electa ut ſol, Multæ hic ſolis proprietates cōmemorari poſſent, quæ omnes myſticę ad Mariam referentur, ſed & breuiter expediamus, uere ſol noſter eſt Maria, totum illuminans mundum, & miſericordiæ ſuæ gratiam cōmunicans omnibus qui inuocant illam: Quod enim mulier ſpectata in priuatis ædibus, hoc idem in toto mundo eſt Maria, iam uero de muliere bona ſic ait ſapiens, ſicut ſol oriens mundo in altiſſimis diei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ: Et ſicut ſol fulgore luminis omnem aſtrorum ſplendorem ſuperat, ita Maria in gratia mulieres alias omnes ſuperat & homines puros, dicente
Lucæ 1 angelo, benedicta tu in mulieribus: Sol ſiquidem hic ille eſt quem in ſpiritu Dauid uidit quum ait: Poſuit in ſole tabernaculū
Pſal.18 ſuum: Hoc ille fecit, quando in utero uirginis factus eſt homo & in eo ſeptimanis 39, habitauit.

His omnibus accedit ꝙ Maria etiam dæmonibus eſt horribilis, quia ipſa eſt illa uirga Ieſſe, qua deus percuſſit diabolum, qui quia mariam iam ut fragorem tonitrui metuit, ideo a nomine illius exhorreſcit,
Iudith.13 unde eius figura fuit Iudith, quoniā ſicut hæc caput Holofernis abſcidit, ita maria illius caput contriuit, dum poteſtatem magnam ademit, quando Chriſtum peperit qui infernum confregit, & dæmonia ex hominibus eiecit: Multi peccatores deo reconciliantur per mariam, quos alias diabolus uinxit, ſicut plurimæ teſtantur hiſtoriæ: Maxime uero horrent dæmonia pulſum ſalutationis angelicę, idꝗ non tantum propter mariam, ſed etiam ob incarnationem Chriſti: Et hinc Neochriſtiani miniſtri ſunt diaboli, dum pulſum iſtum undiꝗ abolere conantur, quem ferre diabolus nō poteſt, ideoꝗ per inſtrumenta ſua tantum fraudis molit: Sic ergo maria exaltata ſup om̄es choros angelorum, aſcēdit in locum gloriæ ſuæ, iamque ſedet proxima filio ſuo Chriſto domino, ut continue oret pro miſeris peccatoribus, ſiquidem quum maria in charitate & gratia dei omnes tum homines excellat tum angelos, decuit eandē in gloria quoꝗ angelis omnibus eſſe ſuperiorem: potes facere totum ſermonem, de Sole, luna & aurora, Extende.

4. Quis porro iam hinc non facilime colligat, quomō glorioſiſſima mater dei maria partem elegerit optimam quæ nūꝗ auferetur ab ea: Verbum enim illud ꝗuis aliqua ſimilitudine attribui poſſit Mariæ magdalenæ & unicuiꝗ hominū uitam cōtemplatiuam uiuenti, proprie tamen pertinet ad mariam, & eo modo quo nulli hominum in terris, quoniam ſi quis omnia quæ uſpiam ſunt bona conſyderet, in ijs omnibus maria partem eligit optimam, Quia in bonis corporis uirginitatem ele- Hieron.
git, ita ut cum huius honore fœcunditatē non amitteret matris, cuiuſmodi uirgo in terris nunꝗ fuit, ſicuti nec talis mater quæ uirgo manſiſſet, nec talem & benedictum fructum mater ulla protulit ut Maria, un de recte de ea cecinit poēta & nunc quoque uſurpat eccleſia: Nec primam ſimilem Sedulius.1
uiſa es, nec habere ſequētē: Sola ſine exemplo placuiſti fœmina Chriſto: Pulchre illa Exo.3
in rubo Moyſi figurata eſt, qui licet igni grauidus erat, attamen non comburebatur.

Deinde ſi bona animi conſyderemus, Hieron.
hic quoque partem optimam elegit maria, tam illuminato intellectu, tam ardenti uoluntate, ut nullus unquam homo purus perfectior extiterit in uiribus animæ

ꝗ maria'. Admiratæ ſunt hodie ſanctorũ
animæ & obſtupuerunt, quænam ſit illa
quæ meritorum uirtutibus dignitatẽ ſupe
ret angelorum. In operibus itidem partem
elegit optimam, quia ut dicit ſapiens,
poſuit manum ſuam ſuper fortia: Ante om
nia tamen optimam partem elegit in
bonis gloriæ, ſiquidem etiam ſtola corpo-
ris amicta eſt ſuper omnes homines, dicen-
Pſal. 44 te Dauide: Aſtitit regina a dextris tuis in
ueſtitu deaurato circumamicta uarietate:
Alij ſancti alias habent dotes, alia dona,
quæ ſimul omnia habet Maria, unde Ber-
nard. ait: Quidquid alijs ſanctorum con-
fertur diuiſim id totum mariæ datum eſt:
Apoc. 12 Et inde Iohannes refert ſe uidiſſe amictam
ſole, & lunam ſub pedibus eius, in capite ge
ſtantẽ coronam ſtellarum. 12. Nam ꝙ co-
ronata eſt Maria priuilegio nouem cho-
rorum angelicorum, & inſuper trium
ordinum priuilegiatorum, uirginum, do-
ctorum & martyrum, pars hæc nunꝗ au-
feretur ab illa, ſed omnes generationes in
cœlo & in terra perpetuo beatam prædi-
cant eam Amen.



Die S. Bartholo
mei apoſtoli Euangeliũ
Luc. xxij.

IN illo tempo Mat. 18
re (intellige poſt ulti- Mar. 9
mam cœnam Domi-
ni) Facta eſt cõtentio
inter diſcipulos, quis
eorum uideretur eſſe maior: Dixit
autem eis: Reges gentium dominan
tur eorum, & qui poteſtatem habent
ſuper eos benefici uocantur, uos au-
tem non ſic. Sed qui maior eſt in uo-
bis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor
eſt ſicut miniſtrator: Nã quis maior Math. 20
eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat?
Nonne qui recumbit: Ego autem in
medio ueſtrum ſum, ſicut qui mini
ſtrat: Vos autem eſtis qui manſiſtis
mecum in tẽtationibus meis: Et ego Mar. 10
diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi,
pater meus regnũ, ut edatis & biba-
tis ſuper mẽſam meã in regno meo,
& ſedeatis ſuper thronos iudicantes
duodecim tribus Iſraël.

Homilia prima

SI Euangelium Lucę, unde textus
hic deſumptus eſt, penitius intro
ſpiciamus, reiq́ꝫ geſtæ tempus &
ordinem conſyderemus, uidebimus apo-
ſtolos inter ſe cæpiſſe contendere ſtatim a
cœna, quum iam uenerabile ſacramẽtum
ſuſcepiſſent, eiſq́ꝫ dominus prædixerat im-
minere paſſionem ſuam, & ꝙ unus ex eis
traditurus ſe eſſet, ibi ſtatim facta eſt con-
tentio quis eorum eſſet maior: Vbi ſi quæ-
ras quomodo de primatu contendant hic
diſcipuli, quum dominus paſſionem ſuam
& proditionẽ prædicaret diſcipulis, reſpõ-
debit tibi Theoph. & dicet: Nunc non ſo-
lum de ſuſpicione proditionis tantum tur-
bantur, ſed ex turbatione illa ad cõtentio-
nes ueniunt, inciderunt autem in hanc li-
tem, quia ueriſimile eſt, ꝙ inter ſe dixerint
unus alteri: Tu proditurus es & alius alte-
ri, tu proditurus es, & inde peruenerint ut

dicerent, Ego ſum melior, ego ſum maior.
Alij putant ſingulos eos uoluiſſe uideri &
eſſe meliores, ne in ſuſpicionē pro ſe quiſq;
proditionis inciderent. Sunt alij qui exiſti
mant, quia iam Chriſtum conſummata
paſſione moriturum audierant, ideo eos de
primatu contendiſſe, quando unuſquiſq;
Matth. 20 cupiebat eſſe prior: ſicut & duo filij Zebe
dæi petierant eſſe primi in regno & Chri-
ſto proximi: unde etiam reliquorum exor-
ta eſt indignatio. Peruerſum eſt uitiū am-
bitio, quæ ſanctum quoq; illud apoſtolo-
rum cōſortium turbauit ante ſuſceptionē
ſpiritus ſancti, neq; nunc primū, ſed & an-
Marc. 9 tea contigerat idem quādo ibant Caphar-
naum: quia & tunc in itinere de primatu
Lucæ. 9 diſputabant. Et poſt domini transfigura-
tionem, quum dn̄s deſcenderet de monte
Thabor cum tribus quos ſecum adſumpſe-
rat, cogitabant inter ſe quis eſſet eorū ma-
Beda. ior. Beda excuſaturus apoſtolos, in bonū
ſenſum interpretatur illud dicens: Non in
credibile eſt, quia iuxta hoc quod alibi præ
cipitur, contendite intrare per anguſtam
Roma. 11 portam, honore ſe præueniendo certarint.
Verum hoc & alij improbant: quia ſic apo
ſtoli non fuiſſent reprehenſi a domino, &
ipſe Beda reſilit. Quicquid tamen illud eſt
nos uideamus non quod carnales fecerunt
apoſtoli, ſed quid ſpiritualis magiſter præ-
cepit: quoniam ille tribus argumentis cō-
tentionem hanc ſedare uoluit. Primum, ꝙ
ambitio uitium ſit gentiliū: deinde exem-
plo ſuo, q̄uis em̄ ipſe ſit altiſſimus, formam
tamen ſeruare uoluit humilitatis. Poſtre
mo iubet eos de honore nihil eſſe ſollicitos,
ꝙ ipſe præparaturus ſit eis regnum. Nunc
Chriſtum audiamus.

2. Reges gentium, inquit dominus, do
minantur eorum, & qui poteſtatem habēt
ſuper eos, benefici uocantur: Vos autem
Theoph. nō ſic. Theoph. hic ait: Comprimit iſtum
tumultum duobus exemplis, uno gentili-
um quos abominabantur, oſtēdens ꝙ eis
aſſimulandi ſint, ſi ſapiant ſimilia. Hinc
Ambro. Ambro. docet, illud ꝙ contenderunt apo
ſtoli non excuſationi obtendi, ſed cautioni
proponi. Et Beda dicit: ſicut bonis eſſe
Beda. moris ſolet in ſcripturis ſemper exempla
patrum præcedentium quibus ad meliora
proficiant, quibus agnitis de ſuis actibus
humilientur, inquirere: Sic e contrario re-
probi ſi quid forte in electis reprehenſibile
reperiunt, quaſi ſuas ex eo nequitias obte-
cturi: aut pro iuſto defenſuri, libentiſſime
ſolent amplecti: hinc qui contentionibus
gaudent, ſubinde pro ſe iſtam apoſtolorū
litem introducunt: & ꝙ Paulus cum Bar-
naba diſſentiens migrarit ab eo, ſed uidere Actu. 15
illi potius debebant ꝙ multitudinis credē- Actu. 4
tium erat cor unum & anima una. Conſy-
derandum eis erat iſtud Pauli: ſi inter uos
zelus eſt & cōtentio, nonne carnales eſtis, 1. Cor. 3
nonne homines eſtis? Verum illi tantum
adducunt quod pro eis eſſe uidetur, nō qđ
ſequitur. Ex eorum numero fuit & Theo-
doſius Imperator, qui quum plurimos ci-
ues in urbe Caſa Theſſalonica ad tres ho-
ras interfici curaſſet: inſuper templum in- Paulinus
greſſurus prohibitus eſt a S. Ambroſio, eo in uita b.
ꝙ publicus peccator omnibus manifeſtam Ambro.
& publicam pœnitentiam agere deberet.
Cui Imperator exemplum Dauidis obie- 2. Reg. 11
cit, qui etiam adulterium coniunxit homi-
cidio. Verum Ambroſius illud refu-
tans dixit: Si ſequutus es errantem, ſeque-
re & pœnitentem. Hinc Imperator paruit
Epiſcopo, & publice ſtetit inter pœniten-
tes iuxta rigidum Eccleſiæ morem tunc
ſancte obſeruatum. O ſæculi noſtri le-
uitatem: O mores a priſcis multum diſſi-
dentes, ꝙ ſi nunc ſimile tentare quis uelit,
non dico erga Imperatorem, ſed principē
tantum aut comitem, mirū ni omnes eius
ditionis ſacerdotes interficerentur. Fit hoc
iam in multis, ut adulteri Dauidem, adul-
teræ Berſabæam, meretrices Magdalenam
improbitatis ſuæ prætextum inducant, ne-
q; interim pœnitentiæ quam egerunt me-
minerint. Vnde Beda ait: Infirmitas ſan- Beda.
ctorum non nobis imitanda proponitur:
ſed potius quia conualuerunt de infirmita
te, fortes facti ſunt in bello. Ita nos hic po-
tius ſalutarem attendamus Chriſti doctri-
nam, qua diſcipulorum compeſcuit arro-
gantiam, & ut inde contentionis ſumamus
exemplum.

Reges gentium, inquit ille, dominātur
eorum, dominatio coactionem habet &
contemptum hoc loco: ſiquidem gentiles

nonnunꝙ abuſi ſunt magiſtratu & poteſtate, dum ſubditos ſuos præ ſuperbia & faſtu contemnerent: Chriſtianus autē qui cogitare debet, omnes homines patrē unū habere in cœlis, non ita ſuperbire debet elatus erga ſubditos ſuos, ſed potius animo concipere, ꝙ etſi hic temporaliter dominetur illis, forte tamen futurum ſit, ut multis nominibus ſuperior eo fiat aliquis ex ſubditis ſuis in æterna patria. Quid multa? ut plurimum dominium gentium coniunctū habuit timorē cum coactione. Inter Chriſtianos uero nemo inordinate appetat dominium: ꝙ ſi tamen acquirat, adhibeat timorem & amorem dei: proinde dominus hic ait: Vos autem non ſic: Vos qui ſancte ſeruare debetis formulam Chriſtianæ humilitatis.

3. Eſt quod hic commemorem, quam inepte Neochriſtiani locum hunc inducāt aduerſus magiſtratū Eccleſiaſticum, unde colligere nituntur, nullum eſſe debere, nec prælatum nec regimen ſpirituale &c. Quod quū & falſum ſit & uniuerſam perturbet Hierarchiam Eccleſiaſticam, ipſum ꝙ ſubuertat ordinem Eccleſiæ, operæpretium hic uiſum eſt, eorum fundamenta & ſacrarum literarum dilacerationem commonſtrare, ne offendantur ſimplices in magiſtratibus Eccleſiæ, neꝗ hic a textu tamē Euangelico diſcedemus: qm̄ non lubet hic amplam iſtam & latiſſimam ingredi materiam, quam alibi in li. de primatu Petri habunde ſatis proſequuti ſumus. Atq; ut id breuibus expediā, dico primū, quia Chriſtus in illis uerbis non ꝓhibuit Hierarchiā Eccleſiaſticam, non uoluit inter Chriſtianos alios alijs nō debere eſſe ſuperiores, Epiſcopos, principes aut dominos ſed, faſtū tantum uetuit & inordinatam dominandi libidinē, atꝗ ambitionem, qua quis ex poteſtate turget inflatus & effertur, uolēs opprimere & contemnere ſubditos. Id ita eſſe, ex ipſis Chriſti uerbis uerum fiet, quoniam ſic ait: Reges gentium dominantur eorum. Ita enim gentium moris eſſe oſtendit inquit Chryſoſtomus, prima quæꝗ appetere. Tyrannica hæc paſſio eſt, & nōnunꝙ eximios etiam uiros perturbat. Quod autē hic dominus nō abſolute magiſtratum prohibuerit Eccleſiaſticum, & uerbis eius probatur & exemplo: exemplum enim propoſuit ſeipſum, dicens: Ego in medio ueſtrū ſum tanꝙ qui miniſtrat. Conſtat ergo ꝙ ꝙuis omnium maxime ſe humiliarit, ſupremus tamē fuit prælatus Eccleſię & caput, & licet miniſtrauerit eis, magiſter tamen ipſorum extitit & dominus. Voluit autem hic docere, ut ſi quis in poteſtate ſit conſtitutus, nō ideo ſuperbiat, ſed ſubditis inſeruiat: maxime quod ad officij ſui rationem pertinet. Atꝗ hoc gloſſa hic cōfirmat quū ait: Non extollat præſidentem dignitas ne ab humilitatis beatitudine corruat. Qđ ſi igitur Chriſtus uoluiſſet, ut Neochriſtiani ſomniant, auferre prælaturam Eccleſiaſticam, ipſe ſibi dominus contrarius extitiſſet: & exemplum cum dicto pugnaret, quoniam iuxta eorum ſententiam uoluiſſet diceret: neminem eſſe debere ſuperiorē & in poteſtate conſtitutū, cui tamē aduerſatur exemplum in quo ſeipſum proponit ſupremum.

Sup Mat. · Gloſſ.

Ad hæc ipſa Chriſti uerba poteſtatem ſuperiorem arguunt: falſum eſt igitur eū uetuiſſe magiſtratus eſſe, ait eñ: Qui maior eſt ueſtrum, fiat ſicut minor. Ecce qui maior eſt: uult ergo aperte dominus, unū ex illis eſſe debere maiorem ſiue ſuperiorē dignitate, ſed tamen ille fieri debet ſicut minor per humilitatem & exhibitionē obſequij: non itaꝗ poteſtatem aufert, ſed modum illi imponit: ſicut & gloſſa cōmemorat dicens: Qui præceſſor eſt gradu dignitatis, ſit ſicut miniſtrator humilitatis exhibitione. Idem & Chriſtus ipſe in ſequentibus pulchre inſinuauit, quum dixit Petro conſtituendo eū caput Eccleſię: Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando cōuerſus confirma fratres tuos.

Gloſſa interlinialis · Luc. 22

Et ut aliquando finiam, conſtanter pronuncio, nunꝙ id ita futurum quod affirmant Neochriſtiani, sed tantum hic prohibet dominus ſuperbiam & tyrannidem, iuxta illud Sapientis: Rectorem te poſuerūt noli extolli, ſed eſto in illis quaſi unus ex ipſis. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia dei ſolius, & ab

Eccle. 32 & 3.

humilibus

humilibus honoratur. Quod etiam hic do-
minus Petro & alijs præcepit apoſtolis:
1.Pet.5 idem deinceps Petrus commiſit Epiſco-
pis ne dominentur in clero, ſed ſint forma
gregis. Totum hoc per uerba Bernhardi
Bernhar. roboratur li.2.de conſy. ad Eugeniū quū
ait: Interdicitur dominatio, indicitur mi-
niſtratio.

4. Sequitur inde clarus & apertus ſen-
ſus uerborum Chriſti, quū ait: Reges gen-
tium dominantur eorum. Sciens, inquit
Theoph. Theoph. ꝗ ſit tyrannica, & graui indigeat
reprehenſionis plaga ambitio, acrius eos
perſtringit & abijcit ipſos in īfidelium &
gentilium portionem, ſi inani gloriæ, ſtu-
dere uoluerint, quaſi dicturus eſſet. Alij
homines ex gentibus illuſtres dicuntur &
benefici, eo ꝙ regunt & magiſtratum ap-
petunt, adfectus is gētilis eſt & Ethnicus,
mei autem diſcipuli non ſic, quos ipſa tan-
tum humilitas commendat ſpectatoſqꝫ ef-
Beda. ficit. Ita Beda ait: Certantibus de prioratu
diſcipulis: pius magiſter eos non initæ cō-
tentionis arguit, ſed formam quam ſequā-
tur humilitatis modeſta ratione deſcribit,
in qua tamen forma obtinenda maiores &
p̄ceſſores, id eſt, doctores Eccleſiæ nō mi-
nima diſcretione opus habent: ne uidelicet
regum gentium inſtar dominari ſubiectis,
ſeqꝫ gaudeant ab eis ſuperuacuis laudibus
attolli. Operæpretium em̄ eſt eos eſſe bo-
norum ſocios per humilitatem, malis autē
rectos & æquos per zelum iuſtitiæ. Qui
magiſtratum gerit, poteſtatē ſuam decla-
ret & exerceat erga eos qui male agunt, ex
2. Cori.10 emplo Pauli qui poteſtatē huiuſmodi ha-
buit, quando dixit: Et ſi amplius gloriatus
aliquid fuero de poteſtate noſtra, quā de-
dit nobis dominus in ædificationē & non
in deſtructionem ueſtram. Ecce poteſtatē
quam iactat Paulus, quem imitari debent
prælati, ut cum rigore puniant peccatum:
1. Cori. 4 idipſum ſignificauit Paul⁹ inquiēs: Quid
uultis? in uirga ueniā ad uos an in charita-
te & ſpū manſuetudinis? Virga aūt corre-
ctionem deſignat uehementē (ſecundū ma-
teriā ſubiectam, qn̄ loquimur de diſciplina
Pſal. 109 & correctione) ſicut Dauid canit: Virgam
uirtutis ſuæ emittet dn̄s ex Sion dominari
in medio inimicorū tuorū. Quid.n. uel re-
gat uel p̄cipiat aliquis cui nulla ſit poteſtas
diſciplinæ & correctionis. Quū itaqꝫ ſpūs
ſanctus ordinarit Epiſcopos (oēs uoto p̄la
tos Eccleſiaſticos in regimine conſtitutos) Acto.20
ipſiſqꝫ curam iniunxerit regendæ Eccleſiæ
quā Chriſtus acquiſiuit ſanguine ſuo, rege
re illi ſine uirga non poſſunt, ut iam neceſ-
ſarium ſit in clero ut alibi eſſe magiſtratus
qui uirgam habeant in pœnā malorū, qm̄
ad hoc uirga eis opus eſt ut homines diri-
gant in uiam cœleſtem deoqꝫ bene placen-
tem. De hac uirga Dauid ſic ait: Virga di- Pſal.44
rectionis uirga regni tui.

Quod aūt in ſpiritualibus neceſſe ſit eſſe
poteſtatē eminentiorē, qua qui utunt̄ pu-
niant malū, uſqꝫ adeo certū eſt, ut etiā qui
illa nō utant̄ puniendo, peccent, iuxta illd̄
Bedæ: Nōnunqꝫ grauius delinquitur, ſi in Beda.
ter peruerſos plus æqualitas ꝗ̄ diſciplina
cuſtodiat. Teſtant̄ id ſacræ literæ quæ com
memorāt Heli ſacerdotē nimia in filios in- 1.Reg.4
dulgentia p̄ditū nō corripuiſſe eos de pec-
cato, unde penes iuſtum iudicē ſe ſimul &
filios ſuos horribili iudicio percuſſit. Con-
cludit hinc Beda & ait: Neceſſe eſt ut re- Beda
ctorem ſubditis & matrem pietas, & p̄rem
exhibeat diſciplina: atqꝫ inter hæc ſollicita
circūſpectione, p̄uidendū, ne aut diſtrictio
rigida, aut pietas ſit remiſſa. Ecce regulam
& amuſſim certā, iuxta quā regia incedas
uia. Sed iam etiā Ambro. audiamus, qui Ambro.
ſuper illud quod Chriſtus ait eos qui magi
ſtratu funguntˀ beneficos uocari, ſic dicit:
Contuendū eſt quia nō omni honorificen-
tiæ ſtudium humilitatis diffinit̄: poteſt.n.
deferre alicui propter ſæculi gratiā, poten-
tiæ metu, & utilitatis contuitu. Non autē
hic alterius honor, ſed proximi quæritur
ædificatio: unde communem hic omnibus
formulam dominus præſcribit, ne quis te-
mere de ſua glorietur poteſtate. Pulchrum
quidem eſt in mundo cæteris præfici, illic
uero, quando quiſqꝫ ſtabit nudus, non e-
runt, uel pontificum mitræ, uel principū
ducumqꝫ pilea, hoc opus hic labor erit, ibi
quiſquis magiſtratu ſuo bene uſus fuerit,
mercedem inueniet præclaram. Et rurſus
Quicunqꝫ abuſus fuerit pœnas luet, iuxta Sapie.6
illud Sapientis: Potentes potenter tormē-
ta patientur: ij nimirum qui uel nimiū ne-

gligenter, uel nimis duriter & temerarie egerint. Nos interim dominum deprecemur pro utriuſq; ſtatus magiſtratibus, ut eis ille gratiã ſuã concedere dignetur, quatenus ad honorem & gloriã maieſtatis ſuę cuncta gubernent, ad utilitatem ſubditorũ & ſalutem ipſorum. Præterea ut nobis ſubditis donet gratiã & benignitatem illis obtemperãdi: ſicq; omnes nos domini & ſubditi transacta hac lachrymarum & miſerię ualle, gaudia conſequamur fœlicitatis æternæ, Amen.

Homilia ſecunda in die Sancti Bartholomei Apoſtoli.

IN ſancto undecim apoſtolorum conſortio, unde iam exciderat Iudas ad cõſummãdum opus proditionis, facta eſt contentio, quis eorum uideretur maior. Hæ nimirum caſſæ & uitioſæ ſunt uitiæ, hæc zizania quæ inimicus homo ſeminauit in medio tritici. Dñs autem contentionẽ hanc placide cõpeſcuit, eo q; reges gẽtiũ huiuſmodi appetant dominiũ ut benefici appellentur, uos aũt, inquit ille non ſic. Vbi q̃uis doctores nõnullos inueniam qui dictum hoc ad illud tantũmodo tempus referre conanť, quo naſcentem iam Eccleſiam uolebat dñs, neq; per potentiã, neq; diuitias, nec ſapientiam mundi huius erigere, nõ decuerit dominari p̃latos: ſiquidem illã inſtituerat ædificare per doctrinã ſuã, per ſuã ſuorũq; honeſtã bonorꝫ exemplorum cõuerſationẽ, per gratiã linguarũ & ſcientiæ, per donum miraculorũ, per fidem, humilitatẽ & dilectionem, qđ multis locis adſtruit Paulus: Elegit.n. deus infirma mundi huius, ut confundat fortia. Vbi autẽ in tm̃ ſuccreuit Eccleſia, ut in eam per uenerit etiã multitudo gentium, & refrixerit charitas multorũ, ſimulq; in immenſum pene creuerit numerus impiorum, ibi iam deus in bonum pacis & tranquillitatis Eccleſiaſticæ inſtituit deus moderationem conſtantẽ, qua fiat ut & mali temporaliter plecterenť: & iſti qui magiſtratũ gerunt plus authoritatis haberent etiam apđ principes ſæculares, qui deinceps ad inquiſitionem illorũ malos dignis adficerẽt ſupplicijs. Multi.n. ſancti Epiſcopi ſimiliter in diuitijs & magnifico uixerunt apparatu ut noſtrates illi, qui utiq; non feciſſent hoc ſi iniuſtũ fuiſſet. Sic S. Vdalricus, S. Conradus, S. Erhardus, S. Vuolfgangus, S. Vuilibaldus, S. Arbogaſtus & alij multi uixerunt: ſic S. Thomas Cantuarienſis ꝓpterea q; regi Angliæ reſtitit, conanti bona diœceſis ſuæ occupare, ab optimatibus qui & ipſi partẽ bonorũ ſibi arrogabant occiſus eſt, ſane uir ille ſanctus nequaq; interfici ſe permiſiſſet ꝓpter temporalia bona, ſi temporalis gubernatio & magiſtratus poteſtas cõditioni ſuæ repugnaſſent. Quod aũt ille in hoc bene fecerit, & inde coronã martyrum ſit cõſequutus, quando ob diœceſis ſuæ bona occiſus eſt: ſic patuit diuinitus, quia quũ fratres ſui (nam & uſq; ad hodiernum diem in Eccleſia ſua non canonici, ſed fratres ſunt ordinis S. Benedicti.) de mortuo illi miſſam cantare pararẽt pro defunctis: iamq; illam incepiſſent, adfuerunt angeli & diuerſa modulatione cæperũt canere, quod de martyre ſolet cantari in Eccleſia, lætabitur iuſtus. Vnde & omnipotẽtiam ſuam deus multis magniſq; miraculis apud ſepulchrum S. Thomę manifeſtauit, eſtq; monumentum illius precioſiſſimum quiddã ex ijs quæ in uniuerſo Chriſtianiſmo cõſpiciunť. Vſq; adeo pulchre p̃claro ſancti huius pontificis exemplo obſtruxit deꝰ os malignis iſtis, qui auaritia & inuidia excæcati clamitãt, nullũ Eccleſiaſticis hominibꝰ eſſe debere magiſtratũ, nec gubernandi regendiq; poteſtatẽ, quum tñ nuſq; in ſcripturis talia ipſis ꝓhibeanť, niſi forſitan oĩa eo redigant, ut in primitiua fuerũt Eccleſia conſtituta, de quo rerũ ordine ſic ait Lucas: Nõ quiſq; eorꝫ quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis oĩa cõmunia. Quotquot.n. poſſeſſores agrorꝫ aut domorꝫ erant, uendentes afferebant p̃cia eorꝫ quæ uendebant & ponebant ante pedes apoſtolorum, diuidebatur autẽ ſingulis prout cuiq; opus erat. Quod ſi iam prophani iſti homines ſuperius illud adfirmare contendunt, ſimul hoc quoq; concedere cogentur.

Etiam hinc apparet ratio, quur in pri-

mordio

Marginal notes: Math. 13 — 1. Cori. 1 — Anno 1525 — Actu. 4

mordio naſcentis adhuc Eccleſiæ non magnopere quæſitum ſit de magiſtratu & dominio, ſiquidem & ſacerdotes & idiotæ exemplum reſpiciebant humilitatis & dilectionis, iuxta id quod commiſerat eis dñs:
Math. 11 Diſcite a me q̃a mitis ſum & humilis corde: Tollite iugum meum ſuper uos: nihil enim facili⁹ ꝙ in manſuetudine regere ſubditos quoad fieri poteſt, quũ autẽ multitudo malorũ exigit rigorem, tunc ſane grauius quid eſt regere alios, eo ꝙ tunc poteſtate opus eſt ad puniendos malos. Nolo tñ
Ezech. 13 hic Epiſcopis conſuere, ut cum propheta loquar, puluillos ſub cubito manus, & aſſentari ijs qui mundanam tantum curant pompam, immemores dei, ſanctorum totiuſq; Eccleſiæ, nec quicq; in ſe habent ſpirituale p̄ter titulum: ij nimirũ domini Dei noſtri martyres ſunt obæſuli & delicatuli. Væ illis quia male habebunt in die nouiſſimo, quando duram ſtrictamq; de omnibus reddent rationẽ. Vidi a quodã huiuſmodi impie pios & irreligioſe religioſos prelatos conferri militib⁹ cuſtodientibus ſepulchrũ Chriſti: qui quia in hoc erant conſtituti, ut ibi cuſtodirent Chriſtum, quando poſtea reſurrexit ille, ſolos cuſtodierunt lapides, quando iã aberat Chriſtus. Ita plane iſtiuſmodi p̄lati adſunt quidẽ, & titulus eorũ hoc præ ſe fert ut maneant & expectent Chriſtum, uerum ille iam abeſt, unde iſti lapides tantũ & muros cuſtodiunt, domicilia & arces curant, quæ & ſumma & oĩs eorum diligentia, atq; labor eſt uniuerſus.
Albertus Albertus magnus & ipſe Ratiſponenſis quondã Epiſcopus ante trecentos annos ita ſenſit & dixit: Prælatio Eccleſiæ efficit intolerabilis, niſi aliquis faſtu delectatus uelit tolerare uel forte fouere malos, ſicut faciunt prælati noſtri temporis, qui magis uicem habent Sardanapali ꝙ Ieſu Chriſti.

2. Deinde dicit dominus: Qui maior eſt ueſtrum, fiat ſicut minor. Atq; id ſane uerum eſt quo ad uoluntatem, ſecundum quam qui regit prælatus eſſe debet ad humilitatem, ſicut minimus: quiſquis autem faſtum & ſuperbiam appetit, eum multa ſuſtinere & pati neceſſe eſt, quia honoriſte temporalis inſtar umbræ exiſtit, quæ fugientem ſequitur, & ſequentem ſe fugit, dicente Sapiente: Si ſequutus fueris non apprehendes: ſic prælatus tanq̃ mini- Eccle. 11
ſtrum ſe reputare debet in officio quod gerit. Atq; ita Paulus fecit, ſicut ipſe de ſe ſcri- 1. Cori. 4
bit: Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores myſteriorum dei. Dominus etiã talem ſe præbeat quaſi ſeruis ſuis omnibus ſit ſubditus, ipſe in officio ſeruiat eis in præſcripto iuſtitiæ, ne quis immerito grauetur aut opprimatur in corpore uel bonis alijs. Quicunq; dominus non agnoſcit ſe hoc modo miniſtrum (& ſic de ſpiritualibus ad ſuum ſenſum) eſſe, officio ſuo ſatis non facit: neq; enim cauſſa principis eſt regio, ſed princeps propter regiones & ditionem ſibi ſubiectam, nec parochia eſt gratia parochi, ſed contra hic illius cauſſa agnoſcitur eſſe &c.

Sed iam porro dominus uerbũ hoc ſuo ipſius confirmat exemplo, quoniã, ut Lucas ait: facere ſtatim cœpit & docere: ſic di- Actu. 1
ſcipuli illi duo in ipſo itinere, quando ibãt Lucæ. 24
in Emaus dixerunt, de Ieſu Nazareno qui fuit homo propheta, potens coram omni populo in opere & ſermone. Atq; ideo hic dominus in cõfirmationem ſermonis opera ſua adducit inquiens: Quis nam eſt maior, qui recumbit an qui miniſtrat, nonne qui recumbit? ego autem in medio ueſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat. Sed quomodo miniſtrauit dominus, pulchre Iohannes commemorat, quum narrat ipſum lintheo præ- Ioãnis. 13
cinctum cœpiſſe lauare pedes diſcipulorũ ſuorum, dixiſſeq;: Scitis quid fecerim uobis, exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci ita & uos faciatis. Deinde poſtq; prædixit unum ex eis traditurum ſe, ſtatim hæc contentio ſequuta eſt apoſtolorũ, quis ipſorum eſſet maior: ſicq; recenti exemplo adhortatur eos ad humilitatem. Theophylactus arbitratur Chriſtũ Theoph.
eo ꝙ de recumbendo loquitur, uoluiſſe diſcipulos ſubmonere ſacramenti, quod iam in cæna acceperant, quoniam quũ de uno pane comederant omnes, & ex calice uno biberant, concordes & unanimes eſſe debebant, quum ſacramentum illud ſit unitatis, in quo adminiſtrando, unus ipſe omnibus iuxta miniſtrarit, & hoc eis diſtribuerit. Beda etiam inquit, ꝙ omne illud

quodcunq; dominus in carne operatus eſt eo ipſo miniſtrauit et inſeruiuit nobis, ſicut ipſe dixit dominus ad diſcipulos de prima- *Matth. 20* tu contendentes: Filius hominis nõ uenit miniſtrari, ſed miniſtrare, & ponere animã ſuam in redemptionem pro multis. Ita promiſit etiam ſanctis ſuis, ſe eis miniſtratu- *Lucæ. 12* rum, quum ait: Beati ſerui illi quos quum uenerit dominus, inuenerit uigilantes, Amen dico uobis q̃ præcinget ſe & faciet illos diſcũbere & tranſiens miniſtrabit eis.

3. Nunc tandem dominus diſcipulos ad pacem & concordem unitatem perducere conatur, ſimulq; ad humilitatem propter eorum uocationem, & q̃ ipſos omnes facturus eſſet reges, dicens: Vos eſtis qui p̃manſiſtis mecum in tentationibus meis. Ecce hic dominus apoſtolos ex perſeuerãtia cõmendat, quoniam ſecum permanſerint in tentationibus, ita ut quotquot tandem perſequutiones ille ſuſtinuerit Iudæorum, in omnibus ijs non receſſerint ab eo: Iohannes ſiquidem refert, quia quum præ- *Ioan. 6* dicaret in Capharnaum, doceretq; ſe daturum eis carnem ſuam ad manducandum & ſanguinem bibendum: loquens de uenerabili ſacramenro, ibi plurimi ex diſcipulis eius retroceſſerunt, non amplius cõuerſati cum eo: tunc interrogauit ille etiam apoſtolos, an etiam ipſi eſſent abituri? Quorum omnium nomine Petrus reſpondit, dicens: Domine quo ibimus, uerba uitæ habes. Omnes utiq; apoſtoli cũ eo reman- *Theoph.* ſerunt, ſed tamẽ, ait ille: Vnus ex uobis diabolus eſt, non ignarus Iudam ad finẽ nõ perſeueraturum, ſed acceſſurum Iudæis. Atqui iam hic opus non fuit eum quoq; commemorare, ſiquidem tunc exierat ad concitandos cõmouendoſq; Iudæos, & iã tum ei dominus uæ ſuum prædixerat, in- *Matth. 26* quiens: Væ homini illi per quem filius hominis tradetur, melius ei erat ſi natus non fuiſſet homo iſte. Illis aũt qui cum dño permanſerãt undecim, pręter laudem eximiã, inſup etiã p̃mittit magnã remunerationẽ.

Et hinc liquet ſatis non eſſe bonum incipere, niſi in eo perſeueres conſtanter: Iudas. n. & ipſe cæperat nõ male, ſed turpiter *Math. 10* reſilijt, non cogitans illud dñi uerbũ: Qui perſeuerauerit uſq; in finẽ, ſaluus erit. Non inchoatio, inquit Beda, patientię, ſed perſeuerantia cœleſtis regni gloria donatur. *Beda.* Quia nimirum perſeuerantia quæ alio nomine cõſtantia uocat̃, robur quoddam & fortitudo mẽtis, cũctarũq; (ut ita dixerim) eſt columna uirtutũ: nã quum primũ illa labit̃, ſimul corruunt omnia animæ bona. Quia ergo immoti & firmiter inconcuſſi permanſerunt apoſtoli in omnib⁹ tentationibus Chriſti, facti ſunt etiã colũnæ totius Eccleſię: ſicut & Paulus cognouit, quãdo ad Galathas ſcripſit, qui uidebant̃ eſſe co- *Galat. 2* lumnæ. Ipſi. n. uere ſunt columnæ iſtæ de quib⁹ Dauid inquit in ſpũ: Ego confirma- *Pſal. 74* ui columnas eius, hoc eſt Eccleſias illas in terra, & ideo quia fortiter perſtiterũt ſicut columnæ, tantã apud deũ inuenerunt dignitatẽ, iuxta illud Iacobi: Beatus uir qui *Iaco. 1* ſuffert tentationem, quoniam quum probatus fuerit accipiet coronam uitæ, quam repromiſit deus ijs qui diligunt illum. Qđ autẽ ait dominus: Vos permanſiſtis mecũ in tentationibus meis, nõ tantum de ijs accipiendum eſt quæ illatæ ſunt Chriſto, ſed & quæ ipſis apoſtolis: namq; ille eas aliter non habet, q̃ ſi in ſeipſum eſſent excitatæ, iuxta hoc propheticum. Qui tetigerit uos, *Zacha. 2* tanget pupillam oculi mei. Et illud quod Paulo perſequenti Chriſtianos Chriſtus *Actu. 9* ipſe ait: Saule Saule quid me perſequeris? cui affine eſt qđ dñs promittit: Quicquid *Math. 25* minimo ex ſuis impendatur id ſibi impenſum agnoſcat.

4. Poſt meritũ iam porro p̃mium dñs infert dicens: Ego diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ. Regnum ſe eis paraturũ dñs pollicet̃ nõ temporale, quale expectabant ipſi, & iã antea mater filiorum Zebedæi petierat: ſiquidẽ regnũ eius nõ eſt ex hoc mundo, ſed tale regnum ait ſe eis diſponere, quale ſibi paratum fuerat a patre ſuo, uita nimirũ æterna: quæ ut ei ſecundũ humanitatẽ eſt parata, ita uere regnũ eſt, iuxta illud qđ petimus quotidie Adueniat nobis regnũ tuũ: et ſic beati oẽs *Math. 6* reges ſunt coronati a deo in æternũ: ſicut ipſi confitent̃ apud Iohan. quia ipſe dilexit nos & lauit nos in ſanguine ſuo a pec- *Apoca. 1* catis noſtris, & fecit nos regnũ & ſacerdotes deo & patri ſuo: neq; tamen hoc p̃fecto

modo

modo intelligendum eſt, ſed per imitatio-
nem: multo.n. inferiores ſunt apoſtoli in
gaudio & corona fœlicitatis æternæ. Vn-
de & Paulus certus erat ſe coronã inde re-
2.Tim.4 portaturũ, quando dicebat: Repoſita eſt
mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi do-
minus in illum diem iuſtus iudex. Hinc li-
quet uerba illa Chriſti eadem eſſe cum ijs
Ioan. 14 quæ deiceps dixit ad eos: Vado parare uo-
bis locum: nã & locus ille regnum erat, te-
Sapi.5 ſte Sapiente, quum ait: Accipient regnũ
decoris, & diadema ſpeciei de manu domi-
ni (Aliqui referunt etiam ad perſonam filij
tunc eſt ſenſus, ſicut Deus pater diſpoſuit
mihi regnum per naturam, ita ego diſpo-
no uobis regnum per gratiam.)

Adhuc amplius declarat dñs gaudia q̃
ſint habituri, & ait: Vt edatis & bibatis ſu-
per menſam meã in regno meo. Idipſum
quoq; non ſecundũ crudum & rudem ſen
ſum intelligendum eſt, quaſi multum cibi
& potus ſit in illo regno cœlorũ, quod &
Theoph. Theoph. animaduertit quum dixit: Come
dere & bibere ait dominus, non quaſi edu
lia illic ſint poſita, neq; quaſi ſenſibile q̃d-
dam regnum ſit: Ipſe.n. per ea quæ Sadu-
Mathe.22 cæis loquutus eſt, docet ꝙ cõuerſatio quæ
illic eſt, angelica ſit: Paulus quoq; manife-
Roma.14 ſte teſtat̃: Quia regnum dei non eſt eſca &
Beda. potus. Vnde Beda ait: Menſa hæc propo-
ſita omnib⁹ ſanctis ad fruendum, cœleſtis
eſt gloria uitæ: cibus potuſq; ille, de quo
Matth.5 alias dicit̃: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iu-
ſtitiam. Quoniã dum electi cõtemplabun
tur eſſentiam dei in ſua maieſtate, ipſamq;
ſumme diligent: ſic deinde ſatiabunt̃, quã-
do animæ illæ ſecundũ oẽs ſuas uires, gau
dio uoluptatis ꝑfundent̃: unde & ampli⁹
q̃ aliquæ creaturæ in terra ſatiabunt: Siq;-
dem quãcunq; ſibi homo uoluptatẽ cum
quantocũq; gaudio cõceperit in hoc mun
do, ſiue ex diuitijs, ſiue luſib⁹, ſiue cibo &
potu, ſiue carnali uoluptate, q̃uis nõnunq̃
etiã faſtidiũ cũ nauſea ingerat, tñ nõ ſatiat,
interrogatus.n. ille inueniet adhuc qđ am
plius optet, qđq; ardentius appetat, uſq;
adeo ſummũ illud et infinitũ bonũ, hoĩem
tñ ſatiat. Ecce q̃ capax & amplus ueluti
ſacculus eſt aĩa tua: nã ſi in ea mundus fue
rit uniuerſus ſine deo, nõdũ ſatiata erit: ſo-
lo aũt deo ſatiatur, qđ & Dauid agnouit
dicens: Satiabor quum apparuerit gloria Pſal.17
tua. Atq; hoc eſt qđ hic de edendo & bi-
bẽdo dixit dominus. Inſuper adhuc aliud
ꝓmium adiungit dñs & ait: Vt ſedeatis ſu
per ſedes iudicantes 12. trib⁹ Iſraël. Inquit
Theoph. Vbi thronos et ſedes audieris, nõ Theoph.
thronos intellige, ſed gloriã & honorẽ: de
ijs tñ uberius in cõmuni de appſtolis dictu
ri ſumus, quæ ad dignitatem apoſtolorum
pertinent.

Appendix ſiue coronis de ſancto Bartholomeo.

BArtholomeum perhibent antiqui
Syrum fuiſſe, nobili natum pro-
genie: atq; hinc enatam illam alte
ram iter apoſtolos Chriſti cõtentionẽ: qm̃
quum dixiſſet dñs unum ex ipſis ſe tradi-
turum, ſuſpicabant̃ quidã id facturũ Bar-
tholomeũ, puta aduenã & ſtemmate illu-
ſtrem, quo facilius ſibi regnũ adrogaret: in
de putant etiã Euangeliũ hoc hodie legi
de cõtentione apoſtolorũ: ſicuti per longũ
audiuiſtis. Verũ nihil ſuꝑ hoc certũ habe-
mus, niſi qđ quidã hoc Damaſceno tribu-
unt: q̃ q̃uis multa ſcripſerit, tñ ex ſcriptis Damaſce.
ſuis pauca extant latine uerſa: ſed.n. & in
ſentẽtijs ſuis 4. librorũ hoc nõ habet̃. Poſt
apoſtolorũ diuiſionẽ ꝓfectus in Lycaoniã
quã alij Ligdoniam uocant, ꝓdicauit: ubi
quũ parũ ꝓficeret monitus inſtinctu ſpũs
regreſſus eſt in Indiam, quæ ad nos uergit
(nã ſunt qui dicãt eſſe tertiã Indiã, hoc eſt,
ulteriorẽ & nõ citeriorẽ.) ibi quũ intraſſet
in templũ eius regionis idoli ſiue dęmonij
qđ dicebat̃ Aſtaroth, ſubito illud obmu-
tuit, nec amplius rñſum dedit. Sicut.n. no
ſtris adhuc ſæculis interdũ quidã hoĩes ne-
quã pro ariolis ſeſe iactitant: ita tunc erant
idola ꝑ quæ dęmones futura ꝓſagire crede
bant̃: res ea fraude & dolo pleniſſima erat,
unde & a doctorib⁹ idololatriæ ſpẽs nume
ratur: & eſt ſane ars diabolica, quamobrem
uitare eã debẽt oẽs qui Chriſtiano gaude-
re uolunt nomine. Interrogatum ergo qđ
in uicini erat idolum Berith, quur tace-
ret Aſtaroth: cauſſam aſſeruit eſſe ad- Philalet.
uentum Bartholomei: propter quem an-

geli dei uinctum illum tenerent cathenis igneis. Vbi rurſus interrogauerunt Berith quomodo cognoſcerent eum, & reſpondit Amicus eſt dei omnipotētis, miſſus ab eo ut omnes prouinciæ huius deos exterminaret: Capilli ipſius criſpi ſunt & nigri, naſus rectus & aquilinus, barba multa & in ea pili quidam cani, ſtatura mediocris. Veſtitus toga ſine manicis & pallio purpureo. (Quia Hiſtoria quædam refert eum ſic cōueniſſe cum Chriſto, ut quia de ſemine regio eſſet, purpura uteretur, quam Chriſtus conceſſerit, ſed prædixerit pro pelle commutandam: Apocrypha ſunt iſta & mulcentia duntaxat aures populi.) Berith etiam dixit eum centies in die deum orare flexis genib9, & toties in nocte, angeli quoq; addidit, inſuper ille, Dei cum ipſo uerſantur: nouitq; adeo omnia, omnibus loquitur linguis: ſcit quid ego iam loquar uobiſcum. Obſecro ne eum huc adducatis.

Ex iſtis ſignis cognouerunt Bartholomeum: qui ibi obſeſſum quendam a demonio liberauit: filiam regis Polymij curauit, ipſumq; regem in fide erudiuit: idolo cuidam præcepit, ut fraudes & impoſturas ſuas eloqueretur: cœpitq; narrare ſe cum alijs nonnullis a dæmonibus malis immitti ad nocendum hominibus: qui dum adcurrūt præcipiunt eis ſibi offerri & ſacrificia fieri inde ipſos ſic idololatria infectos, ſe curare. Hinc rex idola omnia cōminuit deiecitq;: & cum omni populo baptizatus eſt, erectæq; & ædificatæ ſunt in gloriam Chriſti Eccleſiæ.

Hiſtoriæ nonnullæ ferunt ſacerdotes idolorum Aſtragem regis fratrem concitaſſe aduerſus S. Bartholomeum, qui eum captum, percuſſumq; etiam crucifixerit, & de cruce depoſitum excoriarit, atq; proximo die iuſſerit decollari. Vnde fit ꝙ non in omnibus locis æqualiter feſtū Barthol. celebrat: nā in oīb9 fere Germaniæ diœceſibus celebratur 24. die Auguſti, quo & excoriatus eſt: Romæ autem peragitur die 25. Auguſti, quoniam in illo capite plexus eſt, ſicut caput eius monſtratur in Inſula Tyberis. Sunt qui uolunt ꝙ ſanctus Bartholomeus ſimulatq; Polymium regem baptizatum atq; ad fidem conuerſum ordinauit Epiſcopum, profectus iterum ſit in Armeniam, & ibi paſſus martyrium. Sic enim ait Hieronymus: Bartholomeus apoſtolus Indis qui dicuntur fortunati prædicauit Euangelium Chriſti, & Euangelium ſecundum Matthæum eis tradidit: dormiuit autem Albanopoli oppido maioris Armeniæ. *De ui. ill.* Et in hoc plæræq; omnes conueniunt Hiſtoriæ, ꝙ ſanctus Bartholomeus apoſtolus ſit Indorū: Nam & Euſebius diuiſionem commemorans apoſtolorum ei tribuit Indiam: & deinde li. 5. ca. 10. ſic ait: *Libro. 3 Libro 5* Erant adhuc in illis temporibus & Euangeliſtæ nonnulli, qui ad imitationem ſanctorum apoſtolorum in diuerſis orbis partibus oberrantes per gratiā dei & animi ſui uirtutem, uerbum dei & fidem Chriſti ignorantib9 quibuſq; gentibus inferebant. In quibus præcipuus & illuſtris Pantenus habebatur, quem ferunt, quum ad Indos perueniſſet, reperiſſe ꝙ Bartholomeus apoſtolus apud eos fidei ſemina prima condiderit: & Matthæi Euangelium Hebræis ſcriptum literis dereliquerit: ꝙ per idem tempus ſupradictus Pantenus inibi repertum retulerit. Meminit eius etiam beatus Hieronymus libro de uiris Illuſtribus ſub Panteno. *Hierony.* Vnde liquet Bartholomeum Euangeliū nullum ſcripſiſſe, Eccleſiamq; merito reieciſſe librum quē Hæretici pro Euangelio Bartholomei iactarunt, quum non fuerit: ſicuti & aliorum quorundam apoſtolorum nominibus abuſi ſuos perditiſſimos labellos ipſorum titulis uelarunt, ut patet c. ſancta Romana, diſtinctione decima quinta: profecto enim ſi ipſe ſcripſiſſet Euangelium Bartholomeus, illud reliquiſſet etiam Indis, non alienum hoc Matthæi. Verum quidem eſt quod Dionyſius dicit: ſic diuinus Bartholome9 ait. Et plurimam Theologiam eſſe & minimam, Euangeliumq; & latum & magnum rurſuſq; conciſum. *De myſt. theolo. c. 1* Eſt igitur Bartholomeus Indorum apoſtolus, atq; ut maior pars credit in India etiā dormiuit martyrio coronatus, ibiq; ſepultus. Quum autem non poſſent gentiles miracula ferre quæ apud ſepulchrum eius fiebant, effoſſus deductuſq; eſt in Inſulam Siciliæ quæ dicitur Liparis, in quā ſimulatq;

Sarraceni

Sarraceni irruerunt eamq; deuaſtarunt, ſe-
pulchrum etiam apoſtoli diruentes diſie-
cerunt oſſa illius. Verum adhuc apparuit
ipſe cuidam monacho, miraculoſe reuelãs
ei reliquias ſuas, quas ille Beneuentum A-
puliæ aduexit: unde porro delatę ſunt Ro-
mam. Apoſtolum hunc ſanctum pie uene-
remur omnes &c.



Solenni feſto Natiuita tis glorioſæ uirginis Mariæ. Euangelium Matth. I.

Homilia prima.

EVangelium hoc require ſupra in
die Conceptionis Mariæ, ubi &
Supra folio. 10 explicauimus uſq; ad Dauidem, a
quo rurſus ordientes quæ ſuperſunt iam
proſequemur. ſic. n. porro ait Mathæ. Sa-
lomon genuit Roboam, quẽ ſacræ teſtan-
3. Reg. 12 tur Hiſtoriæ male egiſſe, eo ꝙ inexpertis
conſiliarijs obſequutus, regnum in ruinam
adduxit, ita ut ſcinderetur, decem tribub⁹
ab eo deficientibus, duabuſq; tãtum rema-
nentibus. Quæres exemplo eſſe poteſt &
debet omnib⁹ qui dñiũ habent & regimẽ,
raro aut nunq; bene ſuccedere, quum con-
temptis ſenioribus iuniores tantum audi-
untur conſiliarij: deinde argumentũ hinc
petitur, non ſemper prodeſſe & iuuare no-
men bonum. Ecce enim Roboam nomen
præclarum habens, quum latitudo ſiue dila-
tatio populi diceretur: illum tamen uſq;
adeo non auxit, ut etiam minuerit, profe-
ctumq; hoc illud eſt adhuc a peccato Salo-
monis, quem etiã in poſteris ſuis corripuit
dominus, ſic dicens ad eum: Quia nõ cu- 3. Reg. 11
ſtodiſti pactum meũ, & præcepta mea quę
mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnũ
tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Vbi appa-
ret quur interdum dominus permittat pro-
geniem aliquam emori & interire, uniuer-
ſam uel ꝓfligari, uel a dignitate aut domi-
nio deponi: quoniã ſic regum principũq;
peccata ulciſcitur deus, ſi non metuant do-
minum, ſi iuſtitiam non adminiſtrent.

Pergit inde Euangeliſta in genealogia
& ait: Roboam genuit Abiam. 3. Reg. 15
Abia genuit Aſa, Aſa autem genuit Ioſa-
phat. 3. Regum. 22. & 1. Paralip. 3. de ijs
nihil ambigitur neq; controuertitur: ſequi-
tur autem, Ioram genuit Oziam. 4. Reg.
15. Ibi iam enaſcitur quæſtio: Quo pacto
ſibi conſtet quod Euangeliſta dicit: Ioram
genuiſſe Oziam, quum tamen proauus 4. Reg. 8
eius fuerit, ſicut regnorum teſtatur Hiſto- Augu. in
ria, quæ ſic habet: Quod Ioram genuerit q. Euang.
Ochoziam, & hic Ioas: Ioas autem Ama-
ſiam: qui tandem genuit Oziam: Sequi-
tur ergo Euangeliſtam hic tres reges ob-
miſiſſe, Ochoziam, Ioas & Amaſiam, atq;
poſt Ioram ſtatim ponitur Ozias, qui eti-
am Azarias in ſacris literis uocatur. Re- Orige.
ſpõdet Hieronymus, & poſt eum Beda, ꝙ Hierony.
ea fuerit Euangeliſtæ ſententia, tres pa- 4. Reg. 8
trum numerare teſſaradecadas, iuxta di- 11. 12
uerſum temporum ordinem, quumq; Io-
ram miſcuerat ſe peruerſiſſimæ Iezabelis Ambr. ſoluit, ſed non recipitur
genere, ideo tollitur eius memoria uſq; in
tertiam generationem, neq; reponitur in
ordine ſanctæ huius genealogiæ. Verba 1. Par. 22. 23.
hæc de Ioram intellige ex libro Regum,
quoniam ille Athaliam duxit filiam Ieza- 4. Reg. 8
bel. Quod autem de tribus Teſſaradeca-
dibus refert Hieronymus, ſic habet iuxta
ea quæ Euangeliſta commemorat ſtatim Hierony.

poſt hoc Euangelium: Omnes generatio-
nes ab Abraham uſq; ad Dauid generatio
nes 14. & a Dauid uſq; ad tranſmigratio-
nem Babylonis generationes 14. & inde
rurſus ad Chriſtum uſq; 14.

Et quia erit ſtatim nobis uſui, Ideo placet huc apponere Tabellam.

14.	Abraham	Iſaac	Iacob	Iudas	Phares	Eſrom	Aram
	Aminadab	Naaſon	Salmon	Boos	Obed	Ieſſe	Dauid
14.	Dauid	Salomon	Roboam	Abia	Aſa	Ioſaphat	Ioram
	Ozias	Ioathan	Achas	Ezechias	Manaſſes	Amon	Ioſias
14.	Ioſias	Ieconias	Salathiel	Zorobabel	Abiud	Eliachim	Azor
	Sadoch	Achim	Eliud	Eleazar	Mathan	Iacob	Ioſeph.

Chryſoſt. Hic habes 42. patres in coniunctis, id eſt, quod ſemper ultima perſona primę Teſſa-
radecadis, ſit prima perſona ſequentis: & ita, ad, primo acciperetur incluſiue, & ultimo
excluſiue apud Matthæum. Sed ij qui integras faciunt Teſſaradecades, non habentes
perſonas communes angulares coniungentes decades: ita diſponunt Tabulam.

14.	Abraham	Iſaac	Iacob	Iudas	Phares	Eſrom	Aram
	Aminadab	Naaſon	Salmon	Boos	Obed	Ieſſe	Dauid
14.	Salomon	Roboam	Abia	Aſa	Ioſaphat	Ioram	Ozias
	Ioathan	Achas	Ezechias	Manaſſes	Amon	Ioſias	Ioachim
14.	Ieconias	Salathiel	Zorobabel	Abiud	Eliachim	Azor	Sadoch
	Achim	Eliud	Eleazar	Mathan	Iacob	Ioſeph	IHESVS.

Sic, ad, uocula uſurparetur incluſiue ubiq;: ſed Ioachim nõ enumeratur ab Euangeli-
ſta Matthæo.

2. Matthæus porro ait: Ioſias genuit
Iechoniam & fratres eius: ubi ſtatim oc-
currit quæſtio duplex: Primum, ſi Iecho-
nias numeretur in ſecunda Teſſaradecade
in ultima tredecim tantum perſonas habi-
1. Para. 3 turi ſumus: deinde Ioſias quoq; non Iecho
niam ſed Ioachim genuit, qui demum ge-
August. nuit Iechoniam. Auguſtinus dubium
hoc non uidit, quia ille non numerat per-
ſonas 42. ſed 40. tantum ſine Chriſto: ſi-
cut & eius numeri myſticam docet ratio-
nem li. 2. de conſ. Euan. c. 4. nos tamen hic
apertum habemus ſcripturæ teſtimonium
in Paralip. ꝙ Ioſias pater fuerit Ioachimi,
Hierony. & hic Iechoniæ. Hierony. in hac ſenten-
tia eſt ut putet etiam Ioachimum patrem
Iechoniam eſſe dictum ſicut & filiũ, quod
fit nõ raro, ut uni plura ſint nomina: & ſic
numerus recte protendetur ſi etiam adnu-
meretur Chriſtus, quod faciendum eſſe re
Chryſoſt. fert Chryſoſtomus: & ſic ſenſus talis erit,
Ioſias genuit Iechoniam patrem, qui alio
nomine Ioachim dicitur, genuit Salathiel,
mortuo. n. Ioſia regnauit pro eo filius eius 2. Par. 36
Ioachas: qui a rege Aegypti captus & ab-
ductus eſt, pro quo conſtitutus eſt frater
eius Eliachim rex, mutatumq; eſt ei nomẽ
Ioachim, qui a ſeruis Nabuchodonozoris
occiſus eſt: Corpus inſuꝑ eius proiectũ eſt
ante ciuitatem Hieruſalem: ſicut prædixe-
rat ei Hieremias, ꝙ ſepultura aſini ſepeliẽ- Hiere. 22
dus eſſet: ibi cæpit regnare filius eius Ioa-
chim, qui hic a Matthęo Iechonias dicitur:
& a Nabuchodonozore cum matre abdu-
ctus eſt in captiuitatem Babylonicam, ſi-
mulq; cum eo principes, nobiles & alij ex
uulgo homines q̃plurimi. Recte ergo ex- 4. Re. 24
pendit Ambroſius, filiũ Iaockim, qui in hi
ſtoria Regum uocat. Ioachim: a Hieremia
Iekoniam dici, & ideo quum duo ſint Ie-
ckoniæ, poſtremũ q̊q; teſſaradecadis nu-
merũ deſinere in dño ꝑfectũ. Quærit iam
Ambro. quur Matt. obmiſerit p̃rem, filiũ Ambroſi:
q; numerarit: & r̃ndet eo ipſo ſignificare
illum uoluiſſe fructum diuinæ bonitatis
uberiorem, cum nõ in omnibus ſanguinis
nobilitatem quæſierit dominus, ſed etiam

ex peccatoribus uoluerit naſci. Quæ oīa uolens prætermitto, relinquens eis authoritatem fidemq; ſuam, quando etiam ſufficiunt pijs hominibus ad perſuadendā ueritatem. Adhuc tamen aliam inuenio cauſ- *Chryſoſt.* ſam, quæ Chryſoſtomo tribuitur, ea mihi magis adridet, ſic autem habet: Sublatus eſt Ioakim ex numero regum: Non enim a populo dei cōſtitutus eſt in regnum, ſed a Pharaone rege Aegipti. Nam ſi decuit tres omitti reges eo ꝙ commixti fuerunt cum gente Iezabel, quur non conueniat Ioakimum intermitti, quem Pharao tanq̄ hoſtis, ui intruſerat regem.

Eſtq; hoc pulchre obſeruandum, quur Euangeliſta uoluerit hoc modo Chriſti cōtexere genealogiam per teſſaradecadas, aiunt em̄ doctores id eum feciſſe ob euidētem tranſmutationem quæ tunc contigit. Quoniam Abraham principium eſt cui et *Gene. 22* circumciſio data eſt, ſimulq; facta promiſſio Meſſiæ: ſiquidem in ſuo ſemine benedicendæ erant omnes gentes. Primus ille huius teſſaradecadis ordo recte deſinit in Dauide, bellatore, rege & propheta illo eximio, cui etiam promiſſus eſt Meſſias, ita ut ex fructu uentris ſui naſceretur. Alter ordo finitur in captiuitate Babilonica, *4.Re.ult.* in qua alia rurſus facta eſt mutatio: quia tunc regnum deſijt Iudæorum, templum incendio perijt, ipſiq; Iudæi ex terra promiſſionis in captiuitatem Babylonicā deducti. Poſtremus ille numerus deſinit in Chryſto, quando extincta eſt lex Moyſi, nouaq; lex cum ſacerdotio nouo nouiſq; ſacramentis inſtituta.

3. Cęterū in catalogo genealogię ſic ſeq̄t Iekonias genuit Salathiel: Id ita habemus etiam in ſacris literis: nam filij Iekoniæ no- *1. Para.3* minantur in libris Paralip. Et Iekonias in Babilone mortuus eſt, cuius filius Nabuchodonozoris eum honeſte tractauit: ibidem etiam demortuus eſt Salathiel, cuius filium fuiſſe Zorobabelem ex Eſdra colli- *1.Eſd.2* gitur: quia cum eo & Nehemia, poſt capti- *3.Eſd.5* uitatem reuerſus eſt in Iudæam. Vbi quę- *Aggæ.1* rat aliquis: Quandoquidem in Paralip. legitur Zorobabelē fuiſſe filiū Phadaia, qui frater fuit Salathielis, quo tandem modo ille hic filius Salathielis numeretur? Et reſpondebitur, ꝙ ſane uerum eſt Ieconiam filios habuiſſe, Aſir. Salathiel & Phadaia: rurſurs etiam utrumq; illum habuiſſe filiū nomine Zorobabel: Liber Paraplip. com- *1.Para.3* memorat filium Phadaia, & Eſdrā & Aggæum filium Salathiel, unde Chriſtus prouenit. Et hinc diſſoluitur quod in Paralip. ſcriptum eſt, quia Zorobabel genuit Moſollam. Hic autem habetur, ꝙ genuerit Abiud, ſiquidem in Hiſtoria Paralip. plane alius eſt Zorobabel. Porro quum in ſacris literis nihil ſit ſcriptum nobis relictū, quan- *Vnde Matthæo hæc genealogia* do tandem Abiud & alij genuerint: poſſet hic ſuboriri quæſtio, unde ſcierit noritꝙ Matthæus rem hanc omnem articulatim, adeo commemorare. Vbi prompta Chriſtianis reſponſio eſt, ꝙ Euangelium totum inſtinctu & illuſtratione ſcripſit ſpiritus ſancti. Verum Iudæis quibus & ſcripſit Matthæus per hoc ſatisfactum non eſſet. Dicunt ergo doctores magnam Iudæis curam fuiſſe in obſeruanda progenie & aduertendo genere, ne tribus duodecim permiſcerentur, etiam propter officia hæreditates & adminiſtrationes: id ita eſſe, palā fiet ex Eſdra qui inter cætera quoſdam *1.Eſd.2* commemorans, ſic ait: Hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non inuenerunt & eiecti ſunt de ſacerdotio: & paulo ante non potuerunt indicare domum patrum ſuorum, & ſemen ſuum, utrum ex Iſraël eſſent. Eodem modo deinceps contigit cum quibuſdam qui inter ſacerdotes miniſtrabant: Vbi textus ſic habet: Non poterant edicere ciuitates ſuas, & horum *3.Eſdr.5* quæſita eſt generis ſcripta in pedatura (hoc quid ſit nihil certi potui habere, quia alioquin ueſtigium ſignificat. Salomon Epiſcopus Conſtantien. dicit ꝙ ſignificet propagationem filiorum & nepotum, ſicq; conijcio pedaturam fuiſſe librum in quo genealogiæ famaliarum fuerūt deſcriptæ) & nō eſt inuenta: hinc prohibiti ſunt ſacerdotio fungi. Morem hunc Iudæi cōtinue obſeruarunt: unde uel ex hoc libro Matthæus certo potuit ſtirpem regalem oſtendere. Atq; eadem plane ſententia Ambro- *Ambroſi.* ſij eſt, ꝙ Herodes non ignarus ſe de nobili progenie non eſſe Iudæorum, ne hoc poſteris ſuis exprobrari poſſet, argumenta

quæ in propatulo habebantur ſuſtulit, ut porro nemo crederet diuerſum, niſi ſe ex in clyta patriarcharum ſtirpe & eorũ eſſe numero, qui antiquitus fuerant ad fidem cõuerſi(uerum eſt ꝙ illa magis cõmode poſſent diſcuti in ſcholis, ſed hic habet etiam doctus ꝙ proferat, extendat & applicet, nam & ſancti hoc mouerunt.)


4. De ſequentibus patriarchis cõtrouerſiam nullam reperio: ſiquidem in ueteris Teſtamenti ſcriptis hæc non habentur uſq; ad ultimũ, ubi dicit Euangeliſta Mathã genuit Iacob, & Iacob genuit Ioſeph, *Lucæ.3* Poſſet enim obijcere quis, longe diuerſum ſcripſiſſe Lucam, qui commemorat Ioſeph fuiſſe filium Heli, Obiecit hoc idem perfidus iſte ex Chriſtiano apoſtata, Iulianus Imperator fidelibus, quaſi Euangeliſtæ ipſi ſibi contraria ſcripſiſſent, quod etiam *Hierony.* Porphyrius gentilis fecit. Hieronymus, *Ambro.* Ambroſius, & alij reſpondent, dicentes: Iacob fuiſſe filium Mathan, qui natus iam inde fuerat a Salomone: Heli autem filiũ Mathat qui a Nathan Dauidis filio deſcẽdit (non propheta illo qui Dauidem increpauit, *Auguſti.* ut exiſtimauit Auguſtinus, & inclinare uidetur Ambroſius.) Fuerunt tamen Iacob & Heli fratres ex unica matre & duobus patribus. Vbi quæras, quomodo Ioſeph habere potuerit patres duos? ſane potuit id fieri, & quidem ex lege Moyſi: Heli enim uxorem duxit & ſine ſobole mor- *Deut.25* tuus eſt, uiduam illam cogebatur ex lege frater eius ducere, ut ſuſcitaret illi ſemen, & ſic alterius mariti filius erat etiam prioris iuxta legem: & ſimul huius poſterioris ſecundum naturam: Matthæus ergo patrẽ naturalem, Lucas alterum illum proſequutus eſt legalem.

Fuit Nathan hic uerus & carnalis filius Dauid. 1. Paralippomenon. 3. nam Berſabee filios quatuor habuit, quamuis illi adeo delicate adamatus fuerit Solomon quaſi ungenitus eius eſſet, Prouerbiorum 4.

5. Quærunt hic doctores oẽs: Quur Matthæus & Lucas adeo anxie deſcribant natiuitatem Ioſeph, qui tamen naturalis Chriſti pater non fuit, & non potius commemorent natiuitatem Mariæ? quoniam ea ſola mater ipſius extitit: unde & filium *Chryſo.* hominis ſe ſubinde uocat dominus, quoniam omnes nos filij hominum ſimus. Quur autem Ioſeph magis ꝙ̃ Mariæ generatio deſcribatur, quum Maria de ſpiritu ſancto generauerit Chriſtum & Ioſeph a generatione domini uideatur alienus, dubitare poſſemus, *Ambro.* niſi conſuetudo nos inſtrueret ſcripturarum, quæ ſemper uiri originem quærit: ſic enim & in ſenatu et omnibus officijs uiri tantum perſona inquiritur: non igitur decebat ut Euangeliſta recenſuiſſet genealogiam matris & originem relicto marito, ſicut factum eſt 1. Reg. 1. & mos hic eſt ſcripturæ in utroq; Teſtamento uiros commemorare, ut Exodi 12. Numeri 1. 6. & 2. Reg. 28.

Ad hæc quum iam conſtat de origine Ioſeph, ſimul certum eſt Mariam deſcendiſſe a Dauid, quoniam filia quæ & hæres *Num.ult.* non audebat nubere alicui diuerſæ tribus, Maria autem unica fuit, & ſic hæreditaria filio Ioachim, debuit ergo deſponſari marito ſuæ tribus, ſcilicet Iuda. Sunt qui putent Matthæum ideo non deſcripſiſſe originem Mariæ, ꝙ Iudæis omnibus notum erat eam eſſe de tribu & ſtirpe Dauid. Verum quidem eſt, ꝙ ſorores quæ fratres habebant, ne hæreditas caderet ſuper eos, libere poterant nubere quibus uolebant: ſic Aaron de tribu Leui duxit Elizabeth filiã *Ioſue.15 Exodi.6 2.Reg.5* Aminadab ſororem Naaſon de tribu Iuda: & Dauid duxit Michol filiam Saulis de tribu Beniamin, & Ioiada ſacerdos Ioſabam filiam regis Ioram. Quomodo autem Maria ſit de ſtirpe Dauid, ex ſacris literis non conſtat. (Stapulenſis ponit arborem, ſed uiderit ipſe ubi receperit, & ꝙ̃ ſacris literis conueniat.) ſed Damaſcenus qui multa habuit e ſenioribꝰ, & ex ipſa traditione apoſtolorum, qui utiq; cognationẽ Mariæ non ignorarunt, magis cum Euangelica concordat Hiſtoria.

Dauid



Leui habuit Panther unde Ioachim & Maria deſcẽderũt, habuit & Mathat q etiam Melchi ſicut auus ei⁹ dictus eſt: Hic & Mathan uxorẽ unam habuere Hieſtã, ex qua Mathat ſuſcepit Heli, & Mathan Iacob: Heli ducta uxore, ſine hærede mortu⁹ eſt, inde fr̃ ei⁹ ex matre cui nomẽ Iacob, ipſam duxit uxorem, & ex ea ſuſtulit Ioſeph, qui ſic uerus & naturalis fuit filius Iacob, cuius ſtirpem deſcribit Matthæus, fuitq; filius ſecũdum legem Heli: Et hui⁹ reſpectu Lucas deſcripſit genealogiam Chriſti: magis propter Mariam quæ de Dauide per Nathan deſcendit, q̃ propter Ioſeph, qui putatiu⁹ huius fuit parẽs Ieſu, qui idẽ eſt Chriſtus in ſæcula benedictus.

A M E N.

Homi . poſterior in die natiuitatis Mariæ.

Egredietur uirga de radice
Ieſſe & flos de radice
eius aſcendet
Iſa.II.

IEſſe conſtat ex ipſo ſacrarum literarum teſtimonio parẽtem fuiſſe Dauid, iuxta illud quod ſapiens ait: Teſtamentum regi Dauid filio Ieſſe de tribu Iuda, hic alias in hiſtoria regum dicitur Iſai (. In Hebræo ubiq; eſt una dictio ישי Vnde facile eſt colligere, loquutum hic eſſe prophetam de Chriſto qui Eccle.46 1.Reg.16

de ſtipite Ieſſe deſcendit, quam ob rem & flos ab eo dicitur: Quod ſi ergo flos Chriſtus eſt, Maria uirgultum erit unde flos ille enatus eſt, florem uero Chriſtum eſſe, teſtatur ſpiritus ſanctus in perſona ſua di-
Cant.1 cens: Ego flos campi, flos dominus fuit boni odoris uſq; in cœlum diffuſi, quoniam inde deus pater tantum habuit beneplacitum, ut remiſerit ideo peccatum Adæ, totumq; genus humanum rurſus ſibi conciliarit, qua propter proprie dicit: Ego flos campi, nō inquit, horti, quaſi flos eſſet concluſus ſed liber in ampliſſimo campo poſi-
Math.11 tus, eo ꝙ benignitas Chriſti obuia & aper-
Bernard. ta omnibus eſt, clamat enim ad omnes: Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis. In altum aſcendit, ut ab omnibus uideretur, magna uoce clamauit, ut ab omnibus audiretur, ut ait Bern. Odor illius floris aſcendit uſq; ad patrem cœleſtem cum beneplacito magno, ita ut pax inter deum & hominem, inter angelos & homines confirmaretur: Virga itaque quæ florem nobis hunc protulit, ipſa eſt Maria, quam hodie natam credimus & profitemur: Magnum ſane hoc uniuerſo mundo ſolatium eſt, natam hodie eſſe uirgam quæ florem illum protulit, Gaudet Colonus, ubi primum ſemina pullulare uiderit, expectat inde frugem ſibi prouenturam: Quur non & nos gaudeamus natam nobis uirgam hanc nobilem, quæ Chriſtum edidit ſaluatorem mundi, ſicut hodie gratulabunda concinit eccleſia: Corde & animo Chriſto canamus gloriam in hac ſacra ſolennitate præcelſæ genitricis dei Mariæ: Cum iocunditate natiuitatem ſanctæ Mariæ celebremus ut ipſa pro nobis intercedat ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Sic & Chryſo-
Chryſoſt. ſtomus fideles exhortatur & ait: Hodie fit mūdo ſalutis initium, iubilate deo omnis terra, cantate exultate & pſallite, lætare genus humanum, cantate cœleſtes ſpiritus, qm̄ hodie nata eſt illa uirga, quæ pertulit miri odoris fragrantiā, de hac iam olim
Iſa.11 dixit propheta.

Egredietur uirga de radice Ieſſe & flos de radice eius &cæ.

Euangelium Math. I. ut ſupra.

Volens hic ſuperſedeo dicere quomodo Anna diu ſterilis mirabiliter tandem poſt angelicam promiſſionem concepit Mariam, eamq; hodie in lucem edidit, quoniam ſuper eo multa diximus in feſto S. Annæ & in die conceptionis Mariæ: Miſſum quoq; facio to- Hierony.
tum Hieronymi libellum de ortu Mariæ uirginis, tantum paucula de ſancta & glorioſa eius natiuitate dicemus: Et primum quidem quum eccleſia ſolenniter Mariæ celebret natiuitatem, conſtans eſt argumentum ſanctam eam eſſe, q̄uis alias etiam ethnici imperatores & reges multā feſtiuitatem in ſuis natalibus celebrabant ſicut Herodes in natali ſuo die Iohannem decollari fecit, & multo dehinc tempore Marc.6
Chriſtiani quoq; imperatores factitarunt, ut teſtantur eorum ſanctiones quæ ſic ha- Lib.ſe.c. de fer.
bent, dies feſtos dies maieſtati altiſſimæ de- Impe.
dicatos nullis uolumus uoluptatibus occupari, nec ullis exactionum uexationibus prophanari, dominicum diem ita ſemper honorabilem decernimus uenerandum, ut a cunctis exequutionibus excuſetur, Et inde, nec huius tamen relligioſæ diei otia relaxantes obſcœnis quemq; patimur uoluptatibꝰ detineri: Nihil ſibi eodem die uendicet ſcena theathralis aut circenſe certamen, aut feriarum lachrymoſa ſpectacula, etiamſi in noſtrum natalem celebranda ſolennitas inciderit differatur: Vide noſtri ſæculi conuerſationem & cum priſcis moribus confer: Iam huiuſmodi ludibria conuiuia, choreę, gladiaturæ & alia niſi diebꝰ ſanctis ac feſtis exerceri nō poſſunt, Nos autem qui in hanc lachrymarum uallem, in hanc malorum congeriem magno dolore naſcimur non ſine peccato, merito iam miſeros noſtros natales deflet eccleſia, & tamen feſtos peragit dies mortis ſanctorū, eoſq; natales appellat, ꝙ tunc nati ſint in uitam æternam quamuis ſint natales adhuc ſolennes tres, natiuitatis puta Chriſti Mariæ & Iohannis, quod argumentū certum eſt natiuitatem eorum ſanctam fuiſſe, nam ſi & ipſi in peccatis fuiſſent nati ſicut alij homines, eccleſia eorū natales tam religioſe

ligioſe non ueneraretur. Inſignis Mariæ
natiuitatis ſanctimonia inde colligitur, ꝙ
eam ſibi deus elegit ab æterno præ omni-
bus mulieribus in terra, ut mater fieret filij
Proue. 8 ſui, & ideo in eius perſona dicit ſapiens do-
minus poſſedit me ab initio uiarum ſuarũ
anteq̃ q̃cq̃ faceret ab initio, ab æterno or-
dinata ſum & ex antiquis anteq̃ terra fie-
ret: Sine dubio igitur omnibus eam uirtu-
tibus exornauit deus, ut uas dignum eſſet
ſpiritu ſancto ad concipiendum & hoſpi-
tandum filiũ dei, qui ſic inquit per os Da-
Pſal. 131 uid: Hic habitabo, quoniam elegi eã: Ele-
Can. 6 cta eſt Maria ut ſol, & ſicut myrrha electa
Eccle. 24 ſuauitatem dedit odoris: Nam quum qui-
libet dominꝰ filio ſuo nobiliſſimam eligat
uirginem quam poſſit habere, quanto ma-
gis deus filio ſuo precioſiſſimã ſelegit uir-
ginem, ex qua humanã ſuſciperet carnem
filiuſq; eius diceretur & eſſet: Vere enim
hoc ita eſt, quotieſcunq; deus aliquem cui-
piam deſtinat officio & operi, ſemper illũ
antea præparat ut dignus & idoneus effi-
ciatur, iuxta illud apoſtoli, idoneos nos fe-
2. Cor. 3 cit miniſtros noui teſtamenti: Quando igi
tur eam a principio elegit deus, ſicut ipſa
ꝯfitetur & ait: Ab initio & ante ſæcula ele-
Eccle. 24 cta ſum, citra dubium tantis ipſam donis
exornauit ut potuerint hodie dicere ange-
li illud quod puer Abrahæ: Hæc eſt uirgo
Gene. 24 quam dominus præparauit filio domini
mei: Quum ergo & quando placuit diui-
næ gratiæ, ut habitaret deus dei filius in-
ter nos a quibus diu gratia eiꝰ alienata fue-
rat, ſola Maria digna eſt inuenta, in cuius
aula rex regum primum ſuum occuparet
domicilium, & ubi diu quæſitam requiem
inuenit, in eius ſinu & gremio theſauros
omnes ſine menſura perfudit.

2. Eſt etiam hoc rei ipſi tum etiam
rationi conueniẽs: Deus enim paradiſum
tradiderat Adæ, ex eiꝰ coſta formauit Euã
in qua peccatum cæpit & trãſgreſſio, atq;
benedictio hinc uerſa eſt in maledictionẽ:
Quũ itaq; iã abiecta eſſet Eua iſta a facie
domini, aliam ſibi delegit, quæ nunq̃ ceci-
dit, pulchram facie & decorã ſine ulla ma-
Can. 4 cula, ſic q; in omnibus Maria fuit Euę con
Gene. 3 traria: Eua ſiquidem nobis fructum pro-
tulit mortis, Maria fructũ uitæ, Eua dũ co-
medit marito ſuo tradidit prohibitum fru-
ctum arboris, Maria adminiſtrat nobis pa-
nem uiuũ de cœlo: Eua mater peccati eſt,
mr̃ carnis, mater exilij & egeſtatis, Maria
mr̃ gratiæ, mater ſpiritus eſt, mater miſeri-
cordiæ: Eua iram intulit dei, mortẽ homi-
nibus, amiſit gratiam dei, Maria autem re
conciliationem attulit dei, uitam & gra-
tiam ab Eua amiſſam, eam Maria adinue-
nit dicente ad ipſam angelo: Inueniſti gra
tiam apud dominum: Eua opprobriũ eſt Luc. 1
mulieribus omnibus & dedecus, Maria
uero decor, & ornamentum omnium ma-
tronarum: Et ſicut Eua decepta a diabo-
lo eſt, ita Maria diuinitus per angelũ edo-
cta de magno myſterio incarnatiõis Chri-
ſti, & ubi diabolus Euam uicit per ſuper-
biam, uiciſſim eum ſuperauit Maria humi-
litate: Quid multa, quicquid maledictio-
nis, ut inquit Hier. infuſum eſt per Euã,
id omne benedictio ſuſtulit Mariæ: Et qđ
Eua amiſit, hoc Maria reſtaurauit, ut re-
cte de ea decantet eccleſia: Sumens illud
aue Gabrielis ore, funda nos in pace, mu-
tans nomen Euæ, figuratum hoc eſt in
Vaſthi & Heſter, illa enim formoſa exiſtẽs,
obedire tamen noluit regi Aſſuero, qui Heſter 1
quum conuiuium grande paraſſet princi-
pibus regni, militibus & ſeruis, ſeptimo-
que tandẽ die reginam uocaret per ſeptem
eunuchos, noluit illa uenire, unde iratus
rex interrogauit ſapientes quid de ea faciẽ
dum putarent, ibi reſpõdit Manucha: Nõ
ſolum regem læſit regina Vaſthi, ſed & om
nes populos & principes qui ſunt in cun-
ctis prouincijs regis Aſſueri: Egredietur
enim ſermo iſte reginę ad omnes mulieres
ut contemnant uiros ſuos: Concluſum igi
tur eſt ut deijceretur nec amplius eſſet re-
gina, proclamatum quoq; & miſſis epiſto
lis ſignificatum eſt uniuerſis prouincijs, ui
ros eſſe principes & maiores in domibus
ſuis: Hinc adductæ ſunt uirgines plurimæ
in ciuitatem Suſan, & ex eis delegit formo
ſam Heſter per quam exaltatus eſt Mardo Heſt. 2. 9
chæꝰ, Iudæi liberati, & eorũ hoſtis Aman
ſuſpenſus: Sic nimirũ præuaricatrix Eua
deiecta eſt ut Vaſthi, humilis autem Ma-
ria ſublimata, & per eam populus Iudæo-
rum, imo mundus uniuerſus redemptus

& liberatus eſt, ſicuti per Heſter Iudæi tan
tum ſub rege Aſſuero: Nam quemadmo-
dum regi beneplacitum fuit in Heſter, ita
deo in Maria (potes totam hiſtoriam He-
ſter figuratiue hic applicare.)

3. Etſi maria magnum natiuitatis
ſuæ habuit præconium ex tot tantiſq; ſuis
maioribus, ſiquidem ex 14. patriarchis
nata eſt, deinde ex 4. regibus alijſq; bonis
& honeſtis hominibus, atque ex ſanctiſſi-
ma matre Anna ſanctoq; patriarcha Ioa-
chim, qua propter hodie cecinit eccleſia
Eccleſia Regali ex progenie Maria uirgo exorta re
fulget, cuius precibus, nos adiuuari men-
te & ſpiritu deuotiſſime poſcimus: Et in
alia antiphona: Natiuitas glorioſę uirginis
Marię, ex ſemine Abrahę orta de tribu Iu-
da, clara ex ſtirpe Dauid: Hinc liquet pro
Gen.22 miſſionem Abrahæ factã, q; in ſemine ſuo
benediceretur omnes gentes, prophetiam
Gen.49 Iacob de naſcituro Meſſia ex Iuda, & anti
chriſto ex Dan, promiſſionem etiam Da-
Pſal.131 uidis: Iurauit dominus Dauid &c. de fru
ctu uentris tui ponã ſuper ſedẽ tuam: Oĩa
inquam hæc unico illo eccleſiæ Cantico
ueluti faſciculo paruo complicari & in eo
contineri.

Apparet etiam hinc uerba illa dei non
Gen.3 referri ad Euam, quando dixit: Ponam ini
micitias inter te & ſerpentem, inter ſemen
tuum & ſemen illius: Ipſa conteret caput
tuum, hoc enim primum eſt euangelium,
& ideo de homine Euangelico tantum in-
telligẽdum, nam ſi referatur ad mulierem
dubium non eſt, Euam hoc non feciſſe ſed
Mariam, ſin ad ſemen referas (licet non
ſit neceſſe, nam quãuis. חד frequenter ſit
maſculini generis apud hebræos ſicut etiã
ſemen quum non habeant niſi tria genera,
maſculinum, fœmininũ & commune, ta-
men non eſt perpetuum, quia חד potius
eſt generis cõmunis quum, etiam mulieres
demonſtret & referat.) Maria ſemen eſt
Euę, & etiam Chriſtus, ſicq; perfecte con-
ſummatur q; ſemen Euæ contriuit caput
ſerpentis antiqui. Quocunq; modo
Mariæ accipiatur origo, q̃uis res pulchra
eſt & honeſta, ex honeſtis parentibus na-
ſci, ex patriarchis, prophetis & regibus,
plus tamen gloriæ eis addit Maria q̃ acce-
perit ab ipſis, ſiquidem multo plus laudis
gloriæ & decoris habet a Chriſto quã om-
nibus ſuis maioribus, quia in fimbria eius *Apo.19*
ſcriptum eſt, rex regum & dñs dominan-
tium, Chriſtus dux ultimus eſt, rex po-
ſtremus, & patriarcha populi dei, ipſe ait: *Apo.1*
Ego primus & nouiſſimus: Ideoque dum
reges illos & maiores Mariæ commemo-
rat eccleſia, tandem concludit in hæc uer- *Eccleſia*
ba: Sed quid nos iſtos recenſemus hæroas,
Quum tuus natus omnes præcellat illos
atq; cunctos per orbem.

Et hoc eſt quod ab initio diximus,
quum illa filium altiſſimi ediderit, eam an-
tea ſanctificatam eſſe, ita ut in ſanctimonia
& donis gratiæ maiores omnes ſuperarit, *Anſhel:*
ubi Anſhel ait: Vere placuit deo in te ha-
bitare, quum ex intacta uirginis ſubſtãtia,
ſicut ex lignis libani, inenarrabili magiſte-
rio diuina ſapientia ſibi domum ædifica-
uit, O Maria quantum ex te beneplacitũ
habuit ſpiritus ſanctus, quando corpus tã-
tum conſecrauit dedicauitq; tantis myſte-
rijs dei: Omnis igitur iam mundus o do-
mina corpus tuum ueneratur tanquã ſan-
ctum templum dei uiuentis, quia in eo ſa-
lus mundi cœpit initium.

4. Legimus in ſacris literis quanta ſę
pe gaudia fuerint in natiuitate filiorum,
quantum enim gauiſus eſt Abraham, quã
do ætate grandæua, quum iam. 100. eſſet *Gene.21*
annorum, ſuſcepit filium, qui quum eſſet
ablactatus conuiuium parauit magnifi-
cum cum uniuerſa familia: Anna uxor
Helchanæ diu ſterilis tandem per gratiam *1.Reg.1.2*
dei, filium peperit Samuelem, & tunc ma-
gno gauiſa gaudio canticum illud fecit,
Exultauit Cor meum in domino, ſicut eo
utitur eccleſia feria. 4. in laudibus, ſimi-
li modo de Samſone, Salomone & IO-
SEPH dici poteſt, ſicut & parentes gaui-
ſi ſunt cum omni uicinia in natiuitate
Iohannis

Iohannis, iuxta illud angeli: In natiuitate eius multi gaudebunt: Quanto maioribus gaudijs illuſtrior fuit natiuitas Marię, ſicuti canit eccleſia: Natiuitas tua dei genitrix uirgo, gaudium adnunciauit uniuerſo mundo: Quis enim ſatis explicet gaudium & exultationem Ioachim & Annæ ob tantam a deo ſuſceptā filiam: Pregnantes uos & grauidæ maiori pietate ueneremini hodie Mariam & Annam, ut earum precibus facilior uobis partus, & lætior aſpectus fructus ueſtri donetur, ne pereat infans nō baptizatus, ſed in baptiſmo peccatum ei remittatur originale & gratia cōferatur ſpiritus ſancti: Iam antea Anna ab angelo ſanctimoniam cognouerat infantis huius puellæ, & ꝙ per eam deus operaturus eſſet ſalutem Iſraël, ſicut in die conceptionis eius & S. Annę feſto dictum eſt: Præterea ſunt qui putent angelum hunc fuiſſe Gabrielē, quia ueri ſimile eſt unius myſterij unum eſſe miniſtrum, neque decuit deum huic miniſterio angelum deſtinari ad conſummationem myſterij huius, qui non ſatis fuiſſet idoneus & uelut īſtructus in omnibus ijs quæ præcedere neceſſum erat: Vnus ergo angelus hic fuit cum eo qui deinceps ſalutationem attulit Mariæ & incarnationem Chriſti adnūciauit, Luc. 1 Nam quum Gabriel nunciarit natiuitatē Iohannis qui Chriſti tantum fuit præcurſor, quanto magis adnunciauit idem ille natiuitatem Mariæ quæ mater eius futura erat, quæ Iohanne multo ſanctior fuit, Si itaqꝫ Gabriel adnunciauit Mariæ natiuitatem, quanto gaudio inde perfuſus eſt ipſe cum reliquis angelis, quum eorum iā multi cognoſcerent, hanc dominam eſſe ſuam & reginam, per cuius fructum ruina ipſorum impleretur, cōcordia inter eos & homines inſtituta, poteſtas aduerſaria conteretur: Neqꝫ uero parentes tantum gauiſi ſunt, tantum ſe theſaurum gratiarum accepiſſe, & promiſſionem angeli eſſe impletam, ſed etiam cognatio & uicinia tota gratulata eſt Annæ, quæ antea ob ſterilitatem contemptui erat omnibus, ſicut & cognatio Zachariæ & Elizabeth eſt gauiſa: Atqꝫ ſine dubio quum Elizabeth & Zacharias impleti ſint ſpiritu ſancto multo magis hoc contigiſſe credatur Ioachim & Annæ: Piequoqꝫ credendum eſt angelos hoc multis patribus reuelaſſe in limbo, qui memorabili gaudio perfuſi ſunt, ſicut & Chriſti natiuitatem angeli eis adnunciarunt, quum dicat Chriſtus Abraham Ioh. 8 exultauit ut uideret diem meum: uidit & gauiſus eſt: Quomodo uidit niſi per reuelationem, ideoqꝫ gauiſa eſt & Eua maledictionem ſuā finem habiturā: Gauiſus eſt Noë archam iam ęditā per quam totus ſeruaretur mundus: Gauiſus eſt Abraham, adeſſe tempus quo facta ſibi promiſſio impleretur: ſimiliter, Dauid alijqꝫ prophetæ, qui ex lumine prophetiæ norant accedere tempus naſcituri Chriſti: quia ſi præſciuit hoc Daniel hic per hebdomadas ſibi monſtratas, Dan. 9 quomodo nō certius idem cognouerit in limbo. Gaudete igitur & uos, congratulamini Mariæ cum uniuerſa eccleſia, ad eam cōcurrite, tanquā paradiſi portam, cœliqꝫ feneſtrā: Eccle. Grego: Cōclamate omnes Alma redemptoris mater, quæ peruia cœli porta manes & ſtella maris, ſuccurre cadenti ſurgere qui curat populo: Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu, ſentiant omnes tuum leuamen quicunqꝫ celebrant tuam natiuitatem. Amen.



Die S. Matthei apo ſtoli & Euangeliſtæ.

Euangelium,
Matth. ix.

Mar. 7 Lu. 5 IN illo tempo re, uidit Ieſus hominē ſedentem in teloneo Mattheũ nomine & ait illi: Sequere me. Et ſurgens ſequutus eſt eũ, & factũ eſt diſcumbente eo in domo, ecce
Marc. 2 multi publicani & pctõres uenientes diſcumbebãt cum Ieſu, & diſcipulis eius: Et uidẽtes phariſęi dicebãt diſcipulis ei⁹: Quare cũ publicãis et pctõribus manducat magiſter ueſter? At Ieſus audiens ait, non eſt opus ualentibus medicus, ſed male habentibus.
Oſæ. 6 Euntes autem diſcite, quid eſt miſericordiam uolo, et non ſacrificium, non enim ueni uocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

Homilia prima

EVangelicam hinc diſcimus ueritatem, ꝙ ipſe etiam ſcriptor ignominiam ſuam non cælarit, diſcimus inſuper hominē pœnitentē non debere pudore deterreri a Confeſſione peccatorum ſuorum, quinpotius etiam ipſe gratias agat deo pro gratia qua eum a peccatis liberauit, ſic fecit hoc loco Matthæus ſapien
Proue. 18 tis imitatus conſilium: Iuſtus accuſator eſt ſui in principio ſermonis ſui, & illud
Iſa. 43 quod Iſaias ait: Narra peccata tua ut iuſti-
Hierony. ficeris: Cæteri, inquit Hiero. propter uerecundiam & honorem Matthæi noluerunt eum nomine appellare uulgato, ſed dixerunt Leui, quoniam binomius fuit: Ipſe autem Matthæum ſeſe uocauit & publi-
Hierony. canum: Publicani qui fuerint docet Hieron. Matth. 18. ſecundum tropologiam, oſtendẽs eos eſſe qui ſæculi ſectãtur lucra, & exigunt uectigalia per negotiationes & fraudes, per furta & ſcelerata flagitia: Nũc etiam ſatis malehabent officia ſæcularia, atq; uno in loco alijs deterius: Væ ijs qui officia ex auaritia cum coactione & preſſura ſubditorum imponunt: Videas nunc multis in locis quantis conſtent ſumptibus iudicia, dierum conſtitutiones, teſtium examina, literarum erectiones uel obſignationes, uſq; adeo aucupium iſtud creuit in immẽſum, ut periculũ ſit plæroſq; tam ſpiritualium ꝗ ſæcularium officiorum adminiſtratores publicanos tãtum eſſe, quoniã ſic res habet ut is fidelior habeatur, qui fuerit in extorquendo diligentior, eum non facile ſinunt officio priuari, ſed is nõ parum autoritatis & fidei habet apud principes, libet unicum tantum exempli gratia recenſere: Circa ſigillum ita iam inter ſæculares & ſpirituales geritur plurimum, om̃es ſibi uictum inde ſperant & quæſtũ lucroſum, ita ut pecunia obſignatoria non exiguum habeat in ſumma recepti locum, ſigillum q̊q; pro magna pecuniæ ſumma ĩpignorari ſoleat: Vereor ut ne homines iſti multo ſint publicanis illis deteriores qui uixerunt tempore Chriſti: Audiui forſitan ante annos. 23. uirum doctiſſimum D. Ioannem Gailer Kaiſerſpergium prædicatorem Argentinẽſem loquentẽ & diſſerentẽ aduerſus hoc Friburgi Briſgoiæ: Neq; multo ante obitum ſuum, quum Argẽtinæ eum conueniſſem, noſq; in hanc materiam incidiſſemus, multas multorum doctorum piorumq; hoĩum ſententias ſuper hoc mihi adduxit, e quibus notaui uerba Stephani Bruliferi minoritæ in Anglia, qui ſic ait.
Quum unicuiq; liceat uictitare de labore ſuo, taliter qualiter, etiã prælato aut iudici ciuili licitum eſt, petere pro expenſis cæræ et laboribus ſigillariorum & clericorum ad hoc deputatorũ plus uel minus, ſecundum maiores uel minores labores aut expenſas fieri ſolitas. Teſtificari in iudicio publico de cauſſis ſpiritualibus, & de contractu matrimonij & talibus, huiuſmodi eſt adnexum ſpiritualibus, licet teſtificari de temporalibus neutrum ſit. Quũ ſigillũ cuiuſcunq; iudicis non ſit niſi teſtimonium iudicij a tali iudice facti, nõ apparet quomodo pro ſigillo ſuo iudex poſſit aliud petere Brulife.

aut

aut etiā exigere ultra expēſas ceræ & labo-
res ſigillariorū & clericorū ad hoc deputa-
torum: Prælatus quicūq; eccleſiaſticus ſi-
ue eccleſiæ ciuilis petēs uel exigēs aliquid
temporale pro ſigillo literarum ultra caſus
p̄ſcriptos in cauſa ſpirituali & iuriſdictio-
ne eccleſiaſtica, nō ſolum peccat, ſed etiam
ſymoniam cōmittit, ſi tn̄ ſuper tēporalib.
Gabriel agatur, nō eſt ſymonia, ſed grauiter peccat
talis iudex: Adde Gabrielem diſt. 15. q. 6.

Iam mihi conſyderet aliquis officia in
omnibus prouincijs & regionib9 quomo-
do grauata ſint omnia ſigillis, uectigalibus
iudicijs &c. ubi nemo quod iuſtum eſt con
ſequi poteſt niſi emptū, modo ne aliquan-
do etiam emptū iniquiſſime, periculum eſt
ergo ne omnes iam prouinciæ publicanis
Hierony. habundent: dn̄s deus illuminet corda & cō
ſciētiam magiſtratuum, ut defectus hic cū
multis alijs in Chrianiſmo corrigatur: di-
ſcant etiam hinc peccatores quantumcūq;
graues non deſperare, nam dum ad emen-
dationem conuertuntur inueniunt gratiā
apud deū, ſicut hic Matthæus qui ex publi
cano & apoſtolus fact9 eſt & Euangeliſta.

2. Vidit ergo dn̄s hominē ſedentem
ad theloneū Matthæū nomine & dixit ei,
Chryſoſt. ſequere me: Vbi Chryſo. expendit: Quur
tandē dn̄s Matthæū non cū Petro uocarit
& Iohanne? ſiquidē ipſe tēpus nouit quo
quiſq; ſit ad obſequēdū promptior, qm̄ &
corda hoīum nouit: Petrum uocauit ille in
piſcatu, Mattheum in teloneo, Paulum in
perſequutione: Quū adhuc ad teloneum
ſederet Matthæus, quū peccandi finē non
dum fecerat, ecce traxit eum deus per gra-
tiā ſuā, & exemit de medio mari peruerſæ
conuerſationis publicanorū, ſicut & Paulū
uocauit minas adhuc & cędem ſpirantem,
Acto. 9 atq; ſęuiētē ſūmo cū furore aduerſus eccle-
Theophy. ſiam: Voluit etiam, autore Theophylacto
oſtendere Matthæus, ſe non ex ſuo meri-
to ſed gratia dei conuerſum, fuit enim hoc
opus dei ꝙ dominus ipſum unico uerbo
conuertit, non igitur exterius tantum ocu-
lis corporis eum aſpexit, ſed multo magis
interioribus oculis miſericordiæ ſuæ.

Beda Sicut reſpexit, inquit Beda, negatorē
ſuū Petrū, ut culpā ſuam agnoſcere poſſet
& deflere, ſic & Mattheum, qui ſine dubio
ſemper ſe cognouit eſſe peccatorem, dū & *Matth. 10*
publicanū uocare ſe ueritus non eſt, qn̄ ſe
in numero cōmemorauit apoſtolorum, q̄
uis Marcus & Lucas in hoc pepercerint ei.
Sed dominus ad eū ait, ſequere me: Ecce,
ſequere inquit, eo ꝙ in uia uirtutis fieri nō
poteſt ut quis præcedat dn̄m, ſed oportet
ſemper illum præcedere & ſic poſt ſe trahe
re hominē, ſicut ipſe dicit: Nemo uenit ad
me niſi pater meus qui eſt in cœlis traxerit *Ioh. 6*
eum. Non ignorat hoc eccleſia quę ſpiritu
ſancto ſuo regitur, & gubernat ea ſic pre-
catur: Actiones noſtras quæſumus domi-
ne aſpirando præueni & adiuuando pro-
ſequere, nos quoq; dn̄m rogemus ut præ-
cedat nos, eāq; gratiā habuit Iob qn̄ dixit:
Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus, uiam *Iob. 13*
eius cuſtodiui: Vbiq; nos docet & monet
dominus crucem ſuam tollere & ſe ſequi, *Luc. 9*
Quū lauiſſet pedes apoſtolorum, adhorta *Iohan. 13*
tus eſt eos grauiter ad ſe ſequendū: Exem-
plum, inquiens: dedi uobis ut ſicut ego fe-
ci & uos faciatis: Quid ꝙ uniuerſa Chri-
ſti uita in mortem uſq; exemplum fuit no-
bis quod imitemur, teſtante Petro quum
ait: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, uobis re *1. Pet. 2*
linquens exemplum ut ſequamini ueſtigia
eius: Pauca & breuiter loquens hic domi-
nus ait, ſequere me, ſed uerba illa uehemen
tem habuere uirtutem, quia ſurgens Mat-
thæus ſequutus eſt eum: O uim fortem
O operationem efficaciſſimā duorum tan
tūmodo uerborum, quibus magis attraxit
dominus Matthæū, ꝙ ſi cathenis attraxiſ-
ſet: Verum enimuero Chriſtus per maie-
ſtatis ſuæ oīpotentiā uerba hæc tam effica-
cia fecit, iuxta illud Dauidis, dabit uoci *Pſal. 67*
ſuæ uocē uirtutis: Matthæus graui pecca-
torum iacebat pondere p̄ſſus, ſed per uoca-
tionem Chriſti ſurrexit corpore, ſurrexit &
ab officio ſuo multū p̄iculoſo, ſurrexit a ui-
ta peccatis plena, ſicut oēs peccatores ſur-
gere iubet Paul9: Surge qui dormis exur- *Ephe. 5*
ge a mortuis & illuminabit te Chriſt9: Sic
& Mattheus ſurrexit a mortuis, oīs. n. pec-
cator corā deo mortuus eſt qn̄ gratia illius
deſtitutus eſt, q̄ uita animæ exiſtit: Ideoq;
Matthæus cū Dauide dicere potuit: Exur
rexi & dominus ſuſcepit me: Lucas addit *Pſal. 3*
eū relictis omnib. ſequutū eſſe dominum.

3. Iam ne igitur intelligitis ꝙ inepte contradixerint ijs quæ hic narrat Euangeliſta Porphirius & Iulianus apoſtata, qui tanꝗ filij mundi hui⁹ nihil ſcientes de gratia & operatione ſpiritus ſancti, deridebāt imperitiam hiſtorici mentientis, ſimulque ſtultitiam eorum qui ſtatim ſequuti ſunt ſaluatorem, quaſi irrationabiliter quemlibet uocantem hominem ſint ſequuti, quū tantæ uirtutes tantaꝗ ſigna præceſſerint, quæ apoſtolos anteꝗ crederent uidiſſe nō dubiū eſt: Certe fulgor ipſe & maieſtas diuinitatis occultæ quę etiam in humana facie relucebat ex primo ad ſe habere poterat aſpectu: ſicut enim in magnete lapide & ſuccinis hæc eſſe uis dicitur ut annulos & ſtipulā & feſtucas attrahēt, quantomagis dn̄s omnium creaturarū ad ſe trahere poterat quos uolebat: Quid ꝙ Matthæo Petro & alijs honeſtiſſimum hoc fuit, ſequi dominū, iuxta illud ſapientis: Magna eſt gloria ſequi dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo: Sic gloriatur & Hieremias dicens, non ſum turbatus te paſtorem ſequens & diem hominis non deſyderaui, tu ſcis: Quia omnes qui te derelinquunt confundentur, recedētes a te in terra ſcribentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium. Non diuerſum eſt quod Beda ait, neminem hanc uocati ſequelam mirari debere, ſiquidem ipſe dominus qui hūc exterius humana allocutione ut ſe ſequeretur uocauit, intus diuina inſpiratione, ut mox uocantem ſequeretur, accēdit, ipſe inuiſibiliter quomodo ſequendum eſſet edocuit: Vnde intellexit ille, ꝙ quoſcunꝗ uocat dominus a temporalibus huius mūdi theſauris, ijs retribuat alios theſauros æternos in cœlis: Matthæ⁹ ſurgens ſequutus eſt eum non pedibus tm̄ corporis ſed & uita ſua, dicente Iohanne: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet quomodo ille ambulauit & ipſe ambulare, hoc eſt non temporalem appetere quæſtū ſed arrogātiam fugere, mundū & oīa quæ ipſius ſunt cōtemnere propter gloriā æternam, & in omnibus gloriā dei & proximorum quærere ſalutem: Hæc & huiuſmodi alia facere, eſt ueſtigia Chriſti ſequi: Quærunt hic nonnulli an ſtatim ſequutus iā ſit Matthæus dominum ut apoſtolus, hæcꝗ uocatio facta ne ſit ad apoſtolatū: Reſpondetur non debere hoc ad apoſtolatum referri, quia Matthæus inſuper dominū con uiuio excepit, ſicut hic dicit ipſe, factum eſt diſcumbente eo in domo: Lucas quoꝗ teſtatur Leui magnum domino paraſſe conuiuium in domo ſua: Quod ſi ergo conuiuio eum excepit, ſi ædes habuit proprias, apoſtolus nondum fuit, quoniam apoſtoli reliquerunt omnia, iuxta Petri profeſſionem domino factam: Et ſuper hoc iam cōcludunt doctores Matthæum a teloneo uocatum, ſequutum quoque ita ut adhæſerit domino multa cum eo coniunctus familiaritate, ſicꝗ paulatim ſequutus ſit dominū, uitam ſuſcipiens apoſtolicam: Nam ſi ſtatim ad hanc uocationem reliquiſſet omnia, utiꝗ non exprobraſſent ei phariſæi communem cum publicanis conuictum, Quæras amplius quomodo Matthæus hic ipſe capite 9. ſuam deſcribat uocationem, quum tamen dominus iam antea ſermonem fecerat in monte, quem Matthęus tribus proſequutus eſt capitibus: Iam uero apoſtolos. 12. dominus ordinauit & cōſtituit in monte, ſicuti clare teſtatur Lucas nominans ibi Matthæum: Quomodo ergo apoſtolos. 12. inſtituit creauitꝗ in monte, & deinceps adhuc uocarit Matthæum? Reſpondet Auguſt. lib. 1. de cōſ. Euangeliſta. c. 26. Euangeliſtas non ſemper ordinem ſequutos eſſe temporū, maxime uero Lucā hoc feciſſe qui non reſpexit hic eo, ſed tātum ordinē obſeruauit iuxta modum operum ſacerdotalium, ſic Matthæus hic ſuam ipſius commemorat uocationem, quam antea obmiſerat, ſiquidem reponi debebat ante caput quintum.

4. Sequitur, factum eſt diſcumbente eo in domo ecce multi peccatores & publicani uenientes diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Videbant, inquit Hieronymus publicanum a peccatis ad meliora conuerſum, locum inueniſſe pęnitentię, & ob idipſum etiam illi non deſperant ſalutem, neꝗ uero in priſtinis uitijs permanentes ueniunt ad IHESVM, ſed pœnitentiam agentes, ut ſequēs ſermo domini ſignificat: In eadē pene ſententia Chryſoſtomus

Marginalia: Hierony. — Eccle. 23 — Hier. 17 — Sup Mar. — 1. Ioh. 2 — Luc. 5 — Matth. 5 c. 7 — Luc. 6 — Auguſti. — Hierony.

ſoſtomus eſt & ait: Concurrunt quaſi ad conſortem artificij multi publicani, quos Matthæus lætitia nõ parua propter acceſſum Chriſti inuitauit, domino ſic diſponẽte, qui omne genus curationis animarum exhibuit, nec diſputando ſolum aut ægros curando, aut inimicos redarguẽdo, uerumetiam comedendo ac bibendo multos a uitijs ad uirtutem reduxit, ut nos doctiores his omnibus efficeret, pergit Chryſo.
Chryſoſt. & dicit: Quãuis quæ nunc appoſita erant iniuſte ac rapaciter fuerunt acquiſita, non repulit tamen ea dominus, ſed ſumpſit ex illis: Hæc certe bonum medicum decẽt qui niſi laborantiũ putredinẽ ferat nõ poteſt eos doloribus liberare: Hinc iam quæſtio naſcitur: Quum illicitum ſit ex uſura & rapina uiuere, quur inde mãducarit dominus nõ ignarus utiq;? Occurrit hic communis reſponſio: Quod qui ſunt in loco eorum a quibus bona iniuſte ſunt accepta dum eo opere adducunt ad reſtitutionem rerum male acquiſitarum, poſſunt inde uiuere & manducare, ſiquidem ueriſimile & æquum eſſe uidetur eos quorum ſunt hæc bona, quum ipſorum hic agatur cauſſa cõſentire ad hoc: Vis exemplum: Ecce ſi ingrediar in Iudæi ſiue uſurarij domũ, uolẽs ipſum perſuadere ut bonum inique partũ reſtituat ijs quos deceperat: Qđ ſi aliquid ex iſtis bonis manducem q̃ ad læſos pertinent, iniquum non foret, quia quũ in eo℞ ſim miniſterio, merito panem eorum mancucẽ, iuxta illud Pauli, quis unquã militat
1.Cor.6 ſtipendijs ſuis: Quis paſcit gregem & de lacte gregis non manducat? Ideoq; dominus mittens diſcipulos ſuos in officiũ Euã-
Luc.10 gelij non dixit: Manducate & bibite, quicquid eorũ eſt, ſed quicquid apud eos eſt, facit textus & notata in c. multis 11. q. 3. & c. inter alia, de ſentẽtia excõmunicationis: Poteſt & talis reſponſio dari, ꝙ dominus eo ipſo uoluit oſtendere non ſemper iniquum eſſe uel cohabitare ijs uel cum eis manducare & uiuere, qui bona ſibi iniuſta uſurpant, quoniam poſſunt iſti ſimul & iuſta bona iuſtoque titulo uel hæreditario habere, uel honeſte & decenter lucrari, Vbi facile fit ut homines legittimam cauſſam habentes poſſint licite bonis ſuis perfrui, cuiuſmodi ſunt uxor, liberi, ſerui operarij, exactiones magiſtratib⁹ debitæ & cæ. & tamen quod uere eſt iniuſte partum, idipſum nemini licet in uſũ rape, ut ſi ſit ouis furto uel rapina acquiſita uel fœnore, non licebit mihi ex eo uiuere aut manducare, ſin autem oues ſuę & abreptę mixtim ſint confuſæ, ſic qui ouem uel cum eo manducat, uel ab ipſo accipit non peccat, animi habens ſe uelle id ab eo habere quod ipſe iuſto poſſideat titulo: Vide doct. in materia reſtitutionum Anthoninũ in parte 2. S. Bernardinum de euangelio æterno, & Kayſerſpergiũ: Si uero quis aliud non habeat niſi ex uſura uel bonis inique partis, ei ſeruire nemo debet nec quiſq; operarius cum eo habere cõmune: Periculo itaq; nõ uacat uſurario Iudæo aliquid uẽdere, cum eo contrahere aut ei aliquid laborare, ſed hæc alias: Chriſtus quum creaturarũ omnium &c. dominus fuerit & conditor, bonis iniuſte partis uti potuit, & ideo dominus ille omnium eſt, ipſiuſq; adeo eſt terra Pſal.22
& plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuerſi qui habitant eo: ſuſpicandum tamen non eſt eum nobis fuiſſe exemplum ſcandali & offenſæ, quamobrem oportet Mathæum non nihil iuſti æquique boni habuiſſe, unde dominus manducarit: Vel quia docet, ſi qui curam gerit aĩarum uelit poſſeſſorem boni iniuſti ad reſtitutionẽ adhortari unde ipſe uiuere poſſit: Mathæum ille imitetur, qui bona temporalia dereliquit omnia, ſequutuſque Chriſtum, crucem eius hic geſtauit in terra, ut cum eo iam uiuat in æuum, gloria coronatus æterna: Hanc nobis quoque domine gratiã largire quæſumus, ut te ſequentes uitam æternam conſequamur.

AMEN.

Homilia altera eiuſdem feſti.

Mitiſſimus dominus Ieſus Chriſtus reſpexit oculis gratiæ Matthæū, eumq́ ſe ſequi iuſſit, qui ſurgens ſequutus eſt ipſum: Noli mirari, inquit Chryſoſto, nam qui poteſt delictorum diſſoluere uincula, non mirū eſt, peccatorem apoſtolum fecit: Vidiſti uirtutem uocantis, diſce uocati obedientiam, non enim repugnauit, nec ambigēdo ſecum dixit, putas ne publicanū peccatorē me recte abſq́ fraude uocarit & apoſtolum facere uelit, Verum hic quæſtio naſcitur, quur ita ſubito Matthæum ab officio ſuo uocarit, neq́ cōmiſerit ei ut ſupputatis primum rationibus, & ſubductis, ad calculū omnia uocaret & cunctis ſatisfaceret: Hic ſunt qui exiſtimant Chriſtum deū uerum & dominum omnium potuiſſe hoc facile diſponere, ſicut olim commiſerat Iudeis, ut ſpoliatis Aegyptijs mutuatis eorum uaſculis argenteis & alijs rebus precioſis diſcederēt, ita uolunt hic Chriſtum in uniuerſum abſoluiſſe Matthæum, ut amplius nihil deberit cuiq́ hominum ad reſtitutionē, uel ſaltem ad reſpōdendū pro iſtis, quia Chriſtus deus, & omnia bona ſua erant: Nunc autem non ſic, neq́ iam licebit cuiq́ multo contracto ære alieno, ingredi monaſterium, in quo tamen caſu uidi Antoninum Angelum de Clauaſio, in ſumma & alios, ſunt qui dicant ꝙ uere quidem, Chriſtus dominus fuerit omniū, ſed tn̄ ea poteſtate uſus ille non eſt, unde & ad Pilatum dixit Regnum meū non eſt ex hoc mūdo, quū tamē omnia regna mūdi ſua erant. Sic etiā quum ad eum ueniret quidam, cupiens ut fratri ſuo præciperet quatenus cum ipſo diuideret, reſpondit dn̄s: Quis me conſtituit iudicem inter uos: Quod ad Iudæos attinet ſuberat ſane cauſſa, autore Auguſt. quia multo iā tēpore ſeruierāt Aegyptijs plurimoſq́ ſuſtinuerant labores, quorum tamen nulla acceperant præmia, uoluit ergo hoc eis deus indulgere ut ſuper colore mutui, uaſa eorum adriperent: Hic autem ratio talis nō fuit, unde ueriſimile eſt Matthæum omnia prius diſpoſuiſſe, exemploque Zachæi ſi quem fefellerit quadruplū reddidiſſe, reliquū diſtribuiſſe pauperibus maxime quum uocatio iſta non fuerit ad apoſtolatum, ſed ad hoc tantum ut uitam illam & conuerſationem prauā circa teloneum relinqueret, tuncq́ demū cū cæteris in monte ad apoſtolatum uocatus eſt, quādo eo tēporis ſpatio quod interfuit, facile potuit res ſuas componere & iniuſta bona reſtituere. Verum hic alia enaſcitur quæſtio, quoniā Marcus & Lucas referunt eū domino paraſſe cōuiuium in ædibus ſuis, ipſe autem hoc obticuit, tantum oſtendit eas in domo recubuiſſe, neq́ iterim in cuiꝰ domo factum ſit aperit, reſpondetur ꝙ q̄uis domus hæc fuerit Matthæi, ipſe tamen eam pro ſua nominare noluit, ſiquidem is iam ſuus erat adfectus, ut domus hęc Chriſtianis fratribus omnibus eſſet cōmunis, ſicut idem Chriſtiani omnes in principio naſcentis eccleſiæ factitaſſe leguntur apud Lucam, qui ait, nullus eorum quę poſſidebat aliq̄d ſuū eſſe dicebat, ſed eis erant oīa cōmunia: Huiuſmodi uoluntatē iam ſtatim per gratiam dei conceperat ſibi Matthæus, unde & domum quæ ſua erat ſuam dicere noluit, omnibus enim ut Lucas ait relictis, ſequutus eſt dominum.

2. Chryſoſtomus quoq́ hic quæſtionem introducit: Quur tandem tam paucorum apoſtolorū uocationes ſint deſcriptæ, quomodo adiuncti ſint Chriſto, ſiquidem Andreæ Petri Iohannis & Iacobi, Philippi & Matthæi uocationes tantum leguntur, ex paucis illis qui uocati ſunt, colligunt doctores reliquos etiam ſex eſſe uocatos: Quur autem hoc nullus Euangeliſta deſcripſit: Reſpondet Chryſ. hoc ideo factum, quia iſti maxime in humili artificio atq́ turpi q̄ſtu uerſabantur, quattuor illi piſcatores retia habebant lacera, quæ interdum conſuebant ipſi, nonnunq́ & hamo piſcabantur ut Petrus Matthæus quoq́ in tam periculoſo ſtatu fuerat, quam contempto & humili piſcatores: Ne tamē ſuſpicio de apoſtolis haberetur, quaſi aliquid gloriæ captādæ & ambitionis cauſſa ſcripſiſſent, uocatiōes eorū quorꝫ cōuerſatio cōtemptiſſima habebatur deſcripſerunt obmiſſis illis qui iudicio mundi maioris erant autoritatis, Bartholomeum. n. q̄uis ex natalib. illuſtrē, ſimiliter & Thomā prętermiſerūt oēs, deinq́ paucis q̄q́ breuiter Euange-

Marginal notes: Chryſoſt. — Exo. 11 — Auguſt. — Iohan. 18 — Lib. 22 con. fauſ. c. 7 & 72 — Luc. 19 — Luc. 10 — Act. 4 — Luc. — Chryſoſt. — Matth. 4 & 17

Euangeliſtæ omnes Chriſti proſequuntur
miracula, quantum rurſus in cõmemoran-
da eius paſſione & cruce immorãtur, ꝗ di-
ligenter crucis patibulum, quod mũdo ui-
detur eſſe contẽptius, deſcribunt: Et hinc
1. Cor. 1 ſane fit, ꝙ Paulus dicere auſus non eſt Chri
ſtum nullum etiã mundi ſapiẽtem elegiſſe,
ſed non multos, ſic enim ait, Videte uoca-
tionem ueſtram fratres, quia non multi ſa-
pientes ſecundũ carnẽ, nõ multi potentes,
non multi nobiles ſed quæ ſtulta ſunt mun
di, elegit deus &c.

Quumq; recumberet dominus in domo
Matthæi multi publicani & peccatores ue
nerunt, exemplo utiq; moti Matthæi ad-
hæſerunt domino emendantes uitam ſuã,
q̃m ad exemplũ Matthæi ꝗ plurimi con-
uerſationẽ ſuã conformarunt, ſic Lucas ait
appropinquaſſe ad dominũ publicanos &
Lucæ 5 peccatores ut audirent eum, ſic ſimili ex
Iohan. 19 cauſſa conuerſus eſt & Zacheus, qui prin
ceps fuerat publicanorũ: Atq; ideo domi-
Matth. 21 nus phariſæis dixit: Publicani & meretri-
ces p̄cedent uos in regno dei: Verus utiq;
animæ medicus erat Chriſtus, nõ ignarus
qua parte infirmos ſuos uiſitaret, ubi quæ
reret, ubi inueniret, non mouebatur phari
ſæorũ calumnijs, modo animas plurimas
lucraretur, hominẽ nullũ contẽpſit, iuxta
illud Petri, deus oſtendit mihi ut nullum
Act. 10 hominẽ dicerẽ immundũ. Beda ſiquidem
Beda putat eos qui ad Chriſtum uenerunt diſcũ
bentes cum eo iam iuſtificatos fuiſſe reli-
ctis peccatis, nam ſi adhuc in peccatis ia-
cuiſſent, quomodo præſumpſiſſent cum
Chriſto agno immaculato epulari, fuitq;
hoc multũ cõueniẽs ut exemplo Matthæi
plures ſui ſimiles dñm ſequerent̃, nam quũ
futurus ille Euangeliſta & apoſtolus erat
gentiũ, prima ſtatim ſua cõuerſiõe magnã
peccatorũ turbã ſecum attraxit ad ſalutem
officiumq; ſuũ Euãgelicũ, quod deinceps
ſub augmẽtũ meriti & uirtutũ exercitur⁹
erat, idipſum iã cępit in primo adhuc fidei
tyrocinio: Et ꝙ publicani iſti peccata dere
liquerunt ſequuti dñm, aperte Marcus te
Mar. 2 ſtatur, quum dicit, factum eſt quum ad-
cumberet in domo Leui, multi publicani
& peccatores ſimul diſcumbebant cum Ie
ſu & diſcipulis eius, erant enim multi qui
& ſequebantur eum.

3. Videntes hoc phariſæi dixerunt
ad diſcipulos: Quare cum publicanis &
peccatoribus manducat magiſter ueſter?
Putabant iſti, autore Chryſoſtomo, dñm
debuiſſe a ſe peccatores abigere, quia uo- Chryſoſt.
lebant eum mali conſortij cauſſa infamare:
Tu autẽ peruerſitatẽ eorum conſydera, nõ
exprobant hoc dño, ſed ad diſcipulos di-
cunt male loquentes de eo, rati ſe uelle a
magiſtro diſcipulorũ multitudinẽ ſubdu-
cere, quaſi dicere uellent: Qualem habetis
magiſtrum? huiuſmodi ne hominẽ, ſeque-
mini, qui tali utat̃ cõmertio? Alias ſi quid
feciſſe uidebant apoſtolos, exprobrabant
hoc ipſi domino, quũ uellerent ſpicas, dice-
bant ad dñm: Ecce diſcipuli tui faciunt, Math. 12
quod non licet eis facere ſabbathis, hic cul-
pam conantur in dñm ipſum conferre di-
centes, quare cũ publicanis manducat ma-
giſter ueſter? ſerpentina uox iſta eſt, inquit
Ambroſius, nã & ſerpens dixit Euæ: Qua- Ambroſi.
re ꝓhibuit uobis deus, ne comederetis de Gene. 3
omni ligno paradiſi? Addit ille hic ꝑ pha-
riſæos Iudæos intelligi, qui adhuc mordi-
cus tenent legem Moyſi, ĳ gentibus inui-
dent ꝙ Chriſtus cum eis manducat & cũ
gratia ſuſcipiat: Diceres, obiectionem illã
phariſæorum in ſacris literis eſſe fundatã,
deinde conſentaneã cõmuni ſapiẽtum iu-
dicio, ſiquidem ꝗ uulgare tam uerum eſt
iſtud uulgo quod dici ſolet, facilius malus
aliquis bonos tres faciet malos, ꝗ tres bo-
ni malum unum efficiant bonũ: Conſonat
illud Dauidis: Cum bonis bonus eris cũ
peruerſis peruerteris, ideoq; uideri poſſet Pſal. 17
alicui dñm nõ debuiſſe cum malis uerſari,
quum ſapiens filium ſuum monuerit non
obſequi peccatoribus ſi q̃n lactauerint eũ
& alibi dixit: Omnis caro ad ſimilem ſibi Proue. 1
coniungetur & omnis homo ſimili ſui ſo- Eccle. 13
ciabitur. Quibus accedit illud Pauli man 1. Cor. 5
datum dicentis, ſi is qui frater nominatur
inter uos eſt fornicator, aut auar⁹ aut idolis
ſeruiens, aut ebrioſus &c. cũ eiuſmodi nec
cibũ ſumatis, cur ergo cum auaris & rapa-
cibus publicanis manducauit dñs? Reſpõ-
det Chryſo. & ait, primum quidem nõ pa- Chryſoſt.
tet ſi magiſtris etiam hæc a Paulo præce-
pta ſunt, ſed an fratribus ſolum, deinde non

dum erant omnino facti fratres, quos ui-tandos duxit: Adhæc ad conſortiū fratrū iam aſcitos, tunc uitare iubet cum in malo perſeuerent, publicani autem illi, ab illici-tis conuerſi iam meliora perſequebantur: Verum quidem hoc in ſe, ꝙ quum omnes tum uero maxime iuuenes uitare debent conſortia praua, ſiquidem periculoſum eſt, cum malis conuerſari eos comprimis qui in limine adhuc & principio ſunt uitæ re-
Gene.19 ctius inſtituendæ: Vnde & Loth quum malis cohabitaret, eductus eſt ab angelo ne cum ipſis incendio periret: Qui picem
Eccle.13 cōtrectat, inquit ſapiens, coinquinabitur, Cui affine eſt quod maiores noſtri dicere ſoliti ſunt: Qui carbones tractat, denigra-bitur, nihil enim prauo conſortio deterius eſt, a natura propēſi ſumus in malū, plane que ardemus adfectu & libidine mali, ꝙ ſi accedat ſocietas mala quæ amplius ad-huc nos icitet, perierimus: Quorſum enim uel aquas flumini uel nemoribus ligna addideris, ſi quis tamen fuerit perfectus is etiam inter malos non peruertetur: Sic ni-
Insigne exemplū S. Thomæ hil motus eſt S. Thomas ordinis prædica-torum, ꝙ fratres eius ſecūdum carnem co-mites de Aquino indignabātur, ipſum ge-nere & ſanguine illuſtrē induere cucullā, unde & captiuū eum in quadā arce uinxe-runt, ubi poſt multas minas, preces & alia plura quibus eum urgere atq; a propoſito deterrere conabantur, mulierem ei forma inſignem adhibuerunt, uerum ille hic quo que conſtanter perſtitit, neq; uel in mini-mo blandis eius permotus eſt ſermonibus, quinimo & ardente titione arrepto eam a ſe abegit, ſic multas alias ſodalitates quæ biennio toto ad ipſum conueniebant, con-tempſit, ſemper ſe ſui ſimilem & conſtan-tem exhibens: Sic S. Chryſtophorus, ſic Catharina fecit, ſic S. Narciſſus qui pecca-tricem Affram & eiꝰ ſodales uiſitauit Au-guſtæ, ſic multi alij fecerunt: Nemo itaq; Chriſto qui ueluti colūna erat immota ex-probret iſtam cum peccatoribus conuer ſationē, ſiquidē ut impoſſibile erat ipſum a bono declinare, ita uiciſſim ille multos malos poterat ad bonum cōuertere, quod & factum eſt.

Vt autem rem hanc finiam totamq; pau-cis complectar, conuerſandum non eſt ijs malis qui perſeuerant in malo, uerum iſti in hoc Euangelio iam boni erant, qui ta-men ſi mali fuiſſent, non poterat tamen adhuc dominus ab eis offendi, ipſi autem poterant multum ab illo confirmari in bo-no, ſic Hier. ait quia ibat dominus ad con uiuia peccatorum, ut occaſionem haberet Hierony. docendi & ſpirituales inuitatoribus ſuis præberet cibos, ꝗuis enim ſæpe cōmemo-ratur in ſcripturis iuitatū eū fuiſſe, nihil tñ aliud inuif, niſi ꝗd ibi fecerit ꝗd docuerit, ut humilitas domini in uiſitatione pecca-torum, & potentia doctrinæ ſuæ in cōuer-ſione appareret pœnitentium: Hæc ſi co-gitaſſent & ponderaſſent phariſæi utique non murmuraſſent, uerum faſtu inani & Beda inuidia excæcati erant, gemino, ut ait Be-da, inuoluti errore, dum magiſtrum ueri-tatis calumniati ſunt, nam & ſeipſos bonos eſſe credebant, qui turgida ſuperbia in-flati procul receſſerant a uia ueritatis & iuſtitiæ, deinde & illos pro iniuſtis accuſa-bant qui ad meliora conuerſi non parum acceſſerunt ad iuſticiæ ſemitam, hic ergo error iſte fuit, quando nec ſua nec aliorum pectora cognoſcebant.

4. Audiens hæc dominus ait: Non eſt opus ſanis medico ſed male habentibꝰ, forſitan & corporaliter murmurationem hanc exaudiuit dominꝰ, nam quum opti-mæ fuerit conſtitutionis, externas quoque ſenſuum facultates & uires habuit ſubtiliſ-ſimas: Aut ut minimum cognouit hoc per ſuam omniſcientiam, quando nec eorum cogitationes ipſum latuerunt, imo & Ze-lus dei & animarum charitas fecerunt, ut omnia audiret, iuxta illud ſapiētis: Auris Sap.1 Zeli audit omnia, & tumultus murmura-tionum non abſcondetur: Tu interim re-ſponſum hoc conſydera: Non eſt opus ſa-nis medico, ſed male habentibus, quaſi di-ceret, inquit Theop. non ueni nunc tanq; Theophy. iudex ſed medicus, unde & fœtorem fero, Oſtendit per hoc, præcipuū illud eſſe offi- Beda cium ſuum propter quod uenerat, curare peccatores, ſimulq; ſugillat ſcribas & pha-riſæos, qui iuſtos ſe putantes peccatorum cōſortia declinabāt, & diuinę gratiæ auxi-

lium

lium non inquirebant: ſicq; ſeipſos non co-
gnoſcebant: contra ꝙ dixerat Iohannes ba
Iohã. 3 ptiſta: Non poteſt homo de ſe accipere q̃c-
q̃, niſi datum fuerit ei de cœlo: Phariſæi
bonos ſe & diuites eſſe putabãt in iuſtitia,
Matth. 23 qui q̃ fuerint integri per longum diſſeruit
apud Matthæum dominus, ita ut eis dici
poſſit illud Iohãnis: Dicis quia diues ſum
Apoca. 3 & locupletatus, nullius egeo: & neſcis q̃a
tu es miſer & miſerabilis, pauper, cęcus &
nudus. Non eſt ergo ꝙ cogites dominum
non etiam uocaſſe bonos: quoniã ſine gra-
tia & uocatione Dei boni non eſſent: hic
autẽ iuſtos appellat, qui quum iudicio dei
iuſti non erant, ſe tamẽ tales eſſe credebãt.
Huiuſmodi iuſti, iuſti non ſunt: ſed tales
Lucæ. 18 quibus competit iſtud quod de quibuſdã
& 10 in Euangelio dñs dixit: quia in ſeipſos cõ-
fidebant tanq̃ ſi iuſti eſſent, ſed interim do
minus docuit diſcipulos ſuos, ut iuſtitia eo
rum habundaret plusq̃ ſcribarum & pha-
Tomo. 2 riſæorum. Qua de re alias multa copioſius
fol. 109 diſſeruimus.

Dominus hic Iudæos tanq̃ immites &
immiſericordes redarguit, eo ꝙ nolebant
peccatores iuuari: itaq; uelut indoctos &
Theoph. imperitos ablegat eos, ut diſcant quid ſit il-
Oſæ. 6 lud: Miſericordiam uolo non ſacrificium.
Hierony. Ait Hiero. Pungit hic phariſæos & tacite
corripit de fictitia eorum probitate, qui pu-
tabant ſe peractis, iuxta legem ſacrificijs o-
mnia expleuiſſe, neq; ſic curam habebant
charitatis proximi, & miſericordiæ. Hoc
itaq;, ait ille, diſcite o phariſæi, hoc ignora-
ſtis hactenus, & plus tribuit Deus miſeri-
cordiæ in peccatorem exhibitæ q̃ ſacrifi-
cio ſibi oblato. Et loquitur hic dominus
de ſacrificijs legis, quibus p̃ualet miſericor
dia ſemper ualens: quũ iſta non ſemper ua-
leant, nuncq; finem ſuum habeant: neq;.n.
iam amplius uituli, oues aut boues offerũ-
tur, iuxta illud quod per prophetam domi
Eſa. 1 nus innuit, dicens: Holocauſta arietum, &
ſanguinem agnorum hircorumq; ſe nolu-
iſſe. A quo non diſſentit iſtud Dauidis:
Pſal. 50 V tiq; holocauſtis nõ delectaberis. Et aliud
49. & 39 Nunquid manducabo carnes thaurorum
aut ſanguinem hircorum potabo? Rur-
ſusq; aliud: Sacrificium & oblationem no-
luiſti, holocauſtum quoq; pro peccato non
poſtulaſti. His accedit dictum Sapientis:
Facere miſericordiam & iudicium magis Proue. 21
placet domino q̃ uictimæ. Theophy. pu- Theophi.
tat dominum quando dixit, Non ueniſſe
ſe uocatum iuſtos, per ironiam eſſe loquu-
tum, quaſi dicere uoluiſſet: Nolo uos, iuſti
ẽm eſtis: non igitur uos uoco. In ueritate
tamen omnes homines peccatores erant,
excepta Maria, & omnes illos ſufficienter
uocauit deus. Eſt hic gloſſa quæ geminã Gloſſ.
proponit uocationẽ: alterã ad familiarita-
tem & amicitiam, quomodo iuſti uocati
ſunt: alteram ad pœnitentiam, & ſic Chri-
ſtus uocauit peccatores. Manifeſte hoc
Lucas expreſſit, qui ideo adiecit illud & di
xit: Non ueni uocare iuſtos, ſed peccato-
res ad pœnitentiam: ſic Petrum, Andręã,
& Nathanaëlem uocauit ad maiorem per-
fectionem, ut Beda teſtatur, Matthæum, Beda
Magdalenam & quoſdam alios uocauit
ad pœnitentiam. Omnes autem homines
uocauit ad æternæ gaudia uitæ, quæ no-
bis idem qui promiſit concedat Ieſus Chri
ſtus dominus noſter, Amen.

De ſancto Mattheo apoſtolo & Euangeliſta.

MAtthæus natus Iudæus de tribu
Leui: unde & cognomen traxit,
quo eum Marcus & Lucas appel-
lant, officio telonearius fuit & publicanus,
a Chriſto tamen uocatus ad apoſtolatum:
poſt reliquorum apoſtolorum diuiſionem
quum iam aliquamdiu prædicaſſet Euan- Hierony.
gelium & fidem Chriſti, primus omnium
iã ad gentes profecturus fratribus lingua
Hebræa ſcripſit Euangelium, quod quis
nam uerterit in græcum, nõ conſtat autho Euſebius
re Hieronymo, qui teſtatur tamen textum
Hebraicum habitum eſſe in Bibliotheca
Cæſareæ, & fratres in Beræa Syriæ, qui eo
dem utuntur Euangelio, ſibi illud dede-
rint tranſſcribendum. Proh dolor autem
illud iam nobis in lingua Hebræa plane
perijt. Pont. Max. Nicolaus V. eruditio- Nicola. 5
nis omnis & eruditorũ amator maximus
quinq; millia ducatorum promiſit ei qui
Euangelium Matthæi in Hebræo ſibi aſ-

ferret. Matthæus deinceps aliquam diu p̃dicauit in Macedonia, ſtatimq; in Aethiopiam & Aegyptum profectus eſt; in Aegypto exceptus hoſpitio eſt ab Eunucho Actu. 8 reginæ Candacis, quem Philiphus diaconus baptizauerat, apud eum apoſtolus cõgregauerat q̃ plurimos, qui baptiſmum cum fide ſuſceperunt. Erant aũt in ciuitate Nadaber magi duo qui impoſturis & p̃ſtigijs ſuis homines decipiebant, ut quoſcunq; uolebant, eos uſu membrorum & ſanitate priuarent: Matthæus omne eorũ maleficium abrogauit, quoſq; iſti infirmos fecerant hos ille ſanos reddebat. Inſuper magi dracones duos igniuomos produxerunt qui lęderent apoſtolos, ſed ſigno crucis munitus apoſtolus effecit, ut dracones ſopitos iã nec ipſi malefici poſſent excitare. Matthæus a plebe rogatus, ut a Magorum incantamentis ipſam liberaret, cæpit admonere eam recipere Euangelium & fidem Chriſti. Inter hæc clamor exortus eſt filium regis Aegypti eſſe defunctum, quẽ quum non poſſent ſuſcitare Magi, conſuluerunt ædificandum ei eſſe templum, ſiquidem in numerum receptus eſſet deorũ. Regina ab Eunucho pſuaſa uocauit Matthæum: iſq; ſtans ſuper cadauer adoleſcentis clara uoce precatus, apprehẽſa eius manu dixit: Euphron in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti ſurge: ac protinus ſurrexit filius. Magi confugerunt in Perſiam, ubi per Symonem & Iudam ſimiliter confuſi ſunt. Ibi rex cum populo baptizatus eſt, templum quoq; magnificum in honore reſurrectionis Chriſti dedicatum, Epiſcopi, ſacerdotes & diaconi ab apoſtolo conſtituti, regiſq; filia Iphigenia alijs uirginibus quæ deo ſeruiebant, & caſtitatem uouerũt magiſtra ab eodem præfecta. Et ſic Matthæus 23. annis fidem plantauit pacatus idololatriam extirpauit. Mortuo autem rege, Hirtacus Exadelphi ui conatus eſt ſe in hereditatem eius intrudere, iſq; Iphigeniam ſibi cupiuit uxorem ad confirmationem regni, ſed reſiſtente apoſtolo iratus ille, apoſtolum ſemel ſancta dei peragentem myſteria, & expanſis brachijs aſtantem ad aras, orantemq; gladio transfodi fecit. Cui amplum & inſigne templum extrui curauit Iphigenia, ipſumq; in eo ſepeliri, corpus eius ſucceſſu temporis in Salernum regni Neopolitani delatum eſt. Hunc apoſtolũ ſanctum omnes hodie ueneremini et orate, quatenus &c.

Animus erat, quia Matthæus mihi electus eſt apoſtolus, honorem & priuilegia apoſtolatus hic explicare, ſed tamen conſultum uiſum eſt decentius illud futurum, quando infra in cõmuni de apoſtolis quaſdam Homilias ponemus. In eum locũ rem hanc differre uolumus.



Die S. Mauritii martyris & ſociorum eius, Euangelium. Matthæi quinto.

IN illo tempore: Vidit Ieſus turbas aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum, docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Beati mites, quoniã ipſi poſſidebunt terram. Beati qui Lucæ. 6

eſuriunt

eſuriūt, & ſiciūt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam cōſequentur. Beati mundo corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam ipſi filij dei uocabūtur. Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati eſtis cum maledixerint uobis homines, & perſequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum uos mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis.

Homilia prima.

Videns dominus turbas &cę. Similem Euangelij contextum ſupra in die S. Sebaſtiani tractauimus, an hoc quod iam habemus in manib⁹ idem ſit ſermo cum priori ex Luca deſumpto, dubium quidem eſt: nam Lucas ait, illud quod ipſe ſcribit in loco campeſtri factum, *Lucæ. 6* Matthæus autem hic in monte: In ſermone Lucæ ſtetit dominus, hic ſedit. Apud Lucam ad turbas, hic apoſtolis loquitur. Ad hæc plura Matthæus ꝙ Lucas complexus eſt. Auguſtinus quæſtionem hanc *Auguſt.* proponit libro ſecundo, cap. 19. de conſ. Euangeliſta. & oſtendit quomodo poſſet hic ſermo unus eſſe, ſed tamen duo fuerunt neqꝫ tamen longe hic poſt illum factus eſt in uno itinere. Nam quum populus augeretur aſcendit in ſummitatem montis, ibiqꝫ pernoctauit orando, mane facto 12. elegit *Lucæ. 6* apoſtolos, cum quibus a uertice montis declinauit ad latus, ea parte qua planicies aliqua apparebat amplior & iucundior, ibi ſtans expectauit populum, quo congregato cæpit prædicare diſcipulis ſibi proximis: ita tamen ut omnis populus audiret. Quicquid hoc ſit, non magnopere laboramus, quinpotius dominum pro gratia rogemus, ut nos opere implere queamus, qđ ſermo hic uerbis nos docet. Nunc ipſum contextū adgrediamur. Videns Ieſus turbas: uidens pium adfectū populi ſe ſequētis, cōmotus eſt ad p̄dicandū, ſic quilibet p̄dicator uidens hominū multitudiné ante ſe multo alacrior efficitur ad prædicandum, moleſtum eſt parietibus prædicare (excitat eñ auditor ſtudium) Aſcendit in montem, inquit Hiero. ſecundum literam, non *Hierony.* nulli ſimpliciū fratrum putant eū beatitudines, & cætera quæ ſequuntur in olineti monte docuiſſe, qđ nequaqꝫ ita eſt. Ex precedentibus .n. & ſequentib⁹ in Gallilęa mōſtratur locus, quē putamus eſſe uel Thabor, uel quemlibet alium excelſum montem, ſicut iam mons ille non procul a Capharnaum oſtendi ſolet fratribus, habens in longitudine forſan duos iactus lapidis, & unum in latitudine uerticis. Vidit Ieſus turbas, aſcendit ab eis in montem, ut ait Chryſoſtomus, nolens uideri ab hominibus, ut in urbe domiciliū quæreret, ut glo *Chryſoſt.* riolæ captandæ gratia concurſum appeteret hominum: ſemper eñ quum turbæ eū obruerunt triplex habuit refugium, uel in montem aſcendit, uel ſeceſſit in deſertum, uel conſedit in nauim. Poſſet hinc, authore Theoph. ſpiritualis peti informatio, qua *Theoph.* ſi docere nos uoluerit dominus a media ſecedere turba, quādo docemus: Quis Chryſoſt. plures rationes adducit, in opere ſup Matthæum perdito aut latente. Principio eñ uoluit ſic implere dominus prophetiā de ſe: Aſcende in montem excelſum qui E *Eſaiæ 40* uangelizas Sion, quia per ſublimitatē ſpiritus attrahere debet audientes: deinde predicatores ſuo docuit exemplo ſtare in ſummo apice ſpiritualium uirtutum, quando intendunt docere iuſtitiam dei: ſiquidem non bene loquetur de monte qui operibus ſuis ſtat in ualle. Vel etiam ideo aſcendit in montē, ut p̄dicator aſcendat in montē Eccleſiæ, in locū p̄dicatori conſtitutū, contra hoc qđ noſtro iam ſæculo Neochriſtianorum textores & ſutores ſe erigunt aduerſus Paulum dicentem: Quomodo p̄dicabunt *Roma. 10* niſi mittantur? Auguſt. li. 1. de ſer. domini in monte ſic ait: Aſcendit in montem ut *Auguſti.* ſignificet, quia minora erant præcepta iuſtitiæ quæ a deo data ſunt per prophetas populo Iudæorum, quem timore adhuc

alligare oportebat, per filium autem ſuum maiora populo quē charitate iam conuenerat liberari. Moyſes.n.& ipſe quidē legem accepit in ſummitate montis Synai: attamen nec pecudes, neq; homines audebant tangere montē, Moyſes uero detulit legem de monte in uallem: fecit hoc deus pater, & non diſſimili modo filius nouum Teſtamentum dedit in monte. Et hoc eſt quod *Hierony.* ait Hiero. dñs ad montana conſcendit, ut turbas ad altiora ſecum trahat, ſed turbæ aſcendere nō ualent, ſed ſequuntur diſcipuli, quibꝰ & ipſe non ſtans, ſed ſedens & cōtractus loquit̃, non ſtans, quia intelligere nō potuiſſent refulgentem in maieſtate, ꝗuis *Auguſt.* idipſum qđ ſedit Auguſt. ad magiſterij refert dignitatē, quia docenti nihil conuenientius eſt ꝗ̃ ſedere, ideo & Pſaltes cathe- *Pſal. 106* dram uocat ſeniorum.

2. Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, in- *Theoph.* quit Theoph. Aliæ quædā turbæ propter miracula, diſcipuli autē propter doctrinam *Auguſti.* accedunt. Auguſtinus ait: Acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, ut audiēdis uerbis illius ij etiam eſſent corpore uiciniores, qui præceptis implendis animo appropinquabant *Eſa. 8* Impleuit per hoc dominꝰ Eſaiæ prophetiā quæ ſic habet: Liga teſtimoniū, ſigna legē in diſcipulis meis. Ibi aperuit os ſuum & docuit eos. Superfluum forſitan putaret quis hoc eſſe: nam ſi dicere uoluit & docere, oportuit eum os aperire. Rñdet *Chryſoſt.* Chryſoſt. adiunctū hoc eſſe, quia dominus non quum loqueretur modo, uerū etiam quum taceret, docebat. Interdum enim os aperuit, alias uocē operibus emiſit. Hoc quoq; conſyderandū eſt, quia ubicunq; additur aperuiſſe dominum os ſuum, ſemper notabilis quædam ſequitur doctrina: ſicut & hic factum cernitur, nam potiſſimi duo ſermones quos Euangeliſtæ ſcripſerunt, ſunt illi, alter quem narrat Iohannes per 4. ca- *Iohan. 14 15.16.17* pita: alter hic per 3. capita deſcriptus, ſup̃ eo dicit Auguſtinus, ꝙ quecunq; pie & ſobrie, hoc eſt prudenter rem hanc expendit is inueniet in hoc ſermone quantū ad bonos mores pertinet, & uiam Chriſtianæ uitæ perfectam, ſicut & concludendo ſer- *Matth. 7* monem hunc dicit dominus: Omnis qui audit uerba mea hæc, & facit ea. (Ecce ꝙ oportet etiam facere nō in ore tantum aut ſinu circumgeſtare) aſſimilabitur uiro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Recte itaq; de eo dixit Sapiens: *Proue. 31* Aperuit os ſuum ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Doctrina autem quam dedit hic dominus diſcipulis omniſq; populus audiuit incipit a beatitudinibus octo, ꝗuis ſunt qui tantum ſeptem numerent: ſicut & ſeptem dona ſpiritus ſancti, *Auguſti.* quibus etiam Auguſtinus beatitudines octo comparat in ſermone domini in monte. Præ omnibus hic dicendum eſt, ut ſequentia cuncta magis pateāt, ne quis ſimplicior audiens dominum de beatitudine loquentem, loqui putet de beatitudine uitæ æternæ, ſed de beatitudine bonorum operum hic in terris, quibus beatitudinem futuri ſæculi mereamur (Eſt beatitudo meriti, non præmij, beatitudo uiæ non patriæ, beatitudo curſus nō brauij, beatitudo ſpei non tentationis, ſicut ait apoſtolus: Spe ſalui facti ſumus. Et de illa beatitudine communiter loquitur ſcriptura.) Quid multa? beatitudo hæc ſementis eſt, illic autem beatitudinem meſſis habebimus: tria enim ſunt in hominibus bonis, & quodam modo beatis hic in terra quibus uitam meretur æternam: uirtutes, dona ſpiritus, & beatitudines octo. Nam quiſquis adeo fœlix eſt, ut per ſcalas hic aſcēdat ad dominū etiam hic acquirit fructum ſpiritus ſancti, benignitatem, tranquillitatem & ſuauitatem animi tantam, ut in cultu dei & honeſtate omniū maxime ſuper omnes res mundi huius oblectetur. Nos textum proſequētes de beatitudinibus octo, reliqua nunc miſſa faciamus.

Tamen pro cupido inquiſitore ueritatis, dabo ſaltem has Tabellas, ut latius inquirat apud ſanctum Thomam in 30. diſtinctione 34. & melius in ſumma: Gerſonem in ſecunda in compendio: Alexandrum de Ales In ſumma, Antonium in quarta parte &cę. Aſpice Tabellas, quas tradidi pro Scholis.

Virtutes

Virtutes Septem.		Dona Septem.		Beatitudines octo.
1. Fides		1. Sapientia utriuſq;		1. Paupertas ſpiritus
2. Spes	Theologicæ	2. Intellectus		2. Luctus
3. Charitas	1. Corin. 13.	3. Scientia	Intellectus.	3. Miſericordia
4. Prudentia		4. Conſilium		4. Mititas
5. Fortitudo	Cardinales.	5. Fortitudo		5. Munditia cordis
6. Tēperātia	Sap. 8.	6. Pietas	uoluntatis.	6. Pax
7. Iuſtitia		7. Timor	Eſaiæ 11.	7. Patientia
				8. Perſecutio pro Chriſto Matthæi 5.

Fructus ſpiritus, duodecim, Galathis V.

1. Charitas	5. Benignitas	9. Fides
2. Gaudium	6. Bonitas	10. Modeſtia
3. Pax	7. Longanimitas	11. Continentia
4. Patientia	8. Manſuetudo	12. Caſtitas

Hæc omnia non exiſtimo differre, niſi ſicut intenſum & remiſſum: ſicut perfectum & imperfectum: ſicut ſegetem & meſſem. Nam charitas, quæ incipit eſſe uirtus in Chriſtiano, ſi in ea perſeuerauerit, expedite, & ſine impedimēto aget ſecundum eam ut uere ſapiens ſit, in qua ſic exercitus, ut quaſi ſine impedimēto, aut retrahente tendat in deum: ut iamiam future uitæ expectatione incipiat eſſe beatus: & ſic in culmine ſcalæ cœleſtis, uirtutum, donorum, ac beatitudinum poſſit⁹: ſupra humanum cogitarū delectatur & fruitur diuinis, ubi ſic exhilaratus, nihil aliud optat, niſi cum Paulo, diſſolui & eſſe cum Chriſto. Feci deinde alias tabellas, quomodo dona, beatitudines, ac fructus ad uirtutes reducātur ſed forte humiles illud non caperent: ideo remitto ad ſcholas. Sed innumeros poteris condere ſermones ex prædictis &c.

3 In monte diſcipulos dominus elegit duodecim, ſtatimq; eis dedit Euangelium incipiens a beatitudinibus octo: ſiquidem tum etiam Dauid librum Pſalmorum exorſus eſt dicens: Beatus uir qui non abijt
Pſal. 1 in conſilio impiorum, & in uia peccatorū non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit. De ſingulis ijs multa dicere nūc animus non eſt, ſed longiorem tractationem differemus in feſtum omnium ſanctorum. Et tamē ut hic quoq; intelligatis, quomodo ſanctus martyr Mauritius cum ſocijs
ſuis adeptus ſit beatitudines illas octo in terra, quibus confirmati ſunt etiam ſangui
nē pro Chriſti nomine fundere, lubet pau-
liſper illas cum donis ſancti ſpiritus com- 1.
parare. Prima itaq; paupertas ſpiritus eſt,
quæ non tantum in rerum temporalium
contemptu conſiſtit, ſed & in humilitate &
obedientia. Ad id proderit nobis donum
timoris domini: ſiquidem omnem expel-
lit ſuperbiam. Ex hac paupertate ſpiritus 2.
mititas enaſcitur, ut iam non ſinat quis cō-
moueri ſe contumelia & iniquitate: qui.n.
uere pauper ſpiritu eſt, ut non amat bonū
quod habet, ita nec de eo quod amittit do-
let. Multum hic commodat donum pie-
tatis, quæ immitem expellit ſpiritum inui-
diæ. Inde rurſus ex duabus illis beatitudo 3.
luctus proficiſcitur: ſiquidē quum nullus
homo atq; nec infans unius diei peccatis Iob. 15
careat, & iuſtus ſepties in die labatur, meri Proue. 24
to quilibet de cōmiſſis peccatis lugere de-
bet. Eo faciet ſpiritus ſcientiæ, per quem
quis peccata ſua & miſeriam agnoſcit, atq;
indignabundus eijcitur ſpiritus iræ, qui o-
mne quod ſcientia illuminat, confundit.

Atq; hæ tres ſunt uirtutes ſiue uires ho-
minem educentes ex hoc ſæculo nequam.
Porro beatitudo eſt & deſyderium iuſtitię, 4. Auguſti.
quia ut Auguſtinus probat, in hac uita p-
fecta iuſtitia eſſe non poteſt, donec perue-
niamus ad uitam æternam. Iuſtitia autem
hæc exigit, ut quis cuiq; quod ſuum eſt tri-
buat deo, ſibi & proximo. Ad hoc condu-

cet donum fortitudinis: qui enim mollis
eſt facile a iuſtitia deficit per timorem,pu-
ſillanimitatem,luxum, munera,& ſimilia.
Virtus hæc ſpiritum expellit ignauiæ. Pro
fecto enim quum quis Deo & ſanctis dat,
quod illis debet,is nulla torpebit pigritia.
5 Huc iam adnumeranda eſt miſericordia,
quoniam iuſtum eſſe et non miſericordem
a tyrannide & furore nihil diſcrepat. Com
modabit ad hoc donum conſilij, ſiquidem
conſilium profecto ſalutare eſt miſericor-
diam exhibere proximis noſtris,ut & no-
bis miſericors ſit domin9 deus noſter, noſq;
hinc expellamus ſpiritum auaritiæ. Neq;
poſtremum locum habet mundicia cordis
quam Adã die ſexto creatus amiſit, Chri-
ſtus autem ſexta natus ætate reſtituit & re
6 ſtaurauit. Ad id proderit ſpiritus intelle-
ctus,qui cor mundum efficit, quo pellitur
malignus ſpiritus gulæ, hominem faciens
7 immundum & beluinum. His accedit
ſancta & candida pax, exigua quidem ad-
huc hic in terra,q̃uis magnus ſit theſaur9
tranquilla pax conſcientiæ,ſed tota pax in
magno ſabbatho confirmabitur fœlicita-
tis æternæ: pax autem hic nobis poſſibilis
eſt per gratiam dei, qua adiuti eam quæ in
ter carnem & ſpiritum eſt pugnam com-
peſcimus, ſpiritum adiuuamus: neq; parũ
ibi nos iuuabit ſpiritus ſapientiæ, ꝙ nobis
diuina & ſpiritualia ſapiant, tunc omnia
carnalia uileſcent: pellitur itaq; hic ſpiritus
luxuriæ, qui quantum in ſe eſt carnem &
concupiſcentiam adiuuat aduerſus ſpiritũ,
ut in multis locis Paulus teſtatur.
Vltima beatitudo eſt patienter ſuſtinere 8
perſequutionem propter Chriſtum, quæ
ſuperiores omnes perficit & declarat, eo
ꝙ ſingulæ in hac probantur. Aut quomo-
do melius probetur qui pauper eſt ſpiritu
niſi in tribulatione, ſimiliter & an quis ue-
re ſit mitis? Multi enim admodum ſunt
mites, dum ſuæ res non aguntur, quũ pri-
mum autem ab aliquo leuiter ſaltem ta-
ctus fuerit, iam perturbata ſunt omnia.
Vſq; adeo ſingulas illas perſequutio pul-
chre probat, declarãs inſtabiles eijci, pro-
batos autem multo apparere tum mundio
res tum ſpectatiores.

Hugo adaptat ſeptem petitiones domi-
nicas, cui nos hic uiolenter addiximus, ne
latius euagaremur, ſed capiſtro quaſi diſti-
neremur in his anguſtijs, non palabundi
oberrãtes, forte opportunius in Feſto om-
nium ſanctorum uotis noſtris ſatisfacie-
mus. Accipe prædictorum Tabellam pro
memoria.

Beatitudines.	Dona ſpũs ſancti.		Spũs maligni.		Petitiones orationis dñicæ.
Paupertas ſpiritus	*Timor*		*Superbiæ*		*Sed libera nos à malo*
Mititas ſeu manſuetudo	*Pietas*		*Inuidiæ*		*Et ne nos inducas in tentationem*
Luctus	*Scientia*	Expel-	*Iræ*	*Quia o-*	*Dimitte nobis debita noſtra*
Deſyderium iuſtitiæ	*Fortitudo*	*litur,*	*Accidiæ*	*ramus,*	*Panem noſtrum quottidianum.*
Miſericordia	*Conſilium*		*Auariciæ*		*Fiat uoluntas tua*
Mundicia cordis	*Intellectus*		*Gulæ*		*Adueniat regnum tuum*
Pax	*Sapientia*		*Luxuriæ*		*Sanctificetur nomen tuum*

Beati qui perſecutionem patiuntur, propter iuſtitiam,
quoniam,omnibus malignis ſpiritibus
expulſis,ipſorum eſt re-
gnum cœlorum.

De Sancto Mauritio martyre & ſocijs eius.

QVum temporibꝰ Imperatoris Diocleciani plurimę in Romano imperio tum ſeditiones tum defectiones orirentur, adiunxit ille ſibi Cæſarem cōregnantem, ſicuti nuna interdum ſimul cum Cæſare Rex eligi & conſtitui ſolet, qua gratia milites ex omnibus prouincijs cōuocabātur. Inter alios miſſi ſunt ex amplisſima Aegypti ciuitate Thebis, quas a centum portis Homerus ἑκατόμπυλους, noſtri Poëtæ centifores dixerunt, milites qꝫ plurimi ad iuſtam legionem collecti, eorū ſupremus princeps fuit Mauritius, uexilliferi autem Exuperius, Candidus, Gereon Vitalis, Innnocentius &c. ij omnes iam ante in fide Chriſti eruditi etiam a pontifice Hieroſolymitano, cui nomen Zabdo, baptizati fuerant. Miſſi autem a ſuis ſuperioribus Romam uiſitarunt ſanctum pontificem Marcellum, qui poſtqꝫ eos in fide confortauit, ſimul etiam benedictionem ipſis contulit. Quum autem conueniſſet exercitus, miſit Dioclecianus Maximianū in Galliam, ut inobedientes reuocaret, fuitqꝫ Maximinianus cū primis homo malignus & præterqꝫ quod auariſſimus erat, libidinoſus, & tyrannus furioſiſſimus, multiſqꝫ alijs ſceleribus & flagitijs inſignis, idololatra etiam erat maximus planeqꝫ impius erga Deum qui in cœlis eſt, conatus fidem Chriſti uniuerſam funditus extirpare, ſicut & Euſebius commemorat, quamobrē cruenta aduerſus Chriſtianos excitata eſt perſequutio. Ita ſtatim in expeditione uerſus Galliam præcepit undiqꝫ Chriſtianos urgeri ad fidei abnegationem, uel uarijs ſupplicijs adfici uſqꝫ ad mortem. Quumqꝫ iam Maximianus alpes & montana ſuperaſſet, atqꝫ montem S. Bernhardi tranſijſſet in oppidū olim Octodurū, nunc Martenacum dictum (eam ciuitatē ſunt qui putent ſupremam eſſe Metropolim Valeſiorum, quæ dicitur Sedunum) Ibi quum expectaret exercitus, ipſeqꝫ iam Mauritius cum ſuis ſequutus inueniſſet Imperatorē idolatram dijs ſacrificantem, progreſſus eſt miliaribꝰ octo ad Rodanum, in oppidum quoddam Augunum, quod nunc appellatur S. Mauritij in Sabaudia. Multa hic interpoſita mora quum res diu differreret ablegauit interim Imperator quoſdam a ſe S. Gereonem, S. Victorē, Caſſium, Florentium, & alios complures. Tandem quū illud Imperatoris edictum perueniſſet in ipſum exercitum, quomodo Chriſtianos in expeditione perſequi, & occidere deberent, ſoli Thebæi milites recuſarunt, dicentes huic iniquo mandato ſe parere minime deuinctos. Id ubi tyrannus cognouit Maximianus, miſit ad eos primates ſui exercitus, edicto adiuncto de ſingulis decenarijs, ut quemqꝫ ordo tetigerat, capite plectendis, quo exemplo cæteri deterriti diſcerent ſuo parere mandato. Quo facto denuo iuſſit ipſos quoqꝫ perſequi Chriſtianos, id quū abnuerent, contemnentes eius iuſſionem; rurſus præcepit per denarium numerum ſingulos, ut antea decollari. Vidiſſes hic mirandum ſpectaculum, ita nullus horror, nullus erat hic metus, ſed alius alium ſolabatur, & confirmabat in fide, ut iam arderent eorum animi in ſuſtinenda paſſione & obeundo martyrio. Audiſſes hic S. Mautitium ſingulos eos ad conſtantiam exhortantē, menteſqꝫ eorum erigentem & confortantem in propoſito firmo perſeuerantiæ Chriſtianæ. Quum autem tyrannus in uęſano ſuo perſiſteret inſtituto: reſponderunt ei per internuncios, Imperator milites nos tuos eſſe cognoſcimus, ſed tamen miniſtros dei, tibi militiam, illi innocentiam debemus: a te laborum noſtrorum ſtipenda recipimus, ab ipſo uitæ noſtræ ſuſcepimus orginem: in hoc Cæſarem ſequi non poſſumus ut uitæ datorem & dominum abnegemꝰ. Manus noſtrę certare & pugnare poſſunt aduerſus iniuſtos & impios, pios autem & conciues laniare non poſſunt. Huiuſmodi multa denunciarunt tyranno, qui illorum comperta conſtantia in fide, diffidens iam ſuper illo ꝙ in decollando decimo quoqꝫ nihil profeciſſet, neqꝫ iam eos poſſet ab inſtituto deterrere, quodam in iudicio decreuit omnes eos occidere. (Hic uideo aliquos dicere, reuocatum Mauritiū ab Auguno fuiſſe Octo

Thebæ

Euſebius

duri cæſum cum ſuis, quare locus qui iam S. Mauritij dicitur, fuiſſe Octodurum: at id quod ſupra diximus Chorographis terræ illius, & Hiſtorijs ueteribus magis conſonum eſt: nã cum aliquot milliaribus ſit ſupra caput Lemanni, nõ poteſt eſſe alius locus, niſi qui iam S. Mauritij dicitur, & celebris eſt memoria martyrum Agaunenſium. Auganum tamen tunc computabatur inter Seduſios, & ager ipſe Veragrorũ dicebatur, hodie uiſitur locus, ad quem in ualle inter altiſſima iuga montium anguſtus & difficilis eſt introitus, pertranſitis autem anguſtiarum faucibus, Campus apertior ſe inter rupes diffundit, in quo ſancta legio conſederat.)

Atq; hinc omnẽ ſuum exercitum miſit contra milites Thebæos, ipſoſq; in quodã exiguo, ſed plano campo inter montana circumdedit, & facto impetu omnes eos confodi miſereq; interfici fecit: Thebæi autem nullo plane metu correpti, ſed ſancto dei amore ardẽtes arma a ſe abiecerũt, atq; ſic intrepidi, porrectis iugulis & ceruicibꝰ tyranni miniſtrorumq; expectarunt ſæuitiam, parati pro Chriſti nomine & fide fundere ſanguinem. Et hoc modo ſæuiente furore tyranni ſanctiſſima hæc martyrum legio occiſa eſt: ita ut locus ille totus corporibus undiq; plenus iacebat, ſanguis quoq; affatim ueluti per riuulos quoſdam permanabat.

Quumq; cruenti iſti miniſtri tyranni ſic animum ſuum explerent gaudentes ex rapina ſanctorum martyrum, ueteranus quidam miles non tamen ex numero Thebæorum nomine Victor, & is Chriſtianus tranſijt, is quum comperiſſet gaudij huius rationem, rem illi omnem recenſuerunt, ipſumq; ad cõuiuium inuitarunt. Qui abhorrens & ingemiſcens dixit: O me fœlicem, ſi & ipſe cum eis occiſus eſſem. Illi intelligentes Chriſtianum eum eſſe irruerunt & occiderunt ipſum. Poſt multos paſſionis huius annos cuidam ſancto Epiſcopo Theodoro reuelatum eſt, ut corpora martyrum canonizando glorificaret: quumq; omnes cõmonſtrati eſſent in plurimis foſſis iacentes: Innocentius adhuc integer in Rhodano inuentus eſt, ubi Epiſcopus templum extruxit reliquias in eo conditurus, hic quoq; rex quidam Sigiſmũdus collegium inſtituit, in qua ſtructura quum quidam etiam gentilis laboraret die dominico cæteris feriantibus, apparuerunt martyres clara luce, raptumq; illum percuſſerunt & increparunt quur hoc die operaretur, quumq; gentilis eſſet ipſe quare ædificationem templi huius adiuuaret: is pœnitentiã egit & credidit, factus Chriſtianus & baptizatus. Hinc porro Chriſtiani omnes hæc loca uiſitarunt, ſecumq; reliquias abduxerũt permittente Epiſcopo, ſicuti comites a Vulzahauſen & Schuabeck Auguſtam pertulerunt, & in honore dei ſanctiq; Mauritij ac ſociorum eius templũ extruxerũt, atq; illud largiter locupletarunt. Sic Bauariæ princeps Vtilo pater ultimi ducis Thaſſilonis qui a Carolo magno pulſus eſt, reliquias de S. Mauritio attulit, inq; honeſtam memoriam eius monaſterium fundauit inferioris Altæ. Vnde profectum eſt, ut antiqua apud Ingolſtadium parochia S. Mauritij memoriam adhuc ſanctam religioſe obſeruet: quoniam Abbas eiuſdem monaſterij diu, ciuitatem & parochiam poſſedit una cum Spitz & Vuachau in Auſtria. Atq; ideo quum Carolus magnus filio ſuo Pipino Lombardiam teſtamento legaret, Bauariam & quicquid protenditur uſq; ad lacum Brigantinum, ad Cletgey, Hegey, & Durgey, & ducatum Curenſem, excepit Ingolſtadium. Quidam ex optimatibus uiſitauit aliquando S. Mauritiũ in Sabaudia, & plurimum reliquarum ſecum ſumpſit, quum ueheret illas per pagum qui dicitur Ehingen ad Neccarum e regione Rotenburgi, ſteterunt iumenta, nec aliquo modo urgeri potuerunt ut procederent.

Videns hoc dominus ille, reliquias donauit incolis eius loci, comitibus ab Hohenberg, qui ibi extructo collegio in memoriã S. Mauritij & ſociorum eius reliquias adhuc ſeruant in hodiernum diem: Comites quoq; pagum illum muro circundederunt iureq; ciuium Rottenburgenſium donarunt, ſimilia multa recenſeri poſſent de diuerſis locis, quibus tamen ultro ſuperſedemus. Nomina ſodalitatis huius plura non

conſtant

conſtant niſi Mauritij, Exuperij, Candidi, Innocentij, Vitalis, & ultimi illius Victoris, atq; Thyrſi. Sed ut ad tyrannum Maximianũ fiat aliquando reditus, ſimulatq; ille Mauritium cum ſocijs omnibus occidi fecit in Agauno Sabaudiæ, iamq; intelligeret adhuc plures qui eorum comitati fuerunt legionem, eſſe Chriſtianos, præcipit ipſos quoq; adreptos occidi omnes, ſicut enim antea commemorauimus, tyrannus nonnullos ex legione Thebæa ablegarat, maxime uero Caſſium & Florentium cum alia cohorte ad Rhenum, aliam ſub Victore turmam circiter homines 330. ij apud Troiam oppidum Franciæ locum fixerant: Franci tunc Rhenum occupabant, ſicut & inde ui Galliam cæperunt ſibiq; uendicarunt, ac Franciam a ſeipſis appellarunt. Gereon autem cum ſocijs ſuis Coloniam Vbiorum ciuitatem profectus erat: quia nobilis quidam ex Germania inferiori nomine Cerauſius, ab Imperatore præfectus inferiorum nationum conſtitutus, defecerat ab Imperatoribus iamq; Romanum impetebat imperium. Miſerat ergo Maximianus Gereonem cum quibuſdam alijs Coloniam ad compeſcendum Ceraſium: Thyrſus autem ante Treuerim conſedit. Quumq; iam miniſtri impiã Maximiani commiſſionem recepiſſent de perſequendis martyribus Chriſti, occiderũt undiq; multos in prouincia quam nos iam Heluetiam dicimus, maxime uero in Kleckgey, aiunt plurimos eorum interfectos in Hallau, quam alij Haſlau nominant, ubi multæ ſeruantur huius ſodalitatis reliquiæ. Obiter aliquando audiui eas non ſic illuc deueniſſe, ꝙ ibi ſanguinem ſuum effuderint, ſed quia, ut ſupra diximus complures ex optimatibus S. Mauritium uiſitantes, reliquias ſecum domum retulerunt: & ſic feciſſe aiunt illuſtrem comitem Gebhardum a Nellenburg, qui in Schaffhauſen cœnobium Omnium ſanctorum ordinis Sancti Benedicti fundauit: eum quoque ferunt reliquias in Hallau tuliſſe: ſiquidem uicinia iſta tota ad comitatum Nellẽburg pertinuit, quem inde dux quidam Auſtriæ hæreditario iure acquiſiuit, quamuis nunc quadam ex parte ab Auſtria defecerit. Victor a miniſtris tyranni comprehenſus cum ſuis ſanctis militibus, ꝗuis bene & fortiter pugnauerat hoſtibus imperatoris cæſis: tamen eos quoq; propter nomen Ieſu ſupplicio affecit, omneſq; occidit. Sunt qui putent factum hoc in Elſſatia prope Kirchhaim, quæ tunc Troia dicta eſt, hoc ita ne ſit nolo contendere, nec impugnare, ꝗuis apud me ueri ſimilius eſt, ubi nunc Kirchhaim cernitur, ibi quondam Troiam quaſi Troiam nouã fuiſſe, nam ibi quoq; Franci qui ex Germania per Rhenum confugerant diu ſe cõtinuerunt, factaq; ex Gallia Francia, reges eorum aliquandiu hic regiam aulam habuerunt. Sed quorſum hæc tam multa? ſatis hoc uobis eſt Victorem unum ex ſancta Thebæorum militia iuſſu Maximiani tyranni cũ uniuerſo exercitu eſſe ob fidem Chriſti occiſum, ipſumq; ſanguine ſuo fidei ueritatem confirmaſſe. Porro profecti miniſtri tyranni aduerſus Caſſium, Florẽtium & reliquos ſeptem duces exercitus eos inuenerunt ad Rhenum circa Veronã omneſq; in Chriſti confeſſione perſeuerantes occiderũt: hinc rurſus expeditione mota Gereonem adgreſſi ſunt ante Coloniam aduerſus hoſtes imperij, Ceraũſiũ & alios decertantem (neq; enim uetus illa Colonia tantam habuit amplitudinem ſicut iã, ſed S. Gereon, ad apoſtolos, ad ſaluatorem & alia plæraq; loca tunc ante ciuitatem fuerunt) ibi omnes Chriſtum confeſſi ſunt, primuſq; adeo Gereon ſe hoſtiam deo uiuentem obtulit, deinde cæteri omnes ultro in mortem ſe dediderunt propter Chriſtũ, decollati omnes, corporaq; eorum in campo diſiecta, capita & corpora quædam in puteos deiecta ſunt: factum hoc eſt anno a ſalute reſtituta 287.

Hinc poſt annos 39. ſuperuenit Helena Conſtantini magni mater ea inter multa templa quæ extruxit, in ſanctam Gereonis & ſociorum eius memoriam, magnificum quoq; templum plurimis impenſis erexit ibi, quod adhuc cernitur, conquiſita ſanctorum corpora & e puteo ſuper quem templum conſtruxit leuata, honorifice tractauit: corpus tamen Gereonis non inuenit, ſed ipſe aliquando adhuc puer Colo-

niæ me memini audiſſe Gereonem ſe cuidam ſancto patri ad apoſtolos reuelaſſe, ſuamq; ei ſepulturam cōmonſtraſſe, & ſic inuenta omnia eſſe, corpus quoq; & ueſtimentum integrum repertum colore Veneto ſiue Thalaſſico, crucem etiam auream paruulam in pectore eius. Epiſcopus quidam Colonien. Euergeſillus magno correptus capitis morbo martyrum templum uiſitauit, ſtatimq; templum ingreſſus orauit: Exultabunt ſancti in gloria, ibi ex reliquijs (quibus ſuperior templi ambitus in orbem cōpoſitus plane plenus eſt) reſponſum eſt ei, lætabuntur in cubilibus ſuis. Quo audito Epiſcopus puluerem templi in capite ſuo aſperſit ſanatusq; eſt. Huiuſmodi miracula plurima dominus interceſſione ſanctorum martyrum operatus eſt, ſimulq; ſanctimoniam eorum toto orbe teſtatus eſt: ſicut in ijs locis etiam cōperitur, in quibus conſtans ipſorum memoria agitur, non tantum ubi corpora eorum quieſcunt, quæ omnia prætermittimus.

Etſi iam multos ex Mauritij ſocijs enumerauimus, nemo tamen ſuſpicetur non plures eorum fuiſſe ꝙ nos hic commemorauimus: nam qui diligentius circumſpiciunt plures adhuc inueniunt qui ad hanc militiam ſanctam pertinuerūt: ſicuti quælibet diœceſis ſuos patronos magis curat ꝙ alienos. Iam ſupra uerum oſtendimus numerum Agaunenſium martyrum, inter quos uolens Mauritius paſſus eſt martyrium, alij præceſſerunt, ut Victor, Gereon Caſſius. Alij ſequuti ſunt quos pari crudelitate tyrannus occidit propter fidē Chriſti, ut Auentorem & Octauium in Taurino, quæ ciuitas eſt Pedemontana priusq; ex Longobardia peruenias in Galliā, ſicut Alexander in Pergameno, & Secundus apud Vintimilium, S. Vrſus quoq; & Victor Soloduri in Sequanis, ubi S. Vrſus adhuc requieſcit multis clarus miraculis. Sed miſſis alijs multis tandem ad finem digrediamur. Audiuimus ꝙ fortiter Thebæi milites pugnarint, nomen Ieſu & fidē eius intrepide cōfitentes effuſo in hoc ſanguine ſuo uſq; ad mortē, ſicq; cruce Chriſti ſuſcepta, gloriam meruerint fœlicitatis æternæ, ut iam imperpetuū ineffabili gaudio cum Chriſto uiuant & regnent exultantes in cœlo, eo ꝙ uere regia uia adrepta apprehenderunt optimum & permanentem finem uitæ æternæ. Viciſſim crudelis tyrannus Maximianus ut turpiter uixerat ita miſerius adhuc mortuus eſt & imperpetuum damnatus, quia quum genero ſuo Conſtantino clam pararet uenenum, deprehenſa eius fraudulenta uerſutia eſt, & in Maſſylia iſte a Conſtantino captus atq; interemptus eſt, infœlicem & impiam uitam ſuam cōmerito fine concluſit, nos aūt ſanctos martyres imploremus, ut hic gratiam, illic gloriam conſequamur æternam, Amen.

Ante multos annos quum parochus eſſem S. Mauritij Ingolſtadij ſermonem feci quomodo quælibet tum diœceſis tum ciuitas ſingulare debeat habere refugiū ad ſuum patronum: qui proculdubio diligentius orat pro neceſſitate populi ſibi commiſſi, iuxta dictum Sapientis: In unamquamq; gentem conſtituit rectores, qui locus ꝗuis communiter de angelorum intelligatur cuſtodia, tamen patres etiam de patronorum tutela accipiunt, quorum memoria ſingularis in ſingulis ciuitatibus peragitur. Sic legimus Iudæ Machabęo in uiſione monſtratum a ſacerdote Onia uirum & ætate & gloria mirabilem, ueſtitumq; eius in decore magno fuiſſe, ubi Onias dixit: Hic eſt amator fratrum & populi Iſraël, hic eſt qui multum orat pro populo & tota ciuitate ſancta Hieremias propheta dei, Hieremias quoq; extenſa manu Machabæo gladium dedit aureum. Extende & habebis ſermonem, nam ſicut deus uariam influit per ſtellas corporeas, ita uarie influit per ſtellas ſpiritales, hoc eſt, ſanctos ſuos, nam in una terra creſcit argētum & plumbum, in alia aurum & cuprū in una uinum, in alia oleum, in una ſericū, in alia gleſſum, Chryſtallus, gemmæ. Et ſancti differunt ſicut ſtellæ, ut Paulus ad Corint. ſcribit. Applica & habebis bonum ſermonem: Ego diligentes me diligo Deo gloria.

1519. — Eccle. 17 — 2. Mac. 15 — 1. Cori. 15 — Proue. 8

Euangelium



Euangelium in die ſancti Michaëlis, & Angelorum omnium, Matth. XVIII.

Marc. 9 IN illo tempore: Acceſſerunt diſci-
Lucæ. 9 puli ad Ieſum dicentes: Quis putas maior eſt in regno cœlorũ? Et aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eum in medio eorum & dixit: Amen dico uobis, niſi cõuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cœlorũ, Et qui ſuſceperit unum paruulũ talem in nomine meo, me ſuſcipit.

Marc. 9 Qui autem ſcandalizauerit unum
Luc. 17 de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eiꝰ, & demergatur in profundum maris. Væ mundo a ſcandalis, neceſſe eſt em̃ ut ueniant ſcandala, uerũ tamen uæ homini illi per quem ſcandalum uenit. Si autem manus tua, uel pes tuus ſcãdalizat te, abſcinde ea, & proijce abs te, Bonum tibi eſt ad uitam ingredi debilem uel claudum, q̃ duas manus, uel duos
pedes habentem mitti in ignem æter Mar. 8
num. Et ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te, Bonũ tibi eſt unũ oculum habentem in uitam intrare, q̃ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, Videte ne contemnatis unum ex ijs puſillis. Dico enim uobis, quia angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei, qui eſt in cœlis. Venit enim filius hominis ſaluare quod perierat.
Quid uobis uidetur, Si fuerint alicui Lucæ 9
centum oues, & errauerit una ex eis, Lucæ. 15
nonne relinquet nonaginta nouem in montibus, & uadit quærere eam, quæ errauit. Et ſi contigerit ut inueniat eã, Amen dico uobis, quia gaudet ſuper eam magis q̃ ſuper nonaginta nouem, quæ non errauerunt. Sic non eſt uoluntas ante patrem ueſtrũ, qui in cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis.

Homilia prima.

EVangelij huius ſicut & totius capitis ſcopus eſt ſcandali euitatio, neq; enim uel alijs offenſam dare uel ipſi offendi debemus, & ꝙ præcauere maxime oportet teneræ ętatis offenſionem, deinde quomodo ſcandalizantes puniri oporteat. Quumq; dominus offenſam prohibet paruulorum, cauſſam inſinuat, eo ꝙ angeli illorum ſemper uident faciem patris cœleſtis, atq; ob iſtud epiphonema Euangelio hoc hodie utitur Eccleſia. Nos principio de ſcandalo dicamus quod nunc in mundo plurimum eſt, deinde de angelis, & tamen priuſq; aliquid de ſcandalo dicere incipiamus, libet ipſum

breuiter Euangelium ad literam percurrere.

Accedentes Ieſum diſcipuli interrogauerunt illum quis eſſet maior in regno cœlorum. Quid ſibi uult, inquit Hieronym⁹, repentina apoſtolorum interrogatio? In illa hora acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quis putas maior eſt in regno cœlorum? quia uiderant pro Petro & domino idem tributum redditum, ex æqualitate precij arbitrati ſunt Petrum omnibus apoſtolis eſſe prælatum, qui in redditione tributi domino fuerat comparatus. Non dũ habebant diſcipuli ſpũs ſancti perfectionẽ, humana igitꝰ imbecillitate & fragilitate ſæpiuſcule inter ſe rixati ſunt, & contenderunt de primatu, ſicut in die S. Iacobi multis diſſeruimus. Hic tamen prudentiam eorum conſydera, qui cꝫuis de ſummo in terris magiſtratu rixabantur, attamen quærunt, quis futurus ſit maior in regno cœlorum, nec de Petro tantũ quærunt an ipſe ſit maior futurus, ſed de omnibus in uniuerſum, & id quoqꝫ non aperte, ſed obſcurius. Namqꝫ & ipſi homines fuerunt, nos autẽ eis multo ſumus deteriores, neqꝫ ad eorum defectum pertingimus, ſiquidem quum illi de cœleſtibus inquiſierint, nos terrenis tantum lucris & honoribus inhiamus. In ijs eñ, ut ait Origenes, imitatores diſcipulorum Chriſti eſſe debemus, ſi quando aliquid in nobis quaſi dubium quæritur & non inuenitur, ut cum omni conſenſu accedamus ad Ieſum ſemper præſentẽ. Non eſt autem abſurdum ut ſecundum Chriſti exemplum interrogemus aliquem eorum doctorum, qui præpoſiti habentur Eccleſijs. Interrogarunt ergo diſcipuli ſuper eo quod inueſtigatu dignum erat. Quiſnam maior eſſet in regno cœlorum? hinc non obiurgauit eos dominus, ſed amice tanꝗ fidelis magiſter informauit.

Hierony. *Math. 17* *Chryſoſt.* *Orige.*

2. Sequitur: Aduocauit Ieſus paruulũ & ſtatuit in medio eorũ. Vulgare eſt illud, ꝙ in moralibus plus ualent facta ꝗ uerba, ideoqꝫ & dominus paruulũ ſtatuit in medio diſcipulorum, per hoc demonſtraturus quid ipſos facere oporteret, ſi ſublimem in cœlis locum appeterent. Magiſter in Hiſtorijs refert paruulum hunc Marcialem fuiſſe, qui deinde Petri diſcipulus factus eſt, & ab eo in Galliã miſſus ad prædicandum Euangelium, ſicut & fecit in prouincia Limoſi, atqꝫ in hodiernũ diem Lemonices iactant Marcialem Petri diſcipulum ſuum fuiſſe apoſtolum, qui & ibidem mortuus fœliciter conquieſcit. Vel ſimpliciter ut Hiero. putat quemlibet propoſuit puerum, ut ætatem quæreret & ſimilitudinem innocentiæ demonſtraret. Vel certe paruulum ſtatuit in medio eorum ſeipſum, qui nõ miniſtrari ſed miniſtrare uenerat, ut eis humilitatis tribueret exemplum. *Hierony.*

Theophylactus ſic ait: Quum uidiſſet Ieſus diſcipulos inanis gloriæ uitio teneri, cõpreſſit eos, oſtendens illis per puerũ faſtus expertem humilitatis uiã: quaſi dicere uellet: Adhuc in uobis adfectũ habetis & appetitum primatus: Mihi autẽ paruulum hunc uidete, qui faſtum omnẽ ignorat, adminiſtrationem nullã, nec dignitatẽ ambit honoris. Atqꝫ ideo ſubdit: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruulus, non intrabitis in regnum cœloꝝ, nõ præcipitur ut inquit Hiero. apoſtolis, ut ętatẽ habeãt paruuloꝝ, ſed innocẽtiã, ut ꝙ illi per ãnos poſſidẽt ij poſſideãt ꝑ induſtriã, ut malitia non ſapiẽtia paruuli ſint. Hinc Maximus ait, ꝙ inde diſcimus per humilitatẽ peruenire ad cœlũ: quiſquis ergo cupit altiorem in cœlo gradũ conſequi, is ſe in profundiorem deijciat humilitatem: ſimplicitate eñ pertranſitur & penetratur cœlum: multũ blandi ſunt paruuli, innocentes, ſimplices manſueti, obliuioſi omnium quæ aduerſus eos cõmittuntur, non ambitioſi ſunt, non turpẽ ſequuntur libidinem, ad eundẽ modum conformari oportet pios omnes, & ꝗ deo placere cupiunt, iuxta illud Dauidis: Innocentes & recti adhæſerunt mihi. (Extende illas ꝗ. conditiones & habebis ſermonem.) Sic itaqꝫ innocentẽ eſſe conuenit hominẽ, ut infantulus eſt, ſi modo peruenire cupiat ad cœlũ, ſicut ait Iob: Saluabitur innocens: ſaluabitur aũt mũdicia manuũ ſuaꝝ. Via in cœlũ, ait Maximus, anguſta eſt, teſtante etiã dño: Quiſquis ergo ſuperbia turget inflatus, uel auaritia impletus, anguſtã illã uiã ingredi non poteſt: paruulus ſit oportet ut puer ſi uelit intrare. Et hoc

Theoph. *Hierony.* *Maximus* *Pſal. 24* *Iob. 11* *Math. 7*

hoc eſt ꝙ domin⁹ uiam cœleſtem comparat foramini acus, quum ait, facilius eſt camelum intrare per foramē acus, ꝗ diuitem in regnum cœlorum, cogita ergo miſeriem peccator, quia ꝗ procul abes ab innocentia paruuli, tam diſtas a uia regni cęlorum, ideo & uos ab innocentia infantiæ ueſtræ, ſuccreuiſtis in ſuperbiam, auaritiam, luxuriam, inuidiam: Reuertimini ad priorem innocentiam ſecundum doctrinam Pauli, Malitia paruuli eſtote, ſenſibus autem perfecti: Redite in humilitatem unde excidiſtis, quia qui ſe humiliat ſicut paruulus, maior erit in regno cœlorum, ſibi ita dicente Iob: Quum ſe humiliat erit in gloria, ſic Petrus magiſtrum ſequutus docuit: Humiliamini ſub potēte manu dei, ut ille uos exaltet in die uiſitationis.

Math.19. 1.Cor.14 Iob.22 1.Pet.5

3. Porro ait dominus: Qui ſuſceperit unū paruulū talem in nomine meo, me ſuſcipit: Quilibet, autore Hilario: Chriſtianus pius & integer huiuſmodi paruulus eſt, ſequens patrem cœleſtem, obediens eccleſiæ, nihil uolens malum, non appetēs diuitias, non inſoleſcit, non mentitur, inuidet nemini, quicquid dicitur credit, talem quicunꝗ ſuſcipit, fidem ei fraternam exhibens, hoc Chriſtus ipſe ſuſcipit tanꝗ ſibi impenſum, ſicut & apoſtolis ait: Qui uos recipit me recipit, quaſi diceret: Non tantum oportet uos humiles eſſe, ſed & ſi alios humiles propter me in honore habueritis, mercedem accipietis: Paruulum, inquit, talem, talem humilem, quia ſuperbum inopem odio habet ſapiens: Hinc Paulus Timotheum ſuum docet cuiuſmodi eligat uiduam, ſi ſanctos hoſpitio ſuſceperit, ſi eis lauerit pedes, ſi cōmode ſubminiſtrarit tribulationem patientibus &cæt. Sic paulo antea dixerat diſcipulis: Qui recipit iuſtum in nomine meo, mercedem iuſti accipiet: Prudenter hoc a domino factum ait Hieronymus, ne quū delatū fuerit apoſtolis, ſe putēt honoratos, ideo enim adiecit ille ipſos non ſui merito ſed magiſtri honore ſuſcipiendos: Sicut autem dominus mercedem promiſit omnibus qui paruulos ſuſcipiunt uel eleemoſina uel cōſolatiōe uel doctrina, uel auxilio, uel exemplo bono & omnibus ijs quibus proximū adiuuare poſſumus: Ita uiciſſim qui dehoneſtant paruulos, hoc eſt fideles, ijs pœnā minatur, & ait: Qui ſcandalizauerit unū de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius &cæt. Pœnam hanc ideo dominus protulit, quoniam in Paleſtina mos hic erat ignominioſæ mortis, quo facit illud quod habet hic Chryſoſtomus: Detrimentum quod huius criminis cauſſa homines inuadet & acerba ſupplicia, ab ijs quæ nobis notiſſima ſunt præ oculis poſuit: Nā quum rudiores cōmouere ſumopere uelit ſenſibilioribus utitur exemplis, quare in hoc loco atrocitatem punitiōis exprimēs ſenſibilem pœnam molæ ac ſubmerſionē in medium adduxit.

Hilar. Mar.10 Theoph. Eccle.25 1.Tim.5 Math.5 Hierony. Maximus

Scandalum ergo prohibuit dominus, adiecit pœnam, quæ maneat transgreſſorem: Quum uero mundus uniuerſus ſcandalis habundet cōqueſtus eſt ſuper eo dominus cum commiſeratione, clamans: Væ mundo a ſcandalis, quia mundus uniuerſus in maligno poſitus eſt, unde & Iſaias ait: Corruet populus, uir ad uirum, unuſquiſque ad proximum ſuum: ſuper eo contriſtatus eſt dominus, tantū nocere mundo ſcandala: Vę uę hoīb. mundanis qui ſcandala dant, aut accipiunt: Oportet tamen fieri ſcandala, non ꝙ neceſſe ſit uenire ſcandala abſolute, alioquin ſine culpa eſſet qui ſcandalum faciunt, ſed quum neceſſe ſit in iſto mundo ſcandala fieri unuſquiſꝗ ſuo uitio ſcandalis putet: Neceſſe quidem eſt, inquit Theop. ut ueniant ſcandala, ſed nō neceſſe ut nos perdant, poſſumus enim & ſcandalis obluctari (iuniores dicunt & pulchre, eſt neceſſitas ex ſuppoſitione, ſuppoſita enim malitia hominum & corruptis moribus, quib. uiuitur, ſequi neceſſe eſt ſcādala) talis neceſſitas eſt qualis illa quum Paulus ait: Oportet hæreſes eſſe, ſi non eſſent malignitas, ſuperbia, puerſitas propria, auaritia, priuatum commodum, non oporteret hæreſes eſſe, uiſa autem prauitate mundi neceſſario hinc oritur hæreſis, inde uirgam Aſſur immittit deus puniens omnia.

Chryſoſt. 1.Ioh.5 Iſa.3 Hierony. Theophy. 1.Cor.11 Iſa.10

4. Adhuc pœnam oſtendit eius qui

l

1.Cor.8 Theophy. Concubinarij Marcus Orig.

dat ſcandalum dicens: Neceſſe eſt ut ueniant ſcandala, uæ autem homini per quē ſcandalum uenit: Sic Paulus ait, peccātes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis: ſi manus tua ſcandalizat te aut pedes præſcinde & abijce abs te, hic dominus prohibet ne quis in alio offendatur. Theoph. per manus pedes & oculum amicos intelligit qui alicui laborant, ſicut manus, ſuſtentant, inſtar pedum, atque ut oculi dirigunt, ſi quis illorum te offendit, amoue eum. Audi, ſi quis ſeruus tuus Neochriſtianorum ſequens errores blaſphemus eſt, aut ſanctorum & ſacramentorum impugnator, nihil iſte tibi proderit, neque meliorem reddet, ſed aliquanto deteriorem: Abijce eum a te: Dicis, eſt ꝙ labore & opera eius indigeam: Ecce quæſtum ſectaris & commodum priuatum: Quur id? nunquid melius fuerit te ſine ſeruo aut hoſpite illo ingredi cœlum, ꝗ̄ te cum illo præcipitari in gehennam ignis. Ita dicendum eſt ſacerdotibus tenentibus concubinas & dicentibus, non poſſe ſe gerere curam domus & rei familiaris abſque concubina, dicatur ei: Chriſtus præcepit etiam oculum eruēdum ſi te ſcandalizet, manus & pedes præſcindendos & abijciendos, quanto magis concubina eſt ableganda & amouenda.

Moraliter itaque intelligendum hoc eſt, quia nemo membra ſibi ſua præſcindere debet, neque ideo S. Marcum laudant doctores, ꝙ ipſe ſibi pollicem præſciderit, indignum ſe ratus ſacerdotio. Miraculoſe enim ille ei reſtitutus eſt in integrum. Origenes ob nimiam luxuriæ tētationem genitalia ſibi ipſe amputauit, male utique fecit, quum magis debebat gratiam dei implorare, ſiquidem uerba hęc Chriſti non ſunt crudo intellectu accipienda Videte ne cōtemnatis aliquem ex puſillis iſtis, non eſt ſcandalizanda iuuentus, neque offendēdi paruuli, forte enim magni ſunt ante deum, non parui facienda eſt cuiuſcunque hominis anima, ideo & cauendum ne cuiꝗ̄ per nos occaſio detur damnationis, quæ quum ſit accerbiſſima, adeo ut ſi animam perpetuo damnari oporteat, totum illi mundum conueniat condolere, eo ꝙ anima tam precioſa ineffabili dolore & amariſſime & imperpetuum debeat torqueri. Accedit ratio non contemnendorum paruulorū, quia angeli eorum ſemper uident faciem patris cœleſtis, nemo hominum contemnendus eſt propter animam ſuam, quæ tantæ eſt nobilitatis, ut quælibet angelum proprium habeat ſibi a deo deputatum, qui illam ab inſultibus diaboli tueatur: Et ijdem illi benedicti, Hierony. beatique angeli qui deum contemplātur, cuſtodiunt paruulos & homines miſeros, quos ideo nemo deſpiciat, ſed imaginem dei in eis colat, admiretur & amet, ſicque deus hic in tempore hoc gratiam & in futuro gloriam nobis dabit æternam.

A M E N.

Homilia ſecunda in die S. Michaelis,

Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri uel ſcandalum. Rom. xiiij.

QVandoquidem ſcandala ſuccreuerunt in tam commune peccatum, multumꝗ̄ aduerſentur deo & eū offendant, ſæpe etiam homines illa parum recogitent & ita ut par eſſet expendant, operæprecium eſt paulo amplius rem hāc tractare, modo propitius nobis adſit, & faueat Chriſtus, cuius gratia ſermoni noſtro fructum addat, ita ut uos porro cautius a ſcandalis cuſtodiatis. Ne tamen Gloſſa Matth. principio aliquis ueſtrum adhuc ſcire deſyderet qua de re nobis ſuſcipiatur ſermo, ſcandalum actiuum eſt dictum uel factum minus rectum, præbens alteri occaſionem ruinæ: Vis exemplum, uetus eſt prouerbium abbate ponente teſſeras, ludunt fratres: Poſitio ergo teſſerarum, uel quodcunque aliud manifeſtum abbatis peccatum ſcandalum eſt, quia per hoc ille fratribus occaſionē

occaſionem præbet ruinæ in ludum eis prohibitum, ſi principes & alij optimates Bacchanalia uſque in medium quadrageſimæ protrahant, ecce hoc ſcandalum eſt: Accipe ſimilitudinem, ſi corporaliter loquamur, ſcandalum uocamus, ſi cui lignum aut lapidem proponas in uia, ubi impingat: Ad eundem modum proximo tuo ſpiritualiter peccatum reponis in uia & hoc manifeſte, per quod & ipſe labatur in peccatum, hoc eſt quod ſcandalum dicimus: ſic Dauid conqueſtus dixit, in
Pſal. 139 uia ſcandalum poſuerunt mihi, iuxta iter quo ingrediebar, in uia bonorum operum, mali homines ſcandala mihi mouerunt malorum operum, exempla mala proponentes: Hinc conſtare poteſt, cuiuſmodi ſit opus quo alium offendamus, manifeſtum ſiquidem, nam quod quiſque uel corde cogitat, uel clam ſecum reputat, eo ipſo neminem offendit: Videte dilectiſſimi quantum ſit clam peccare, ſi conferas ad eum qui palam & impudenter offendit, inter duo igitur mala minus malum ſemper eſt eligendum, ſi nec ieiunare, nec caſte uis uiuere, attamen clam & occulte fac cæles alios, neque adeo iniquum eſt uulgo quod dici ſolet, ſi non caſte tamen caute, nam de ijs qui palam peccant ſic ait propheta: Ruit Hieruſalem & Iudas
Iſa. 3 concidit, quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra dominum, ut prouocarent oculos maieſtatis ſuæ: Agnitio uultus eorum reſpondebit eis, & peccatũ ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt nec abſconderunt.

2. Non tantum ex opere oritur ſcandalum, ſed etiam ſi quod opus habeat ſpeciem mali, ut quum matronæ & uirgines purgare ſe uolunt de turpi geſtu aut inde coro habitu, aiunt ſe nõ facere hoc animo malo: Excuſatio hęc calua & otioſa eſt, qa non prauo tanto opere datur ſcandalum, ſed eo quoque quod mali operis ſpeciem gerit: Tu ad eiuſmodi mulierem dic, quæ ex animo & adfectu ſe excuſare conatur atque impudentiæ ſuæ prætextũ quærit, dic inquam illud quod communi prouerbio maiores noſtri iactitarunt, non depingi debet in foribus diabolus, niſi aliquis ſit in ædibus: Vel etiam hoc ei obijce: Vbicunque uinum non uenditur quid opus ibi erit ſuſpenſa hędera? id ideo Paulus etiam docuit, quando admonuit ab omni etiam ſpecie mali nobis eſſe cauendum, non ergo malum tantum, ſed & mali ſpecies fugienda eſt, iuxta illud Pauli, ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Rom. 14 1. Cor. 8

Iam igitur in eo res tota latet, quomodo ſcandalum ſit peccatum, & quidem cuiuſmodi peccatum, atque ibi materia hæc omnis uerſabitur: Omiſſis itaque omnibus ambagibus rem adgredientes ipſam, præmittamus tantum hoc: Scandalum eſſe triplex: Vnum quum quis directe proximum ſuum offendit, ſit hoc ſi aliquis malum committit uolẽs per hoc etiã Scandalũ alios in ruinam adducere, aut etiam ſi hoc in propoſito non habeat, opus tamen ipſum ſit eiuſmodi, ut homines inducat ad peccandum: Atque ſcandalum hoc doctores actiuum uocant.

Aliud eſt, ſi quando is qui facit, animi offendendi non habeat & homines perducendi ad peccandum, ſed nec opus in ſe ſit eiuſmodi ut quis ex illo offendatur: At qui is qui uidet male diſpoſitus forſitan, per inuidiam & propriam malignitatem, peccandi ſibi adripit occaſionẽ, hoc ipſum ſcandalum phariſeorum uel paſſiuum tantum dicitur. 3. Scandalum uocatur, quum quis dat & alius accipiens ſuper hoc peccat, utrumque malum, & dare & accipere offenſam: Sed nos iam, quando tandem ſcandalum ſit peccatum paulo accuratius conſyderemus.

3. A ſummo exordiendo dico, offendi eos qui aliquid mali ſibi proponunt ex alterius opere bono uel doctrina ſana: Id autem peccatum non eſt ulli qui uel opus facit uel doctrinam docet, ſed temerarie offenſam hanc arripienti: Phariſaicum ſcandalum eſt de quo dominus agit quando dixit. Non quod intrat in

os coinquinat hominem ſed quod exit: Ibi tum acceſſerunt diſcipuli ad dominum dicentes: Scis quia phariſæi audito uerbo hoc ſcandalizati ſunt, reſpondit dominus, Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorum. Scandalū iſtud abhorrere nemo debet, ut doctrinā ueritatis intermittat uel opus iuſticiæ: Nam q̄uis perpetuo ſcandalizabantur Iudæi in doctrina & operibus Chriſti, ille tamen non deſijt, ita enim Simeon de eo dixit ad Mariam: Ecce hic poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſraël, & de eodem ſic loquitur Petrus, factus eſt in caput anguli, lapis offenſionis & petra ſcandali, ijs qui offendunt uerbo, nec credunt in quo & poſiti ſunt: ſic in paſſione Chriſti offenſi ſunt diſcipuli, quibus hoc ita fore ipſe prædixerat dicens: Omnes uos ſcādalum in me patiemini in iſta nocte: Videbant enim dominum capi & indignis modis tractari, hinc fidem diuinitatis ſuæ amiſerāt, quam ille in eis diligenter multis etiam miraculis confirmarat, ſic offenſi ſunt Iudæi in prædicatione apoſtolorum, quando Chriſtum prædicabant eo modo quo Paulus ait, Chriſtum prædicamus & hunc crucifixum, Iudæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: Sic interdum & Neochriſtiani offenduntur, dum eis Chriſtiana ueritas prædicatur: Scandalum hoc non quidem dedit Chriſtus, ſed iſti tamen arripuerunt (ſcandalum paſſiuum eſt non actiuum) ſicque ipſi ſibi cauſſa fuere mali, non Chriſtus, qui nec ſcandalum fuit, ſed petra quam ſequutum eſt ſcandalum, non a petra datum, ſed a malis hominibus acceptum, dicit Gloſſa: Hinc ad diſcipulos Iohannis ait dominus, Beatus qui nō fuerit ſcandalizatus in me.

Luc. 2 · *1. Pet. 2* · *Matth. 26* · *1. Cor. 1* · *Mat. 11*

Quærat aliquis: An non uitandi in altero ſcandali cauſſa quis opus bonum debeat intermittere, quum ob eam rem Chriſtus quum nō deberet, tributum ſoluerit? Huic reſpondebitur, per omnia hic regulam iſtam eſſe ſeruandam, facilius ſcandala naſci permittuntur, quam ut ueritas deſeratur, ut ait Hieronymus: Intermittendum eſt opus ſcandali gratia, ſi modo omitti poſſit ſine triplici ueritatis offenſa, uitæ, doctrinæ & iuſticiæ, ſicque ſcandalum uitauit dominus in perſoluendo tributum, ſic noluit Paulus perpetuo uesci carnibus ſi hinc proximus ſuus offendatur: Super hoc fundamentum iam reſponſum conſtituo iuxta ſententiam doctorum: Quum quæris: An opus bonum intermitti poſſit ſcandali uitandi gratia, dico opera uariam multamque habere differentiam, quædam enim quum præcepta ſint nobis, etiam ad ſalutem cognoſcuntur eſſe neceſſaria, hæc nullius ſcandali gratia debēt obmitti, quia nemo animæ ſuæ ſalutem negligere debet ob ſalutem alterius: Et hinc ineptum ſimul & ſtultum eſt committere uelle periurium propter alterius commodum ſiue ſalutem, ut pulchre ait Auguſtinus. Quum ad hoc uentum fuerit, ut tali ſaluti niſi peccando conſulere non poſſit, iam ſe exiſtimet non habere quod faciat, quum id reliquum eſſe proſpexerit ꝙ recti faciat 22. q. 2. faciat.

Matth. 17 · *1. Cor. 8*

Alia ſunt opera bona non præcepta ſed tamen ſalutaria, utilia & meritoria, opera ſupererogationis, quæ in hominis conſiſtunt arbitrio, ea ſi quis negligere poſſit ſcandali cauſſa, quum proximus offendatur ex prauitate, ſcandalum nemo debet horrere, quia illud phariſaicum eſt, ut ſi quis offendatur ex ieiunio, eleemoſina, oblationibus, uel religionis ingreſſu, tunc dicatur offenſo: Sinite eos, cæci ſunt & duces cæcorum: Alias enim occaſio eis datur malignitatem iſtam confirmandi: ſin autem iſte uel ignorantia uel ex imbecillitate offendatur, quod ſcandalum dicitur puſillorum: In eo caſu intermitti poſſunt opera bona non tamen abſolute, ſed eo uſq̄ dum ignorans diligentius informetur de opere bono quod ſit iuſtum: Quod ſi adhuc commoneri nolit, ipſe quoque de numero cæcorum eſt & ducum eorum. Vis exemplum, Chriſtus aliq̄diu paſſus eſt ſe filium Ioſeph credi, quur id? ſcandali fugiendi gratia, ut ne caſtiſſima

Augu. lib. de menda

caſtiſſima uirgo mater in honore & caſtitate contemneretur, maluit homines ad tempus de ſua generatione & progenie dubitare, ꝙ de parentis uirginitate & caſtitate ambigere, donec ad tempus reuelaretur.

Adhuc reliqua ſunt opera quæ in ſe ſalutē nec promouēt nec impediūt, indifferentia nimirum, ea quis tenetur ſcandali uitandi cauſſa intermittere, niſi quis ſufficienter eruditus nolit a ſcandalo ceſſare, ut ſi ex capite laborem, & incidat dies ieiunij egoque ingreſſus diuerſorium, cupiam mihi dari cœnam, dicamque præſentibus ne ex me offendantur, eo ꝙ manducandi cauſſam iuſtam habeam uel morbum uel diuturnam profectionem, ita ut hoc tandem mihi futurum ſit prandium, etiamſi iam reliqui poſt hanc admonitionem amplius offendantur, ego coram deo abſolutus fuero. Sic Gregorius ait, ſi forſitan de aliquo fama mala ſuboriatur, unde cæteri offendantur, tenetur ille ſua innocentia prodita ſeſe excuſare tollendi ſcandali gratia, quomodo ſe dominus expurgauit dicens ſe dæmonium non habere 11. q. 3. inter uerba. Grego.

Inhan. 8 Ambroſi. Et ſic aiunt doctores non bene feciſſe Ambroſium, quāuis immenſa eum humilitas excuſat, quando miſſus Mediolanum & a plebe poſtulatus in epiſcopum, ut populum ab inſtituto deterreret, admiſit palam meretrices, eaſque ingredi ad ſe & egredi permiſit. Vbi tamen prouidit dominus ne plebs in ſancto ſuo offenderetur, ipſis quoque diuino ſuo inſtinctu inſpirauit, Ambroſium hoc non malo animo facere, ideoque populus clamare cæpit: Peccatum tuum ueniat ſuper nos.

4 Hinc iam ſolutio ſequitur multarum queſtionum quæ hic ſuboriri poſſunt, puta: An quis bona ſua iure poſſit repoſcere, cum alterius offenſa? reſpondetur ſi eum poſſit ſufficienter informare ꝙ inique hinc offendatur, debet hoc prius facere, ꝙ ius ſuum proſequatur, quoniam iniquius uideretur, ſi quis res ſuas non auderet iuxta præſcriptum iuris repetere, quod alter ei iniuſte detineret, magnum enim hoc præberet peccandi incitamentum, communem deſtrueret pacem, regionē latronibus, furibus, & mendacibus impleret hominib. plus in ſumma nociturum eſſet quam ipſum ſcādalum. Alia queſtio occurrit, an poſſit aliquis doctrinam ſanam negligere ſcandali uitandi gratia? ſane nunquam debet aliquis falſum docere, facilius ſcandalum naſci permittitur quam ueritas ipſa relinquatur (Præcepta negatiua obligant ſemper & pro ſemper, nullo tempore decet aliquem mentiri, & quum quis tenetur ueritatem dicere, non debet eam tacere, alias peccabit, Qua de re Chryſoſtomus ait: Non ſolum ille proditor ueritatis qui tranſgrediens ueritatem palam pro ueritate mendacium loquitur, ſed etiā ille qui non libere ueritatem pronunciat quam libere pronunciare oportebat, aut ſi qui ueritatem tueri debebat non tueatur. 11. q. 3. nolite. Chryſoſt.

Accedat & exemplum quod rem magis aperiat: Interrogatus aliquis de fide, ſiue Neochriſtianis ſiue Turcis cohabitet, negare non debet neque tacere, quoniam inde offenderentur audientes, rati eum fidem ueram non habere, uel etiam fidem iuſtam non eſſe, aut ſaltem alij eius ſilentio auerterentur a fide: ſic ubi quis adſidet ijs qui fidem noſtram calumniantur, ſi ille uel doctor ſit, uel alias autoritate præditus, etiam laicus, contradicere debet ne aſſiſtentes offendantur, cogitantes eum non reſpondentem timere ſuæ parti. In hoc & ſimilibus caſibus tacere nemo debet, maxime uero prædicator, ſed obſequi præcepto diuino: Clama ne ceſſes, ut tuba exalta uocē tuā: Adnūcia populo meo Iſa. 58
ſcelera ſua & domui Iacob peccata ſua, ſic Chriſtus ueritatē ſemper prædicauit quo adusque crucifixus eſt, ſic Iohannes baptiſta Herodi ueritatem dixit donec decollaretur, ſic Chryſoſtomus Imperatrici Eudoxiæ ueritatem loquutus eſt tantiſper dum in exilium mitteretur. Sic Kilianus ueritatem non reticuit duci Gotts

prechto, donec mulier Geylana eum cum ſocijs ſuis faceret occidi: Atqui hoc eſt
Nico. quod inquit Nicolaus papa. Diſpenſatio nobis eſt cœleſtis ſeminis iniuncta, Væ ſi non ſparſerimus, uæ nobis ſi tacuerimus: Et proinde ſicut non leue diſcrimen incumbit pontificibus ſiluiſſe quod congruit, ita ijs quod abſit non mediocre periculum eſt qui quum parere debeant deſpiciunt, c. diſpenſatio, diſt. 43.

Sin autẽ prædicator exiſtimet ex ſuo ſermone fructum nullum emendationis ſed ſcandala tantum enaſci, inquietudines aut maiora peccata, ei ſatius eſt tacere ad tempus uel etiam in illo caſu ſemper quã cum detrimento mouere ſcandala. Vt ſi magiſtratus aliquid iniquum perpetrat etiamſi diu reclames, non facile mutabitur, ſed omnia in deterius uertuntur, ita ut illi aliquanto maligniores efficiantur, & hinc ſubditi offendantur nolentes obedire, ſed indignantes, nonnunquã ſeditionem mouentes, hoc uſque adeo inutile eſt ut ſatius ſit prædicatorem tacere, quum nihil poteſt efficere niſi quod huiuſmodi ſcandala exhibet, ſi-
1525 cuti multis in locis Neochriſtianorum prædicatores fecerunt, quorum peruerſa prædicatione factum eſt ut tot ſubditorum milia miſerrime ſint occiſa.

Ex prædicto fundamento patebit reſponſio ad hoc: An qui magiſtratu fungitur ſemp̃ debeat rigide plectendo progredi, aut nonnunq̃ conniuere, in hoc enim caſu iudex hac regula uti debet, ꝙ pœnalis mulcta non debet per ſe appeti, quia in ſe bona non eſt, ſed tantum ut remedium quo peccata caueantur, atque in declarationem iuſticiæ: Ideoque pœna mali tantum hic in terris ſibi uendicat de iuſticia, quantum peccata per hanc impediuntur, non eius qui punitur, ſed illorum qui iſtius exemplo moneri debeat & cauere a ſimili tum culpa tum pœna, Quod ſi ergo ex pœna malorum maius naſceretur ſcandalum, ſatius eſt eam intermittere, iuxta illud quod uulgo dicitur Parcẽdum eſt multitudini: De hac re pulchre inquit Auguſtinus: In huiuſmodi re August.
bus ubi in unitatis diſſenſione non unius tãtum hominis ſed plurium mors & periculum timetur, inſuper & factio & tumultus populi adimendum eſt aliquid de rigore, ut pura ſolaq; ſuccurrat charitas ad maius malum medicandum, nam ſi propterea obiurgandis & corripiendis male agentibus quis parcit, ꝙ oportunũ ſibi tẽpus inquirit uel eiſdem ipſis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam & piam erudiẽdos impediant aliosque inferiores premant atque auertant a fide, non uidetur eſſe cupiditatis occaſio, ſed conſilium charitatis: Adde plura quæ eleganter ſcripſit Auguſtinus lib. 3. contra Parmenianum cap. 2. Huiuſmodi quæſtiones multæ ex unico ſuperiori fundamento diſſolui poſſunt.

5. Simulatque iam audiuimus ubi & ubi non ſuſceptum ſcandalum uitari debeat, porro diſſeramus de ſcãdalo actiuo, ſitq; concluſio talis: Quum aliquis homo quippiam facit principaliter ad offendendos alios & in peccata pertrahendos, ſcandalum hoc certe peccatum eſt mortale, ſicut enim fraterna charitas eo ordinatur ut quis proximi quærat ſalutem, ita illuc tendit ſcandalum ut cupiat hominem contra animæ ſalutem ad peccandum inducere, puta quum proci, internuncij, amaſij, & amaſiæ aliquem ad proditionem aut homicidium prouocant, quum nonnulli liberos ſuos furta docent, aut aliorum hominum filios ſiue ſeruos, ut ſubtrahant bona parentibus & dominis ſuis, quum homines ad hoc incitantur, & urgentur, ut eo quod falſum eſt utantur, uel cum monetis uel menſuris uel ponderibus, uel literis & tabellis uel ſcripto uel ſigillo, iudicijs prauis aut decimis dandis, omnia hæc ſcandala ſunt, ſic ubicunq; cõſilio aut auxilio aliena fouentur peccata, id quoq; ſcandalum eſt. Is qui alterum ad peccandum inducit in eodem peccato & ipſe fit reus, ſeque cum ipſo grauat & proximum ſuum: Eius rei figurale extat in

lege

lege præceptum quod ſic habet, ſi quis aperuit ciſternam & foderit & non operuerit eam, cecideritque bos aut aſi-
Exo.21 nus in eam, reddet dominus ciſternæ pre-
Chryſoſt. cium iumentorum: Verba ea tractãs Chryſoſtomus inuehitur in laſciuiam mulierũ, quæ ſcandaloſo ſuo faſtu animas capere conantur & ad prauas cõcupiſcentias allicere, ſic autem ait. Mulier ſi ſe ornauerit & ad ſe oculos hominum prouocauerit, etſi plagam nullam intulerit, uindictam tamen dabit extremam, uenenum enim obtulit etſi nemo inuentus eſt qui biberit: Et ſic ſcandalum eſt ſpeciale peccatum, quia habet ſpecialem finem ſcilicet ruinam proximi, ſic Balaam offendit filios Iſraël, uel magis proprie loquendo
Num.25 docuit regem Balaac ut mulieres formoſas mitteret ad exercitum Iudæorum quibus illecti peccarent & aduerſus ſe prouo-
Apoc.2 carent dominum, ſicut & Iohannes factum refert dicens, habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere ſcandalum coram filijs Iſraël, edere & fornicari.

Doctores omnes inducunt quam magnum ſit hoc peccatum quo tñ totus habundat undique mundus, ut recte clamarit dominus: Væ mundo a ſcandalis: O ꝗ magna ꝗque horrenda & ineffabilia ſcandala præbent de ſe Neochriſtiani, dum ubicunque poſſunt, homines rudes, imperitos, puſillanimes, iam præceptis, iam minis, iam indignatione, iam exhortatione, alias etiã precibus urgent ad manducationem carnium tempore prohibito, ad ſuſceptionem ſacramenti ſub utraque ſpecie, uel etiam ad nihil omnino de ſacramento credendum, ad non conf tendum, non orandum, nec inuocandũ ſanctos, nec eorum feſta peragenda, ad non audiendam miſſam: Et quid denique non, imo ad omne malum conſummandum? Hæc nimirum ſcandala ſunt & quidem blaſphema, quia quum quis uſq; adeo ſcandalũ fugere debeat, ut etiam non prohibita uitet
Roma.14 ſaltem uitandi ſcandali gratia, ut Paulus ait, ſi propter cibum frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas, noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt: Omnia quidem ſunt munda, ſed tamen malum eſt homini qui per ſcandalum manducat, bonum eſt non manducare carnem, & non bibere uinum, neque in quo frater tuus offenditur aut ſcandalizatur: Ecce ꝗ uehementer uetat & prohibet Paulus, offendiculum quod obiter incidit: Quanto magis, ſi quis ex inſtituto homines offendit & ad malum prouocat? huic affinis eſt locus quem ſæpius iam induximus, ꝙ iſti dum peccant aduerſus fratres, & debiles percutiunt conſcientias, in Chriſtum 1.Cor.8
peccant, ſi ergo eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.

6. Loquendo autem de ſcandalo accidentario poteſt illud quidem ex uarijs cauſſis procedere, & ei qui facit & alijs, ipſi autem qui facit ſcandalum fieri poteſt quod eum incitet ad peccandum, facileq; põt præſcindi, ut quum plurimi offendun tur ex aſpectu alicuius perſonæ, unde carnali concupiſcentia exardeſcit, ibi eruendus eſt oculus, ut hic Chriſtus docuit, hoc Mat.18
eſt uiſus euitandus: ſimiliter ſi quando aliquo uenias, ſtatim ludo, gula & alia malignitate impeteris atque tentaris, Ecce hic amputa tibi pedem, non amplius illuc adiens, ꝙ ſi dextera tua hoc eſt opera etiam ſpiritualia cæperint te offendere, deſiſte, poſſent huiuſmodi exempla ſimplices & puſillos offendere, mitto igitur: Tu ſi multum & ardenter amas filium, cognatos, honorem, ecce huiuſmodi tibi ſunt ſcandalo, dum occaſionem peccandi præbent, deſine igitur, namq; & ſapiens ait:
Noli eſſe amicus homini iracundo, neque Pro.22
ambules cum uiro furioſo, ne forte diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ, ſic ſapiens alius ait, noli quærere fieri Eccle.7
iudex, niſi ualeas uirtute irrumpere iniquitates: In uniuerſum quoque rurſus
idem ſic dicit: In uia ruinæ non eas, nec Eccle.32
credas te uiæ laborioſæ, ne ponas animæ tuæ ſcandalum: Quemlibet etiam adcu-

rare addecet ut inter ſimplices prudenter agat, eos bene informet, ne hinc offendantur, ſicut fecit dominus quando diſcipulis ſuis futura prædixit, tunc enim ſic ait, hæc loquutus ſum uobis ut non ſcanda-
Iohan.16 lizemini.

Verum de hoc genere ſcandali communiter non loquuntur doctores ſed ſcandalum hoc intelligunt quo quis non inſtituit neque cogitat alios ad peccandum allicere, uolens neminem ſe ſequi in peccatis, ſed tamen opus ipſius per ſe malum adeo eſt ut homines alij hinc ſibi ſumant peccandi exemplum. Quum ex optimatibus quiſpiam uel conſul uel prælatus liberos habet illegittimos, id per ſe ſcandalũ eſt etiã ſi per hoc non cupiat alios ad peccandum prouocare, uolens neminẽ in malo ſeſe imitari; ibi iam concluſio iſta locum habet, ꝙ ſcandalum hoc non quidem ſpeciale eſt peccatũ ultra illud quod commiſit delictum, ſed tamen circunſtantia eſt aggrauans peccatum, quo plures peccandi arripiunt exemplum, quoque digniores ſunt qui ſic publice peccant. Et eſt hoc ſane magiſtratui multum graue, ſi ſic malis exemplis offendant ſubditos, contra eos dictum eſt a Domino
Malac.2 per prophetam: Receſſiſtis de uia, ſcanda-
Grego. lizaſtis plurimos: Graue dictum eſt quod ſuper eos dicit Gregorius & citat ex eo Nicolaus papa, ſcire prælati debent, ꝙ ſi peruerſa unquã perpetrãt, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. 11. q. 3. præcipue.

Hinc diligenter admonet nos Paulus inquiens, nemini dantes ullam offenſio-
2.Cor.6 nem, ne uituperetur miniſterium noſtrum, Et inde clamat horrendum hic dominus:
Luc.19 Væ mundo a ſcandalis, & alibi: Væ homini per quem ſcandalum uenit: Quam autem uulgare nunc eſt ſcandalum, ꝙ cõmuni conſuetudine mulieres geſtu ſuo, ueſtitu, uiſu, ſermone & conuerſatione tota plurimos miſere offendunt, etiam quũ non cogitant facere malum, ita tum procaces ſunt & petulantes, ita geſticulantes ſpectatum ueniunt, ſpectentur ut ipſæ. Quantum uero delinquũt hic iuuenes, ꝙ multa temeraria deblaterant: Vſque adeo ſcandalis ſunt omnia plena, quocunque ueneris, quicquid uideris, nihil ſcandalo uacat: O Domine Ieſu Chriſte, noli nos ſecundum demerita noſtra iudicare, inutiles enim ſumus, pleni peccatis & ſcandalis, ſed ſecundum magnam miſericordiam tuam dimitte nobis peccata, & in hoc tempore gratiam in futuro gloriam largire ſempiternam.

AMEN.

Homilia tertia in die Sancti Michaelis.

Angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt. Matth. xviij.

QVum hodie feſtum celebretur Michaelis archangeli, uiſum eſt ipſam prius commemorare hiſtoriam quæ huic ſolennitati dedit occaſionem, deinde quantum ex ſacris literis conſtare poteſt dicemus de angelis ꝙ fieri poterit breuiſſime & cõmodiſſime, inuocata prius gratia diuina &cæ.

Hiſtoria apparitionis Sancti Michaelis archangeli.

TEr apparuit S. Michael, primum quum diues quidam ex Siponto Campaniæ nomine Garganæus amiſiſſet bouem, illumq; in monte quæreret qui in lõgitudine habet circiter duodecim milia pedũ, & eũ in ſummitate montis inueniſſet, iratus ille telo cæpit impetere bouẽ, quod inuerſum ipſum ſauciauit qui emiſerat, hinc territa ciuiũ uniuerſa cõmunio

nis conſuluit epiſcopum, qui triduanũ eis indixit ieiunium ueteri & laudata conſuetudine ſi quando res ardua tractanda eſſet, quomodo & hodie fieri debet in proceſſionibus contra Turcam, ſed refriguit charitas, unde ſicut oramus.ſ. tepide imo frigide & negligenter, ita etiam exaudimur. Eo ipſo tempore apparuit Sanctus Michael epiſcopo dicẽs: Ego ſum Michael archangelus, qui ſemper aſto in conſpectu domini, hoc autem ſigno declarare uolui me huius ciuitatis eſſe cuſtodem, & ſpeculatorem omnium quæcunque hic fiunt: Hinc magna pietate moti ciues conuenientes orauerunt in loco iſto ante ſpecum, non audentes ingredi, quoniam in uertice montis in petra templum erectum erat, ſpecie quidem non magnifica ſed tamen uirtute diuina. Iam uero in ſpecu fores erant geminæ, altera a meridie patebat habens aliquot gradus uerſus occaſum ſolis, eo conueniebat populus orans: Quo tempore factum eſt circa annum ſalutis. 390. ꝙ Neapolitani adhuc gentiles ſuſceperunt bellum aduerſus Sipontinos & Beneuentanos qui iam Chriſtiani erant, epiſcopus Sipontinus rurſus indicto ieiunio triduano, iuſſit ſubditos ſuos opem implorare Sancti Michaelis, qui ſe cuſtodem ciuitatis illius eſſe dixerat: Et in ea nocte prius quam bellum ſuſciperetur ſequenti die, apparuit Sanctꝰ Michael epiſcopo dicens, orationem ſubditorum ſuorum eſſe exauditam, ſibiq; uictoriam promiſſam ex hoſtibus, commiſit etiam illi ut facto mane quarta hora diei cum hoſtibus congrederentur: Hinc confirmati Chriſtiani & animati adgreſſi ſunt hoſtes, ubi mons Garganus plane concuſſus eſt, fulmina plurima apparuerunt & caligo atra montis uerticem occupauit, unde exterriti gentiles admodum ſunt, quoniam in eos plurimæ etiam ex monte ſagittæ uergebant, hinc aufugerunt, quos Sipontini uſque in Neapolim inſequuti ſunt, & ibi multi ex Neapolitanis ad fidem Chriſti ſunt conuerſi, ex hac tam miraculoſa uictoria quæ facta eſt octaua Maij, unde in hunc uſque diem eo tempore magnum feſtum ibi celebrant in honorem Sancti Michaelis.

Sipontini porro & Beneuentani in montem progreſſi inuenerunt ibi ſupra gradus uerſus ſeptentrionem ueſtigia pedum in lapidibus, inſtar greſſuum hominis, hinc præſentiam Sancti Michaelis cognouerunt, neque tamen adhuc auſi ſunt ingredi ſpecum, ſacellum uero ſuper ueſtigia extruxerunt, & apodoniam uocarunt, ſicut adhuc clare cernitur, huic adiunxerunt aliud ſacellum amplius uerſus ortum ſolis in honore Sancti Petri principis apoſtolorum: Epiſcopus delata re ad pontificem, qui tunc erat in monte Serapti qui modo dicitur mons Syluestri, miliaribus Italicis 40. diſtans ab urbe, huiuſmodi accepit reſponſum, ſi modo deceat ab homine conſecrari hoc templum, conuenire ut hoc fiat in die uictoriæ, ꝙ ſi tamen aliter uiſum fuerit ſancto cuſtodi illius ciuitatis, hoc ipſum ab eo pijs precibus eſſe poſtulandum ut reueletur. Atq; ſic rurſus triduano per epiſcopum indicto ieiunio, ultima nocte apparuit illi Sanctus Michael & dixit: Opus non eſt uos conſecrare templũ quod ego extruxi, ego enim qui fabricaui etiam conſecraui: Cras autem ingrediens tu diuina celebrato myſteria & hoc tibi declarabo. Mane facto epiſcopus cum omni populo ingreſſus in antrum inuenit in eo exciſam amplitudinem magnam & in eo altaria tria, fontem quoque cum ſtillante e petra aqua dulciſſima, & uas uitreum penſile ex cathena argentea, quo aſcendentes iam homines in gradibus bibunt inde, ubi plurimi ſæpe ſanati ſunt homines: Epiſcopus quod reliquum erat adiunxit & fabricari iuſſit miniſtros etiam inſtituit ad cultum diuinum, nemo tamen ante lucem audet ingredi tẽplum: Quibus omnibus auditis papa diẽ illum quo Sipontini & Beneuentani ingreſſi fuerãt antrum, ſanctum inſtituit, & religioſe obſeruare præcepit in honorẽ ſancti Michaelis & angelorum omnium.

De Sanctis angelis

DIcturus de angelis ſanctis dei, di-
lectiſſimi in Chriſto fratres, ſuper
ſedebo & intermitto uos multis
defatigare ſubtilitatibus: Nam ſicut ange-
li in ſua ſubſtantia ſubtiles, nobiles, incor-
porei, inuiſibiles, planeque liberrimi ſunt
motus, ita non poſſumus nos hæc omnia
intellectus noſtri captu adſequi, nec recte
intelligere, tantum abeſt ut proprie quea-
mus comprehendere, & ideo ſubtilitates
iſtas argutas oẽs ad ſcholas relegatas uolu
mus, uobis tantum ea proponemus q̃ aper
tiora, magiſque manifeſtæ uidebuntur
eſſe intelligentiæ. Principio, nobilis &
ſubtilis illa angelorum ſubſtãtia a deo pri-
mum ſtatim primoque die creata eſt, ſicut
homo uiciſſim in ultimo, ut ſic deus, utran
que hãc rationalem creaturam diſtinctim
4. Coæ- cõdiderit: Et hinc doctores quattuor quæ
quæua dam ponunt quæ eiuſdem ſunt ætatis ſiue
diuturnitatis temporalis, quia ſimul crea-
ta, de quibus Albertus magnus edidit pro
prium librum inſcriptum de quattuor coę-
quæuis, ſunt autem angeli, cœlum, mate-
ria & tempus, tunc enim dies primus fuit,
Vbi autem Moyſes angelorum deſcripſe-
rit creationem, ſcholis relinquamus, quo-
niam ſunt qui uolunt eum huius rei pla-
ne non meminiſſe eo ꝙ rudibus tantum
ſcripſerit Iudæis, & ideo corporalium tan-
tum & uiſibilium creaturarum deſcripſe-
rit creationem. Auguſtinus ponit angelos
Auguſt. Gen. 1 tunc creatos quando dixit dominus, fiat
lux, ſiquidem angeli in ſua ſubſtantia no-
biles ſunt & ſubtiles, planeq; lucidi, quip-
pe radius & imago lucis æternæ.

Aliȷ̃ putant creatos eſſe angelos quan-
Gen. 1 do dixit Moyſes: In principio creauit deus
cœlum & terram, ſicque nomine cœli cœ-
lum intelligi empireũ & immobile in quo
iam ſunt beati, & illud creatum eſſe una
cum angelis, per terram autem accipi ma-
teriam rerum corporalium omnium, nam
cœlum ſtellatum, ſol & luna ſequentibus
tandem diebus ex materia transfuſa ſunt:
Et eo facit dictum Auguſti. lib. 12. con-
feſ. cap. 7. Tu eras & aliud nihil, unde fe-
ciſti cœlum & terram duo quędam, unum
prope te, alterum prope nihil: Vnum quo
ſuperior tu eſſes, alterum quo inferius ni-
hil eſſet, inde capite. 9. explicat eſſe an-
gelum & materiam proximum deo in ſub-
ſtantia, angelus eſt creatura utique nobi-
liſſima & ideo in eſſentiali perfectione deo
ille proximus maximeque conformis eſt
ex omnibus creaturis, etiam ſupra homi-
nem, ſi eius conſyderemus ſubſtantiam cor
poralem, cuius gratia ille angelo inferior
eſt, iuxta illud Dauidis: Quid eſt homo ꝙ Pſal. 8
memor es eius, aut filius hominis quoniam
uiſitas eum: Minuiſti eum paulo minus
ab angelis, gloria & honore coronaſti
eum & cæt. (anima etiam hominis non eſt
tam nobilis quia non eſt perſona, ſicut an-
gelus, item anima eſt componibilis cum
corpore, angelus autem non, modo com-
ponibilitas dicit imperfectionem quum
non competat deo, ideo angelus eſt ſim-
plicior & ita ſimpliciter ſimplici ſimilior,
ideoque perfectior iuxta radicem de lati-
tudine & perfectione formarum) Attamẽ
licet angelus in ſua natura perfectior eſt
homine, poteſt adhuc homo per gratiam
magis exaltari, & ſic humanitas Chriſti
eleuata ſedet ad dextrã dei patris, ſic & de
uirgine matre concinit eccleſia: Exaltata
es ſancta dei genitrix ſuper choros ange-
lorum ad cœleſtia regna, ſic Iohannes,
Petrus & Laurentius ſine dubio per gra-
tiam & gloriam ſupra multos angelos
ſunt exaltati &c.

Vt autem rem hanc aliquando finiam
dico angelum eſſe creaturam incorpo-
ream intellectualem & immortalem, deo
in creatione proximam, atque adeo in ipſo
cœlo creatam, non ut Adam extra paradi
ſum, angelus enim quum ſit creatura pu-
re intellectualis & ſpiritualis pertinet in
nobilem illum locum cœli, ſed homo ex
limo conditus & craſſiſſimo elemento for-
matus, naturaliter ſibi non cœlum ſed lo-
cum uendicat terrenum, quum aduerſe-
tur hoc naturæ ut quod graue eſt perue-
niat in ſubtilem cœli locum, & ideo in
die nouiſſimo DEVS corpus terrulen-
tum adhuc donis illuſtrabit, & clarifi-
cabit ut ſit idoneum cœlo, dona ea ſunt,

immor-

immortalitas, incorruptibilitas, agilitas, ſubtilitas impaſſibilitas & cæt. ut Paulus docuit manifeſte.

Eccle. 1 2. Quum angeli creati ſint primi, ut ait ſapiens, prior omnium creata eſt ſapientia. ſ. angelica, iam proximum eſt eorum conſyderare multitudinem: Vbi quã uis nõ ſimus dicturi an omnes angeli ſint unius ſpeciei, quod forſitan non eſt, etſi crediderit Bonauẽtura fortaſſis etiam non omnes differunt ſpecie, contra Thomam, ſed alij quidem eiuſdem ſunt ſpeciei, alij uero non, hoc tamen certum eſt, ꝙ deus de theſauro omnipotentiæ ſuæ angelos in magna creauit numeroſitate, neque hic locum habet quod uulgo dicitur. Quod bonum, idem & paucum ſiue modicum eſt, Hinc Bachonis male ratiocinatus eſt per acceſſum ad primum & perfectionem paucos eſſe angelos, id adeo Daniel confirmat dicens, Milia milium miniſtrabant ei & decies centena milia aſſiſtebant ei. (Daniel. 7) Vbi propheta numerum pro incerto certum poſuit iuxta conſuetudinem ſcripturæ, nam communi hominum more numerum propoſuit omnium maximum millenarium: Supernorum, inquit Gregorius (Lib. 17 mor. c. 7) ciuium numerus infinitus & definitus exprimitur, ut qui deo eſt numerabilis, eſſe hominibus innumerabilis demonſtretur, ideo & Iob dicit: Nunquid eſt numerus militum eius, de hac multitudine etiam (Iob. 25) Dauid ſic ait: Currus dei decem milibus multiplex milia lætantium dominus in eis (Pſalm. 67) in Sinai in ſancto, loquens de angelis in quibus habitat deus: Et ut maxime nullum haberemus ſcripturæ teſtimonium, poſſemus hoc ipſum ex ſufficienti colligere ratione magnam eſſe angelorum numeroſitatem, quia ſapiens dicit: In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate (Proue. 14) plebis ignominia principis: Quum itaꝗ deus princeps ſit altiſſimus atque adeo rex regum, quur non habeat familiam amplã multumque comitatum in auguſtali illa aula cœleſti: Adhæc conſtat plures angelos pſeuerаſſe dominoꝗ adhæſiſſe quã qui ceciderint, nam ut conſtans eſt doctorum ſententia, adhuc totidem perſtiterũt quot ceciderunt, idꝗ ex Iohãne colligitur, quando uidiſſe ſe ſcribit dracone magnũ ruffũ, (Apoc. 12) habentem capita. 7. & cornua decem, caudam quoꝗ eius trahẽtem ſecũ tertiam partem ſtellarum cœli, draco is lucifer eſt, ſtatim enim poſt hæc ait S. Michaelẽ cum eo decertaſſe, qui tertiam detraxit partem ſtellarum, hoc eſt angelorum: Magnus autem utiꝗ numerus eſt angelorum quũ unicus iſte dæmoniacus apud Lucam interrogatus a Chriſto de nomine, reſpondit ſe legionem dici, atqui ea plus quam ſex milia cõtinet, & adhuc quot fuiſſe putas in mundo dæmones reliquos: (Luc. 8) Vbi hoc quoꝗ obſeruandum uenit ꝙ ꝗuis plures angeli ſeruati ſunt ꝗ ceciderunt, contrarium tamẽ fiet in hominibus quorũ plures damnabũtur ꝗ qui ſeruẽtur, iuxta iſtud uerbum domini: Multi ſunt uocati pauci electi. Accedit (Matth. 20 & 22) huc ratio tertia, uidemus enim quomodo ſuperiora illa entia corpa in immenſum creſcant ſuper magnitudinem eorum quę corporalia etiam ſunt ſed corruptibilia, quoniam multo ſunt nobiliora ideo & maiora, quanto enim ſol tota terra maior eſt, imo minima ſtella firmamẽti quæ uideri queat terram ſuperat magnitudine, conſentaneũ ergo eſt rationi, ꝙ quemadmodum corpora cœleſtia multis modis ſuperant corpora elementorum corruptibilia, ita angeli numeroſitate homines excedunt & hæc inferiora, imo & ſtellas cœli, animalia in terris, aues aëris & piſces aquarum, nam de hominibus dubium eſſe nemini debet, quum ſingulis illis ſinguli ſint a deo angeli deputati: Id omne autoritate Dionyſij roboгari poteſt de cœleſt. Hierar. c. 14. ſic (Dioni.) dicentis: Spirituali diſcuſſione & magiſterio dignum puto hoc, quamobrem ſcripturę ſanctæ traditio de angelis loquens milia milium eſſe dicat & decies millies dena millia ſupremos humanos numeros in ſeipſos inuoluens atque multiplicans, perꝗ hoc cœleſtium ſubiectorum ordines, nobis eſſe innumerabiles apertis rationibus pandens, ſunt enim profecto plurimę cœleſtiũ militiæ ſpirituum quæ mortalium noſtrorum numerorum infirmum breuemꝗ modum lõge tranſcendãt atꝗ ab ſola ſua emi-

nentiſſima & cœleſti intelligentia atque notione ſcitæ ſint atque definitæ. Veriſimile eſt S. Dionyſium myſterium hoc ſanctum didiciſſe a Paulo apoſtolo, qui in tertium uſque raptus eſt cœlum, unde fit ut plus fidei huic habeant doctores quã alij cuipiam: Supereſſet adhuc alia ratio de multitudine angelorum, quæ quia innititur diſtinctioni chororum, eouſq; differẽda eſt dũ de choris diſtinctis prius aliquid explicemus.

100000000	1000000
10000	1000
10000	1000

3. Non tãtum numero magno creati ſunt angeli, ſed & multis donis illuſtrati ſimulatque ſapientia & gratia dei exornati, id ita eſſe ſatis teſtatur propheta de lucifero ſic dicens: (Ezec.28) Tu ſignaculum, ſimilitudinis plenus ſapientia & perfectus decore in delitijs paradiſi dei fuiſti, omnis lapis præcioſus operimentum tuum, ſardius, topazius, & iaſpis, Chriſolytus, & onyx & berillus, ſaphyrus & carbunculus & ſmaragdus, aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es præparata ſunt: Tu Cherub extentus & protegens & poſui te in monte ſancto dei in medio lapidum ignitorum, ambulaſti perfectus in uijs tuis a die conditionis tuæ donec inuenta eſt iniquitas in te, in multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interior a tua iniquitate, & peccaſti & eieci te de monte ſancto dei &cæ. Quo quid ſibi uult, propheta aliud, niſi per eiuſmodi lapides præcioſos demonſtrare immenſa gratiæ dona in quibus creatus eſt lucifer: Quodque angeli omnes in gratia dei ſint creati, teſtatur Auguſtinus, contra magiſtrum ſententiarum, (Lib.12 de ciui.dei. cap.9) & ait, deus creauit angelos cum amore caſto quo illi adhærent, ſimul eis condens naturam & largiens gratiam: Subſcribit & Damaſcenus lib. 2. cap. 2. per uerbum, inquiens, dei creati ſunt omnes angeli, & a ſancto ſpiritu per ſanctificationem perfecti ſunt, pro ſuæ dignitatis & ordinis ratione illuminationem & gratiam participantes, ſic Hieronymus ſuper illud Oſeæ, (Oſe.1) diligunt uinacia uuarum, ſicut demones qui lapſi de propria dignitate & nihil antiquæ gratiæ poſſidentes aridi ſunt & ueteri ſiccitate marcentes: Multum nobiles & admodum puri caſtique fuerunt in creatiõe ſua angeli, unde plurimum eis gratiæ contulit dominus, uerum quo uberiorem eam acceperunt, eo grauius peccarunt per ingratitudinem quando per inobedientiam dereliquerunt dominũ deũ, impletumq; eſt in lucifero atq; ſocijs ſuis (Hierony.) iſtud Hieronymi: Quanto ſtatus altior, tãto caſus peior: Nonnihil etiam accedit grauitati tranſgreſſionis eorum ꝙ celeriter adeo peccauerunt, inſtabiles in gratia dei ſicut Chriſtus ipſe ait, quia homicida fuit (Iohan.8) ab initio & in ueritate non ſtetit, cui conſonat illud Iohannis, ab initio diabolus peccat, (1.Iohan.3) non ꝙ malus a deo conditus ſit, ſed quia non perſtitit in bonitate in qua creauit eum dominus. Adhæc non uoluntas inde angelorum exornata fuit, ſed & intellectualis eorũ uis & potentia quam a deo habent concreatam ſimilitudinem rerum, ut iam multum acriter ualeant intelligentia ad cognoſcenda multa myſteria quæ nos homines latent, omnem aëris cognoſcunt diſpoſitionem, omnem ſtellarum influxum, omnes corporum paſſibilitates, (C.4.p.4 de di.no.) omnem uirtutem tum herbarum tum lapidum, ideoque acrimoniam iſtam & ſubtilitatem adhuc habent quamuis caliginoſam & obſcuram: Nam ſic inquit Dionyſius etiam, neque indulta illis angelica munera immutata dicimus, uerum ſunt & integra, lucidiſſima perſtant licet ipſi non uideant, occluſis. ſ. uiribus quibus bona ſua intueri poſſunt.

4. Sequitur ex ſuperiori declaratione, quum angeli ſint ſubſtantia ſpiritualis & incorporea, ita ut ratione ſuæ eſſentiæ locum nullum nec appetant neque eo in ſe opus habeant, attamen quum finiti ſint in ſua ſubſtantia neque in omnibus locis eſſe queant, in loco aliquo

aliquo ſunt ſuæ uirtuti adcommodato,
ꝗuis etiam in minori eſſe poſſint, eſt au-
tem cœlum empireum eorum tum beati-
tudini tum clarificationi cõuenientius eſt,
quia illud beatorum eſt domicilium, ſicut
Math. 25 dicturus eſt dominus in die nouiſſimo: Ve
nite benedicti patris mei, percipite regnũ
quod paratum eſt uobis ab origine mun-
di. Et alibi: In domo patris mei man-
Iohan. 14 ſiones multæ ſunt, domus hæc ipſum cœ-
lum empireum eſt, quia ſicuti damnatis lo-
cus competit unus & obſcurus damnatio-
nis æternæ, ita uiciſſim decet beatos in lo-
co ſereno & lucido eſſe, cuiuſmodi cœlum
eſt empireum in quo lux perpetua lucebit.
Et ſi locus iſte nihil influet in angelos: qua-
propter proprie dici non poteſt cœlum na
turalem eſſe angeli locum (quia locus eſt
conſeruatiuus locati) tamen competenter
& commode hoc ita dici ſolet.

Sequitur rurſus inde ꝙ quum angelus
naturaliter loquẽdo in loco ſit finito, ita ut
non poſſit hic & alibi eſſe, neceſſarium eſt
ut ſi quid ei agendũ incumbat eum a Deo
emitti: ſic & a loco in locum moueri, uerũ
quidem eſt ꝙ ille tanq; ſpiritus uirtute agi
litatis celeriter ſe mouere poteſt, & quidem
homine uelocius, neq; ſeipſum tantũ, ſed
& alia quorum tamen penes eum facultas
eſt atq; poteſtas: ſicut angelus Abacuc ca
pillis adreptum in aëre perduxit uſq; ad
Daniel. 14 Danielem in lacum leonum: ſicut ange-
2. Par. 32 lus multa hominum milia occidit Senna-
cherib: ideoq; tres uirtutes habent ange-
li, primam, per quam habent intellectum,
per ſecundam habent uoluntatem, & ea
ſufficiens non eſt, quia ſiue bonus ſiue ma-
lus ſit angelus, ibi tamen ubi uult non ſem
per eſt: neceſſaria ergo adhuc eſt uirt⁹ mo-
tiua, per quam illi & ſe & alia a ſe mouere
poſſint, eaq; multum uehemens eſt & ma-
gna ſi conferatur ad hominem, quem mul-
Iob. 41 tis modis excedit, dicente Iob. Non eſt po
teſtas ſuper terram quæ comparetur ei, &
tamen poteſtas illa finita eſt: poſſet enim
tm̃ ſibi ſumere mouendũ angelus, ut non
ſufficeret ſolus, ſicuti communiter boni &
mali angeli ſeſe mutuo iuuant.

Non ergo admirandum ꝙ diabolus &
miniſtri eius tantũ poſſunt, atq; tam mul-
ta præſtant ſtupenda, atq; ut Paulus ait:
Miracula faciunt mendaciorum, nam quũ 2. Theſ. 2
tantum ualeant acrimonia intellectus, faci
le multa poſſunt ſcire ſecreta, furta, cõſilia,
quidq; in diuerſis locis eueniat, ſcientiam
callent naturalium operationum omniũ,
unde actiuis paſſiuia poſſunt connectere,
pro ſua cõditione ſingula. Hinc fit ꝙ tem-
peſtates, grandines, fulmina, & diluuia ex
citare queũt, animalibus nocere, homines
offendere, adferre uina, homines huc illuc
transportare, oſtendere quæ magna loco-
rum intercapedine fiant, ſenſus fallere &
uincire ne quid uideatur, aut certe in alie-
na figura. Quid multa? tanta eſt diaboli
poteſtas, quanta alterius angeli creati, ita
ut ſi ei a Deo permittatur, neq; per bonos
angelos impediatur, uniuerſum facile deci
peret mundum, aut pœna miſeranda bo-
nos adficeret & excruciaret.

3. Adhuc ſequitur prelium illud quod
S. Michaël in cœlo & alias habuit aduer-
ſus luciferum atq; angelos eius, nõ tantum
fuiſſe phantaſticum aliquid in cogitatio-
ne, ſed externum quoddã, quando Micha
el uirtute ſua motrice una cum alijs ange-
lis luciferum ui & uiolentia e cœlo detur-
bauit, idipſum manifeſta uerba contextus
noſtri arguunt, quum dicitur: Factum eſt Apoca. 12
prælium magnum in cœlo, Michaël & an
geli eius præliabãtur cum dracone, & dra-
co pugnabat & angeli eius & non ualue-
runt (Ecce erant inferiores in potentia mo
tiua ſeu exequutiua bonis angelis) neq; lo-
cus inuentus eſt eorum amplius in cœlo,
& proiectus eſt draco ille magnus ſerpens
antiquus qui uocatur diabolus & ſatha-
nas qui ſeducit uniuerſum orbem, & proie
ctus eſt in terram, & angeli eius cum illo
miſſi ſunt (non curamus ꝙ alij plus myſti-
ce trahunt ad prælium apoſtolorum cõtra
idololatriam, nos perſequimur ſenſum lite
ralem.) Ita ſemper intelligendum eſt quan
do angeli aliquid opere cõſummarunt, ut
ſupra diximus, quomodo angelus centum
& octoginta quinq; hominum Aſſiriorũ
milia occiderit, & quãdo interfecit primo- 4. Reg. 19
genita Aegypti: adeo ut non relinqueba- Exo. 12
tur domus in qua non iaceret mortuus a
domo regis uſq; ad caſam paſtoriciam.

Atqꝫ hæc eorum uirtus & poteſtas ſemper durat, nobis etiam magno eſt ſolatio, ꝙ diabolum impediunt, ne tantum nos tentet quantum cupit. Diligenter itaqꝫ ſanctos angelos inuocare debemus atqꝫ orare ut a deo gratiam nobis impetrent & gloriam A M E N.

Homilia quarta in ferijs S. Michaëlis archangeli.

Angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt, Matthæi decimo octauo.

ANgelicam naturam idem qui creauit deus Opti. Maxi. multis magniſqꝫ muneribus exornauit, & eos qui in gratia perſtiterunt angelos æterna beatitudine cõfirmauit, ita ut amplius *Iſidorus* peccare & labi nõ poſſint. Quamuis enim ſint mutabiles natura, non tamen ſinit eos mutari contemplatio diuina, per gratiam confirmationis, quam etiam ſancti alij habebunt in æterna fœlicitate, *Auguſt.* ſic ut peccare amplius nequeant, iuxta illud Augu. Cuicunqꝫ creaturæ rationali præſtat, ut peccare nõ poſſit, nõ tamen eſt hoc naturæ propriæ ſed dei gratiæ. Ea quoqꝫ gratia glorię ſanctis angelis data eſt ſecundum meritum eorum, nõ quo iam nos adiuuant in miniſterio ſuo & cuſtodia noſtri, ſed quia fortiter reſtiterunt tentationi diaboli & malorum angelorũ ſuorum, qui nitebantur ipſos quoqꝫ in ruinam adducere: quoniã hoc eſt caſus *Damaſce* in angelis qđ mors in hominibus. Et ſicut homini deus inſtituit tempus in hac uita quo operetur bonũ uel malum uſqꝫ in mortem, in qua qualis quiſqꝫ inuentus, fuerit, talis & dijudicabitur, teſte Sapiente, quũ *Eccle. 11* ait: Si ceciderit lignũ ad Auſtrũ aut ad Aquilonem, in quocunqꝫ loco ceciderit ibi erit: ideoqꝫ dñs mortem noctẽ appellauit in*Ioan. 9* quiens: Me oportet operari opera eius qui miſit me, donec dies eſt, uenit nox quando nemo poteſt operari: nox ea mors ipſa eſt, uide alibi latius, ſicut ergo homo poſt mortem nec bonũ quid facere, neqꝫ mereri amplius poteſt, neqꝫ pœnitentiã agere de peccatis, ita & angeli tempꝰ habuerunt ſibi p̄finitum, in quo boni gloriã meruerunt æternam, dum deũ præ omnibꝰ dilexerunt, ex mente ſua tota & cunctis uiribꝰ, lucifero quoqꝫ & ſuggeſtioni eius reſtiterunt, quodqꝫ ipſis multũ aduerſabatur reliquorum angelorũ peccatũ uicerunt: hinc uitã ſibi meruerunt æternã (contra magiſtrum qui uult eos ab æuo fuiſſe beatos, & p̄miũ pręceſſiſſe meritũ, in quo a theologis merito non tenetur.) Et hoc eſt quod Auguſt. dicit li. de correp. & grã, & Angeli ſancti qui ca*Auguſti.* dentibꝰ alijs ſteterunt, illiqꝫ uitæ mercedẽ recipere meruerunt. Quũ aũt tempꝰ a deo p̄ſcriptũ iam eſſet terminatũ. (nõ curo nec morulas, nec moras nec iſtãtia imaginaria qa fuit una duratio limitata & determinata) ibi ſimul mors eorũ fuit, reſurrectio & dies nouiſſimus. Angeli qui ad deum conuerſi ſunt per liberum arbitrium ſuũ, cum conſtanti gratia dei ſaluati ſunt. Auerſi autem ab illo ſimul etiam cœlo detruſi in ęternam præcipitati ſunt damnationem.

Quæras hic: Quum angeli in naturalibꝰ donis & ꝓprietatibꝰ æquales non fuerint, ſed alius alio nobilior, quõ tãdem gratiam gloriæ acceperint ſecundum ſuum naturale meritum & dignitatẽ? Cõſtat eñ ꝙ homo in naturali nobilitate infimo angelo multo eſt inferior, & tamen homines ſingulis angelorũ choris inſeruntur, imo Maria etiam ſuper omnes eleuata eſt? difficilis hæc ſane eſt quæſtio, eamqꝫ priuſqꝫ diſcutiamus, oportet antea differentem ponere angelorum diſtinctionem & ſeparationem a ſe inuicem, ut ſic meliori ordine progrediamur.

2. Duobus igitur modis angeli inter ſe diſcernuntur, altero quando in tres hierarchias: altero dum in 9. choros rediguntur & diſtribuuntur. Quid ꝙ in eodem etiam choro angeli ſunt inæquales, ſicut in uno ſenatu conſiliarij, & ſenatores ordinati ſunt, ut alius alio ſuperior exiſtat, nos principio de hierarchijs diſſeremus, quam rem ut funditus intelligas (nam & docti hic multum impingunt, lege aliquos uigeſies & uacuus adhuc atqꝫ ieiunus abibis.) hierarchiam appellare ſolemus uniuerſam

aliquam

aliquam angelorum cōgregationem, qui-
bus facultas & poteſtas ſpecialis data eſt
cæteros quadamtenus gubernandi, uox
ēm illa ex Græco (ἱερὸς καὶ ἀρχὴ) compoſi-
ta ſacrum ſonat principatum. Hoc ut acci-
piant etiam ſimpliciores, ſimilitudine me-
lius explicabimus. Imperator quoqꝫ tripli
ces habet optimates, alios quibus in inti-
mis utitur conſilijs ſuper rebus ſe ſuumqꝫ
imperium concernentibus. Habet & alios
qui etiam ſuum quoddam peculiare habē
tes conſilium ad illud intimum & archa-
num nō pertinent, atqꝫ ex reliqua tamē ꝓ
uincia admittunt & audiunt omnes præ-
fectos, uicarios, locum uicemqꝫ gerentes,
& alios qui ſingulis officijs præſunt, eis cō
mittunt omnia quæ facere operæpretium
eſt. Adhuc alij ſuperſunt officiales qui in
aula nō uiuunt ſemper, & tamen ueniunt
ad eam rurſusqꝫ alio ſe cōferunt: ipſi quoqꝫ
aulici & miniſtri ſunt imperatoris, nam
quod primi illi cōſulunt, & alij ex ſecundo
conſilio committunt ut fiat: hoc iſti exe-
quuntur per uuiuerſam prouinciam. Ita
hic omnis hierarchia poteſtati & admini-
ſtrationi innititur, ſed cum diſcrimine, alij
ēm ſemper adhærent deo, ſicut intimi con
ſiliarij coniuncti ſunt imperatori, alij com-
mittunt fieri nonnulla de creaturis, infima
autem hierarchia exequitur id omne emiſ
ſa in diuerſa loca. Et tamē hoc totum quic
quid eſt ad poteſtatem & adminiſtratio-
Danie. 7 nem pertinet. Vidit hoc diſcrimen Dani-
el edoctus a Gabriele quum ait: Milia mi-
lium miniſtrabant ei. Ecce quomodo di-
ſcernit ille inter angelos adminiſtratorios,
qui exteris ſenatoribus ſimiles eſſent, & aſ
ſiſtentes tanquam intimos & coniunctiſ-
ſimos: Gabriel igitur uolens oſtendere ſe
ex intimis angelis unum eſſe, dixit ad Za-
chariam: Ego ſum Gabriel qui aſto ante
Luce. 1 deum. Id omne manifeſtius fiet inde, quū
ipſos angelorum choros explicabimus.

Quælibet ēm hierarchia choros tres ha-
bet, qui ſi coniungantur, nouem ſunt, ſta-
tim autem hic obijceres, decem eſſe ange-
lorum choros: quoniam dixerit dominus
Luce. 15 in Euangelio de decimo denario amiſſo
rurſusqꝫ inuento a muliere: ideoqꝫ decem
uideri angelorum choros. Ad hæc nu-
merus ille beatitudinis abſolutus eſt per-
fectio numerorum, quam eſſe conuenit in
aula fœlicitatis æternæ. Sed ad hoc reſpō
detur, uerum quidem eſſe ꝙ decē ſint cho-
ri beatorum, quod etiam decem denarijs
ſignificatum eſſe conſtat: atqui nouem
tantum ſunt chori angelorum, quamuis
ēm Maria exaltata eſt ſuper omnes choros
angelorum, ut canit Eccleſia, iuxta illud
Ariſtotelis: Vna hirundo non facit uer,
neqꝫ dies una calida æſtatem. Affine huic
eſt quod ueteres dixerunt: Vnus homo
nullus homo. Homo unicus choream nō
facit. Verum alij homines communiter
choris angelorum adnumerantur. Et ul-
tra hæc omnia eſt adhuc infimus beatoꝝ
chorus, in quo paruuli tantum ſunt qui ſta
tim a circumciſione ſine baptiſmo demor-
tui ſunt, illuc etiam qui fatui & moriones
hic fuerunt, perueniunt, ratio eſt, quia nul
lus angelus ex cauſſa ſuperius aſſignata
eſt, qui non proprio opere ſuo & charita-
tis merito, gratia dei adſiſtēte, meruerit ui-
tam æternam, paruuli autem, nōdum mor
tui, meritum proprium non habent, quia
non peruenerunt adhuc ad uſum rationis
(niſi paruuli ſint peculiari gratia dei priui
legiati, ut ſunt innocentes illi pueri ſiue
martyres.) Ideoqꝫ infra omnes angelos ſin
gularem chorum habebant, forſitan etiam
illi qui ſero a peccatis conuerſi, non admo-
dum in dilectione dei feruent, cum paruu-
lis iſtis manebuut, ut æqualiter ſe res ha-
beat in beatitudine angelorum & homi-
num.

Atqꝫ ſic numerus conficitur denarius,
perfectus ille (non loquitur arithmetice,
quia ſic ſex eſſet numerus perfectus nō de
cem, quia deficit.) Qui multum laudis ha-
bet in ſacris literis, chorus hic infimus pla
ne perditus erat per peccatum Adæ. Et
reliqui chori rimas magnas habebant ex
ruina angelorum, quibus impoſiti ſunt in
eorum locum homines beati, dicente Da- Pſal. 109
uid de Chriſto, impleuit ruinas. Sic gloſ-
ſa quædam habet ſuper Lucam: Nouem
ordinibus angelorum additus eſt homo
decimus, qui fuit perditus & inuentus per

Christum, ad complendum numerum angelorum, ſicut & Anshelmus teſtatur in li. de lapſu diaboli.

3. Etſi dicendum hic nobis eſſet non nihil de diuerſa angelorum per choros diſtinctione, attamen quod differtur nō aufertur, nec amittitur quod bene ſeruatur, ut recte dixerunt maiores noſtri, ideo ante q̃ eo ueniamus, alia nobis hic deducenda eſt quæſtio, quæ ex prioribus iam dictis ꝓ manat: diximus enim homines quoſdam in ſingulos angelorum ordines eſſe recipiendos iuxta merita ipſa, ibi quæras, quomodo homines impleturi eſſent ruinas angelorum: & quot tandem eorum futuri eſſent? Reſpondeo, ꝙ equidem in cœlo non fui, neq; iſtud ſatis ſcio, hoc tamen uideo

Gregori. quod ait Grego. ſuperna illa ciuitas ex angelis & hominibus conſtat, ad quā tamen credimus humanum genus aſcendere, quātos illic contigit electos angelos remanſiſſe: ſicut ſcriptum eſt: Statuit terminos gen-

Deut 32 tium iuxta numerum angelorum dei.

Comperio & aliam ſententiam, tot homines eſſe ſaluandos, quot angeli ceciderunt. Iam uero tertia pars angelorum corruit, ſicuti diximus ex Apoca. 12. & Chri-

Pſal. 109 ſtus ruinas angelorum impleuit hominibus: ſequitur ergo tot homines peruenturos ad choros angelorum, quot ex angelis

Auguſt. fuerant lapſi. Poteſt idem ex Auguſtino colligi, quum ait in Enchiridio: Superna Hieruſalem mater noſtra nulla ciuium ſuorum numeroſitate fraudabitur, aut uberiori forſitan copia regnabit. Hoc ultimum ideo fortaſſis addit Auguſtinus, mea quidem ſententia, quia ut ſupra dictum eſt in locum angelorum qui lapſi ſunt, peruenient homines, ſicuti putant Iohannem impleuiſſe locum luciferi: deinde decimum chorum diximus ex ſolis eſſe hominibus conſtituendum, ſequitur, tot homines peruenturos in cœlum quot inde expulſi ſunt angeli, & ultra hoc innocentes adhuc & fatui homines imperfecti. Hinc intelligi facile poteſt: unde ortum ſit uetus illud inter hominem & diabolum odium, de quo Sa-

Sap. 2 piens ait: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. Ratione hanc paucis cōprehendit Bernhardus tractans locum Ionæ: propter me tempeſtas hæc ue- Ionæ.1

nit, quum ait: Diabolus uidit & inuidit et tentauit: uidit cognitionem eorum ſubtilem adeo & ſublimē a deo creatam, ꝙq; loco ſuo exaltari deberet homo in cœlo, imo & ſuper locum ſuum extolli, ita ut etiam deus fieret homo. Poſtq̃ ergo a S. Michaele e cœlo expulſus eſt, uidit hominē in paradiſo, cogitauit apud ſe illud quod antea in cœlo uidit & cognouit. (Fuit hæc uiſio nō facialis & beatifica, ſed ſpecularis) hinc cæpit homini inuidere cogitando quomodo impediret illud ne homo perueniret in cœlum: conatus eſt igitur illum adducere ad lapſum, ſicuti & contigit, ideo per ſerpentē eum tentauit, atq; per ipſum loquutus Euam decepit.

4. Sequitur ex omnibus illis ꝙ angeli in cœlis admodum gaudent ex hominum fœlicitate, nō eo tantum ꝙ conciues ipſorum fiunt, & ciuitas eorū hinc populoſior redditur, ſed etiam ob id ꝙ eorum ruina in hierachijs hoc modo impletur: ſicuti uiciſſim gaudent dæmones ex hominum damnatione, iuxta illud Sapientis: Deſy-

deriū ſi compleatur delectat animā, ideoq; Proue. 13

quum aliquid mali fit quod cupiunt dæmones, multum inde gaudij concipiunt, ut ait Auguſtinus li. 4. de ciuitate dei, Di- Auguſti.

aboli docent mala & gaudent turpibus, ſicut in uitis patrum ſæpenumero legitur: Gauiſos eſſe dæmones ex peccato, cuius ipſi fuerant authores. Viciſſim ſi quando eis anima eripitur & beata efficitur, admodum dolent, iuxta illud Dauidis: Super-

bia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper: Pſal. 73

q̃uis omne iſtud gaudiū uanum eſt quod dæmones concipiunt, impurum etiā, multa cum triſtitia & pœna coniunctum, nam quo plures animas ſeducunt eo grauior ipſorum pœna efficitur, quæ ſemper adcreſcit uſq; in nouiſſimum diem. Quæras autem: an etiam bonus angelus doleat ex damnatione hominis cuius curam egerat? Solutio huius hinc pendet, ut ſciamus differentiam angelorum ſecundum choros, & qui ex eis humanæ deputentur cuſto-

diæ: hoc uero proxima Homilia expedie-mus, hæc iam ſufficiant.

Homilia quinta in die Sancti Michaelis.

Angeli eorum in cœlis ſemper ui-dent faciem patris mei qui in cœlis eſt, Matthæi. XVIII.

Hæb. 1 PAulus de angelis loquens ſic ait: Nonne omnes ſunt adminiſtrato-rij ſpiritus in miniſterium miſſi ꝓ-pter eos qui hæreditatem capient ſalutis: nõ tamen omnes iuxta ſunt nobis utiles in miniſtrando: quoniam, ut ſupra dictũ eſt, quidam ex illis ſemper cum Deo manent uitam uiuentes plane cõtemplatiuam, alij uero actiuam, qui adminiſtrationem Dei in mundo exequuntur. Quomodo autem id quoq; cum diſcrimine fiat: iam porro di-cturi ſumus. Principio itaq; ſicuti tres ſunt hierarchiæ angelorum, ita eorundem cho-ri diſtincti nouem, quorum tres ſemper Hierarchiam unam cõficiunt. Sic Diony-ſius inquit: Omes ſimul cœleſtes immor-taleſq; ſubſtantias in nouem ordines diui-nus ſermo diſtinxit, proprijſq; ac ſignifican-tibus uocabulis appellauit. c. 6. cœle. hierarch. Quæres: Quo modo illi nouem chori diſcernantur? Gre-go. ſane in hac eſt ſentẽtia, ut putet ange-los iſtos unius eſſe chori, qui cõueniunt in uno aliquo dono ſiue dignitate eminentio-ri ſibi a deo collata, ita ut tandẽ finalis an-gelorum diſcretio perficiatur in uno aliquo diuinæ gratię dono. Eſtq; hæc doctorũ ſen-tentia, ꝙ ſicut in donis diſtincti ſunt ange-lorum chori, ita & in loco. Magna eñ hęc eſſet cõfuſio, ſi omnes permixti eſſent cum ſummis infimi & uiciſſim. Hinc contem-plantur doctores cœlum empyreum eſſe inſtar montis: inq; ſummo apice ſit Maria quam undiq; chori ambiant angeloꝝ deor-ſum uerſus in monte ſecũdum ſingulos or-dines, atq; ijs inde cõiuncti ſint ſancti pro ſuo quiſq; merito, ſicuti latius dicemus uo-lente & auxiliante deo in die omnium ſan-ctorum, uide Bernhardinum interea.

Quia non prodeſt populo recenſere Grego. diuerſe locaſſe & permutaſſe quintum & ſeptimum, quia omes ſan-cti, dempto Bernhardo, malunt ſequi in hoc Dionyſiũ: ut qui illa hauſerit ex traditione Apoſtolica: potiſſimum S. Pauli: quod ipſe fuit unus de pręcipu-is, de quibus dixit Paulus: Sapientiã loquimur inter perfectos. 1. Cor. 2.

Seraphim	1	Pria & ſuprema hierarchia.
Cherubim	2	
Throni	3	
Dñationes	4	Secunda & media.
Virtutes	5	
Poteſtates	6	
Principatus	7	Tertia & poſtrẽa hierarch.
Archangeli	8	
Angeli	9	

2. Quãdo igit̃ iã cõſtat quõ diſcernant̃ inter ſe angelorũ chori ſecundũ donatiões dei, adhuc paulo diutius huic rei immorã-dum eſt. Supremus chorus eſt Seraphim, qui donũ ardẽtis habet charitatis, ſicut eñ illa uirtus eſt ſuprema, ita & ſummus ange-lorũ ordo uirtutẽ hanc habet eminentiſſi-me: nã שרף idẽ eſt qđ cõburere ſiue ſuc-cendere, eo ꝙ tãtopere ferueant in charita-te: hinc Seraphim dicunt̃. Meminit huius Eſaiæ 6 ordinis Eſaias dicens: Vidi dñm ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatũ, & plena erat domus a maieſtate eius, & ea quæ ſub ipſo erãt, replebant templũ, Seraphim ſta-bant ſuper illud, ſex alæ uni, & ſex alæ al-teri. Nõ tñ hoc ita intelligendum eſt quaſi chorus iſte ſic donum habeat charitatis, ut nõ idẽ habeant etiã alij. Sciendũ. n. oẽs eos grãm habere charitatis, ꝗuis nõ ęqualiter qa q in choro ſunt ſublimiori, illã ꝑfectius habent, & ideo ex ardentiori charitate ab alijs ſeiungit̃ hic chorus, unde & nomẽ ac-cepit. Secundus ordo Cherubim eſt, qui dono ſapientiæ cæteris illuſtrior habetur, Cherub porro multa ſignificat, miliare, a-ratrum, pugnatorẽ, magiſtrum, oẽm formã ſeu figurã rei, ſed ꝓprie ad ꝓpoſitũ ſecundũ Hieron. ſignificat multitudinẽ ſcientiæ & cognitionis: Kymhi dicit ꝙ ſignificet ala-tas formas, quales apđ nos angeli pingunt̃

propter celeritatem motus. Multa de his
in ſcriptura legunt̃, ut quia Cherubim ſta-
Gen. 3 tuit deus ad oſtium paradiſi. Dauid etiam
Pſal. 79 ſic clamat ad dñm: Qui ſedes ſuper Cheru
bim, manifeſtare corã Effraim, Beniamin,
& Manaſſe, excita potentiã tuam & ueni.
Ezech. 10 Meminit & Ezech. dicens: Cherubim ſta
bant a dextris domus, quũ ingrederet̃ uir,
& nubes impleuit atriũ interius, & eleua-
ta eſt gloria dñi deſuper Cherub. Atq; hic
ſecundus eſt angelorum chorus, quia charita
tem ꝓxime ſequit̃ ſapientia & rerum diui-
narum cognitio, donum ſupremum. Hi
quoq; angeli in claritate cognitionis oẽs
ſe ſequẽtes angelos ſuperant. Sic Diony.
c. 6. cœle. ait: Sanctorum Cherubim appellatione, illo
hierarch. rum eximia ſcientia deiq; ſpeculatio, ſum-
mæq; & exuberantis lucis capacitas atq;
cõtemplatio (qua diuinã ſpeciem non per
traduces ullos, ſed primaria ui ſua intuen-
tur) gratiæ quoq; copioſa traditio & com-
municatio, qua indultam ſibi ſapientiã in
ſequentia & inferiora transfundunt, deſi-
gnatur. Tertio loco thronos numera-
mus, qui etiã ardent in charitate, ſicut Se-
raphim, intelligentes quoq; ſunt diuinę ſa
pientiæ, ſicut Cherubim, ſed multo eis in-
feriores, quũ in ijs plurimis modis ab ipſis
Gregori. ſuperant̃, Verum quia, ut Grego. ait, ſupre
mus angelorum chorus ꝓximum ſub ſe uin-
cit in omnibus donis, quorum etiam alia alijs
ſunt maiora: attamen a digniori denomi-
natur chorus ipſe uniuerſus: ideoq; Sera-
phim & Cherubim illis in tertio choro prę
occupauerunt iã donum, & ipſis aliud no-
men inditũ eſt, ita ut throni dicant̃. Thro-
nus porro ſedes magnifica & regia eſt, ubi
rex in ſua reſidet maieſtate, ſic poſt charita
tis & ſapientiæ donũ uirtus quietis & pa-
cis ſequit̃, eã qui habent angeli throni dicũ
tur, qm̃ in ipſis deus ſuauiter conquieſcit
in pace: & huiuſmodi ſufficientia mentis ſe
quitur ex p̃uia dilectione & ſapientia diui-
Bernhar. na, authore Bern. noſq; homines diſcamus
hinc a Seraphim diligere deũ, a Cherubim
deũ & diuina cognoſcere, a throno quie-
tam habere & pacatã animi tranquillitatẽ.
Doctores quũ de beatitudine loquuntur,
conſtituunt eam in tribus, in fruitione, uiſi
one, & tentatione: alij ponunt delectatio-
nem, uide diſt. 1. primi & 49. quarti. Ex
hac fruitione diuinæ præſentiæ per ſummã
charitatem, ex aſpectu & uiſione eſſentiæ
eius, & poſſeſſione ſiue tentione illius ſęcu-
ra neceſſe eſt delectationem hinc oriri, &
exultationem ineffabilem (an aũt tentio ſit
diſtinctus actus ab alijs, remittim⁹ ad ſcho-
las: nam cõmuniter ſolet dici charitati ſuc-
cedit fruitio, fidei uiſio, & ſpei tentio, exten
de ut lubet, quia eſt elegans materia.)
Sicut ergo tria hæc quæ in beatitudine p̃-
cipua ſunt, ita ſummi tres chori angelorum
diſcernuntur, & in ſuprema Hierarchia re-
ponuntur: nulla eñ ſublimior dignitas pu
ræ creaturæ obuenire poteſt, niſi ut hæc
tria cõſequatur, imo & ipſa glorioſa huma-
nitas Chriſti, ꝙuis uerbo æterno unita ſit
in unitate perſonæ: nõ tamen erit conten-
ta niſi hæc tria haberet. Et horum ordinum
meminit Paulus, dicens de Chriſto, qui Col. 1
eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus om
nis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt
uniuerſa in cœlis & in terra, uiſibilia & in-
uiſibilia, ſiue throni, ſiue dominatiões, ſiue
principatus, ſiue poteſtates. Ecce 4. ordi
nes hic Paulus cõmemorat: unum ex ſu-
prema Hierarchia, unum ex infima, & du-
os ex media, uolẽs per hoc docere unionem
illam & cõnexionem quam inter ſe habent
chori angelorum & Hierarchiæ, nõ eo tan
tum ꝙ in unum finem tendunt omnes ad
caput ſummum Chriſtum, ſed etiam ideo
quia ſemper Hierarchia ſuprema cõmiſſio
nem dat ijs qui inferiores ſibi ſunt in cho-
ro proximo. Quod enim ſupremi citra me-
dium uident & addiſcunt in eſſentia Dei,
idem chorus throni reuelat mediæ Hierar-
chiæ, quæ in quo illuſtrat̃ a ſuperiori, idem
demandat iubetq; exterius tranſigi & con-
fici hic in terra officio ſeu miniſterio infimę
Hierarchiæ.

4. Expediti iã de ſuprema Hierarchia
deſcendamus ad mediam, in ea tres quoq;
ſunt chori, primus dominationũ. Nam ſi-
cuti ſupremi angeli deo tantum adhærent
& cum eo manent in diuina ipſius cõtem-
platiõe: ita incipit 2. ſtatim Hierarchia re-
ſpicere ad gubernationem uniuerſi mundi
ſiquidem per illos angelos in choro domi-
nationum regit deus mundum hunc, dum

illi

illi alios habent angelos ſibi ſubiectos, quibus ulterius agendi officium iniungunt: ſicuti deinceps in reliquis choris explicabimus. Sunt em̄ illa inſtar dominorum qui reliquis imperant angelis quo ad mundū hunc externum. Dionyſius Dionyſius arbitratur nomine dominationum intelligi ſtatum ſeu ordinem ſublimiorem omnis miniſterij expertem, totaq; mente cōuerſum ad deum, participem quoq; eſſe ſemper dominantis diuinitatis. Secundus huius Hierarchiæ chorus uirtutum eſt, id ita intelliges, ſi qn̄ dominantium ordo demonſtret ex uiſione dei quid ſit in mundo faciendum: ibi uirtutum ordo ſeu chorus adeſt, paratus implere illud, & quicquid diuinæ ordinationi conſentaneum eſt exequi, & impedire ſi quid illi aduerſetur. Atq; hinc eſt ꝙ præclara illa miracula per Chriſtum facta & ſanctos dei huic ordini uirtutum tribuuntur: cuius chori angeli ſunt inſtar eorum qui in exercitu capitanei exiſtunt, quicq̄d enim per dominum cum ſuis conſiliarijs concluditur: horum exequutioni demandatur. Atq; de ijs putant nonnulli loqu-
Math. 24 tum eſſe Chriſtum apud Matth. quum dixit: Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadent da cœlo, & uirtutes cœlorum commouebuntur. Tunc apparebit ſignum filij hominis. Hinc colligunt quidam cœlos ab angelis moueri, eſſetq; ea ratio euidens admodum de honorandis diligentius angelis, quum tantum boni, imo quicquid uſq; creſcit, a cœli proficiſcatur influxu. Iam uero cœlum in hæc inferiora operatur per tria, lumen, motum & influentiam. Vnde Ariſtoteles in lumine naturali hoc uidit; ſ. ſuprema corpora hoc eſt, cœleſtia, moueri ab intelligentijs aſſiſtentibus, & etiam numerauit illas ſubſtantias abſtractas, ſecundum numerum motuum, licet in hoc defecit, quod arbitratus eſt tam paruum eſſe numerum illarum altiſſimarum cauſſarum. Poſuit enim, ut ex uerbis ſuis elici poteſt 49. licet aliqui plures, aliqui pauciores apud eum faciant intelligentias, ſecundum quod uariam opinantur de motibus cœlorum augis & deferentis Augem & Epycli &c. Videas commentarios noſtros ſuper librum de cœlo, qui eſt liber ſapientia Ariſtoteles dignus, ait Iohannes Picus, comes Mirandulæ.) Picus.

Quumq; angeli cœlum moueant, ſolem & lunam, utiq; omnis bonitatis nobis ſunt authores, quæ quidem ab influentia cœli promanat: ideoq; pro omnibus naturalibus donis & fructibus terræ Angelis Dei gratias agere debemus, Deumq; laudare, & munificentiam ipſius commendare, qui tam nobiles nobis adminiſtratorios ſpiritus deputauit. (Videas ſuper illo ſpecialiter, quomodo uirtutes, hoc eſt, ex choro uirtutum moueant cœlum, Sanctum Thomam in tractatibus, opuſculo decimo articulo decimo octauo, ubi reſpondet quęſtiunculis Magiſtri Iohannis de Vercello. In quo opere multa pertractat, de uirtute motiua angelorum: & in opere ſequenti, ubi reſpondet lectori Veneto.

Vide doctores in ſecundo, diſtinctione prima: ubi Sanctus Thomas, & meminit diſtinctione triceſima ſeptima primi, quæſtione quarta, articulo primo. Aliqui etiam mouent in diſtinctione octaua ſecundi, ut Scotus. Sed utcunq; ſit, cum dignius non agat propter indignius, tenenda eſt beati Dionyſij ſententia capite tertio, cœl. Hierarchię: Quod angeli circa nos operantis, ultimus finis eſt, ut diuinam ſimilitudinem conſequatur, deo cooperando, in reductione inferiorum in ipſum deum, & uoluntatem dei in hoc implendo.

Tertius mediæ Hierarchiæ is eſt, quem poteſtatum nomine exprimimus, (Poteſtates ſunt Galtheri) angeli ij poteſtatem habent dæmones eijciendi, homines cuſtodiendi a malo, dæmones uinciendi. Hinc ſunt qui putent ex hoc ordine fuiſſe Raphaelem: quia comprehendit dæmonium & religauit illud in deſerto ſuperioris Ae- Tob. 8
gypti: ſic quum legimus illud quod Ioannes ait: Vidi angelum deſcendentem de Apoca. 20
cœlo, habentem clauem abyſſi, & cathenam magnam in manu ſua: Et apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & ſathanas, & ligauit eum per annos mille.

Angelus hic ex poteſtatibus fuit, ubi di
Ccl.i cas: Induxiſſe me iam ſupra Paulum, qui principatus collocat ſupra poteſtates, atq; id ordinationi huic eſſe contrarium. Rñdetur, quia q̄uis Grego. et Bern. ex hoc Pauli loco ordinem chorum deſumpſerunt, attamen illum eo loco Paulus non deſcripſit ſed alibi potius, ubi uolens indicare Chriſtum exaltatum eſſe ſuper omnia, choros quoq; in ſuo ordine collocauit iuſto dicēs:
Ephe.1 Suſcitauit deus Chriſtum a mortuis, conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſupra omnem principatum, & poteſtatem & uirtutem & dominationem. Ecce ibi incipiens ab imo, aſcendit ſurſum uerſus, collocando angelos in eo ordine quem ipſi quoq; ſupra conſtituimus. Nos iam ſanctorum angelorum opem imploremus & auxilium &c.

Homilia ſexta in die
S. Michaëlis archangeli.

Angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei qui in cœlis eſt, Matthæi decimo octauo.

QVandoquidem angelica creatura & nobiliſſima ſit & proxima deo Omnia aūt quæcunq; a deo ſunt ordinatiſſime fiant, iuxta dictum Pauli, ſu
Roma. 13 periori Homilia probauimus & oſtendimusq; ordinate deus angelos omnes per Hierarchias & in ſingulis illis choros tres creauit, de eorum officiis & conditionibus diſſeruimus quo ad ſupremam & mediam Hierarchiam, nunc porro de infima quoq; nonnihil agamus, quæ nobis eo magis aperta eſt quo propior, quoq; magis illa ſine medio omnia myſteria ſua nobiſcum exercet. In hac infima Hierarchia chorus primus eſt principatuū: horum officiū exiſtit ſummos orbis pricipes & monarchias tueri, puta pontifices, imperatores, reges magnoſq; principes. Secundus ordo ex archangelis conſtat, atq; illorum officiū eſt uniuerſam prouinciam defendere & tutari ducatum integrū, diœceſim, ciuitates &c.

Tertius chorus angelorum eſt qui ſingulares regunt & cuſtodiunt perſonas, de iis loquutus eſt dominus, dicens: Angeli eorū in cœlis ſemper uident faciem patris mei qui eſt in cœlis. Aue Maria.

Simulatq; ad infimam iam peruenimus Hierarchiam, cuius angeli a deo humanæ deputati ſunt cuſtodiæ, iam porro de hac re dicturi, concluſionē principio ponimus huiuſmodi: Deus ex ſuæ gratiæ immenſa largitate ita ordinauit, ut angelus ſubſtantia nobilis & ſpiritualis cuſtodiendo homini deputaretur, quod tamē nō uergit in detrimentum angeli, ſed magna noſtra requirit neceſſitas. Teſtantur id ſacrę literæ, quum Pſal. 90
Dauid inquit: Angelis ſuis mādauit de te ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. Loquutus eſt hoc Dauid ad Chriſtum, q̄uis non de ſua ītellexerit perſona, ſed de membris & omnibus hominibus: neq; eñ hoc recte intellexerat diabolus, ratus de Chri Math. 4
ſti hoc dictum eſſe perſona, quando obiecit ei in deſerto: uerum is eius intellectus falſus erat: nam Chriſtus angelum ſui cuſtodem non habuit, quia ab angelo illuminari non potuit, ad hæc ipſe quoq; fuit o Coloſſ. 1
mniſcius, eo q̄ in eo theſauri omnes ſapien Ioan. 1
tiæ & ſcientiæ dei erant reconditi, plenus etiam fuit gratia & ueritate, ita ut non poſſet a uia ueritatis recedere: ideoq; nec angelo indiguit. Præterea omnipotens per ſe fuit, unde preter ſuam uoluntatem nullius uiolentiam potuit ſuſtinere: nam q̄ in mortem oblatus eſt, hoc ipſe uoluit, atq; ideo angelica cuſtodia opus non habuit. Quid
q̄ nec decuit illud, quum dominus ſit an Eſa. 53
gelorum omnium, ut cuſtodientem ſe haberet angelum, quia ueluti iuriſdictionem quandam habent angeli in hominem, cuius curam habent, ſed in Chriſtum habere nullam potuerunt, ſed obedienter ei inſeruierunt, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Math. 4
Reliquit eum diabolus: & ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.

Diceres: Atqui malum angelum habuit Chriſtus, qui eum tentauit, quur ergo nō etiā bonū ſui cuſtodē? Deinde Lucas ait, Luc. 22
in monte oliueti ueniſſe angelum ad eum

&

& confortaſſe eum quum ſudaret præ anguſtia ſudorem ſanguinis, confortare autem opus eſt angelicæ cuſtodiæ. Reſpondetur ad primum, ꝙ diabolus dominum tentauit, uoluntate ipſius factū eſt, ꝙ tentauit exterius, nam intrinſecus animā eius tentare nō potuit: neq; hoc in eo factum eſt ad ipſius probationem quod in nobis fieri ſolet, ſed tantum in confuſionem diaboli & eruditionem noſtram, atq; ideo proprie dicit Euangeliſta: Ductus eſt Ieſus a ſpiritu. ſ. ſancto, in deſertum, ut tentaretur a diabolo. Vide Homilias ſuper hac re in parte prima. *Tomo. 1 fol. 86*

Ad alteram obiectionem de angelo qui dñm cōfortauit (licet dominus Altiſſiodoren. li. 2. ſit ſingularis ꝙ Chriſtus proprie habuerit angelum cuſtodem, & ita uere confortauerit Chriſtum ſecundum humanitatem, at in hoc eum relinquas, quia anima Chriſti fuit beata ab inſtanti creationis: quomodo ergo angelus præfuiſſet ei?) Reſpondemus, ꝙ angelus iſte proprie loquendo dominum nō cōfortauit, ſed ſe habuit in modū confortantis ſeruiliter tamen, non dominio angelico, quaſi ſuperior eo fuiſſet: uerum ſic ut ſæpenumero domino dicit ſeruus in conflictu ut pugnet fortiter: ita hic angelus Chriſtum confortauit, hoc eſt fortitudinem ipſam Chriſti alloquendo gratulatus eſt ei, quoniam omnia illa ſuperaturus & homines eſſet redempturus. *Theoph.* Theophylactus pulchre hoc exponens ſic ait: Viſus eſt ei angelus cōfortans eum, idq; ad noſtram cōſolationem, ut orationis uirtutem diſcamus, eo ꝙ confortet: Quumq; didicerimus, eam in grauibus periculis ꝑmittamus. Interea etiam cōtemplentur ea quæ dicta a Moyſe in magno cantico, confortentur in eo omnes filij dei. (Canticum magnum Moyſi, eſt canticum Deuteronomij 32. *Deut. 32* At illa uerba non habentur in translatione noſtra: recurri ad Hebræum, neq; ibi inueni: ſed dum ſumpſiſſem æditionem ſeptuaginta in manus ſic reperi ibidem circa uerſum, ubi nos legimus: Laudate gentes populum eius: quia ſanguinē ſeruorum ſuorum ulciſcetur. Septuaginta legunt: Lætamini gentes cum populo eius, καὶ ενισχυσάτωσαν αὐτῷ παντες υἱοὶ θεοῦ hoc eſt, roborentur ſeu confortentur in eo omnes filij dei. Et cum proculdubio Theophylactus Græcus ſecutus ſit æditionem ſeptuaginta, conſectarium eſt, quam temere Oecolampadius corruperit ſententiam Theophylacti, uerſione ſua. *Oecolam.* Nam cum textus habeat, quod filij dei confortentur in eo, totum mutauit Hæreticus, & uertit, quod filij dei confortent eum. Vereor eum in multis locis uiciaſſe, ex deprauato animo ſuo & peruerſo Theophylactum. Vtinā aliquando prodeat qui errata Oecolampadij nobis ex integro cōmonſtret in illo opere, quod Parrhiſiinus quidā pollicitus eſt, Deus faciat, ut pſtet pollicita.)

Theoph. Porro, inquit Theophylactus, ꝙ nonulli illud ſic explicarunt curioſius, quia apparuit ei angelus, glorificans eum & dicens: Tua eſt domine fortitudo, tu enim præualuiſti contra mortem & contra infernum, & liberaſti genus humanum. In eandem pene ſententiam audire me memini prædicari paſſionem Chriſti Romæ in die Paraſceues, ꝙ angelus Chriſto omnem monſtrarit plebem ſe expectantem & liberationem præſtolantem: ſiquidem ipſe ſolus fortis eſſet & potens in prælio, rex gloriæ qui infernum debellare poſſet. Quid multa? conſtat Chriſtum purum hominem nullum angelum ſui cuſtodem habuiſſe, ſed omnes angelos eius miniſtros fuiſſe.

2. Conquieſcimus ergo in noſtra concluſione, ꝙ quilibet homo angelum habet cuſtodientem ſe. Hanc concluſionem fortius adhuc ſacrarum literarum teſtimonijs confirmemus. Sapiens enim ſic ait: In unā quamq; gentem præpoſuit rectorem: ait Gloſſa, angelos illos eſſe. *Eccle. 17* Et Eſaias inquit *Eſaiæ 62* Super muros tuos Hieruſalem conſtituiſti cuſtodes, tota die, tota nocte in perpetuum non tacebunt. Muri, ut Gloſſa teſtatur, ſunt apoſtoli, cuſtodes autem angeli. Ad hæc in Actibus apoſtolorū legimus: ꝙ pulſante Petro in ædibus Mariæ, quæ mater erat Iohannis, qui cognominabatur Marcus: iamq; ancilla Rhodæ denunciaret eis Petrum præ foribus eſſe, dixerūt, Angelus eius eſt. *Acto. 12*

Et quid multas deſyderamus ſuper hoc

ſcripturas, quum dicat hic dominus: Angeli eorum in cœlis &c. Loquens de paruulis, ſemper uident faciem patris mei qui eſt in cœlis. *Hierony.* Ait ibi Hiero. Magna dignitas animaꝝ ut unaquæqꝫ habeat ab ortu natiuitatis ſuæ angelum ad cuſtodiam ſuã deputatum. Atqꝫ in hoc diuinæ ſapientiæ conſpicimus ordinem: quoniam illa ſecundum regulam Dionyſij ſic adminiſtrat res ut infima per media ducat ad ſuprema, quis enim dubitet deum per ſe ſufficientem ſatis eſſe & potentem ad gubernandum, ſicut & præcipue nos cuſtodit & protegit, *Pſal. 120 & 26* dicẽte Dauid, Dominꝰ cuſtodit te, dominus protectio tua, Et alibi: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea quem timebo? Dñs protector uitæ meæ a quo trepidabo? Habundat eiuſmodi locis tota ſcriptura. Diceres autem: Ordinem hunc ſapientiæ conſentaneum non eſſe, ut creatura nobilior, cuiuſmodi eſt angelus, inferiori ſeruiat, puta homini: id enim ordinẽ peruerſum arguere uidetur. Reſpondetur ꝙ angeli nos cuſtodiunt, miniſterium utiqꝫ eſt, *Heb. 1* Quoniam ſic Paulus ait: Omnes illos adminiſtratorios ſpiritus in miniſterium miſſos propter eos qui hæreditatem capient ſalutis, ueruntamen non ideo ordo iſte peruerſus eſt, ſed admiranda tum bonitas tum ſapientia dei, quum nihil per hoc angelicę nobilitati decedat. Principio enim non facit hoc angelus in reuerentiam hominis ex ſe, ſed obedientia dei non ſecus atqꝫ indies uſu uenire ſolet in aula: ubi nobiles ſemper aſſiſtunt principi ſuo, ad quem ſi forte ſubditus quiſpiam ueniat pauper, adiungit ei princeps nobilem aliquem qui ipſum huc aut illuc deducat ad negotium ſuum exequendum, ibi nobilis inſeruit pauperi non propter ipſum, ſed quia iuſſit princeps.

Sic angelus cuſtodia non eget, ſed homo miniſterio eius opus habet. Altera cauſſa quamuis angelus ratione naturæ nobilior eſt homine, ipſos tamen charitas ęquat, & ideo quum angeli diligant homines, cupientes ut & ipſi ſaluarentur, *Luc. 15* gaudent etiam ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Ex charitatis igitur affectu inſeruiunt nobis, noſtramqꝫ ſtudent promouere ſalutem. Ad hæc nihil per hoc angelorum dignitati decedit: nã per hoc ꝙ angelus hominem cuſtodit non ſubditus eſt ei nec ſubeſt ſed præeſt, poteſtatem quandam ſuperiorem habens in eum.

3. Quid ꝙ rationi quoqꝫ multum conſentanea eſt hęc angelorum cuſtodia, quia hinc diuina ſapientia eluceſcit, dum creaturas rationales ita inuicem connectit, ut terrena creatura qualis homo eſt per angelum deueniat ad deum. Nam quum hic homo inter hoſtes ſuos uerſetur, diuina bonitas ei proſpexit de adiutorio aduerſus peccatum, quia interius dedit ei liberum arbitriũ cum gratia aſſiſtẽt, exterius autẽ meritum Chriſti adminiculum angelorũ, quo multum indigemus in ipſo adhuc utero matris, ne ibi ſtatim ſuffocando nos interimat diabolus, uix dum natus infans angelica uel maxime indiget cuſtodia ne pereat ſine baptiſmo, baptizatus adhuc magis eget angelo, ne in peccata pertrahatur a diabolo, uel in peccata collapſus ne perſeueret. Moriturum porro & extrema iam trahentem ſuſpiria hominem omnium maxime tentat diabolus, atqꝫ conatur eum in deſperationis barathrum præcipitare, uel in alium quemcunqꝫ malum finem adducere, iuxta illud quod ait deus: Tu inſidiaberis calcaneo, *Gen. 3* hoc eſt, ultimo eius fini: ideoqꝫ hinc etiam angelico indiget auxilio homo, ut queat diabolicæ tentationi reſiſtere.

Poſt mortem quoqꝫ adhuc adeſt accuſator, deferens hominem apud deum, & cõmemorans opera eius mala omnia quæ unqꝫ commiſit in uita: unde accuſatorem fratrum eum recte appellauit Iohannes, *Apoca. 12* & ideo hic quoqꝫ homo angelo opus habet protectore & patrono, dicente Iob: *Iob. 33* Si fuerit pro eo angelus loquens ut annunciet hominis æquitatem, miſerebitur eius.

Multas hic uolens prætereo quæſtiones. An etiam primi parentes noſtri in paradiſo angelos habuerint. An idem angelus multos ſucceſſiue cuſtodiat homines? An etiam animæ in purgatorio habeant cuſtodientes ſe angelos? An multi unũ cuſtodiant hominem angeli?

An Maria quoqꝫ angelum habuerit cuſtodem? nam ad miniſterium nemo dubitat eam multos habuiſſe ut Gabrielem & alios, Cant. 3 iuxta illud Sapientis: En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël: lectulus Maria ipſa eſt, ſexaginta fortes multitudinem deſignant angelorum.

Circa cuſtodiam porro ſingulorum hominum ſciendum eſt (ordo quem ab initio ſermonum de angelis inſtituerã, totus mihi excidit, dum iter iam operoſum aliquot diebus fecerim, ideo uereor ne aliqua præconcepta prætergrediar: adnitar tamẽ ut apprehendam) ꝙ neceſſarium non eſt angelum ſemper præſto eſſe homini: uſu em̃ euenire poteſt, ut ipſa hominis exigat neceſſitas angelum in alio loco eſſe ad pręcauendum aliquod imminens malum, aut ad cõuertendum illud in bonum: quomodo ſępius in miniſterio noſtro eſſe angelos certum eſt uel dormientibus nobis, uel alias ignorantibus, & tamẽ tunc angelus hominem ſine cuſtodia, nõ deſerit, agnoſcens in ipſa eſſentia diuina (ſemper em̃ uidet faciem patris cœleſtis) quando ſua cuſtodia Gregori ſit opus homini: nã ut ait Gregorius, quid non uident qui uidentem omnia uident? Quãuis hoc quoqꝫ fieri poteſt ut angelus quiſpiam interdum alio ſe conferens miniſterij ſui officium alteri cõmittat, quod ex Zacha. 2 Zacharia colligi poteſt, quũ ait: Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit: Curre loquere ad puerum iſtum &c. Hic angelus officium ſuum tradit alteri: atqꝫ ſic huc illuc permeant, quũ ſit in illa cœleſti Hieruſalem multitudo multorum milium angelorum, qui omnes adminiſtratorij ſunt ſpiritus, in miniſteriũ Hæbr. 1 miſſi propter eos qui hæreditatem capient ſalutis.

4. Vt aliquando finiamus, ſequitur ex ſupradictis fieri poſſe ut angeli duo boni ſint ſibi cõtrarij, ſi finalem neſciant uoluntatem dei, ſicut & homines ſæpe ſine peccato aduerſantur ſibi mutuum, id adeo multa teſtantur ſanctorum exempla: namqꝫ & Barnabas uoluit aliquando aſſumere ſecum Iohannẽ qui cognominabatur Marcus, Paulus autem rogabat non debere eũ recipi, ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, Actu. 15 & non iſſet cum eis in opus, facta ergo eſt diſſenſio, ita ut diſcederent ab inuicem. Ecce quomodo ſine inuidia & odio boni etiam homines diſſentire nonnunqꝫ poſſunt. Atqꝫ inter angelos quoqꝫ ſimiliter: Nam Daniel refert angelum ad ſe dixiſſe Dani. 10 princeps regni Perſarum reſtitit mihi uiginti & uno diebus, & ecce Michaël unus de principibꝰ primus uenit in adiutorium meũ. Vult Gregorius angelos illos fuiſſe, Gregori. ci genti pręfectos, quando quilibet eorum pro ſuo populo dominum rogauit: angelus enim Perſarum uidebat ex cohabitatione Iudæorum Perſas ſuos meliores fieri, & quottidie ad cognitionem ueri dei & fidei peruenire magis, unde cupiebat Iudæos diutius ibi manere, ut incolæ plures eſſent conuerſi: Angelus autem Iudęorum nihil magis expetebat ꝙ liberationem Iudæorum, ut ſic cultus diuinus in Iudæa augeretur, & lex diligentius ſeruaretur. Atqꝫ id tamen totum non ſic abſolute debet intelligi, quaſi angeli boni & beati contrarias habeant uoluntates, ſed quia interdum in futuris contingentibus ignorant quæ ſit certa dei uoluntas, utriuſqꝫ partis meritũ proponunt, tantiſper dum eis uoluntas diuina ſignificatur, tunc amplius non repugnant, ſed dicunt: Fiat uoluntas tua. Eoqꝫ reſpexit Iob, quum dixit: Deum facere cõcordiam in ſublimibus, hoc eſt, angelis ſuis. Iob. 25 Merito itaqꝫ commendare & uenerari debemus ſanctos angelos, qui nos ab ipſis iam inde incunabilis uſqꝫ in mortem cuſtodiunt, qui non malignis tantum dæmonibus, ſed & omnibus inimicorum inſultibus reſiſtunt, nonnunqꝫ etiam bonis angelis, dum ultimam finalemqꝫ ignorant dei uoluntatem: Deus gratiam ſuam concedere dignetur, ut & angeli nobiſcũ pro ſua lętentur cuſtodia, & nos pro exiguis, & inutilibus per ſe meritorijs noſtris operibus in æterna patria, Amen.

Homilia ſeptima in die Sancti Michaëlis archangeli.

Aſcendit Angelus de Galgalis ad locum flentium, & ait, Eduxi uos de terra Aegypti, Iudi. ſecundo.

Dicendum hic eſt dilectiſſimi, quid
nobis utilitatis angelorum adfe-
rat cuſtodia, & quid operationis
atq; uirtutis illa in ſe habeat, ubi commo-
dum ſe locus ille mihi obtulit ex Hiſtoria
Iudicum. Verum anteq̃ progrediamur,
nonnihil præmittendum eſt de multiplici
multumq; diuerſa cuſtodia: ſicut enim in
quadam ſuperiori Homilia commemora-
uimus, quemlibet hominem ſuum propri-
um habere angelum, ita iam hic ex hoc lo-
co apparet, angelum iſtum totius populi
fuiſſe cuſtodem, non unius ſingulariter ho
minis. Conſtans igitur hæc doctorum ſen
tentia eſt, q̃ q̃uis deus præcipue non ho-
minum tantum omniũ, ſed & totius mun-
Iob.6 di cuſtos eſt, iuxta illud Iob: Quid faciam
tibi o cuſtos hominum, ille tamen per me-
dia quæ[illegible] cuſtodit (non tamen exclu-
dendo [illegible]n deus ſit cauſſa immediata o-
mnium [illegible]rum, ut in commentarijs noſtris
ſuper 2. Phyſi. late deduximus) atq; ſic cu-
ſtodia ad totam infimam hierarchiam per
tinet, q̃ tres illi chori ſeu ordines, angelorũ
archangelorum, & principatuum officium
habeant ſibi iniunctum humanę cuſtodię:
Et angeli quidem infimi ordinis ſingula-
res & priuatos cuſtodiunt homines, & a-
lia quædam exigua, uillas, uicos, arces, opi
da: Archangeli autem principes & opti-
mates, Epiſcopos & archiepiſcopos, duca
tus, diœceſes, regiones integras & amplas
hominum congregationes. Principatus
uero curam habent regum regnorumq;,
Imperatorum, pontificum, & totius Chri-
ſtianiſmi. Id adeo Sapiens teſtatur, quum
Eccle.17 inquit: In unamquanq; gentem poſuit re-
Eſaie 61 ctorem. Et Eſaias dicens: Hieruſalem ſu-
per muros tuos poſui cuſtodes, utrinq; ex-
ponit gloſſa angelos. Et de principatibus
q̃ cuſtodiant regna, manifeſtum fit ex Da
Danie.10 niele, apud quem multa narrat angelus de
principibus Perſarum, Græcorum, & Iu-
dæorum. Quod autem illi fuerint angeli
hinc liquet q̃ principem ſynagogæ Iudæ-
orum aperte cõmemorat S. Michaëlem,
qui princeps eſt angelorum, ſicut in ſequẽ
ti dicemus Homilia.

Sequitur inde q̃ quemadmodum homo
quiſpiam priuatus in dignitatibus aſcen-
dit: ita plures & excellentiores cõſequitur
angelos. (Vide theoricam Lyræ ſuper A-
pocalipſi.) Sic nimirum, quũ quis adhuc Apoca.10
uiuit ut priuatus, angelum habet ſui cuſto-
dem ex infimo angelorum ordine, ſin fiat
ille princeps aut Epiſcopus, tunc archan-
gelum habebit ex ſecundo angelorum cho
ro: q̃ ſi adhuc rex fiat aut Papa, ex princi-
patibus unus ei adiungitur. Vis exemplũ?
En tibi Pontificem Pium, is quum primũ
Secretarius eſſet, factus eſt inde Epiſcop⁹,
mox Cardinalis, tandem Papa. Nec eſt q̃
putes primum angelum ideo ipſum relin-
quere: quia q̃diu dignitatem ſeruat, etiam
angelum retinet eius cuſtodiæ deputatũ.
Vnde ſequitur hominem unum poſſe 30.
aut plures habere angelos ſui cuſtodes, ſic
catholica Cæſarea maieſtas multos habet
angelos pro imperio, pro omnib⁹ ſuæ Cæ-
ſareæ maieſtatis regnis, pro ducatibus cun
ctis &c.

2. Quum iam ſatis diffuſe cuſtodias an
gelorũ enarrauimus, porro dicamus quid
in ſe cuſtodia habeat, quid inde utilitatis
nobis proueniat: hæc tamen pręmiſſa.
Quandoquidem ex communi doctorum
ſententia ſuperiores Angeli ſemper apud Dani.7
deum manent, aſſidentes ei: illi autem ex
inferiori hierarchia emittuntur ad homi-
nes, iuſſu tamen & illuminatione ſuperio
rum, a quibus commiſſionem capiunt &
uirtutem, nonnunq; etiam nomen eorum
ſibi uſurpant: ut quum ſupremi angeli qui
uirtutes dicuntur, officium habeant ope-
randi miracula: illud tamen inferioribus
committũt angelis, qui hoc opere ipſo ex-
equuntur: ſic poteſtates officium habent
dæmones arcendi, uerum hoc interim inſe
rioribus angelis iniungunt. Atq; hinc pro
pheta dicit: Volauit ad me unus de Sera- Eſa.6
phin, & in manu eius calculus quem forci-
pe tulerat de altari, & tetigit os meum, nõ
accipiendum eſt hoc, authore Dionyſio, Dionyſi.
cap. 13. de cœleſti hierarch. de ipſo ſupre-
mo ordine Seraphin, quaſi ex illo unus ſe
demiſerit

demiſerit ad prophetam, ſed quia unus ex eis qui humanæ ſunt deputati cuſtodiæ ꝓphetam mundarit, & ratione officij nomẽ illud ei datum ſit, quoniam prophetam in mente ſua totum accenderit, a peccatis purificarit, planeq; abripuerit in feruore obedientiæ dei. Ad longum explicat ille quomodo deus initium eſt omnibus lucis & illuminationis, quam ſupremi angeli uberius recipiunt, & per illos diuinum iubar deriuatur ac diffunditur in angelos inferiores: Hinc etiam nomina illuminatiua & perficientium ſuſcipiunt: Atq; hinc iam intelligitur quomodo omnes angeli nobis ſint ſpiritus adminiſtratorij etſi nõ omnes ad nos demittantur.

Porro ut ad angelicæ cuſtodiæ utilitatem ueniamus, primum occurrit hic mihi ex loco illo quẽ ab initio induximus ꝙ angeli hominẽ peccatorem ad pęnitẽtiam mouent, ita enim legitur: Angelus domini aſcendit de Galgalis ad locum flentium & ait: Eduxi uos de terra Aegypti & ita ut duntaxat nõ feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius & aras eorum ſubuerteretis, & noluiſtis audire uocem meam: Quur hoc feciſtis? Quumq; loqueretur angelus domini hęc uerba ad omnes filios Iſraël, eleuauerunt uocem ſuam & fleuerunt: Ecce quomodo angelus ad pœnitentiã eos adduxit: O quoties tibi quoque ſubit in animum conuerſio ad deum & pœnitentia, at quis hæc tibi ſuggerit? an gelus ſic tuus tecum loquitur, te de peccato corripit, uolens te ad pietatem adducere & ſanctam conuerſationem: Extende ad placitum. *Iudith.2*

3. Argumẽtũ & hoc eſt in angelorum cuſtodia, ꝙ illi a nobis ad deum aſcendunt, rurſusq; ad nos deſcendunt, ſicut uidit Iacob in ſcalis quæ ad cœlum uſq; porrectę angelis præbebant aſcendendi & deſcendendi locũ: Aſcẽſus ille uitã ſignificat contemplatiuam, quam ſemper habent angeli eſſentiam uidentes diuinam, neque interim minus deſcendunt ad miniſterium noſtrum, ita ut ſimul uitam uiuant actiuã & contemplatiuam ſine omni impedimento: id etiam dominus hic declarauit dicens, Angeli eorum (Ecce per hoc miniſterium eorũ quod habent in terris inſinuat) in cœlis ſemper uident faciem patris mei, qui eſt in cœlis: Vbi uita eorum contemplatiua quam habent in cœlis declaratur, hoc enim nobis ſciẽdum eſt ꝙ angeli iam eſſentialiter ſunt beati, neq; porro beatitudinem ſuam merentur eo quod nobis miniſtrant: Nam ꝗuis gaudium habeant accidentale ex beatitudine hominum, qua ruinæ ipſorum reſtaurantur & implentur atq; genus humanum rurſus deo reconciliatur, & quia Chriſtus in mẽbris ſuis exaltatur, dicente domino: Gaudium eſt angelis dei ſuper uno peccatore pęnitentiã agẽre, nihil tamen hoc ad eſſentialem angelorum facit beatitudinem, quam eis dat ſecũdũ merita ſua: Viciſſim nihil angelis decedit ex lapſu & damnatione quoq; eorum quos cuſtodiunt, niſi ꝙ accidentale iſtud gaudiũ amittunt, ergo ꝓprie loquendo nõ dolent de dãnatis neq; triſtantur, niſi quia admirantur profunditatem iudiciorũ dei, ſicq; in opere tales ſe gerunt, quales qui mę rore afficiuntur, ſic Eſaias prædicit fore, ut angeli pacis fleant amare: Et ſic inualuit conſuetudo pingendi dolentes & triſtes angelos circa iudicium Chriſti, nullus autem beatus flere poteſt (in Chriſto fuit ſpeciale, ꝙ beatitudo non redũdabit in portionẽ inferiorẽ) neq; lugere, unde neq; angeli męrent proprie, etiam ſi hõ cuius curã habuerant non ſeruetur, ſed quum id dicitur ſermo eſt illi ſimilis, quem refert ſcriptura dixiſſe dominum, pœnitet me feciſſe hominẽ, nõ ꝙ proprie pœnitere facti ſui poſſit deum, ſed quia in opere talem ſe exhibuit ut ſolent quos pœnitet alicuius rei, qm̃ etiã uolebat eos delere de terra: Atqui moris eſt apud nos, ut ſi quis qđ fecerat uolẽs rurſus confringat, de eo dicamus quia pœnituit ipſum, unde ſimile eſt de angelorum fletu iudicium, non enim flent illi, ſed tamen ſimiles ſunt (ſi opera eorum conſyderes) dolentibus: An autẽ a principio ſciat angelus, hominem quem cuſtodit ſaluandum eſſe uel non, ſcripturæ teſtimonium certum non extat, ideoq; in beneplacito illud diuino conſiſtit. *Gene.28* *Matth.18* *Luc.15* *Iſa.33* *Gen.6*

Rurſus & hoc uerum eſt ꝙ maligni dæmones multum gaudent de damnatio

ne hominum, uiciſſim dolent animas ſibi eripi & ſaluari, eo enim ipſos adigit odiũ dei & hominum, de quo pſaltes diuinus ait: Superbia eorum qui te oderunt aſcen-
Pſalm.73 dit ſemper: Quumq; ſic oderint deum, læ-tantur in perditione hominum, qui & ipſi in æternum deum blaſphemabunt. Atque in cauſſa eſt gaudium, quando res eis ex ſententia cadunt, iuxta illud ſapien-
Prouc.13 tis, deſyderium ſi compleatur, delectat animam, non q dæmones damnati gaudium uerum habere poſſint, ſed gaudium iſtud uanum, inane & immundum totum eſt multa cum amaritudine & triſtitia coniunctum, non ſecus atq; iratus gaudet data ſibi occaſione uindictæ, quæ res tamen ei pœnæ & ſupplicio eſt.

4. Tertium quod nobis angelica ſecũ cuſtodia adfert eſt, q hominem adiuuant in operãdo bonum, eũq; alias collapſurum retinent & confirmant, ſtatim enim quum in foribus eſſe ruina uidetur, angelus præſto eſt exhortans hominem ad perſeueran-
3.Reg.19 dum in bono: Eius rei figuram habemus in hiſtoria regum quando angelus domini tetigit Heliã & ait ad eum, ſurge & comede, grãdis enim tibi reſtat uia: Qui quũ ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius. 40. diebus & 40. noctibus uſque ad montem dei Oreb: ſic conſolatus eſt Raphaël Thobiam dicens,
Thob.3 forti animo eſto, in proximo eſt ut a deo
Ioſ.1 cureris, ſic confortauit etiã angelus Ioſue, ſicut fui, inquiens, cum Moyſe, ita ero & tecum, non dimittam nec derelinquam te, cõfortare & eſto robuſtus. Neq; hic te moueat q dicitur dominum eſſe loquutum, quandocunq; enim in ueteri teſtamento ſcribitur, apparuiſſe dominum, dominum aliquid dixiſſe, non putandum eſſe dominũ eſſentialiter apparuiſſe uel eſſe loquutum ſed angelum loco dei, ſicut pulchre hoc declarat Auguſtinus: Id inde colligitur, q de ſcripturis legẽ ſibi diuinitus datam Moyſes ſic exorditur, loquutus eſt dominus cunctos ſermones hos: Ego ſum dominus deus tuus qui eduxi te de terra
Exo.20 Aegypti de domo ſeruitutis, atq; hinc ſequũtur decem præcepta cum reliquis legibus Moſaicis, fuiſſe autem hunc angelũ non deum ipſum, teſtatur Stephanus dicens: Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum & non cuſtodiſtis. Actо.7 Quæras, quũ ille qui loquutus eſt ad Moyſen angelus fuerit, quur ſe deum uocat? reſpondet Au- Auguſti. guſt. lib. 3. de tri. c. 11. Quia quum uerba iudicis præco pronunciat non ſcribitur in geſtis, ille præco dixit, ſed ille iudex: Ita etiam loquente propheta ſancto etſi dicamus propheta dixit, tamen nihil aliud quã dominus dixit intelligi uolumus, inſuper quum dicimus dominũ dixiſſe nihil prophetæ detrahimus, admonendo potius inſinuamus per eum quiſnam ſit loquutus. Atq; hoc præcipuũ quiddã eſt in angelica cuſtodia, q loco dei loquuti ſunt angeli patribus antiquis. Quartum porro quod nobis angeli cuſtodia pſtat, illud eſt quod hominem a peccato retrahit & præmunit, utiq; enim longe grauius peccaret homo niſi ab angelo ſuo impediretur: Exemplo in hoc nobis eſſe poterit, q quoniã abiret Nume.22 Balaam maledicturus populo Iſraël, in uia ſtetit ei angelus gladio exerto, prohibens aſinam quominus pergere poſſet, ſed eam loqui fecit, & tamen ipſum tandem procedere iuſſit, uetans ne aliud q præcepiſſet loqueretur, ſic ſæpe impediunt angeli profectionem quæ homini poterat eſſe impedimento ad ſalutem. Quinto loco numerabimus mitigationem tentationũ, id nobis teſtatur Daniel, quia quũ tres pue- Daniel.3 ri eſſent in caminũ ignis præcipitati, deſcẽdit angelus domini cum Azaria & ſocijs eius in fornacem & excuſſit flãmam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi uentum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis neq; cõtriſtauit, nec quicq; moleſtiæ intulit: In eius rei argumentum quum angelus domini luctatus eſſet cum Gen.32 Iacob poſt acceptam benedictionem confortatus eſt ille, & antea tetigerat angelus fæmur Iacob, & neruus eius emarcuit, ſic marceſcit tentatio carnis per tactum angeli: Multi ſunt qui uarijs afficiuntur tentationibus alij ſuperbia, alij libidinis uexantur pruritu, ijs ut tentatio mitigetur tangit angelus carnem eorum quatenus marceſcat, debilitetur, & tẽtatio praua euaneſcat: Ideoq; ægritudo per bonos & malos

angelos

angelos immitti alicui poteſt: At hæc
iam ſufficiant &cæ.

Homilia octaua et vltima in ferijs S. Michaelis archangeli.

Michael & angeli eius præliaban
tur cum dracone Apo. XII.

MEmini ſuperiori homilia dilectiſſi-
mi in Chriſto cæpiſſe me de ange
lorum dicere cuſtodia, neqꝫ tamen
abſoluiſſe, nunc ne res ea in ſuſpenſo ma-
neat, ad finem deducemus illã, ubi tamen
prius de S. Michaele nonnulla dixerimꝰ, qꝫ
uis enim dies hic ſacer ſit omnibus ange-
lis, tamen peculiariter dicitur S. Michae-
li eſſe ſacratus unde & nomen habet, eius
rei rationes plurimæ ſunt, nos ex ijs pau-
cas conſyderemus, quoniam præ alijs an-
gelis præcipue deus S. Michaelem mul-
tis donauit priuilegijs in hac militante ec-
cleſia: Ac principio quidem princeps ille
creditur omnium qui in terras emittuntur
angelorum, ideoqꝫ non ex angelis infimis
neqꝫ ex archangelis ſed ex principatib. ille
eſt omniũ ſupremus, & ex hoc fundamen-
to princeps ille & cuſtos fuit ſynagogæ ue
Daniel. 10 teris teſtamẽti, ſicut angelus ad Danielem
dixit, neminem ſibi eſſe adiutorem niſi
Michaelem principem illum, nunc autem
cuſtos idem & princeps a deo conſtitutus
eſt totius eccleſiæ, quæ ideo ſic de ipſo ſo-
lẽniter canit: Michael præpoſitus paradiſi
quem honorificant angelorum ciues.

2. Quicquid & ubicunqꝫ opus fuit, ut
pro fidelib. certaretur, ibi ſemper Michael
adfuit atque illud perfecit, & id quater. Pri
mo pugnauit ille & angeli ſui aduerſus
Luciferum & angelos eius, ita enim de eo
Iohannes ait, factum eſt prælium magnũ
Apoc. 12 in cœlo Michael & angeli eius præliaban-
tur cum dracone, & draco pugnabat, & an
geli eius & non ualuerunt, neqꝫ locus in-
uentus eſt eorum amplius in cœlo: de ui-
ctoria quoqꝫ S. Michaelis ſequitur, proie-
ctus eſt draco ille magnꝰ ſerpens antiquus
qui uocatur diabolus & ſathanas qui ſedu-
cit uniuerſum orbẽ: Nec eſt ꝙ mireris Mi-
chaelem ſuperaſſe luciferum, qui tamen
in naturalib. donis & uirib. omnibꝰ fuit an
gelis excellentior, deus enim per gratiam
ſingularẽ dedit influxitqꝫ illis uirtutem &
potentiã qua uictores fuerunt, ſicut in hũc
uſqꝫ diem non raro ijs qui multitudine &
uirib. ſunt inferiores robur & fortitudinem
confert deus, ut plures & potentiores euin
cant. 2. Pugnauit etiam S. Michael
in Aegypto pro filijs Iſraël ad redimẽdum
eos aduerſus Pharaonem per multa ſigna Exod. 12
& miracula, præceſſit eos per deſertum eo
uſqꝫ dum uenirent in terram promiſſionis.
Aegyptios ſubmerſit, eiecit gentes, ita nam
que legimus, factum eſt in noctis medio,
percuſſit dominus omnem primogenitum
in terra Aegypti, a primogenito Pharao-
nis qui in ſolio eius ſedebat uſqꝫ ad primo-
genitũ captiuæ quæ erat in carcere, id autẽ
miniſterio angelorum feciſſe dominum ex
ſequentibus patet, tollens ſe angelus do- Exo. 14
mini qui præcedebat caſtra Iſraël, ſtetit in- & 23
ter caſtra Aegyptiorum & caſtra Iſraël: Ita
dominꝰ deinde promiſit Moyſi: Ecce ego
mitto angelũ meũ qui præcedat te & cu-
ſtodiat ſemper in uia, & introducat in lo-
cum quẽ p̃paraui tibi, & rurſus alibi, idẽ
pollicitus eſt ei. Quãuis aũt in ijs locis no-
men Michaelis nõ exprimitur, tamẽ quia
princeps fuit ſynagogæ, ſicut ex Daniele
patet, utiqꝫ uel angelus hic ipſe fuit Mi-
chael, uel certe faciendi hoc cõmiſſionem
habuit a. ſ. Michaele. 3. Valide etiam
aduerſus diabolum certauit de corpore
Moyſi, qm̃ ſic ait Iudas Taddæus: Quum Iudæ. 1
Michael archangelus cum diabolo diſpu-
tans altercaretur de Moyſi corpore, non
eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ ſed
dixit, Imperet tibi dominus: Pugna hæc
inde orta eſt quia diabolus modis omnibꝰ
cupiebat Iudæos ſcire ſepulchrum Moyſi,
ratus ſe eos per ſe pronos in idololatriam,
facile huc adducturũ ut Moyſen pro deo
colerent: Id ne fieret: Michael effecit ut ſe-
pulchrum illud non inueniretur, unde &
ſcriptum eſt: Mortuus eſt, ibi Moyſes ſer- Deut. ult.
uus domini in terra Moab, iubente domi-
no, & ſepeliuit eum in ualle terræ Moab
contra Phogor, & non cognouit homo ſe-

pulchrum eius uſqꝫ in præſentem diem: de
pugna ſiue certamine cum principe Per-
ſarum & Græcorum ex Daniele diximus
iam antea.

4. Super hæc omnia bellum adhuc ge-
ret S. Michael aduerſus Antichriſtum, qui
quum ſe mortuū ſimulabit & reſurrexiſſe,
conabitur in monte oliueti aſcēdere in cœ-
lum, & tunc, ut Paulus ait, interficiet eum
Chriſtus ſpiritu oris ſui, uult Gloſſa ꝙ do-
minus eum iuſſu ſuo repercutiet inſtar ful
minis, per S. Michaelem. Hinc iam liquet
quomodo S. Michael pro eccleſia militet
& cunctis fidelibus aduerſus diabolum &
omnes hoſtes eccleſiæ, utiqꝫ ſæpius q̃ nos
reſciſcamus, fortius etiam q̃ nos cogitare
poſſimus.

2. Præ alijs inſuper angelis Michael
ab eccleſia colitur, poteſtatem enim habet
animas hominum ſuſcipiēdi in cuiuslibet
morte, eaſqꝫ iudicare iudicio ſaltē particu-
lari, merita earū ponderare ſicuti plærunqꝫ
cū libra pingit̃, ut per hoc etiam ſimplices
illud intelligant: Vnde canit eccleſia: Ar-
changele Michael conſtitui te principem
ſuper omnes animas ſuſcipiendas: Et ite-
rum: Data eſt poteſtas archangelo Mi-
chaeli, ſuper animas iuſtorū & peccatorū.

Atque hinc poteſtas profluit quę data
eſt S. Michaeli ſuper animabus referendis
ad iudicem & deducendis in cœlum, ſicut
canit eccleſia in officio miſſę ꝓ defunctis,
ſed ſignifer ſanctus Michael repræſentet
eas in lucē ſanctā: Quęras quur eū ſignife-
rum uocat eccleſia? Eo ſane quia S. Mi-
chael portabit ſigna paſſiōis Chriſti, uexil-
la noſtræ ſalutis in die iudicij, crucem, Lan
ceam, clauos, coronam &c. ſicut de extre-
mo iudicio diximus: Alias S. Michaelis
1. Theſ. 4 prærogatiua hæc eſt, quoniam ille omnes
homines uocabit & inuitabit ad iudicium,
Tomo. 1 Paulus enim ait, dominum deſcenſurum
fol. 75 de cœlo in uoce archangeli & in tuba dei
(uide ubi ſupra) Atqꝫ hæc ipſa doctorum
ſentētia eſt ꝙ S. Michael per angelos pro-
uinciarum uniuerſo inclamabit orbi: Sur-
Hierony. gite mortui, uenite ad iudicium, c̃ꝫuis Hie-
rony. putet Chriſtum ipſum ſic eſſe clama-
Iohan. 5 turum, eo ꝙ dicat apud Iohannē: Mortui
audient uocē filij dei & qui audierint ui-
uent. Hinc aliud ſequitur ſancti Michaelis
priuilegium, quoniam ipſe & qui ſub eo
ſunt angeli perficient iudiciū Chriſti, quan
do damnatos præcipitabunt in gehennā
ignis, ſicut antea dæmones cœlo expule-
runt: Quūqꝫ Michael datus ſit eccleſiæ fi-
delium in principatum, tantūqꝫ hic in ter-
ra habet poteſtatis, unde & angelus uicto-
riæ dicitur, ideo nimirum eccleſia militans
dum aduerſus tot hoſtes corporales & ſpi-
rituales decertat: Imo & homines omnes
qui Chriſtiano gaudere uolunt nomine,
ſanctum illum principemqꝫ angelum Mi-
chaelem pie uenerari debent & inuocare,
ut eis per ſubiectos ſibi angelos auxilium
ferre dignetur contra omnes omnium ho-
ſtium inſultus, utiqꝫ impetrabit hoc S. Mi-
chael apud dominum.

Sed quia multa de S. Michaele dixim9
non ſunt etiam reliqui angeli ſilentio per-
transeundi qui & ipſi ſatis ſunt in eccleſia
noti, ut ſunt Gabriel & Raphael, quamuis
etiam de illis dici multa poſſent, nolo ta-
men ea extendere, ſed per tranſcurſum tan
tum ad informationē ſimplicium propo-
nere: Quoniam ſicut Michaeli uictoria tri-
buitur in prælio ſpiritali & corporali, ita
Gabrieli reuelatio myſteriorum dei, hoc
inde apparet quia ſummum illud archa-
num dei reuelauit Mariæ, incarnationem Luc. 1
Chriſti, natiuitatem quoque Iohannis ba-
ptiſtæ, unde plærique colligunt doctores,
eum etiam natiuitatem Iſaac annunciaſſe,
atqꝫ in ſumma omnia hæc tranſegiſſe quæ Gen. 18
ad futuram Chriſti natiuitatem pertinere
uidentur (uide ſupra in ſermonibus de an- Supra
nunciatione B. Mariæ uirginis factis)
Quod autem Gabriel ſic illuminet homi-
nes & eis myſteria dei reuelet, teſtis nobis Daniel. 7
eſt irrefragabilis Daniel, qui quū uidiſſet
uiſionem ſtupendam neqꝫ ſibi ſatis intelle-
ctam, quærens eius intelligentiam, audi-
uit uocem uirumqꝫ uocantem, Gabriel fac
intelligere iſtam uiſionem, & uenit & ſte-
tit iuxta ubi ego ſtabam: Præcipue igitur
qui ſacris literis ſtudent diſcendis, uenera-
ri debent S. Gabrielem, ipſumqꝫ inuocare
per illuminationem mentis & intellectus.

Cæterū Raphael prærogatiuam ma-
gnam habet in medicandis ægritudinibus

corporis

corporis & animę, in comitatu quoque & defenſione uiarum, eius rei argumentum nobis totus prębet liber Thobiæ, ille enim
Thob.5 ſenioris Thobiæ filium comitatus eſt, uſq;
6. in Rages ciuitatem Medorum, quumque ei piſcis nocere uellet, liberauit ipſum: Hic etiam matrimonium cōſtrinxit inter Tho-
7. 8. biam & Saram filiam Raguelis, dęmoniū ligauit in deſertis Aegypti: Veterulo iam
12. Thobiæ uiſum reſtituit, atq; tandem (nam ille in ſpecie uidebatur adoleſcentis ita ut crederetur eſſe purus homo) ſe agnoſcendū præbuit, oſtendens ꝙ angelus dei eſſet, cum enumeratione miniſterij ſui in cuſtodia angelica, ſicuti latius adhuc audiemus. Videte dilectiſſimi ꝗ admirabilis ſit deus in ſanctis angelis ſuis, unde eccleſia in hodierna collecta ſic orat: Deus qui miro ordine angelorum miniſteria hominumque diſpenſas, concede propitius ut a quibus tibi miniſtrantibus in cœlo ſemper aſſiſtitur, ab ijs & in terra uita noſtra muniatur.

3. Nunc deniq; iſthuc unde digreſſi ſumus, reuertamur ad utilitatem .ſ. angelicæ cuſtodiæ, quæ hoc quoq; habet ꝙ interdum hominem docent & inſtituunt: Id ex multis ſcripturæ locis colligitur, atque ex Daniele maxime, quoniā Gabriel uo-
Daniel.9 lans tetigit Danielem, docens eum & loquens cum ipſo, Daniel nūc egreſſus ſum ut docerem te & intelligeres: De hac doctrina dici multa poſſent, ſed ijs ſuperſe-
Dionyſ. dentes, unum hoc adducemus ꝙ Dionyſius teſtatur ſupremam hierarchiam in inferiores tres habere operationes, illuminandi, purgandi & proficiendi: Atq; ſicut illa poſſunt ſuperiores præſtare inferiorib. ita infimi eadem exhibent hominibus: Et ij quidem dicuntur actus hierarchici, hoc eſt
Dionyſ. principales & regitiui, hinc Dionyſius docet iubetq; prælatos eccleſiæ eadem exercere in ſubditos ſuos: Hoc quoq; ad angelorū pertinet cuſtodiā, ꝙ pro nobis orant noſtraſq; orationes & opera bona omnia deferunt in conſpectum domini, hoc pulchre Iohannes inſinuat dicens, ſtetit ange-
Apo.8 lus ante altare habens thuribulum aureū & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum quod eſt ante thronum, & aſcendit fumus incēſorum de orationibus ſanctorum de manu angeli coram deo, idē etiam inde liquet ꝙ Raphaël ait Thobiæ, Thob.12
Quando orabas cum lachrymis & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum & mortuos abſcondebas per diem in domo tua & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino: ſimiliter & Iob inquit, ſi fuerit pro eo angelus lo- Iob.33
quens ut adnunciet hominis æquitatem, miſerebitur eius & dicet, libera eum ut non deſcendat in corruptionem: Neq; tamen putet interim aliquis angelos ſic deo offerre orationes noſtras, & opera, quaſi neſciret antea ipſe, quum tamen omnia nuda & aperta ſint oculis eius, ſed humano more proponunt hæc angeli tantum, ut magis inquirant conſilium & beneplacitum dei, quidq; porro eos impendere oporteat & facere hominibus in oratione perſeuerantibus: ſic Zacharias angelum inducit Zach.1
orantem deum pro populo Iudæorum, ut ex captiuitate Babylonica liberaretur in hæc uerba: Domine exercituum uſq; quo tu non miſereberis Hieruſalem & urbium Iuda quibus iratus es, iſte iam ſeptuageſimus annus eſt, & reſpondit dominus angelo qui loquebatur in me uerba bona, uerba conſolatoria.

4. Inſuper & hoc nobis commodi ex angelorum prouenit cuſtodia, quia nos a multis malis & periculis cuſtodiunt, & ab inimicorum tuentur incurſibus, id in Tho- Thob.7.8
bia uideas quem angelus eduxit, rurſuſq; incolumen domum reduxit, a deuoratione piſcis eripuit, a ſuffocatione dæmonis liberauit, ne ſibi hoc accideret quod ſeptē antea maritis Saræ contigerat: Dici non poteſt, ex quibus quot & quantis nos malis angeli eripiant, quum ipſi neſciamus: Vnde non inepta fuit hæc ueterum loquutio, ut ex periculo aliquo liberati dicerent ſe ab angelo eſſe ereptos, angelum prohibuiſſe quo minus aliquid tentaſſent, uel aliquo ſe contuliſſent unde periculum ſe-
quutum fuiſſet: Sic nimirum angelus cuſtodiuit Iudæos ex Aegypto proficiſcen- Exo.14

tes,quum eos Pharao perſequeretur, ipſi-
que mœtu correpti clamarēt ad Moyſen,
forſitan non erant ſepulchra in Aegypto,
& ideo tuliſti nos ut moreremur in ſoli-
tudine: Verum ibi Pharao & omnis co-
mitatus ſuus ſubmerſus eſt in mari rubro.
Iſa.73 Præterea quum Sennacherib expedi-
4.Reg.19 tionem moueret in Iudæos, egreſſus an-
gelus domini occidit in caſtris Aſſyriorũ
centum & octoginta quinqꝫ milia uirorũ,
Atqꝫ id genus multa ſine dubio quottidie
fiunt q̃uis nos lateant: Sæpe hactenus in
Danie.10 Daniele uidimus q̃ operoſe princeps ille
angelus ſynagogæ laborarit pro liberatio
Act.12 ne populi Iſraël ex captiuitate Babyloni-
ca. Acta q̊qꝫ apoſtolorũ teſtantur, ꝙ capto
Petro ab Herode, aſtitit in uinculis ange-
lus,percuſſoque latere eius, ipſum ſurgere
iuſſit, & ceciderunt cathenæ de manibus
eius. Non exiguum etiã hoc eſt quod
nobis angelica præſtat cuſtodia quoniam
impedimenta bonorum quę aliunde inge-
Exo.33 runtur, nobis auferunt, ſic dixit deus ad
Moyſen: Mittam pręcurſorem tui angelũ
ut eijciam Chananæum, & Amorrhæum
& Ethæum &cę.& intres in terram fluen-
tem lacte & melle, ſic nonnunqꝫ angelus
peccatũ punit, ut porro euitetur, quomo-
Exo.12 do interfecit primogenita Aegypti, & pe-
1.Reg.24 ſte interemit ſeptuaginta milia uirorum,
eo ꝙ per ſuperbiam Dauid iuſſerat nume-
rari populum, ubi tandem dixit dominus
ad angelum: Sufficit, nunc contine manũ
tuam: Sic Gregorius Romę in peſte uidit
angelum ſuper ædificium Adriani rurſus
imponere gladium, unde locus ille adhuc
ab angelo nomen obtinet, ſic ſæpe fieri po-
teſt, quum quis re impedit in honore &
cultu dei atque dilectione, ut eum ange-
lus gladio peſtis interimat: Poſtremũ eſt
ꝙ angeli animas piorum deducunt in ui-
Luc.16 tam æternam, ſicuti animã Lazari depor-
tarunt in ſinum Abrahæ, Deus det & con
cedat nobis gratiam ſuam, ut ipſi quoque
poſt hoc exilium manibus angelorum de-
feramur in patriam fœlicitatis æternę.

A M E N.

Ferijs S. Symonis & Iudæ apoſtolorum Euangelium, Iohan. XV.





N illo tempo- 1.Ioh.3
re, dixit Ieſus diſcipu-
lis ſuis. Hæc mando
uobis, ut diligatis inui
cem. Si mundus uos
odit, ſcitote quia me priorem uobis
odio habuit. Si de mundo fuiſſetis,
mundus quod ſuum erat diligeret.
Quia uero de mundo non eſtis, ſed
ego elegi uos de mundo, propterea
odit uos mundus. Mementote ſer-
monis mei, quem ego dixi uobis.
Non eſt ſeruus maior domino ſuo.
Si me perſequuti ſunt, & uos perſe- Math.10
quentur. Si ſermonem meum ſerua- Luc.6
uerunt, & ueſtrum ſeruabunt. Sed
hæc omnia facient uobis propter no
men meum, quia neſciunt eum qui

miſit

Matth.14 miſit me. Si non ueniſſem & loquu-
Marc.13 tus fuiſſem eis, peccatum non habe-
Luc.21 rent. Nunc autem excuſationem nō habent de pctō ſuo. Qui me odit & patrem meum odit. Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, pctūm non haberent. Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Sed ut adimpleatur ſermo qui in lege eorū ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis. Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis a patre, ſpiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille teſtimoniūm perhibebit de me, & uos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis.

Homilia vnica

EVangelium hoc quoque particula eſt illius auguſtalis & præclari ſermonis quem Chriſtus a nouiſſima cœna fecit diſcipulis ſuis: Et q̃uis ad longum poſſet extēdi quum multos locos habeat prolixa tractatione dignos, nos tamen breuitati ſtudebimus, eo maxime ꝙ iam antea integram fecimus homiliam de charitate proximi: Hoc, inquit, mando uobis ut diligatis inuicem, commiſſionem hanc iam antea bis in hoc ſermone dederat eis, quumq; paulo ante iuſſiſſet eos ire & fructum afferre, ait Auguſtinus hic ipſe fructus eſt ut diligatis inuicem, ideoq; & Paulus enumerans fructus ſpiritus primo loco ponit charitatem, fructus, inquiēs ſpiritus eſt charitas. Multum iam neceſſaria erat diſcipulis charitas, non tantum propter deum ſed & ipſum mundum, unde & ſubdit dominus, ſi mundus uos odit, ſcitote quia me priorē uobis odio habuit, odium enim illud mundi quia charitati aduerſatur ideo hic a domino reijcitur, & primum quidē exemplo ſuo, quia ipſum quoque oderunt, deinde ꝙ ideo mundus odio habeat apoſtolos, quoniam eos dominus elegit de mundo, ut ſic omnis illa apoſtolorum perſequutio propter Chriſtum ſit, & iuſticiam ipſam, poſtremo ob peccata mundi & perſequutorum, quia excuſationem non habent: Ecce quomodo charitas initium eſt bonitatis, ita odiū perſequutionis origo: Is itaque non uult eſſe in hoc corpore, qui recuſat ſuſtinere perſequutionem cum capite Chriſto: Nemo tamen ſuſpicetur Chriſtum hic nos docere, odium nobis in mundo conciliare, quum quemlibet pro ſua uirili curare deceat, ut ne ſit odio dignus, neque hæc ipſa Chriſti oratio ad acquirenda odia nos hortatur, quoniam non ſimpliciter, ſed pro ſalutari doctrina contemnendum eſſe odium dicit: Vbi & iſtud Gregorij dictum locum habet ꝙ facilius ſcandalum naſci permittitur q̃ ꝙ ueritas relinquatur. Voluit ergo hic dominus in apoſtolis libertatem prædicandi Euangelij confirmare, ut ne quis hinc deterreatur etiamſi mundo odioſus & contemptus habeatur. Poſſem hoc pulchre nonnullis fratribus obijcere, qui initio huius ſectæ nolebant offendere mundum, nolebant ſibi ſimultatem conciliare, nolebant aduerſus Lutherum aliquid prædicare uel adnunciare, ſed male, quoniam nemo debet ueritatem reticere in hoc ut placeat mundo, qui ſi Chriſtum odio habuit, nemo porro Chriſtianus prædicator abhorrere debet, quominus propter ueritatem in odium & contemptum mundi incidat, ſic nos Iohannes iubet non admirari ſi mundus nos odio habeat, quum ſciamus nos a morte ueniſſe ad uitam eo ꝙ diligimus fratres: Cui conſpirat illud Iacobi neſcitis ꝙ amicitia huius mundi inimicitia eſt dei.

[Margin: Tomo.1 fol.141 & 164 — Gal.5 — Auguſti. — Cyrillus — Grego. — 1.Iohan.3 — Iac.4]

2. Rationem odij huius addit dominus, quoniam ipſos elegerit de mundo, ait Auguſtinus, ergo & ipſi inde erant unde ut non eſſent electi ſunt inde, potuerūt enim & ipſi dicere cum Dauide: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum & in peccatis concepit me mater mea: Gratia au- [Margin: Auguſt.]

tem electionis apoſtolos ſegregauit de mundo, qui ideo illos odio habet, quum ſuum tantum diligat, hoc eſt malitiam. Atque in hoc recte dicit ſcriptura, ꝙ mundus odio habeat ſeipſum, dum quod ſibi nocet hoc diligit, quilibet enim diligens uitia in ſeipſo odit quod fecit deus per ſuam bonitatem, malum autem diligit, quod ipſe fecit per arbitriȷ̄ ſui libertatem, quum tamen debeat homo odiſſe uitium & diligere naturam cuius autor eſt deus. Quid multa? quilibet magis deberet uelle aduerſus ſe totum prouocare mundum quam ut deū offendat, ſicut apoſtolus ait: *Galat. 1* Si hominibus placerē, Chriſti ſeruus non eſſem.

Volens hic rationem illam prætereo quur mundus odio habeat miniſtros dei, quoniam magna utrinq; conditionum inæqualitas eſt, magna multaque uitæ & conuerſationis diuerſitas, ſicut impiȷ̄ dicebant apud ſapientem: *Sap. 2* Circumueniamus iuſtum quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris: Grauis eſt nobis etiam ad uidendum, quia diſſimilis eſt aliȷ̄s uita illius: Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo & abſtinet ſe a uiȷ̄s noſtris tanq; ab immundiciȷ̄s. Quamuis hoc quoque in cauſſa eſt ꝙ increpationem tolerare non poſſunt, ideoq; ubi primum mundus compellatus fuerit de malitia, ſtatim inflatur, iuxta illud prophetæ: *Amos. 5* Odio habuerunt corripientem in porta, & ſapiens quoque ait: *Proue. 11 & 15* Qui odit increpationes inſipiens eſt, neq; enim amat peſtilens eum qui ſe corripit: Sic quum Iohannes mundum corriperet: Herodem arguens quia non liceret ei uxorem fratris ſui ſecum fouere, non potuit hoc ille ſuſtinere, ſed in uincula coniecit Iohannem & tandem decollauit.

Luc. 5 Tertia cauſſa quare mundus odio habeat bonos, peruerſitas eſt inuidię, ſicut & Aegyptiȷ̄ oderunt Iudæos eo ꝙ tantum *Exo. 1* inualeſcebant & creſcebant. Confirmans ſermonē ſuum dominus ſemet proponit in exemplum, iubēs eos meminiſſe ſermonis huius ſui, quoniam nō eſt maior ſeruus domino ſuo: Vbi duo docet, patientiam, in perſequutione, ad quam Paulus quoque nos hortatur, dicens: *Heb. 12* Recogitate eū q̄ talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem, ſi me, inquit, perſequuti ſunt, & uos perſequentur, quaſi diceret, ſi me perſequuti *Cyrillus* ſunt, ut ait Cyrillus, nonne quando uos perſequentur, ad imitationem meam ferendum eſt, ita certe, nam ſimilia pati debetis, ſi regnare mecum deſyderatis, ſic Petrus quoque ait, *1. Pet. 2* Chriſtus pro nobis paſſus eſt, uobis relinquens exemplum ut ſequamini ueſtigia eius &c.

Alterū quod docet hoc eſt, ut patiētes ſint etiam apoſtoli in doctrina ſua ſi non reciperetur, quum dicit ſi ſermonem meū ſeruauerunt, & ueſtrum ſeruabunt, quaſi dicere uellet, neque meum nec ueſtrum recipient, diſcat hic prædicator patienter ferre etiam ſi doctrina ſua non ſtatim locum inueniat, quando & Chriſti uerbum non ſemper ædificauit, neque illud ſemper receperunt auditores, ideoque *Cyrillus* Cyrillus dicit, nemo putet amiſſum eſſe prædicationis laborem, ſi auditoribus non perſuaſit, nam an fructus ſequatur, nec etſi ſit illud petendum a deo, attamen gratiæ ſuæ relinquendum eſt: Et licet ſoli ſterilitas noceat colonis, non tamen ſic res habet in ædificatione ſpirituali, ubi ſemper paratus eſt DEVS remunerare colonos prædicatores, non obſtante etiam ſi prædicatio in audientibus nihil efficiat: Inducit inſuper ille quomodo PAVLVS hoc in ſermonibus ſuis obſeruarit. Chryſoſtomus putat dominum ſic dicere uoluiſſe: *Chryſoſt.* Vidiſtis quomodo per omnem uitam meam mihi aduerſati ſunt Iudæi, iam quum aſcendero ad cœlum ſimili modo & aduerſus uos pugnabunt.

3. Adhuc cauſſam ſubiungit DOMINVS, Quur illi perſequuturi eſſent APOSTOLOS & eorum

doctrinā

doctrinam non recepturi, quum ait: Hæc omnia facient uobis propter nomẽ meum, quia non nouerunt eum qui miſit me, hoc
August. eſt ut ait Auguſtinus, me in uobis perſe-
Acto.9 quentur, me in uobis odio habebunt: ſic Paulo iam perculſo dixit dominus: Saule ſaule quid me perſequeris? at ille Chriſtianos perſequebatur, & Chriſtus ſibi hoc fieri prædicabat, quia propter nomẽ ſuum
Act.5 fiebat, ideo Lucas alibi dicit: Ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

2. Adhæc rationem adſignat cæcitatis infidelium quia non norant illum qui miſit eum, hoc eſt deum patrem, ſic ait, nõ ueſtri tantum erunt inimici, ſed & mei & patris mei: Ignorabant iſti propenſam & clementem dei uoluntatem qua miſerat ille filium ſuum propter ſalutem noſtram, de quorum inſcitia ſic ait Paulus, ignoran-
1.Cor.15 tiam dei habent &c. Cogitare autem quis poſſet, ſi ignorarunt Iudæi, ipſa eos excuſabit ignorantia, præuenire hoc dominus uoluit, quia non omnis ignorantia hominẽ ſufficit excuſare, quum poſſit adeo eſſe temeraria ut etiam aggrauet peccatum, ut ſi quis affectata ignorãtia nolit aliqd ſcire, in eũ cõpetit illud Pauli ignorans ignorabitur: Tales erant Iudæorũ docti & ſapientes, qui peruerſa uoluntate uolebant fidem habere manifeſtæ doctrinæ Chriſti, Ait ergo: Si non ueniſſem & loquutus eis fuiſſem peccatum non haberent. ſ. infidelitatis, audita uero iam Chriſti doctrina etiam infidelitatis excuſationem nullam habent, diſcamus hic Chriſtianorum peccata grauiora eſſe ꝙ̃ uel gẽtilium uel Turcarum, nos enim ſcientes malum non uitamus, ideo excuſationem non habemus, ſic ſi prædicationem non audis & earum rerum quæ ad ſalutem tuam pertinent manes ignarus, non excuſabit te ignorantia tua, quur. n. non ut debebas, uerbũ dei audiſti, quur non inde neceſſaria tibi didiciſti? ſic Paulus ad ſeniores Epheſi dixit, ni-
Act.20 hil ſubtraxi uobis utilium quo minus adnunciarem uobis & docerem uos publice & per domos: Et inde, conteſtor uos hodierna die quod mundus ſum a ſanguine omnium, non enim ſubterfugi quo minus adnunciarem omne conſilium dei uobis, non diſſimile eſt quod ad Heb. ſcribit ille,
Quomodo effugiemus ſi tantam neglexe- Heb.2
rimus ſalutem, quę quum initium accepiſſet enarrari per dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata eſt, conteſtante deo ſignis & portentis & uarijs uirtutibus, & ſpiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam uoluntatem. Hæc nobis quoque recogitanda ſunt, nec facile a fide tot retro ſæculis diuinitus confirmata deficiendum ad recens inuentam hæreſim, quod nunc Neochriſtiani faciunt, aduerſus uenerabile ſacramentum & gloriam ſanctorum tumultuantes, quorum tamen eminentem dignitatem deus tot ſignis & miraculis cõfirmauit: Inuenerunt iſti quidem Neochriſtiani fidem nouam, nouum Baptiſmum, miſſam nouam & noua ſacramenta, dummodo & deum haberent nouum qui nouum eis cœlum fabricaret: Periculum tamen eſt, imo certum niſi pœnitentiam agant, ꝙ in ueteri iſto inferno nimiũ ſatis habebunt ſupplicij.

4. Porro cauſſam addit dominus: Quur excuſationem Iudæi habituri non ſint, nam quia doctrinam ipſius non receperunt, ex inuidia factum eſt, quiſquis autem inuidia & odio Chriſtum proſequitur, is odio habet & patrem, quum non ſit aliqua in Chriſto odij cauſſa, niſi tum gloria tum uirtus patris quam quærebat, cui Iudæi tantum ex inuidia reſiſtebant,
ſicuti locum hunc Cyrillus inducit con- Cyrillus
tra Arrhianos, quia ijs uerbis clare docuit dominus ſe & patrem unam habere eſſentiam diuinam, quum ait: Qui me odit, & patrem meum odit, atque in hoc Iudæi refelluntur putantes obſequium ſe facere legiſlatori, ſi legem aduerſus legiſlatoris filium tuerentur: Mitto hic lubens quod quidam ponderant doctores, quoniam DEVS quum ſit ſummum bonum odio haberi nequeat. Verum eſt quidem in ſe & in eſſentia ſua diuina, ſed in opere & præceptis ſuis poteſt utique odio haberi, ſicuti dæmones propter opus diuinæ IVSTITIAE ꝙ eos

æternæ gehennæ ſupplicio addixit oderũt illum, quando ſuperbia eorũ ſemper aſcendit contra deum.

Ad extremũ ſicuti ſuperius edocuit & oſtendit dñs Iudæos excuſationẽ nõ habituros, ita nunc profitetur eos excuſationẽ quoq; nullam q̃rere poſſe in operibus ſuis, & ait, ſi opera nõ feciſſem quę nemo alius *Cyrillus* facit peccatum nõ haberent: Magnũ ſane hoc fuit peccatum Iudæorum, ꝙ nec uerbis nec operibus Chriſti crediderunt, dices: Atqui & alij miracula fecerunt, nam *3.Reg.17* Helias & Heliſæus mortuos reſuſcitarunt, *Exo.6* Moyſes multa mira exhibuit circa decem *4.Reg.4 & 13* plagas Aegypti: Helias curru igneo raptus eſt in cœlum: *Iudic.15* Samſon ſitim ſuam compeſcuit ex aſini mandibula: Pueri tres in Camino ignis &cæ. Reſpondetur, ꝙ ſane etiam ſancti aliquot ueteris teſtamenti miracula fecerunt, ſed & poteſtate tanta & ea hominum multitudine nemo ante Chriſtum ſigna tot operatus eſt, ideoq; doctores concludunt, ꝙ miracula Chrĩ talia aliorum ſanctorum omnia ſuperarunt, tum in multitudine, tum magnitudine, tum forma quoq; & modo operandi: quo ad multitudinem, *Matth.14* certum eſt, quotquot enim ad eum ueniebãt infirmi, eos ille curabat omnes uel ſolo ſimbriæ cõtactu: In magnitudine quoq; parem non habuit Chriſtus ſi *Iohan.11* quidem & quatriduanũ Lazarum a morte *Iohan.9* ſuſcitauit, & cæco nato uiſum reſtituit, quod a ſæculo auditum non erat: In modo etiam, quia alia miracula ſua per modum petitionis fecerunt inuocantes deũ, Chriſtus autem propria uirtute fecit, non orando ſed imperando, unde admirabantur Iu*Mar.1*dæi & dicebant: Quidnã eſt hoc, quæ doctrinæ hæc noua? quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat & obediunt ei: In omnibus iam ijs ꝙ ſalutarem audierunt Chriſti doctrinam, uiderunt immenſa & ſuper naturalia ſigna, adhuc oderunt & Chriſtum & patrẽ eius, ſicq; impleuerunt querelam Chriſti quam tot retro ſæculis propoſuerat per Dauidem: Odio oderunt me gratis, ſane immerito id factũ eſt, quia nulla fuit hic in Chriſto culpa, ſicuti nec ipſi erga eum cauſſam habuerunt, deinde neq; aliquod inde commodum euenit, nã ſicut Auguſtinus ait, is aliquẽ gratis odit, qui ex odio lucrum non quærit, neque incommodum per hoc fugit: Nos autem diligamus dominum, illi gratias agamus pro ineffabili charitate & miſericordia, quam ille erga nos miſeros profugos & exules, deperditoſque homines habuit, ipſum rogemus quatenus dilectionẽ proximi nobis conferat, & gratiam ſuam per quam in hac uita, uitam mereamur æternam. Amen.

De S. Apoſtolis Symone & Iuda Thaddæo.

HVIuſmodi dilectionẽ dei & proximi habuerũt ſancti illi apoſtoli Symon & Iudas Thaddæus, qui cõſobrini fuerũt Chriſti dñi fratres Iacobi minoris, & Ioſeph iuſti, qui Mathiæ adiũctus eſt in *Act.1* electione apoſtolat⁹, filij fuerũt Alphei & Mariæ Cleophæ. Symon a Cana cananæus dici ſolet ad diſcrimen Symonis Petri, quare & Lucas eum Græco nomine Zelotem uocauit: Iudas uero cognominatur Thaddæus ad differentiam Iudæ proditoris. Euſebius refert Thaddæum *Euſeb.* miſſum ad Agabarum regem Ediſſæ (at quia non uidetur conſtare ſibi ꝙ Iudam & Thaddæum uariat, & Thaddæum facit duntaxat unum ex ſeptuaginta, communiter non ſolet recipi) mitto illud: poſt diuiſionem Iudas in Meſopotomia Symõ prædicauit in Aegypto, & tamen ambo tandem uenerunt in Perſiam, quia quod quidam uolũt Symonem fratri ſucceſſiſſe in epiſcopatu Hieroſolymitano nihil eſt, quum ille non Symon ſed Symeon dicatur, qui Hieroſolymis ſub Traiano imperatore martyrio coronatus eſt, Symon autem apoſtolus in Perſia paſſus eſt (uide Natalem Bedam doctorem Parrhiſinum contra IACOBVM Stapulenſem in apologia pro filiabus & nepotibus Annæ) Quum ergo APOSTOLI ij duo ueniſſent in Perſiam, ydola noluerunt

amplius

amplius dare reſponſa, ſicut ante conſueuerant, quoniam tunc dæmonia reſpondebant interrogantib⁹ ex ſtatuis & imaginibus idolorum, nunc per maleficos idē conantur. Baradach capitaneus regis cupiebat ſcire euentum belli aduerſus Indos ſuſcepti, ideocꝫ idolum in alia urbe interrogari curauit, quur ſibi deus ſuus non reſpōderet, unde cognouit ex illo non reſponſurum ſibi idolum ſuum quādiu Symon & Iudas adeſſent, ſic interrogauit de eis, quos cum comperiſſet, dixerūt ſe natalibus eſſe Iudæos & fide Chriſtianos, ueniſſe quoque ad commodum & ſalutem eorumꝫ ut deum uerum diſcerent cognoſcere: Baradach dixit: Ecce dij noſtri ſilēt, uos autem reſpondete nobis de futuri belli euentu, Symon ſubiunxit: Permittemus ut uobis reſpondeant dij ueſtri: Interrogati illi omnia horrenda prædicarunt, pugnas cruentas, & congreſſus formidabiles ita ut exhorreſceret Baradach ipſe, quem uiciſſim conſolans Symon dixit: Noli timere, cras Indorum ueniet legatio, illi ſe ſubditos facient uobis & tributa reſoluent: Quod & factum eſt: Hinc Baradach comminuere uoluit & exurere ſymulachra omnia idolorum, ſed uetuerūt id apoſtoli, pecuniam diſtribuentes pauperibus. Rem hanc ille totam aperuit regi: Vbi magi iſti duo Zaroes & Arphaxat erant, quos Mattheus Aegypto expulerat, illi regem concitarunt aduerſus apoſtolos, incꝫ eorum præſentia fecerunt aduentare ſerpentes plurimos, ita ut horrore adficeretur populus totus: Apoſtoli autem præceperunt ſerpentibus ut morſu maleficos ipſos impeterent, quod & fecerunt adeo ut gemere & eiulare inciperent iſti: Et quāuis rex urgebat ut amaris morſibus ſerpentes occiderent magos, attamen hoc apoſtoli non permiſerunt, ſed orationis efficacia ſerpentes abegerunt: Quo facto, rex & Baradach cum. 60. milibus uirorum baptizati ſunt. Eccleſiæ extructæ, diaconi & ſacerdotes ordinati: Abdias epiſcopus conſtitutus, qui quum apoſtolis uenerat ex Iudæa: Quum autem apoſtoli in regno illo undicꝫ fidem plantarent, uenerūt in ciuitatem magnā Samur alias Suauir quo confugerant malefici iſti duo & præmonuerant pontifices idolorum de apoſtolis: Sic ergo Symonem duxerūt in templum Solis, Iudam in phanum Lunæ ad adoranda idola, ſed iuſſu apoſtolorum imagines idolorum in fruſta confracta & comminuta ſunt, atque inde emigrarunt dæmones magno ululatu ſpecie tamen & figura Aethyopum: Hinc irati gentiles apoſtolos cum eorum hoſpite Senue occiderunt: Rex, occiſis pontificibus, corpora apoſtolorum in ſua ciuitate ſummis cū honoribus ſepeliuit. Vos illos iam inuocate, eorumcꝫ opem implorate & cæt.

Abdias Babyloniorum epiſcopus lingua Indica deſcripſit paſſionem apoſtolorum, Eutropius inde tranſſudit in Græcam, eā rurſus latine uertit Aphricanus.



Solenni ſanctoque

die Omnium ſanctorum, Euangelium Matth. V

Vide hoc ſupra in feſto Sancti Mauricij.

SEquentem homiliam habuit Iohannes Eckius Theologus in Comitijs Auguſtanis, ipſo die omnium ſanctorum in choro: ſummæ ædis uirginis matris, præſente inuicto & glorioſo imperatore noſtro Carolo. v. ſemper Auguſto, Rege quoqꝫ Hungariæ & Boëmiæ Ferdinando: Et utraqꝫ regina Anna & Maria, cum ſequentibus principibus Electoribus alijſqꝫ principibus & Oratoribus.

Interfuit Vincentius Pinpinellus legatus apoſtolicus.

Albertus Marchio Brandenburgē. archiepiſcopus Moguntinus, Cardinalis & Elector.

Erhardus de marcka Cardinalis Archiepiſcopus Valētiæ epiſcopus Leodien. dux de Bulion.

Matthæꝰ Lang archiepiſco. Salzburgen. & Cardinalis.

Bernhardus a Gloſſ, epiſcopus Tridentinus, Cardinalis, Hungariæ & Boëmiæ regis cancellarius magnus.

Ioachim Marchio Brandēburgen. dux in Stettin princeps elector.

Electoris Archiepiſ. Treuerenſis: Orator dominus Iohannes a Mettenhauſen præpoſitus.

Comitis Palatini Electoris Orator D. Valentinus pincerna ab Erpach.

Fridericus Comes Palatinus Bauariȩ dux

Ludouicus Comes Palatinus ſuperioris & inferioris Bauariæ dux.

Ericus dux Brunſuicen. & Luneburgen.

Otto Henricus comes Palatinus inferioris & ſuperioris Bauariæ dux:

Henricus dux Brunſuicen. & Luneburg.

Philippus comes Palatinus inferioris & ſuperioris Bauariæ dux.

Multi alij principes Cæſareæ Maieſtatis a ſecretis, ut Marchio de Arſcoto, Marchio de Villafranck, dominus de Roy, princeps Sulmonen. &c. nōnulli etiā ex Hiſpanijs epiſcopi atque ex Italia, Germanorum quoque epiſcopi qui ſequuntur.

Vualtherus a Kronberg adminiſtrator ordinis fratrum teutonicorum.

Vuigandus epiſcopus Bambergen.

Conradus epiſcopus Herbipolen. Francorum dux.

Henricus epiſcopus Vormacien. comes Palatinus &c.

Philippus a Flerſchaim, epiſcopus Spiren.

Vuilhelmus epiſcopus Argētinen. comes ab Honſtain.

Chriſtophorus a Stadion epiſcopus Auguſten.

Erneſtus comes Palatinus ſuperioris & inferioris Bauariæ dux, adminiſtrator Patauien.

Georgius de Auſtria, Adminiſtrator Brixnen.

Eius homiliæ ſumma quædam capita iubet hic attexere, eo ꝙ fere fieri non poteſt ut illam eo quo dicta eſt ordine per ſingula uerba proſequar, ſiquidem multo aliter pronunciaui ꝗ̄ animaduerterim ipſe, ſicut fieri ſolet, ut parum promoueat orator, niſi creſcat declamando: Quātum autem adhuc memoria teneo, fideliter & diligenter recenſebo.

Homilia facta in comitijs Auguſtæ.

In nomine tuo dulcis Ieſu.

Gaudete & exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cȩlis Math. v

DOminus noſter Ieſus Chriſtꝰ idē qui creauit & redemit nos, dignetur conferre nobis pacem ſuā ſanctam, gratiam benedictionem & uirtutē, atqꝫ in uniuerſum quicquid nobis neceſſarium eſt ad conſequendam omnium ſanctorum communionē, uitam. ſ. æternā: In eius deſyderij ſignū, ex animo mecum dicite Amen. fiat fiat.

Verba quæ principio uobis propoſuimus ex ſermōe Chriſti ſunt deſumpta atqꝫ in hodierno Euangelio lecta, quibus ille apoſtolos ſuos gaudere iubet & exultare, Quū autē dilectiſſimi in domino, gaudiū huius mundi, uanum ſit inſtabile, multaqꝫ

cum

Pſal. 125 · Eccleſia. 2 · Iob. 21 · Proue. 14

cum triſtitia coniunctum, recte hic apoſtolos ſuos, & per eos uniuerſam docet Eccleſiam, qua in re quilibet Chriſtianus uerū ac ſolidum gaudium ſemperq; duraturum quærere debeat: ibi nimirum, ſi in hac uita ꝗ plurima opera bona deoq; placita faciat: unde tandem lætetur in meſſe remunerationis æternæ, ut inquit Dauid: Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua: Venientes autem uenient (ſecundum ideoma linguæ Hebraicæ) cum exultatione portantes manipulos ſuos. Et ꝙ uniuerſum mundi huius gaudium uanum ſit, ſatis magnus certuſq; nobis teſtis eſt Sapiens ille Eccleſiaſtes, quum ait: Dixi in corde meo Vadam & affluā delitijs & fruar bonis: Et uidi ꝙ hoc quoq; eſſet uanitas. Quumq; multam enumeraſſet uoluptatē, circa hortos, arbores, piſcinas & ſcaturigines aquarum, familiam amplam, greges magnos et armenta pecorū, ex auro, argento & gemmis præ omnibus qui unq; regnarunt in Hieruſalē, cū cyphis q̄q; & urceolis ad uina fundenda, cū cantorib⁹ & cātatricib⁹: ſequitur inde: Supergreſſus ſum opibus oēs qui ante me fuerunt in Hieruſalē. Quūq; me conuertiſſem ad uniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram: uidi in omnibus uanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole. Quod autem huiuſmodi gaudia mundi malū finem habeant ſi a timore dei recedatur, ſubſcribit Iob inquiens: Infantes eorum exultant luſibus tenent tympanum & cytharam, gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Accedit ijs quottidiana experientia, ꝙ luſum damna ſequuntur, nec aliquod eſt ſine mœrore gaudium. Etiam quum cantatur, ſaltatur, luditur, conuiuia aguntur, aliquid mœroris ſimul ſe ingerit & immiſcet iuxta illud Sapientis: Riſus dolore miſcetur, & extrema gaudij luctus occupat. Lōge aliter ſe habet gaudium ꝓbitatis, quod eſt mundum, uerū, pulchrum planeq; honeſtum & ſolide conſtans, ad illud inuitauit dominus apoſtolos, & fideles omnes, dicens: Gaudete & exultate &cę. Super ijs quæ iam cæpimus, ut plura liceat mihi dicere uobiſq; cum fructu audire, uirginem matrem una mecum celebrate, dicentes: Aue gratia plena &c.

Euangelium Mathæi quinto.

Homilia prima.

IN hoc Euangelio diſcimus initio geminam eſſe beatitudinem, alteram uiæ uel huius præſentis uitæ ea in merito conſiſtit, atq; ideo beatitudinis nomen habet, quia per eam meremur illam ueram beatitudinem & adſequimur. Altera patriæ eſt in uita æterna, atq; ea demum ſolida eſt beatitudo, ubi pręmium eſt eius quod hic quiſq; meruit, dominus autem hic non de beatitudine loquitur æternæ remunerationis, quia dicit: Beati qui lugent: beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Atqui illi in uita æterna neq; lugent, neq; perſequutioni ſubiacent, dicente Iohanne: Abſterget deus omnem lachrymā ab oculis ſanctorum, & iam amplius non erit, neq; luctus neq; clamor, ſed nec ullus dolor. Itaq; de meritoria beatitudine loquitur hic dominus, qua quis meretur illam æternam. Atq; hoc non infrequens eſt in ſacris literis quum initio ſtatim Pſalmorum dixerit Dauid: Beatus uir qui non abijt in conſilio impiorum. Et inde: Beatus qui intelligit ſuper egenū & pauperē, in die mala liberabit eum dominus. Et ſicut de beatis diximus, ita ſe res de ſanctis habet, interdum enim ſancti dicuntur qui in hac adhuc uia ſunt ad patriam, & operibus ſanctis ſtudent, ſic multa inuenies in Paulo, ut quū ſcribit ad Romanos: Omnibus qui ſunt Romæ dilectis dei, uocatis ſanctis. Ad extremum eius Epiſtolæ ſalutat Philologum & Iuliam &c. & omnes qui cum eis ſunt ſanctos. Ad Epheſios quoq; ſic ait: Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, ut gentibus Euangelizarem inueſtigabiles diuitias Chriſti, ſancti alias plærumq; dicuntur qui iam ſunt in uita ęterna, de quibus Paulus loquens ſic ait: Sancti per fidem uice-

Apoca. 21 · Pſal. 1 & 40 · Roma. 1 · Ephe. 3 · Heb. 11

runt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones in Chriſto Ieſu.

Sequitur hinc primo, ꝙ non tantum opera noſtra ſunt peccata, ut Neochriſtiani contendunt, ꝗuis enim opera in ſe nihil ſint, attamen aliquid ſunt per gratiam & miſericordiā dei, qui etiam hauſtum aquæ frigidæ non ſinet irremuneratum.

Atqꝫ ideo nō omnia opera noſtra ſunt peccata. *Iob.1* Id teſtantur literæ ſacræ de Iob: In omnibus ijs nō peccauit Iob labijs ſuis, neqꝫ ſtultum quid contra dominum loquutus eſt, ſeruans adhuc innocentiam. De Za- *Lucæ.1* charia quoqꝫ & Elizabeth, ait Lucas, ꝙ erant ambo iuſti, incedētes in omnib⁹ mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Quomodo ergo potuerunt in omnibus operibus peccare, ut Neochriſtiani ſanctis omnibus exprobrant.

2. Deinde ſequitur hinc ꝙ etiam noſtra opera bona hominem iuſtificant, quia ſaluant, ergo & iuſtificant, quum plus ſit ſaluare ꝗ iuſtificare, ſicut ex Paulo colligi- *Roma.8* tur: Quos ꝑdeſtinauit, hos uocauit: quos uocauit hos & iuſtificauit: quos iuſtificauit, hos & magnificauit, per magnificationem ſaluationem intellige. Reclamat Neochriſtianus: Quoniam opera ſine gratia dei hominem non iuſtificant: ſane neqꝫ id nos inficias imus, quum ſine eadem etiam *Coloſſ.3* non ſaluēt, quia charitas eſt uinculum per- *1.Cori.13* fectionis, ut ait Paulus, neqꝫ excidit in morte hominis, imo ueſtis illa eſt nuptialis ſine qua nec homo neqꝫ opera eius poſſunt placere deo.

3. Ad hæc ulterius ſequitur, quoniam opera bona non tantum ſunt a deo præcepta, eo ꝙ placeant deo & hominem iuſtū faciant, ſed etiā æternæ mercedis ſunt meritoria, poſtremum hoc Neochriſtiani hic noluerunt concedere, repugnantes per hoc manifeſte ſacris literis & rationabili intelligentiæ, quia opera ex Euangelio ſaluant, non formaliter, ſed meritorie. Etiam hic mercedis meminit dominus quæ copioſa ſit in cœlis, remuneratio autem reſpicit meritum, quum ſint relatiua, ideoqꝫ ſunt ſimul natura, hoc eſt naturali intelligentia, quia præmium refertur ad meritum, neqꝫ poteſt alterū ſine altero intelligi: Sic quum dixit dominus ad Abraham: Ego merces tua magna nimis: uoluit itaqꝫ mercedem *Gene.15* meriti ſui inſinuare. Atqꝫ ideo etiam dominus regnum cœlorum comparat homini *Matth.20* patrifamilias, qui exijt conducere operarios in uineam ſuam: factaqꝫ de diurno denario conuentione commiſit eis laborem. Ecce quomodo luce meridiana clarius eſt ꝙ dominus uelit operarios habere in uinea ſua: non operis omnis uacuos Neochriſtianos iſtos, ſed operarios illos conſtituit, ipſiqꝫ iuxta pactionem factam merentur denarium diurnum, hoc eſt, uitam æternā *Grego.* ut inquit Grego. Et ne aduerſarij fidei noſtræ oblatrare amplius poſſint. Ecce obijcio eis uerba Sapientis apertiſſima, quum *Eccle.16* ait: Omnis miſericordia faciet locum unicuiqꝫ ſecundum meritum operum ſuorū. Quid ijs preſſius? quid clarius dici queat?

4. Inſuper ſequitur & imperfectā & falſam eſſe Neochriſtianorū doctrinam, quando ſeducunt ſimplices & ad nudam fidem ſolummodo relegant ſine operibus, quia ſi ſola ſufficeret fides, utqꝫ dominus etiam dixiſſet: Beati qui credunt, ſed aliquid ultra fidem requiritur: ideo hic domin⁹ operare recenſet quæ ſaluant hominem, non ſola fides. Imo & in extremo iudicio cōmemora *Matth.25* bit Chriſtus opera miſericordiæ quæ boni fecerint, mali autē neglexerint. Atqꝫ id omnes nobis teſtantur ſcripturæ ſacræ quibus nunc uolens ſuperſedeo, ut liceat non nihil de omnibus ſanctis diſſerere. Interim ipſas appello Neochriſtianorū omnium cōſcientias, an uirum bonum credāt eſſe qui boni nil faciat, penes honeſtatem pro im- *Math.7* probo & inutili cenſetur, dum fructum bonum non adfert. Ex ijs omnibus primam huius Homiliæ partem concludo: Quod opera bona cum gratia dei hic hominem & ſanctum & beatum reddunt, ita ut tandem in uita æterna perfecte ſaluetur.

Altera pars huius Homiliæ.

DE omnibus ſanctis quorum hodie per uniuerſam Eccleſiam feſtiuitas multis cæremonijs ſolēniter

peragitur

peragitur, dicturus inuenio tria quædam in quibus Eccleſiæ uſus & conſuetudo cõſiſtit erga electos dei. Principio in ueneratione ſanctorum, deinde in eorum interceſſione pro nobis: Poſtremo in illorum inuocatione. Tria enim hæc diſcernere conantes Eccleſiæ aduerſarij, alij quidem nullum horum, alij primũ tantum, alij prima duo ſine tertio admittunt & concedunt, ſicut in ijs comitijs fecerunt. Verum catholici cum Eccleſia ſancta tria hæc firmiter permittunt. Primo omnium quomodo ueneratio ſanctorum ſit habenda, pio Chriſtiano ut perſuadere ita intelligere facile eſt, nam quum dignatus eos magnis ſit honoribus deus cuius illi ſunt amici, quur non honorabimus eos? (Pſal. 138) Dauid inquit: Mihi nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. Sic utiq; habent etiam res hominum, ut miniſter uel conſiliarius domini ob ipſum dominum honoretur. Quur non miniſtros etiam & amicos dei uenerabimur, quum tamen docuerit id nos dominus, (Matth. 25) affirmans ſibi impẽſum eſſe quicquid factum fuerit minimo ex fratribus ſuis? Ecce ꝙ honorem ſanctis illatum Chriſtus ipſe acceptat tanq; ſibi factum: unde ſomnium eſt & commentum merum ꝙ blaterant iſti, honore & ueneratione ſanctorũ diminui gloriam Chriſti: quum tamen hinc augeatur, nam ſancti niſi in Chriſto non honorant̃, & deus ipſe ſanctos ſuos honore dignat̃, iuxta id quod (Iohan. 12) ait dominus: Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus. Quod ſi ſanctos honorificat pater cœleſtis miniſtros Chriſti, quid præſumit uermis iſte uiliſſimus Neochriſtianus impudens ſanctis debitum ſubtrahere honorẽ: nõne & cæcitas & excæcatio hæc mera eſt, qua homines intellectu etiam ſuo per abuſum priuantur, ita ut etiam coram Cæſarea Maieſtate & ordinibus imperij quidam eorum dubitarint ſe inclinare, quando glorioſum nomẽ Ieſu expreſſum, uel corpus eius ſanctiſſimum circumlatum, uel ipſa cœlorum regina Maria ex nomine eſſet appellata, deus ipſos illuminare dignetur, nobis progrediendum eſt.

2. De interceſſione ſanctorum iam porro nobis incumbit dicere, illam enim fortius aliquanto impugnarunt, quidam etiam omnino reiecerũt. At cõtra iſtos cuiq; catholico & Chriſtiano homini ſatis eſſe debet Eccleſiæ conſuetudo per uniuerſum mundum & pie & conſtanter obſeruata, ſed quia non deſunt etiam ſcripturæ fundamenta, libet ea quoq; proſequi. Et ut omne faſtidium longioriſq; ſermonis moleſtiam euitemus, placet illud triplici fundamento probare, ita ut etiam aduerſarij tergiuerſari nequeant. Nam & Chriſtus pro nobis orat, & angeli intercedunt, & nos ꝗ in terris adhuc uiuimus, uiciſſim alius pro alio oramus. Principio Chriſtus ipſe pro nobis orat, ita enim Paulus, Chriſtus ſempiternum habet ſacerdotium, (Hæbr. 7) unde & ſaluare in perpetuum poteſt, accedens per ſe ipſum ad deum ſemper uiuens ad interpellandum pro nobis. Conſentit & Iohannes (1. Ioan. 2) Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. (Ideo uideant noui Capharnaitæ quid eorum Zuinglius aſſerat contra apoſtolos illos, Chriſtum iam non intercedere pro nobis.) Quod ſi ergo Chriſtus pro nobis ĩterpellat, qui caput eſt ſanctorum omnium, quur non & ſancti qui ſunt ipſius membra nobiliſſima pro nobis intercedent? quum tamen ille exempla de ſe præbeat in operibus ſuis, quid nos omẽs ab eo diſcere debeamus. Quilibet igitur Chriſtianus firmiter credere debet, ꝙ ſancti uoluntatem ſuam conforment uoluntati Chriſti, quumq; pro nobis miſeris peccatoribus Chriſtus interpellet, ipſi quoq; pro nobis orant ſequentes caput ſuum, ſicut ait Iohannes, quia ſequuntur agnum quocunq; ierit. (Apo. 14 & 5.) Viginti quatuor itaq; ſeniores qui ſederunt ſuper ſedes ante thronum dei aperiente agno librum ceciderunt coram agno, habentes ſinguli citharas & phialas aureas, plenas odoramẽtorũ quę ſunt orationes ſanctorum. Videat etiam quiſq; rationem, quur Chriſtus oret pro nobis. Fit enim illud magna quã erga nos gerit charitate. Quur autem non & ſancti mutua nos charitate proſequantur, ſicut Chriſtus

& pro nobis orent? Alterum interceſſionis ſanctorum fundamentū eſt ꝙ & angeli pro nobis orant, quur non idem faciant conciues eorum, apoſtoli, martyres, cōfeſſores? Et angelos quidem interceſſores noſtros eſſe nemo negare poteſt, qui modo ſacris literis fidem habeat, equidē aliquot inde locos adducam (Tu uide plura in die Sancti Michaelis.) Zacharias enim refert angelum clamaſſe ad dominum: Domine exercituum uſqꝫ quo non miſereberis Hieruſalem & urbium Iuda quibus iratus es? Et reſpondit dominus angelo uerba bona & conſolatoria. Idem de angelo Thobiæ Raphaele: & de angelo Danielis ſcriptum eſt. Manifeſte etiam teſtatur idem Iohannes dicens: Stetit angelus iuxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt illi incenſa multa ut daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum quod eſt ante thronum.

Zacha. 1

Tob. 12

Danie. 10

Apoca. 8

Quum itaqꝫ ſancti angeli pro nobis orent in cœlis, quur non etiam alij ſancti: quum utriqꝫ ſint beati uidentes & contemplantes eſſentiam dei. Imo ſi naturam conſyderemus, ſancti multo ſunt nobis propinquiores angelis: ſi adfectum & cōuerſationem longe deuinctiores, ſi charitatē, æque oēs deſyderant noſtram ſalutem. Inſignis igitur iſta Neochriſtianorum temeritas eſt, ꝙ concedētes etiam coacti, ſicut oportet eos facere a ſcriptura compulſos, quia angeli pro nobis orant, nolunt tamen admittere idem de ſanctis. Quod ſi parentum aut auorum meorū aliquis eſſet in cœlo, quomodo non magis deum pro me oraret ꝙ angelus quiſpiam.

Fundamentum porro tertium de ſanctorum interceſſione eſt ꝙ etiam uiuentes tenentur pro ſe mutuo orare, ſic docente & monēte Iacobo: Orate pro inuicem, ut ſaluemini: quod ille exemplo confirmat Heliæ qui homo mortalis noſtri ſimilis, quum oraſſet ne plueret ſuper terram, non pluit triennio toto & ſex menſibus. Rurſus orauit & cœlum dedit pluuiam, terra fructus ſuos. Sic Moyſes orauit pro populo ne deleret illum dominus. Sic Paulus ſæpe rogat & cupit adiuuari precibus eorum ad quos ſcribit: nam ad Romanos ſic ait: Adiuuate me in orationibus pro me ad deum. (Nota ꝙ hoc loco deſij in prædicando, & tamen hic animus eſt continuare materiā ſicut propoſueram facere: neqꝫ enim licebat diutius protrahere in tantis principum magnorūqꝫ uirorū occupationib⁹.) Alibi quoqꝫ Paulus ſic ait: Gratias ago deo meo in omni memoria ueſtri ſemper in cunctis orationibus meis pro uobis cum gaudio deprecationem faciens. Idem ſcribit ille in multis alijs locis quibus omnibus enumerandis hic ſtudio breuitatis ſuperſedeo: ſic Centurio pro puero ſuo, mulier Cananea pro filia ſua orauit &c.

Iaco. 5

3. Reg. 17

Exodi. 17

Roma. 15

Philip. 1

Lucæ. 7

Quod ſi igitur qui ad adhuc uiuunt pro ſe mutuo orant: Quur non idem faciant ſancti iam demortui, qui tamen & charitate perfectiores, & apud deū multo potentiores, & animo longe ſunt puriores? Cauſſam hic mihi conſydera, quur uiri pro ſe mutuo orent, nunquid ex charitate ſit? Hanc ergo quum habeant etiam ſancti non paulo maiorem ꝙ qui hic in terra uiuunt, quid prohibeat quo minus urgente ea & ipſi pro nobis intercedant apud dominū? atqui non temere eſt quod Paulus ait: Charitatem non excidere ſed ſemper manere. Non abſimili fundamento Hieronymus refellit hæreſim Heluidij, & Vigilantij, ubi inter cætera ſic ait: Si apoſtoli & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro cæteris, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſolliciti, quanto magis poſt coronas, uictorias & triumphos. Et huiuſmodi etiam alijs pluribus rationibus multi Neochriſtiani compulſi iam admittunt ſanctorum interceſſionem quam mordicus antea negarunt. Atqꝫ ſic iam declaratum ſatis eſt ex tribus illis cauſſis quas etiam aduerſarij inficiari non poſſunt, ſanctos dei orare & intercedere pro nobis.

1. Cori. 13

Hierony.

3. Quum iam audiuimus ex primo articulo ꝙ honorare & uenerari debeamus ſanctos dei, ex ſecundo ꝙ etiam ipſi orent pro nobis, idqꝫ triplici fundamento, tres adhuc alias rationes adducemus pro interceſſione illorum. Et quamuis hinc abhorrent aduerſarij, eas tamen apud Catholi-

cos omnibus exiſtimo multum pōderis ha bituras, tantumq́ concluſuras ut a fide ſua nullis queant modis deterreri: Et primum quidem retinere quemlibet Chriſtianum debent in fide catholica immenſa illa quæ deus per uniuerſum mundū operatur mi- racula per ſanctorum interceſſionem: ſicu- ti norunt Chriſtiani omnes de beata uirgi- ne, de Sancto Iohanne, de Sancto Iacobo de glorioſo martyre magnoq́ omnium pa- trono Sancto Sebaſtiano, de Sancta An- na, de Sancto Leonhardo, Iodoco, Vuolff gango, Barbara &c. Quando autem mira cula aliud non ſunt niſi fidei noſtræ quæ- dam corroboramenta & confortamenta, ut Chriſtus ipſe ait: Signa eos qui credide rint hæc ſequentur, dæmonia eijcient, lin- guis loquentur nouis &c. *Mar. ult.* Quia diuina o- mnipotentia errori & falſitati non auxilia- bitur: ſicut & falſa ueneratio ad lucem ſta- tim uenit, neq́ diu latuit. Sic enim S. Mar tinus uanam cadaueris cuiuſdā latroni ſue nerationem ſtatim manifeſtauit. Coloniæ quoq́ adhuc hominum memoria teſtatur quomodo ſigna quædam circa crucifixum ad S. Gereonem contigerint.

Viciſſim oblatrant Neochriſtiani, q̄ ſan- cti in uita ſua fecerunt miracula, poſt mor- tem non item, deinde quum referuntur ſi- gna quæ circa memoriam ſanctorum acci- derunt, conātur illa dæmoni tribuere, qui hominibus fucum faciat & imponit. Quā- uis hæc omnia præterq̄ q̄ temeraria ſunt etiam blaſphemiam ſapiunt, nos tamen cō ſtanter ea refutabimus: Nam primum o- mnium dictu mirum eſt, q̄ ſanctis adhuc uiuentibus miracula faciendi poteſtatem tribuunt, mortuis autem adimunt, quum tamen in hac uita peccatores adhuc ſint multis ſubiecti miſerijs, illic non item. Qđ ſi umbra Petri in hac uita homines ſanauit *Actu. 5* infirmos, quur non plus iam ualeat apud deum, quur non maiora iam faciat miracu la & immortalis exiſtens & peccatis ca- rens? Simile de S. Paulo iudicium eſt, cu- *Actu. 19* ius ſi ſemicincta & ſudaria ſanarunt ægro- tos: quare tandem plus potuerint eius ſtro phiola in hoc exilio q̄ nunc preces ipſius in cœlo? O uæſanum qui uel credat, uel affirmet talia.

Vt autē Neochriſtiano etiam prętextus nullus reliquus ſit fucando ſuo errori, iam porro manifeſtis ſcripturæ teſtimonijs iam dicta confirmabimus, quia de Heliſæo ſic ait Sapiens: Mortuū prophetauit corpus *Eccle. 24* eius, in uita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt. Vbi Sapiens mul- ta mirabilia refert eum feciſſe, neq́ tamen ea enumerat. Sed in Hiſtoria Regum legi mus, quomodo mortuo Heliſæo & ſepul- *4. Re. 13* to uenerunt eodem anno latrones Moab in illam ipſam regionem: & quidam uolē- tes ſepelire hominem mortuum, uiſis latro nibus proiecerunt cadauer in ſepulchrum Heliſæi, cuius oſſa quum contigiſſet cada uer putre & exanime, reuixit & ſurrexit in pedes ſuos. Quum itaq́ oſſa Heliſæi homi nem mortuum reſuſcitarint, quando non dum Heliſæus ueniſſet in cœlum, quanto plus iam ſancti poſſunt apud deum opera- ri miracula? quæ q̄ Neochriſtiani dæmo- nijs tribuunt, manifeſte maiores ſuos argu unt Iudæos fuiſſe, qui domino miracula ſua eleuare uolentes dicebant q̄ in poteſta *Math. 12* te Beelzebub eijceret dæmonia. Sic iam Neochriſtiani ſanctorum miracula ſcelera- te tribuunt dæmoni, quaſi non adeo deus honoraret Mariam & Petrum, ut Heliſæ- um, imo decepiſſet ille per ſigna ſanctorū mundum uniuerſum, quod nemo Chriſti- anus cogitare debet.

2. Retinere quemlibet Chriſtianum in fide catholica debet etiam ipſa authoritas ſcripturæ. Sic enim legimus in libro Iob: *Iob. 42* Ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holo- cauſtum pro uobis, faciem eius ſuſcipiam ut non imputetur uobis ſtultitia: & inde ſequitur: Conuerſus eſt dominus ad pœni tentiam Iob quum oraret & ille pro ami- *Iob. 5* cis ſuis. In alio etiam loco ſic ait: Voca ſi eſt qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſan- ctorum conuertere. Ecce hic dominus quum nollet audire amicos Iob, ipſius ta- men Iob interceſſionem admiſit, & Iob cō ſulit ~~Heliam~~, ut ad aliquem ſanctorum cō uertatur. Præterea Baruch ſic precatur: *Baruc. 3* Domine omnipotens Deus Iſraël, audi nunc orationem mortuorum Iſraël & fi- liorum ipſorum, Ecce q̄ & mortui oraue-

runt, non utiq; pro ſeipſis ſed pro uiuis.
2. Mac. 15 Ad hæc in Hiſtoria Machabæorum legimus, quomodo Iudas uiderit Oniam extenſis manibus orantem pro omni populo Iudæorum: deinde uidit ille alium uirum ætate & gloria admirandum, de quo dixit Onias: Hic eſt fratrum amator & populi Iſraël, hic eſt qui multum orat pro populo & tota ciuitate ſancta Hieremias propheta. Loci ij tres conſtanter probant ſanctorum interceſſionem, atq; etiamſi recuſent Neochriſtiani illos acceptare, clamantes libros iſtos non eſſe in canone: attamen de errore conuincuntur, quoniam illis utitur Eccleſia in Canticis, lectionibus & precibus ſanctis, in ſacrificio miſſæ, & omnib⁹ diuinis officijs: deinde memorantur etiam in canone ſcripturarũ in Concilio Carthaginen. & Innocẽtij primi, quid ꝙ ipſe Auguſtinus ſatis magnus nobis eſt teſtis librum Machabæorum iam olim ſuo tempore fuiſſe in canone lib. 18. ca. 36. de ciuitate dei. *Auguſti.*

4. Nunc tandem de inuocatione ſanctorum diſſeramus, qui articulus ex ſuperiori pendet: nam ſi pro nobis orant ſancti tamq; ſunt erga nos mites & benigni, Quur nos illos non inuocabimus, ut hoc faciant quod faciunt non inuiti, hoc eſt, ut orent pro nobis? Quum etiam pro nobis orant ſancti, non faciunt hoc niſi cum uoluntate dei, docuit autẽ nos dominus quotidie orare illud: Fiat uoluntas tua. Quomodo ergo iniquum fuerit nos pro interceſſione clamare ad ſanctos, ut uolũtas dei impleatur: quando & Iob cõſuluit ipſi Heliu, ut ad aliquem ſanctorum conuertatur: Conuerſio autẽ hæc nihil aliud eſt ꝙ ipſa inuocatio, quod ex ſuperiorib⁹ liquet. Voca ſi eſt qui tibi reſpondeat. Accedit ad inuocationis huius robur ꝙ Iacob dixit ille patriarcha: Inuocetur ſuper eos nomẽ meum, & nomina patrum meorum Abrahã et Iſaac &c. Sanctus Dionyſius Pauli apoſtoli diſcipulus teſtatur apoſtolorum tempore morem fuiſſe illum, ut inuocẽtur ſancti, ſic enim ait: Hanc ſi quis ſpernat ſacro ſanctam diſciplinam, atq; infœlici elatione ſeductus dignum ſe diuina arbitretur famiiaritate, ſanctoſq; deſpiciat, hic certe ſi petitiones indignas deo neq; ſacras poſtularit, intentoq; careat, diuinorum deſiderio ſibiq; ipſi conſentaneo, imperita poſtulatione per ſeipſum nunq; potietur. Vult hic Dionyſius ne quis ſe iudicet tam eſſe bonum, ut priuata temeritate ſpretis ſanctis ad deum petiturus irrumpat. *Math. 6* *Dionyſi⁹ de cœleſt. hiera. c. 7*

Pulchre etiã Cyprianus ſcribit ad Cornelium Papam: Si quis hinc noſtrum prior diuinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeueret apud deum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam patris non ceſſet oratio. Præterea Leo in Homilia de S. Laurentio ſic inquit: Cuius oratu & patrocinio adiuuari nos ſine ceſſatione confidimus. Et Auguſtinus in ſermone de ſanctis apoſtolis Petro & Paulo præclare dicit: Qui honorat martyrem, honorat Chriſtum: & qui ſpernit martyrem, ſpernit Chriſtum: libro quoq; 22. de ciuitate dei plurima enarrat miracula, quæ facta ſint & exhibita a reliquijs, etiam commemoratione ſanctorum martyrum Stephani, Geruaſij & Prothaſij. Atq; ea ſemper fuit Eccleſiæ conſuetudo, ut ad ſanctos dei clamet, interceſſionẽ eorum petens apud deum. Populus etiã hinc Chriſtianus, ut ait Auguſtinus, memorias martyrum religioſa ſolennitate cõcelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, orationibus adiuuetur. Et uos igitur in Chriſto dilectiſſimi diligentius hodie ueneremini omnes ſanctos dei, ſollicite deprecantes, ut uos quoq; ipſorum gaudijs cõiungamini, ſicq; poſt hoc exilium, merces & retributio ueſtra copioſa ſit in cœlis. *Li. 1. epi. 3* *Leo* *Auguſt.* *Beda* *Li. 20. de ciui. dei c. 21.*

AMEN.

Homilia ſecunda in feſtiuitate omnium ſanctorum.

QVomodo quaq; occaſione factũ ſit ut hunc ſermonẽ habuerit dominus conſcenſo monte diximus in die ſancti Mauritij, ſimiliter in genere de 8. beatitudinibus diſſeruimus, nunc lubet

bet ad honorem & gloriam omnium ſan-
ctorum de ſingulis illis peculiariter pertra-
ctare. Principio itaq; ſic orditur dominus:
Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum
eſt regnum cœlorum. Vbi ante omnia ſo-
lerter conſyderandum nobis eſt quã breui-
ter, acute & artificioſe ſumma dei ſapientia
octo beatitudines percenſuerit: ſemper e-
nim laudat, dum beatos pronunciat, dein
de exprimit id in quo ſita eſt beatitudo, po
ſtremo cuiuſmodi illam maneat pręmium.
Quantum ad primũ, ſic ait dominus: Bea-
Hierony. ti pauperes ſpiritu. Vbi Hieronymus, Ne,
inquit, quis putaret paupertatem quæ non
nunq; neceſſitate portatur a domino præ-
dicari, adiunxit ſpiritu, ut humilitatem in-
telligeres non penuriam, ita ut loquatur
hic dominus de ijs qui pauperes ſunt ſpiri-
tu, qui ultro ꝓpter ſpiritũ ſanctũ ſunt pau-
peres, de quibus dixit dominus, & ideo ad
Eſa. 63 Euangelizandum pauperibus miſit me.
Pſal. 33 Quo facit illud Dauidicum: Humilis ſpi-
ritu ſaluabit. In eum quoq; ſenſum Theo-
Theoph. phylactus accipit hæc uerba ſaluatoris &
ait: Contriti anima ſunt pauperes ſpiritu.
Primo em̃ dominus modeſtiã & humilita-
tem animi ceu fundamentum iacit, ut quia
Adam per ſuperbiam cecidit, Chriſtus per
humilitatẽ rurſus nos erigeret. Eadem eſt
Auguſti. & ſententia Augu. dicentis: Vulgo etiam
magnum ſpiritum habere dicuntur ſuper-
bi, quapropter recte hic intelliguntur pau-
peres ſpiritu humiles & timentes deum. i.
non habentes inflantem ſpiritum, quia ſpi-
ritus ſic latinis & Hebræis רוח etiam uen-
tum ſignificat: ſunt autem ſuperbi inflati
admodum & turgidi, pleni uento, non ſic
faciunt qui beati eſſe cupiunt: Nam ita ait
Eſa. 25 Eſaias: Spiritus robuſtorum quaſi turbo
impellens parietem. Quiſquis ſic pauper
eſt ſpiritu, ut faſtu careat & ſuperbia, is iã
Pſal. 25 beatus eſt, atq; dicere poteſt cum Dauide:
Vide domine humilitatẽ meam & laborẽ
meum, & dimitte uniuerſa delicta mea. In
eum cõpetit iſtud propheticum: Ad quem
Eſaiæ 66 reſpiciam niſi ad pauperculum & cõtritũ
ſpiritu & trementem ſermones meos.

Sequitur iam beatitudinis huius merces
quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.
Aequiſſimũ hoc eſt, ut qui hic multis ſub-
iecti ſunt ærumnis & miſerijs, tandem ſati-
entur in æterna fœlicitate: uiciſſim quoq;
ut qui hic bonis temporalibus ſe impleue-
runt, nihil etiã cogitantes de ijs quæ ſunt
æterna, ij tandẽ miſeri permaneant in pau-
pertate & egeſtate perpetua. Sic Iohan-
nes ait: Dicis, diues ſum & locupletatus, Apoca. 3
& nullius egeo, ſed neſcis quia tu es miſer
& miſerabilis, & pauper & cœcus & nu-
dus. Multum quoq; conuenit merces illa
ijs qui pauperes ſunt ſpiritu: quia ut ſupra
diximus, hic dominus humilitatem iſtam
docet contra ſuperbiam Adæ, non pote-
rat autem ſuperbia manere in cœlo, un-
de expulſus eſt lucifer, neq; magis perdu-
rare potuit in paradiſo: unde exacti ſunt
primi parentes noſtri, tantũ iſta locum ha-
bet apud inferos, ſicut dicit propheta: De
tracta eſt ad inferos ſuperbia tua. Econtra Eſa. 14
igitur humilitas locum ſuum in cœlo ob-
tinet antiquum, quia anguſta eſt uia quæ
illuc adducit, quo nec turgidi præ ſuper-
bia, neq; inuitati auari pertingere poſſunt
Regnum itaq; cœlorum humilium eſt &
eorum qui pauperes ſunt ſpiritu. Multa
hic dici poſſent copioſius, ſed ijs omnibus
ultro ſuperſedebimus.

2. Beati mites, inquit dominus. Qui
mites? quærit Auguſtinus & reſpondet, Auguſt.
illi qui cedunt improbitatibus & non reſi-
ſtunt malo, ſed uincunt in bono malum,
Mites etiam, ait Theophylactus, ſunt non Theophi.
qui prorſus non iraſcuntur, Tales enim in
ſipientes ſunt & inſenſati, ſed qui iræ uim
habent: continent autem, & quando opor
tet iraſcuntur. Huiuſmodi homini miti co-
habitare bonum eſt, & cum eo conuerſari,
ſicut de Dauide ait ſcriptura: Ipſe eſt qua-
ſi tenerrimus ligni uermiculus. Sic Moy- 2. Reg. 23
ſes uir fuit mitiſſimus ex omnibus qui tunc Nume. 12
fuerunt ſuper terrã, Chriſtus quoq; ſeipſm
propoſuit exemplum meritoriæ huius bea-
titudinis, quando dixit ad diſcipulos ſuos: Matth. 11
Diſcite a me quia mitis ſum & humilis cor
de. Sic Paulus ad Titum ait: Admo-
ne illos modeſtos eſſe, omnẽ oſtendentes Tit. 3

manſuetudinem ad omnes homines.

Sequitur muneratio, quia poſſidebũt terram. Vbi pulchre ait Auguſtinus: Rixentur immites & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus, ſed beati mites, quoniam ipſi hæreditabunt terram de qua auelli non poſſunt. Illam inquam terram de qua in Pſalmo dicitur: Portio mea in terra uiuentium. Firma per hoc æternæ hæreditatis ſignificatur poſſeſſio, in qua ſic requieſcit animus, ut corpus in terra. Non terram Iudææ, inquit Hieronymus, nec terram iſtius mundi, non terram maledictam, ſpinas & tribulos afferentem, quam crudeliſſimus quiſq; ac bellator magis poſſidet, ſed terram quam Pſalmiſta deſyderat dicens: Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Conſentit plane Chryſoſtomus, qui tamen plures adhuc ſententias enumerat. Theophylactus ſic ait: Aliqui ſpiritualem terram dicunt, cœlum uidelicet: uerum tu & hanc terram intellige: quoniam enim q putantur mites deſpecti & inopes, dicit, q hi magis omnia habeant. Sic Chryſoſtomus inquit: Nec in ſcripturis uſpiam repperimus intelligibilem terram. Alij per terram corpus noſtrũ accipiunt, quod hic eſt de terra morientium: illic futurum de terra uiuentium.

Auguſti. *Pſal. 141* *Hierony.* *Pſal. 26* *Chryſoſt.* *Theoph.* *Chryſoſt*

Tu hic interim expende q copioſe manſuetudinem remuneraturus ſit dominus: ſiue in terra hac quam conculcas pedibus ſiue quam circumgeſtas in corpore, ſiue in terra beatorum quam deſyderas & inquiris: non igitur debemus eſſe furioſi, inuidi, ira & odio pleni.

3. Tertia hinc beatitudo ſequitur quũ ait: Beati qui lugent. Luctus hic, ut ait Hieronymus, non mortuorum ponitur cũ lege naturæ, ſed uitijs & peccatis mortuorum: ſicuti Samuel luxit & planxit ſuper Saul, quum audiſſet pœnitudine ductum dominum q ipſum unxiſſet regem ſuper populum ſuum. Sic Paulus ait: Timeo ne quum iterum uenero ad uos, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione. Theophylactus hic quoq; dicit: Qui propter peccata lugent, non propter temporalia, lugentes autem dixit ſemper & non ſolum, & non pro peccatis noſtris tantum, ſed & pro peccatis proximorum. Huiuſmodi beatitudinẽ habuit Ambroſius, in cuius uita ſic ait Paulinus: Quotienſcunq; illi aliquis ob percipiendã pœnitentiam lapſus ſuos confeſſus eſſet, ita flebat ut & illum flere compelleret, uidebatur etiam ſibi cum iacente iacere, ſic ipſe inquit ſuper hæc uerba Ambroſius: Quum hoc feceris ſcilicet, ut ſis pauper & mitis, memento quia peccator es & lugeto peccata. Addit Chryſoſtomus: Beatus qui ſua luget peccata, beatior autem qui etiam aliena. Facere hoc debent doctores, quæ cõmunis oĩum & ueterũ & iuniorũ ſententia eſt. Neq; me latet quomodo exponi hoc poſſet ſi cum monaſticis perſonis agerem, ſed tranſeat illud. Et tamen ad materię huius explanationem, puto diuerſum in ſacris literis luctum inueniri qui huc applicari poſſit. Principio enim luctus eſt de peccato: Sic Petrus abnegato domino exiuit & fleuit amare. Sic Maria Magdalena peccata ſua planxit, & lachrymis ſuis pedes lauit dominicos. Et illi quidem hoc luctu meruerunt beatitudinem, quia reſpexit eos dñs oculis miſericordiæ ſuæ. Alij flent deſyderio uitæ æternæ. Sic Paulus ait: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Sic Dauid inclamat: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cædar, hoc eſt, cum ijs qui tenebras incolunt errorum & peccatorum, cum Hæreticis & peccatoribus. Sic flere ſolitus eſt Sanctus Ambroſius quoties audiuit pium aliquem ſacerdotem eſſe defunctum, eo q ante ſe mortuus eſſet. Sic Dauid prolongationem huiuſmodi moleſte tulit, inquiens: Quid mihi eſt in cœlo, & a te quid uolui ſuper terram? quaſi diceret nihil eſt in terra quod mihi ſine te placeat.

Hierony. *1. Reg. 15* *2. Cori. 12* *Theoph.* *S. Paulin.* *Ambroſi.* *Chryſoſt.* *Matth. 26* *Lucæ. 7* *Philip. 1* *Pſal. 119* *Ambroſi.* *Pſal. 72*

Tertio lugere, quis poteſt, ideo q uidet iuſtitiæ Dei nullum eſſe locum in terris reliquum. Sic dolenter dixit Dauid: Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti *Pſal. 118*

ſunt

ſunt uerba tua inimici mei: ſic cum zelo do
Num.25 luit Phinees cum uideret Samri filium Sa-
1. Mac. 2 lunij peccare coram omni populo cum mu
liercula Madianita. Et Matathias uidens
idololatriam creſcere in Iſraël.

Quicunq; igitur aliquo illorum modo-
rum lugent ſicut populus Iſraël ſuper flu-
Pſal.136 mina Babylonis ſedens & flens, quum re-
cordaretur Syon, ij nimirum conſolatio-
Auguſti. nem accipient, quæ meritoriæ huius bea-
Iohan. 16 titudinis remuneratio eſt, conſolatio ſcili-
cet ſpiritus ſancti, quem ideo dominus to-
ties conſolatorē uocat: decet enim ut qui
temporalia gaudia contemnunt æterna cō
Eſa ult. ſequantur, ſicut Eſaias ait: Gaudete cum
ea uniuerſi qui lugetis ſuper eam. Huiuſ-
Pſal.93 modi conſolationē accepit Pſalmiſta dicēs
Secundum multitudinem dolorum in cor
de meo conſolationes tuæ lætificauerunt
animam meam. Quarto loco beatitudi
num illarum numeratur hic iſtud quod di-
citur: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā.
Bonum utiq; eſt iuſtitiam uelle, ſed longe
beatius eam eſurire & ſitire: neq; enim, ut
Hierony. ait Hieronymus, ſufficit nobis uelle iuſtiti-
am niſi iuſtitiæ famē patiamur, ut ſub hoc
exemplo nunq; nos ſatis iuſtos, ſed ſemper
Ambro. eſurire iuſtitiæ opera intelligamus. Am-
broſius ſignum hoc eſſe bonum putat, ubi
quis eſurit iuſtitiam & ſitit, eo q; æger quū
in graui morbo eſt non eſurit: fames autem
ſanitatis indicium eſt. Is quoq; authore
Chryſoſt. Chryſoſt. eſurit iuſtitiam, qui ex animo cu
pit ſecundum iuſtitiam dei uiuere, is uero
Theoph. ſitit illam, qui ſcire deſyderat eam. Dictu-
rus ergo dominus de miſericordia & elee-
moſina recte præmiſit iuſtitiam, quia quiſ-
quis bona iniuſto titulo ſibi arrogat aut
poſſidet, is fruſtra ſperat eleemoſinam ſuā
deo fore acceptam, ut qui iam cœnobia &
templa diruunt, atq; pecuniam in uſum
pauperum ſe conferre dicunt, actum agūt,
de ſubſtantia quiſq; ſua iubetur honorare
deum & eleemoſinam dare pauperibus.
(Nimis ſubtile eſt pro populo, quomodo
eſuries referatur ad deſyderium animæ ad
iuſta: ſitis uero ad rationes & iura iuſtitiæ,
nam ſicut cibus qui eſuritur, cibat & re-
ſtaurat uitam: ſed quia cibus per ſe nō flu-
it & currit ad membra nutrienda, niſi ha-
beat uehens humidum, cuius deſyderi-
um eſt ſitis. Ita ſunt etiam rationes iuris &
ſapientiæ quæ uehunt & dirigunt iuſta,
alioquin ſi neſcit per ſapientiam dirigere
iuſtitiam, ſummum ius, ſumma erit iniuſti
tia, quod ſi ſciat & poſſit, & nō uelit per in
iuſtitiam, tunc ſæuiſſima eſt iniuſtitia, ha- Chryſoſt.
bens arma.)

Beatitudinis huius merces eſt, quia ſatu
rabuntur ſcilicet largitate remunerantis
dei: quoniam maiora erunt dei præmia q;
ſanctorum deſyderia. Vel, ut inquit Au- Auguſt.
guſtinus illo uerbo ſaturabuntur, de quo Ioānis. 4
dominus ait: Meus cibus eſt ut faciam uo-
luntatem patris mei: hæc illa iuſtitia eſt,
hic ipſe potus, quando dicit: Omnis qui bi
bit ex aqua hac, quam ego dabo ei, non ſi-
tiet in æternum, ſed aqua quam ego dabo
ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam
æternam. Theophylactus quoq; ad tem-
poralia refert, quia mundus putat ſaturari
diuites, ſed hic dominus docet magis iu-
ſtos ſaturari, quoniam bona iniuſte parta
ſæpe uix tertium ſequuntur hæredem, non
nunq; uix ſecundum, certum eſt autem iu-
ſtos ſaturari in uita æterna. Sic Pſaltes ce- Pſal.16
cinit: Satiabor quum apparuerit gloria
tua: ſiquidem quum damnati inopes erūt
bonorum omnium: beati omnium bono-
rum affluentia habundabunt. Idipſum ma
nifeſte prædixit dominus per prophetam: Eſa.65
Vocaui uos & non reſpondiſtis, loquutus
ſum & non audiſtis, & faciebatis malum
in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis, pro-
pter hoc hæc dicit dominus Deus: Ecce
ſerui mei comedent & uos eſurietis: Ecce
ſerui mei bibent & uos ſitietis. Ecce ſerui
mei lætabuntur & uos confundemini &c.

Quinta porro beatitudo ſic proponitur
Beati miſericordes. Miſericordiam hic in-
tellige non tantum in dando eleemoſinam
ſed in quolibet proximorū peccato, in por-
tando cuiuslibet onere, quia miſericors ali-
quis eſſe poteſt etiam in uerbo conſolato-
rio, & in unica lachrymula, ſi aliud non
habeat. Miſericordia quoque &

iuſtitia ita coniunctæ ſunt, ut altera ab altera debeat temperari, iuſtitia enim ſine miſericordia crudelitas eſt, miſericordia ſine iuſtitia diſſolutio. De huiuſmodi miſericordia erga proximũ habenda, multa diximus Tomo.2. fol.98. & 126. Sequitur hinc merces, quia miſericordes miſericordiam conſequentur: id quum hic fit in illa uita tum uero maxime in uita æterna, iuxta illud Sapientis: *Eccleſi.16* Omnis miſericordia faciet locum unicuiq; ſecundum meritũ operum ſuorum. Eo nos hortatur etiam Chriſtus, *Math. 6* dicẽs: Eſtote miſericordes ſicut & pater ueſter miſericors eſt, qui ſolem ſuũ oriri ſinit ſuper bonos & malos.

Sextam beatitudinẽ ita refert dominus: *Hierony.* Beati mundo corde. Ii autem, ut ait Hieronymus, ſunt mundo corde, quos non arguit conſcientia ulla peccati: ſic in uniuerſum intelligit *Chryſoſt.* Chryſoſt. de mundicia cordis ab omnibus peccatis. *Ambro.* Et Ambroſius præclare dicit: Qui miſericordiam defert, miſericordiam amittit, niſi mundo corde miſereatur. Quidam etiam de munditia ſiue cõtinentia intelligunt, quaſi hic uirtutem illam cõmendare uoluerit dominus, *Theoph.* Sic em̃ ait Theophylactus: Multi ſunt nõ rapientes, ſed & miſericordes, ueruntamen ſcortantur, & alias immũdi, ſunt atq; ij deũ nõ uidebunt. Quaꝓpter p̄cipit hic dominus ut ſimul cum alijs uirtutibus homines etiam munditiem corporis cuſtodiant & continentiam, eo q; qui mundiſſimus eſt dominus niſi mundis oculis conſpici non poteſt, templumq; adeo dei non poteſt eſſe pollutum, unde & Paulus ait: *Hæb.12* Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam ſine qua nemo uidebit deum, quia nihil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum, *Apoca.21* & ſpeculum ſi ſit ſordibus infectum, impuram quoq; repræſentat imaginem. Vnde & Pſaltes ille diuinus ſic ait: Quis aſcendet *Pſal.23* in montem domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus & mundo corde &c.

Septimo, Beati etiam commemorantur pacifici. Pacem illam non tantum intelligere debemus erga proximũ noſtrum ſed & cum deo & conſcientia noſtra, ſicut dicit propheta: Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumẽ pax tua. *Eſa.48* In eadem ſententia eſt & Hieronymus, *Hierony.* quum ait: Pacifici ſunt qui primum in corde ſuo: deinde & inter fratres diſſidentes pacem faciunt. Quorſum enim proderit alios per te pacem habere, quum interim in pectore tuo diſſidia & bella ſæuiant uitiorum? Hinc ait Theophylactus, q; pacifici *Theophi.* ſint & qui per doctrinã inimicos dei cõuertũt. Auguſtinus in ſermone domini in *Auguſt.* mõte ſic inquit: Pacifici in ſemetipſis ſunt qui omnes motus animi ſui componentes & ſubijcientes rationi, carnaleſq; concupiſcentias habentes edomitas, fiunt regnum dei, ita ut quæ in homine facultas omnium nobiliſſima eſt dominetur ratio, illiq; uires aliæ omnes ſubiectæ ſint. Atq; ea demum pax eſt quæ hominibus datur bonæ uoluntatis, de ſeruanda & cuſtodienda *Tomo.2 fol.15* pace plura alias diſſeruimus. Pacem hanc Paulus optauit Pphilippẽſibus dicẽs: Pax dei quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda ueſtra & intelligentias ueſtras. *Philip.4* ſimiliter & Coloſſenſibus: Pax Chriſti exultet in cordibus ueſtris. *Col.3* Et Epheſijs iniunxit eandem, *Ephe.4* quum iuſſit eos eſſe ſollicitos ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis.

Merces beatitudinis illius hęc eſt, quia pacifici filij dei uocabuntur: ſic enim unigenitus dei deo nos reconciliauit pace facta, ut iam magnum quid ſit filium dei uocari & eſſe. Contentioſi igitur & ſeditioſi qui diſſidia ſeminant & iurgia, filij ſunt diaboli, qui omni charitate deſtitutus eſt pace caret, nec unitatem ſuſtinere poteſt, ſed diſſidia tantum, contentioneſq; mouet & ſeditiones: unde & in cœlo manere non potuit, ubi pax ſumma eſt quæ etiam cœleſti Hieruſalem nomen indidit, quia uiſionem pacis ſonat.

Poſtremo loco harum beatitudinum numerat dominus illam, & dicit: Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiã, proprie & expreſſe ait ille, ꝓpter iuſtitiã: multi.n. quũ iuſti nõ ſint ꝑſequutionẽ ſuſtinent propter peccata ſua, quomodo fures & homicidæ capitale obeunt ſupplicium

cium infœlices ob id & iniqui. Atqꝫ non incõmode beatitudo hæc priorem ſequitur, *Chryſoſt.* quo ſignificare uoluit dominus, non ſemper eſſe bonum, inquirere pacem, quoniam ſic antiquum locum obtinet, uetus illud prouerbium: Bellum honeſtum, turpi pace præſtantius eſt: ſic Eccleſia nuncꝫ pacem habet cum Hæreticis, imo poteſt incidere caſus, quo Imperator etiã aut Rex inique faceret, intermittens uel negligens bellum, uiciſſim bellando bene & meritorie ageret: *Tomo. 1. fol. 59* ſicuti iuſto ſermone alibi docuimus ad longum. *Auguſti.* Auguſtinus non recedens ab ordine reliquarum beatitudinum ſic exponit: Pace intrinſecus conſtituta ac firmata, quaſcunqꝫ perſequutiones ille qui foras miſſus eſt, forinſecus cõcitauerit, auget gloriam quæ ſecundum deum eſt. Non *Chryſoſt.* dixit, inquit Chryſo. beati qui a gentilibus perſequutionem patiuntur, ne putes illum ſolum beatum qui perſequutionẽ patitur propter idola non colenda: ideo & qui ab Hæreticis perſequutionem patitur propter ueritatem non relinquendam beatus eſt, quia propter iuſtitiam patitur, ſed & ſi quis ex potentibus qui Chriſtiani uidentur, forſitan propter ſua peccata correctus a te fuerit, te perſequutus, beatus es cũ Iohanne baptiſta. Sic prophetæ martyres fuerunt qui a ſuis paſſi ſunt & occiſi: ſine dubio em̃ qui propter deum patitur, mercedem martyrum habet, etiamſi martyrium ſuſtineat a ſuis. Atqꝫ ob hanc cauſſam ſcriptura rationem perſequutionis non perſonas oſtendit perſequutorum.

Remuneratio meritoriæ huius beatitudinis eſt, quia ipſorum ſit regnum cœlorũ. Diuinam hic contemplare ſapientiã, quomodo ueluti per orbem redeat ad principium: ſiquidem & primæ beatitudinis ea adſignata eſt merces, ꝙ ſic beati habituri ſint regnum cœlorum: ſic puſillum gregem cõ*Lucæ. 12* firmans dominus ait: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Sic etiam ad apoſtolos dicit: Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in *Luc. 22* tentationibus meis, ideo diſpono uobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater meus, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.

Ad extremum iam ultimam beatitudinem hanc concludit dominus communi illa omnium beatorum remuneratione di- *Theoph.* cens: Beati eſtis quum maledixerint uobis homines, & perſequuti uos fuerint, hoc ꝓprie ad apoſtolos pertinet, quos hic confirmare conatur dominus, per hoc ꝙ commune ſit illud omnibus ueritatis doctoribus male audire & calumnias ſuſtinere nõ meritas. Illud em̃ maledictum, ut ait Hie- *Hierony.* ro. contemnendum eſt quod beatitudinẽ creat, quod falſo maledicentis ore profertur. Ecce duo ad beatitudinem illam pertinent, male audire propter Chriſtũ, & maledicendo errari. Quoniam ſic ait Auguſt. *Auguſti.* Hoc de mendatio propter illos additum puto qui uolunt de perſequutionibus & de fama ſuæ turpitudinis gloriari: & ideo dicere ad ſe pertinere Chriſtum ꝙ multa de illis dicuntur mala, quum & uera & de illorum errore dicantur. Qui boni pijqꝫ ſunt, & tamen contumelias ſuſtinent patienter, illorum eſt regnum cœlorum. Sic Chriſtiani fecerunt initio naſcentis Eccleſiæ, ut ait Paulus, maledicimur & bene- *1. Cori. 4* dicimus: perſequutionem patimur & ſuſtinemus: blaſphemamur & obſecramus. Sic ille ad Romanos docuit ne cui maledictũ reddant pro maledicto. Et Dauid ille ſan- *Roma. 12* ctus ait ad dominum: Propter te ſuſtinui *Pſal. 68* opprobrium, operuit cõfuſio faciem meã.

2. Deinde in uniuerſum communem omnium pro Chriſto patientium mercedem inſinuat dominus dicens: Gaudete & exultate, quia merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Durum ſane & arduum eſt calumnias ſuſtinere & ijſdem gaudere propter dominum, ſed uiciſſim, inquit dominus, largiter illud remunerabo. Iob multis modis perſequutiones ſuſtulit graues, ſed tum *Theoph.* omnium maxime turbabatur, quum exprobrarent ei amici ꝙ propter peccata ſua pateretur. Verba porro hæc Chriſti quilibet qui animo eſt perturbato ſemꝑ in memoria habere debet, quod ſi forte iniuſte opprimitur a proximis ſuis ui ſibi illata, ſi ægrotat, ſi periculum incumbit de ædibus agris aut alijs bonis, ferat patienter, quia magna & copioſa erit merces ſua in cœlo, patientia & ſpes hæc quicquid alias ei mo-

leſtum eſt faciet leue, ſicut Iob contigit, quum diceret: Non perij propter imminẽtes tenebras, nec faciem meam operuit caligo. Mercedem hanc copioſam affatim receperunt omnes ſancti dei, dum iam ineffabiliter lætantur & exultant in cœlo, perpetuo aſpicientes eſſentiam dei in æterna patria, ad quam nos quoq; perducere dignetur ipſe ſanctus ſanctorum, in omnia ſecula benedictus, Amen. Iob.23



In die commemorationis omnium animarum, Euangelium Iohannis V.

IN illo tempore: Dixit Ieſus turbis Iudæorum: Amen amen dico uobis, quia uenit hora, & nũc eſt, quando mortui audient uocem filij Dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo ſic dedit & filio habere uitam in ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient uocẽ filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem uitæ, qui uero male egerunt in reſurrectionem iudicij.

Homilia prima.

EVangelium hoc breui tranſcurſu explicabimus, deinde dicere aggrediemur quomodo iuuari poſſint & debeant miſeræ animæ in purgatorij carceribus detentæ. Inter cætera ſic ait dominus ad Iudæos: Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nunc eſt, quando mortui audient uocem filij dei. Hora hæc ueniet in die nouiſſimo, quando omnes mortui uoce Chriſti & uirtute dei reſuſcitati reſurgẽt uiui, ſicut in Homilijs aduentus dominici diſſeruimus. Verum hic iam quæſtio oritur, quomodo intelligi debeat quod addit dominus, & nunc eſt hora.

Alij ex patribus alias hic ſententias tuentur, nos potiora diſpiciamus: ſunt eñ qui hoc ad Euangelij auſcultationem referant & fidem: Quia homines qui ante Euangelium in peccatis mortui erant, adnunciato Euangelio iam tum credere ſtatim cæperunt, fore aliquando tempus ut reſurrecturi ſint mortui: ideoq; hic dominus geminum tempus adſignat. Alterum quum ait: Venit hora in qua mortui audient uocem filij dei, hora ea eſt, in qua rationẽ reddere debebimus pro ſuis quiſq; factis, quãdo reſurgemus omnes in nouiſſimo die ad uocem, uoluntatem & poteſtatem reſuſcitantis nos Chriſti. Tempus hoc illud eſt quo recipietur præmium meriti noſtri. Parte.1 fol.8.

Alterum tempus quo creditur huiuſmodi quid eſſe futurum, atq; illud iam præſto eſt, tempus meritorum, ꝙuis Auguſt. hoc quidquid eſt eo tendit ut intelligatur de reſurrectione animi, quæ facta ſit quum homines audierunt Chriſtum prædicantem uerba uitæ: & deinceps demum loquatur dominus de ruſurrectione carnis. Alij, ſicut & Damaſcenus, accipiunt uerba illa ſic, ut dominus dixerit primum de uniuer- Auguſt. Damaſcen.

ſali reſurrectione, inquiens: Venit ho-
ra. Reliqua autem particula (& nunc eſt)
intelligatur de præuia quorundam homi-
num reſurrectione, quæ nouiſſimã confir-
mat, ꝙ ſi enim potuit Chriſtus quatridua-
Iohan. 1 num Lazarum de morte reſuſcitare uoce
ſua quum clamaret: Lazare ueni foras, ſi-
militer & filiam Iairi, & adoleſcentẽ uiduæ
illiꝰ in Naim: Quomodo credere recuſabi
mus uniuerſalem illã mortuorũ omnium
reſurrectionem, ſicut Paulus fidem illius
aſtruere conatur & perſuadete Corynthijs,
1. Cor. 15 quia ſi Chriſtus reſurrexit & nos reſurge-
Theophy. mus: Vult ergo Theoph. dominũ per hoc
quod ait nunc, intellexiſſe eos quos tunc a
morte reſuſcitauit. Atꝗ hinc diſcrimen pa-
tet, ꝙ primi uolunt Chriſtum hic eſſe lo-
quutum de uniuerſali reſurrectione carnis,
atꝗ ad probationem illius propoſuiſſe re-
ſurrectionem mentis, per quã adſequamur
illam carnis, ſic.n. ait: Mortui audient uo-
cem, nihil autem audiunt qui mortui ſunt
carne, ſed qui animo mortui ſunt peccato-
res, unde abſolute hic ait, ꝙ audient, dein-
de uero in uniuerſum dicit quia oẽs qui in
monumentis ſunt, reſurgent: deus nobis
quoꝗ gratiã ſuam largiri dignetur, ut hic
audientes uocem eius reſurgamus a pecca-
tis, reſurrecturi etiam die nouiſſimo in car-
ne ad gaudia fœlicitatis æternæ Amen.

2. Admiraris forſitan quõ qui mor-
tui ſunt ad uocẽ filij dei reuiuiſcant, deſine
mirari & rationẽ audi quam dominus red-
dit inquiens: Sicut pater habet uitam in ſe
metipſo, ſic dedit & filio uitam habere in
ſemetipſo, quaſi dicere uellet: Anima non
habet uitam a ſeipſa, neꝗ in ſe ipſa, quum
tam ſit inſtabilis, inconſtans & continuæ
mutationi obnoxia, nunc bona nunc ui-
ciſſim mala, iam alicuius rei ſciens, paulo-
poſt eiuſdem oblita, ideoꝗ oportet uitam
ſuam aliunde habeat, ſicut & oculus lumẽ
ſuum ex ſe non habet: longe aliter ſe res ha
bet circa filium dei, qui uitam in ſemetipſo
eſſentialiter habet, unde & mirum non eſt
quomodo animas ille uiuificet (filius in
ſemetipſo habet uitã, licet nõ a ſemetipſo,
ſed a patre, ideo nõ debet dici particeps ui-
tæ filius, ſicut quidam literatores dicunt,
Creaturę uero, quia non habent uitam in
ſemetipſis, dicuntur participare uitã: Ideo
Augu. hic inquit, de filio Dei, non partici-
patione uiuit. Idem teſtatur Cyril. (

Etiam quũ uiuit anima uitam in ſe nõ Contra
habet ſed in Chriſto, cuiuſmodi erat ani- Eraſ.
ma Pauli quum diceret. Viuo iam nõ ego, Auguſt.
ſed uiuit in me Chriſtus: Quantum enim Li. 1 ca.
in Chriſto uiuimus, bene uiuimus, ubi 144
primũ uiuere incæperimus in nobis, iam
male uiuimus & in peccatis, quia ex no-
bis ipſis nihil niſi tenebræ ſumꝰ, ſed a Chri-
ſto lucem habemus, ſicut ait Paulus era-
tis quondam tenebræ, nunc aũt lux in do- Gal. 1
mino: hæc omnia & credere, & intelligere
contrarium erat Iudęis intuentib. tm̃ perſo Ephe. 5
nam hominis, neꝗ conſyderare uolentib.
perſonam diuinam, quomodo filius ille ab
æterno exit a deo patre genitus, & ꝙ duæ
naturæ in Chriſto perſona unica eſſent.
Ne tamen cogitaret quis nõ etiam huma-
nitatẽ Chriſti peculiari quadã uirtute do-
natam ſequitur: Poteſtatẽ dedit ei iudiciũ
facere quia filiꝰ hoĩs eſt: Ecce inquit Aug. Auguſt.
quomodo filius dei habet uitam in ſemet-
ipſo, & quia filius hominis eſt dedit ei po-
teſtatem & iudicium facere: Animas ergo
ſuſcitat deus per Chriſtũ filium dei: Corpo
ra ſuſcitat, deus per eundem Chriſtum fi-
lium hominis: Et hinc reſoluunt atꝗ expli
cant ſe doctores, cõcludẽtes ꝙ Chriſtus in
nouiſſimo die iudicaturus ſit ſpecie huma-
na & natura, qm̃ hoc priuilegiũ & munus
propriũ eſt, quod deus pater glorioſæ hu-
manitati Chriſti tradidit, idꝗ adeo in ſpiri-
tu preuidit Iſaias quum ait, præparabitur
in miſericordia ſolium, & ſedebit ſup illud Iſa. 16
iudicãs in ueritate in tabernaculo Dauid,
hoc eſt in humana natura, quęrens iudiciũ
& uelociter reddens quod iuſtum eſt: Vi-
dit hoc ipſum etiam Daniel inquiẽs: Ecce Dan. 7
cũ nubibus cœli quaſi filius hominis uenie
bat & uſꝗ ad antiquum dierũ peruenit, &
in cõſpectu eius obtulerunt eũ, & dedit ei
poteſtatẽ & honorẽ & regnum, & omnes
populi, tribus & linguæ ſeruient ei: Neꝗ Apoca. 1
latuit hoc Iohannem, quin & ipſe uiderit
illud quũ dicit: Ecce uenit cum nubibus
& uidebit eum omnis oculus & qui eum
pupugerunt.

3. Etſi illud ꝙ Chriſtꝰ in humana ſpe-

cie ſit iudicaturus, ex abſoluta dei uolunta-
te libere proficiſcatur, neq; nobis licet di-
uinæ maieſtatis inquirere uoluntatē, atta-
men rationem indagare poſſumus illius,
quur hoc ita uiſum ſit diuinę uoluntati &
quur hoc ita decuerit: Primū conueniebat
hoc ſane ut ea in forma Chriſtus eſſet &
ueniret iudex in qua ipſe conſtiterat ante
iudicem, & ut illos iudicaret a quibus ini-
que hic fuerat iudicatus. 2. Deinde decet
eū qui iudicio ſiſtitur, ſiue bonus ſiue ma-
lus exiſtat, uidere iudicē, boni autē ſpeciē
diuinam uidere nō poſſunt, quoniā beati,
Matth. 5 inquit dn̄s, mundo corde ipſi enim deum
uidebūt, ideoq; iudicē illum natura & ſpe-
cies magis decet humana quæ a bonis &
malis conſpici poſſit, ut ait Euangeliſta, ui-
debunt in quē transfixerunt. 3. Quia iā an
te dixerat Chriſtus, pater nō iudicat quēq;
Iohan. 19 ſed omne iudicium dedit filio, qui ſi in diui
na natura ſit iudicaturus, ipſe etiam iudica
ret pater, qm̄ naturā & eſſentiā diuinā ha-
bēt unicam, atq; trinitatis opera, ut ille ait,
ſunt indiuiſa, ita ut quod una perſona ope-
Damaſ. ratur, etiā aliam operari recte dicatur: Quū
autē ſingulariter ad filiū pertineat iudiciū,
ipſe quoq; peculiari quadam ſpecie huma-
na. ſ. iudicabit: Porro ſic ait dn̄s: Nolite
mirari hoc: In quo conſiſtat hæc admira-
tio miſſum facimus, nam & doctores hinc
Auguſt. uarium eliciunt intellectū: Aug. refert ad
mirationē hāc ad proxime ſequentia, licet
Chryſ. aliter nectat & ſolū præcedentibus
quia Paulus Samoſatenus ita diſtinxerit,
ſicut mihi apparet Augu. diſtinxiſſe, uide
ambos quia plus pertinet ad ſcholas & pa-
rum ædificat in plebe, Cyrillus refert ad
Cyrillus claudū illū paralyticū quē ſanauerat dn̄s,
Quid multa, quum non intelligerent tur-
bæ uirtutem & potentiam Chriſti, q; uoce
ſua mortuos reſuſcitare deberet, ſed admi-
rarentur ſuper illo ſermone, uetat hoc fieri
dn̄s, iubens uerba ſua attentius conſydera-
ri miſſa incredulitate, eo q; non tm̄ homi-
nis ſed & dei filius eſſet, unde tantū uirtu-
tis uoci ſuæ acceſſit, ut recte dixerit Pau-
lus, qui uiuificat mortuos, & qui uocat ea
Rom. 4 quæ nō ſunt tanq; ea quæ ſunt: Multa ſup
Tomo 1 ijs dicta per nos ſunt in homilijs de die &
fol. 7 & 9 iudicio nouiſſimo: Vnum hoc ſcitote dile-
ctiſſimi, q; q̄uis Chriſtus officium iudicis
in humana forma conſummabit, uiuifica-
tio tamen mortuorum uirtute fiet diuina:

4. Sequitur: Venit hora in qua omnes
qui in monumentis ſunt audient uocem
filij dei, & procedent qui bona fecerunt in
reſurrectionem uitæ, prædixit hoc idem
Ezechiel: Ecce ego, inquiens, aperiam tu- Ezech. 37
mulos ueſtros & educā uos de ſepulchris
ueſtris: Errauit igitur ſecta Saducæorum,
quum hic manifeſte pateat homines in cor
poribus ſuis reſurrecturos: At ubi interim
deliteſcunt Neochriſtiani noſtrates cum
fide ſua nuda, quam ſolam extollunt reie-
ctis operibus bonis, & tamen hic audiunt
palam Chriſtum dicere, q; qui bona fece-
runt procedent in reſurrectionem uitæ,
Quod ſi igitur Neochriſtiani nolint face-
re opera bona, non reſurgent in uitam ſed
in iudicium & cōdemnationem: At de ijs Tomo. 1
quoq; alias ſæpe diximus. fol. 70

Sic iam audiuimus Chriſtum iudicem
in humana natura, uocationem quoq; &
citationem ad iudicium, uocem filij dei, &
iudicium ipſum, nam qui male fecerunt, ſu
ſtinebunt iudicium damnationis (ita enim
hic uſurpatur iudicium pro iudicio con-
demnationis nō diſcretionis) ſic p propheа
tam dicit dominus: Multi de ijs qui dor- Danel. 12
miunt in terræ puluere euigilabunt, alij in
uitam æternam, alij in opprobrium ut ui-
deant ſemper: Qui autē docti fuerint, ful-
gebunt quaſi ſplendor firmamenti, ſimili
modo prædicauit & Iohannes, cuius uen-
tilabrū in manu ſua & permundabit areā
ſuam, & congregabit triticum in horreum
ſuum, paleas autem comburet igni in ex- Matth. 3
tinguibili: Vbi Iohānes de Chriſto loqui-
tur, qui in manus accipit uentilabrum iu-
dicij & purgat aream eccleſię, triticum con
gregans in horreum uitæ æternæ, paleas Luc. 3
autem tritico commixtas antea, nunc uero
per uentilabrū ſegregatas proijcit in ignē,
ſic mali bonis permixti ſunt in hac uita,
illic autem ſecluſi abijcientur in ignē æter-
num, a quo nos cuſtodiat deus per magnā
miſericordiam ſuam. Amen.

Homilia ſecunda in fe- rijs cōmemorationis animarū.

Miſere

Miſeremini mei miſeremini mei
ſaltem uos amici mei, quia
manus domini tetigit
me Iob. XIX.

VErba hæc quoad literã loquutus eſt Iob rex Edõ, ut affirmat Gregorius, ad amicos ſuos qui in neceſſitate & afflictione ſua uiſitabant ipſum Sancta autem mater eccleſia quę magiſterio regitur ſpiritus ſancti, cuius etiã inſtinctu liber hic, conſcriptus eſt, intelligit clare, Iob non tantum perſonam Chriſti geſtaſſe in corpore ſuo omniumq; hominum afflictorum, ſed etiam animarũ illarũ quæ tranſacta hac uita miſere torquẽtur in purgatorio: Hinc & inſtituit lectiones uigiliarum ex libro Iob deſumptas, & reſponſoria atq; cantica alia (& hoc cõmuniter obſeruatur maxime ſecundũ conſuetudinem eccleſiæ Romanæ, licet in aliquibus eccleſijs ſumantur lectiones ex libro Eccleſiaſtis: Melius eſt ire ad domum luctus q̃ conuiuij: In alijs ex enchiridio Aug. Tempus quod inter hominis mortẽ, in alijs miſcentur ex prouer. 5.b. Eccle. 7.a. 12.a Iſa. 26. d. Oſæ. 13.c. Dan. 12.a. 1. Cor. 15. & 1. Theſſ. ult.)

Quorſum enim opus eſſet tantum librum ſcribere ſpiritum ſanctũ pro uniuerſa eccleſia, ſi tantum patientiã Iob hinc diſcere deberemus, qui multis malis afflictus fuit in terra Hus, quoniam illud ipſum exemplum paucis poterat uerbis proponi, ſicut & exemplum pœnitentiæ Dauidis, Petri & Magdalenę, nemo itaq; rationabiliter exiſtimare poteſt, ſpiritum ſanctum librum tam prolixum. 42. capitib. comprehenſum ſcripſiſſe ad deſignandam ſolũmõ patientiã Iob, quũ tamen multa in eo ſint uerba, quę ſimpliciorib. & rudibus hominibus impatientiã ſapere uideri poterant, ut
Iob.3 quũ maledicit ille diem natiuitatis ſuæ, &
noctem conceptionis, quod cupit diſputa-
13 re cum deo, neq; uult a quoquã conſydera-
17 ri patientiam ſuam q ſint omnia ea fruſtra,
19 dum etiam cõqueritur ut intelligant amici eius, deum non iuſto iudicio ipſum corripuiſſe, ſuiſq; eum flagellis circundediſſe, Quibus accedit quod dolet impios uiuere, tantumq; ſucceſſuum fœliciter habere in terra: At ea omnia & ſimilia multa longe aliter intelliguntur, ſicut eadem patres ſpiritus ſancti inſtinctu expoſuerunt: Ita etiam hic q̃uis Iob expreſſe non meminerit neq; ſignificet ſe de mortuis loqui, ſatis tamen eſt eccleſiam ſanctam a ſpiritu ſancto edoctam eſſe, illa de mortuis intelligi debere, hoc inde colliges, quia manifeſte
declarat Iob miſeriam hominis qui tot ma- Iob.13
lis & ærumnis expoſitus eſt, maxime uero 14
hoc ſuo etiam ipſius exemplo oſtendit. 17
Quid autem homini morte amarius eſt? ubi homo pœnas acerbiores ſuſtinet q̃ in purgatorio, ut ſtatim dicemus: Ad hæc
continue iudicium dei commemorat Iob Iob.6
ſuper uita, & peccatis hominũ, atq; q non Iob.9
ſit homo mundus ante cõſpectum dei, un- 10
de quilibet homo timere debet deum: Re- 23
cẽſet idem peruerſitatẽ diaboli, & qũo inſi- Iob.9
dietur ille animabꝰ hoĩum ad ꝑdẽdũ eas, 19
fatetur quoq; aperte reſurrectionẽ carnis, Quæ omnia iugiter in memoria habere debemus pro defunctis, illiſq; gratiam petere a domino, ſicut eccleſia clamorem animarum proponit uerbis illis Iob: Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem uos amici mei, quia manꝰ domini tetigit me, q̃uis animæ in tormentis & cruciatibus magnis detinentur, hoc tamen eis bonum eſt, q manus domini tetigit illas: Væ autẽ damnatis quas tetigit manus diaboli, quia animæ illæ, quas tetigit manus domini, iuuari adhuc poſſunt, ſicut & ipſæ iuuamen implorant in uerbis Iob, a quibus ſermonem hunc exorſi ſumus.

Aue Maria.

Priuſq; uobis incipiã dicere chariſſimi qua re animæ in purgatorio iuuari queãt, operæpreciũ eſt hac homilia errorem declinare quorundam, qui plane negant eſſe purgatorium, hinc colligunt neceſſarium non eſſe pro defunctis orare, ideoq; illi inſtinctu diaboli qui cultum dei impedire conatur & ſalutem animarum, miſſas pro defunctis, uigilias, & alias commemorationes intermittunt atque anniuerſarios dies &cę. Atq; id ut eſt peruerſum & ſeducto-

rium ita diabolis commodo, animabus au
tem magnæ miſeriæ eſt & calamitati, quæ
ideo diutius in tormentis detinentur, pri-
uatæ uita æterna, ideoqꝫ hæreſis hæc ani-
marum pernicies eſt, & exitiū, neqꝫ cōſue-
tudini tantum catholicæ eccleſiæ aduerſa-
tur, ſed & utriuſqꝫ teſtamenti manifeſtiſſi-
mis locis, id iam tractare animus eſt. Prin-
cipio fundamenta aliquot ponemus, qui-
1. bus Chriſtianum hominem armatum eſſe
cōuenit in hoc & ſimilibus articulis: Quic-
quid eccleſia recipit catholica, reijcere ne-
Ephe. 1 mo debet, ipſa enim corpus & ſponſa Chri
& 5 ſti eſt, columna, & firmamentum ueritatis
1. Timo. 4 oīumqꝫ noſtrum unica mr̄, quū per baptiſ-
1. Cor. 4 mum & Euangelium nos regenerarit, nā
Proue. 1 nō de carnali matre, ſed matre ſancta eccle-
ſia præcepit ſapiens, ne quis relinquat le-
gem matris ſuæ.

2. Deinde quiſquis non credit eccleſiæ
catholicę, firmiter etiam non poteſt crede-
re ſcripturæ, in cauſſa eſt, quia extra eccle-
ſiam eſſe non poteſt firmitas ulla fidei &
unitatis, ideoqꝫ quū hæretici quondā nūc
hunc nunc illū reiecerint librū, nos ꝗqꝫ de
ſcriptura certitudinem nō haberemus niſi
eccleſia decreuiſſet ſimulqꝫ nos certos red-
didiſſet: Manichæi enim uniuerſum uetus
teſtamentum reiecerunt: Eccleſia uero re-
cepit, & ſicut iā Lutherus aliquot epiſto-
las Pauli, Petri & Iacobi reijcit, ita olim
fuerunt hæretici qui nonnulla Euangelia
nolebant acceptare: Vnde & Auguſt. ait
Contra Non crederem Euangelio, niſi eccleſiæ au
epi. funda toritas me commoneret.
menti.

3. Sequitur hinc, ꝙ uerus ſcripturarum
intellectus penes eccleſiam inquiri debet,
& apud ueteres receptoſqꝫ eccleſiæ docto-
res, nā ſi eccleſia gratiā hanc & priuilegiū
habet a deo, ut cognoſcere poſſit & dijudi-
care q libri iſtinctu ſpūs ſcti ſint cōſcripti,
quis dubitet eam quoqꝫ gratiam habere in-
telligendi uerū ſcripturarū ſenſum, idemqꝫ
poſſe electos illius doctores: Vnde nos do-
Deut. 23 minus docet dicens: Interroga patrem tuū
& dicet tibi, maiores tuos & adnunciabūt
tibi: Conſentit Dauid inquiens: Quanta
Pſal. 77 mandauit patribus noſtris nota facere fi-
lijs ſuis, ut cognoſcat generatio altera, filij
qui naſcentur & exurgent, narrabunt filijs
ſuis. Certumqꝫ adeo eſt proficiſci illud ex
ſuperbia dæmonis, ut perſuadeat aliquis
plura ſe ſcire quā uniuerſam eccleſiam, om
neſqꝫ eccleſiæ doctores: Qua arrogantia
iſtiuſmodi homines damnationem ſibi pa-
rant æternā, iuxta illud prophetæ: Væ qui *Iſa. 5*
ſapientes eſtis in oculis ueſtris & coram
uobiſmetipſis prudentes.

Porro in remiſſione peccatorum non 4.
ęqualiter dimittuntur pœna & culpa, hæc
enim uere pœnitenti tota dimittitur, illa
autem quum ſit æterna cōmutatur in pœ-
nam temporalem, quæ ſatisfactione pen-
ſatur aut alio ſupplicio, ſatis autē eſſe pro
peccato faciendum per pœnitentiam tota
undique habundat ſcriptura, quoniam ſic
Iohānes prædicauit, facite fructus dignos *Matth. 3*
pœnitentiæ, & de Tyro atqꝫ Sidone ita *& 11*
inquit dominus, quia ſi ibi factæ eſſent uir
tutes quæ factæ ſunt in uobis, olim in cili-
cio & cinere pœnitentiam egiſſent: Et ꝙ
pœna peccati maneat cōmuniter loquen-
do, quū culpa remittatur, hinc patet, quia
quum peccaſſet Dauid, uenit ad eum Na- 2. Reg. 12
than propheta corripiens ipſum de pecca-
to adulterij & homicidij, pœnitentiā egit
& gratiam dei rurſus emeruit, ita ut dice-
ret ei propheta: Tranſtulit dominus pecca
tum tuum, non morieris, ibi pſalmum
quinquageſimum edidit: Tranſlatio por-
ro peccati fieri non poteſt ratione culpæ,
quia ſic non portat filius iniquitatem pa- *Ezech. 18*
tris, ergo intelligi debet de pœna, & hoc
modo filius ille Dauidis pœnam ſuſtulit
commeritam, quia mortuus eſt: docet nos
idem & Paulus, ꝙ ſatis non ſit peccati cul-
pam dimitti, niſi inſuper pro pœna ſatis
fiat, quum ait, ſicut exhibuiſtis membra
ueſtra ſeruire immundicię & iniquitati ad *Roma. 6*
iniquitatem, ita nunc exhibete membra
ueſtra ſeruire iuſticiæ in ſanctificationem.
Nolunt autem ſatisfacere Neochriſtiani,
nec aliquid ſuſtinere, ſcilicet quia eis culpa
& pœna ſimul dimittuntur, quod manife-
ſtis ſcripturæ locis iam adductis repugnat
& pluribus qui citari in hoc poſſunt, nam
ſic & Moyſes ait, ſecundum menſuram de- Deut. 25
licti erit & plagarum modus: Cui conſen-
tit Iohannes dicens: Quantum fuit in de- Apo. 18
litijs tantum date ei & tormenti: Imo uni-
uerſa

uerſa ſcriptura pœnitentiam clamat & ſatisfactionem, quod peccata dimittantur per eleemoſinam, orationem, ieiunia, ueſtitum cilicij, uiſitationem ſanctorum locorum, ideoque uita inæqualis inæqualem ſortitur remunerationem, iuſtus enim dominus & iuſticias dilexit, non errat autē neque
Pſal.10 nos fallit Chriſtus, quacunque menſura quilibet
Luc.6 hic mēſus fuerit, eadem remetietur ei, Poſſent hæc ad longum extendi, ſed nos ijs contenti, quod in purgatorio præcipuū eſt aggrediamur.

2. Etſi multa ſcripturæ teſtimonia hic adduci poſſent, nos tamen ſumma tantum ſectabimur, & primo omnium cōſtat purgatorium confirmari ex eo quod ſcri-
2.Mac.12 ptum eſt in hiſtoria Machabæorum, quoniam quum multi ex ijs qui cum Iuda Machabæo fuerunt perijſſent in acie, ſequitur in textu: Vir fortiſſimus Iudas hortabatur populū conſeruare ſe ſine peccato ſub oculis uidentes quæ facta ſunt pro peccatis eorum qui proſtrati ſunt, & facta collatione duodecim millia dragmas argenti miſit Hieroſolymā offerre ea ibi pro peccatis mortuorum, iuſte & religioſe de reſurrectione cogitans, niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum uideretur & uanum orare pro mortuis, ſed quia conſyderabat quod ij qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiā, ſancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſoluantur: Quid ijs apertius eſſe poſſet pro purgatorij defenſione & interceſſione defunctorum, legit hoc idem & ſancta textum hūc obſeruat eccleſia in miſſa pro
Hierony. defunctis: Hieronymus quoque librum hunc recipit in .2. præfatione, ſimiliter &
Auguſt. Auguſtinus de ciuit. dei lib. 18. c. 36. & de doct. Chriſtiana lib. 2. c. 8. Ambroſius quoque de patriarchis: Caſſiodorus, Iſydo-
Caſſiod. rus: Innocētius primus, & conciliū Aphri-
Iſydo. canum: Confeſſus eſt idem Lutherus mihi in diſputatione Lypſica, ſcire ſe, librum hunc ab eccleſia recipi: Impudentem quoque oportet eum eſſe hominem qui nolit credere hoc ita a Machabæo factum eſſe, ſicut ſcriptura commemorat: Quum tantum fidei ſit & habeatur Romanis hiſtorijs, quur non plus dandum eſt ſacris literis?

Accedat huc & alius teſtis ſanctiſſimus Pſal.17
Dauid, qui quum plura huic rei deſeruientia habeat in pſalmis ſuis, tamē uero illud apertiſſimum eſt quod ait: Circundederūt me gemitus mortis, dolores inferni circundederunt me, in tribulatione mea inuocaui te: Non eſt autem hoc intelligendum de inferno damnatorum in quo nemo cla- Pſal.6
mat ad dominum ſicut idem ait, in inferno quis confitebitur tibi. Alio etiam in Pſal.29
loco ſic inquit, domine deus meus clamaui ad te & ſanaſti me, eduxiſti ab inferno animam meam, liberaſti me a deſcendentibus in lacum, neque uero eduxit eum ab inferno damnatorum ubi nulla eſt redem-
ptio: Iterum alibi dicit: Sicut oues in in- Pſal.48
ferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos: Verumtamen deus redimet animam meam de manu inferi quum acceperit me: Ne timueritis quum diues factus fuerit homo, & quum multiplicata fuerit gloria domus eius: Introibit uſque in progenies patrum ſuorum, uſque in æternum non uidebit lumen: En hic tibi diſcrimen mortuorum, quoniam alius ex inferno eripitur, alius in eo manet perpetuo damnatus.

3. Diceres: Audio hic in illis locis multa de inferno dici, ſed interim purgatorij nulla fit mentio, unde ueriſimile nō eſt hic purgatorium aſtrui: Reſpondetur quod multo plus in re ipſa quam in uerbis poſitū eſt: Quum autem ſit infernus in ſacris literis unde nunquam quiſque eripitur, ex communi illa regula qua iſthuc ablegaturus eſt
deus impios omnes & dicturus: Ite male- Matth.25
dicti in ignem æternum: Sit inſuper alius adhuc infernus, in quo ſupplicia quidem ſuſtinent animæ ſed temporalia tantum, hunc ipſum quoque infernum appellat ſcriptura, nos ad diſcernendum eum ab inferno damnatorum purgatorium dicimus. Quocunque nomine uocent Neochriſtiani non laboramus, nihil uolentes de uerbis
cōtendere, quod prohibuit etiam Paulus, 1.Tim.2
Vnum hoc & nobis dari uolumus, & ſacris literis confirmamus, eſſe poſt hanc uitam locum in quo animę temporaliter cru

ciantūr, quæ hic peccarunt, & pœniten-
tia ſuper peccatis acta non tamen perfecte
ſatisfecerunt.

Verum ꝙ nomine inferni ſcriptura
purgatorium quoqꝫ comprehendat, ne mi
retur Neochriſtianus, quoniam illa inter-
dum omnes illas partes inferiores in qui-
bus animæ detinētur, inferni nomine apel
lat, ſicut & uiciſſim cœlum dicitur quic-
quid ſupra nos eſt, neque tantum cœlum
ſanctorum & uitæ æternæ, ſed & orbes ſo-
lis & lunæ, ipſumqꝫ interdum aërem cœ-
lum uocamus, ſicut de ſemine loquitur in
Math.13 Euangelio dominus ꝙ uolucres cœli hoc
Pſal.8 eſt aëris uenerūt & abripuerūt: ſic ſcriptu-
Matth.6 ra infernum uocat omnem illum locum
qui animas poſt mortem accipit, limbum,
purgatorium, locum paruulorum & cæt.
id ita eſſe audite teſtem Iacob patriarcham
qui uendito a fratribus Ioſeph, ipſiuſqꝫ ue-
ſte ſibi monſtrata conſperſa ſanguine, quū
cogitaret feram peſſimam deuoraſſe illum
Gen.17 dixit, deſcendam ad filium meum lugens
in infernum, nemo autem ſuſpicari debet
patriarcham illum ſanctum & prophetam
uoluiſſe deſcendere ad infernum damna-
torum, ſed neque credidiſſe filium ſuum
in eo eſſe, ſed quia limbum uel purgato-
rium intellexit, & ſicut ibi limbus inferni
nomine accipitur, ita in ſuperiorib. locis
pſal. purgatoriū, ꝙ inde colligi poteſt, quia
pœna ibi acerba memoratur quæ in lim-
bo non fuit, quoniam iſte ueluti ſinus qui-
dam requiei fuit, ſicut eum ſinum Abra-
Luc.16 hæ uocauit in Euangelio dominus.

De huiuſmodi inferno loquutus etiā
Iob.14 eſt Iob dicens: Quis mihi hoc tribuat ut
in inferno protegas me & abſcondas me
donec pertranſeat furor tuus, & cōſtituas
mihi tempus in quo recorderis nominis
mei: Non hoc utique de inferno dictum
eſt damnatorum, ſed de purgatorio, in quo
ſui meminiſſe rogat ille dominum, ſibiqꝫ
peccatum, hoc eſt, peccati pœnam dimit-
tat, ſtatim enim ſequitur, parce peccatis
meis, ſignaſti quaſi in ſacculo delicta mea,
ſed curaſti iniquitatem meam: Non autem
curari poteſt peccatum in inferno dam-
natorum, ubi nec remittitur, ergo de infer-
no purgatorij loquitur: Sic de illo etiam
Dauid inquit: Clamauerunt ad dn̄m quū Pſal.106
tribularentur, & de neceſſitatibus eorum
liberauit eos, & eduxit eos de tenebris &
umbra mortis & uincula eorum diſrupit. Iſa.9

Quænam aliæ tenebræ ſunt, & quæ
mortis umbra, niſi purgatoriū, ꝗuis enim
& limbus umbra mortis dici ſolet, multo
magis tamen purgatoriū ſic appellandum
eſt, quoniam ibi proprie de tribulatione
narrat & anguſtia, de ijs qui uincti erant
in mendicitate & ferro, tales autem non
erant iſti in limbo, qui uelut in quieto ſi-
nu Abrahæ ſeſſitabant, itaqꝫ illi accipiun-
tur qni in purgatorio ſunt, de quibus ali- Iob.10
bi ait Iob, dimitte me ut plangam paulu-
lum dolorem meum, anteqꝫ uadam & nō
reuertar ad terram tenebroſam & opertam
mortis caligine, terram miſeriæ & tenebra
rum, ubi umbra mortis, & nullus ordo
ſed ſempiternus horror inhabitans.

Purgatoriū ſane id eſt, neqꝫ enim uir
ille pius deſcendere ad infernum uoluit,
ſed in purgatorium, ut ſatisfaceret diuinæ
iuſticiæ: Et quod de ſempiterno horrore
commemorat, non intelligi ſic debet qua-
ſi perpetuo duret, ſed quamdiu aliquis ibi
detinetur: Hi loci ſufficere debent homini
Chriſtiano, cum catholica eccleſia ad
credendum, animas quæ hic pro peccatis
ſuis non ſatisfecerunt, amariſſime & miſe-
rime cruciari in purgatorio: Ita in ſola-
tium & ſuffragium piarum animarum
orationem dominicam una mecum pero-
rate &c.

Homilia tertia in die animarum De purgatorio.

Sancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſoluantur. ij. Mach. xij.

Quum

Q Vum iam multis locis inualuerit error iſte quorũdã peruerſiſſim⁹, quo omnis diuinus cultus pro miſeris animabus oppreſſus iacet, quo ſimul Neochriſtiani iſti nos ſanctorum interceſſione in cœlo priuare conantur, & animas in purgatorio ſuffragijs uiuentium in terra, ſuntque iſti tyranni omnium crudeliſſimi ex ijs qui unquã uixerunt ſuper terram, ꝙ nolunt iuuari animas in ſumma neceſſitate conſtitutas, quanta non eſt in uniuerſa terra, unde & omnium maxime opus habent miſericordia, quam eis tyranni iſti animicidæ ſubtrahunt, quoniam, ut ait Auguſtinus, purgatorij ignis etſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt, excedens omnem pœnam quam unꝗ paſſus eſt aliquis in hac uita.

De uera & fal. pœni. 18

Etſi enim hic in terris ſancti martyres admiranda paſſi ſunt tormenta, non eſt tamen aliqua pœna inuenta quæ comparari poſſit illi in purgatorio: Hinc occaſio nobis datur adducendi alios locos fortiſſimos plures ad ſuperabundantem purgatorij probationem. Et primo quidem ſe nobis offert Michæas ſic dicens: Ego aſpiciam dominum, expectabo deum ſaluatorem meum, audiet me deus meus, ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi, conſurgam, quum ſedero in tenebris, dominus lux mea eſt: Iram domini portabo, quoniam peccaui ei, donec cauſſam meã iudicet, & faciat iudicium meum, educet me in lucem. An non ſunt hæc manifeſta uerba prophetæ, ꝙ quum ſedet anima in tenebris purgatorij conſolator adhuc eius eſt dominus, quia ipſum expectãt omnes dum impleatur tempus purgationis, ideoque ne lætetur ciuitas malorum ſuper eã, ꝙ propter peccata ſua excrucietur, unde ait Gloſſa: Ciuitas impiorum noli inſultare contra me, quia etſi cecidi peccãdo deo erigente conſurgam, ideo patienter tolero flagella domini quibus purgor: Et rurſus Gloſſa ſic habet, ſcio ꝙ educta de tenebris in lucem uidebo iuſticiam eius, Chriſtum ipſum qui eſt nobis prępoſitus forma iuſticiæ & ſanctificationis: ſic locũ illũ intelligit Hieronymus, & concordat Gloſſa ſuper purgatorio.

Mich. 4

Gloſſ.

Gloſſa

2. Veniamus iam porro etiam ad nouum teſtamentum, ubi quum multa nobis occurrant pro purgatorio, tum illud quoque grauiter aſſerit fortiſſimus propugnator Paulus, qui quum dixiſſet, quomodo Chriſtus fundamentum ſit, ſubdit ſi quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides precioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, uniuſcuiuſque opus manifeſtum erit, dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit, ſi cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.

1. Cor. 3

Verba hæc Pauli ſunt de purgatorio, quibus oſtendit nonnullos homines ſuperædificare opera bona, meliora, & optima, alios autem habito fundamento, hoc eſt credentes in Chriſtum, opera tamen mala facere quæ ad ignem pertinent, ſicut & idipſum dies domini in igne diuini iudicij probabit, quiſquis ibi manſerit, ſaluabitur. Quod ſi autem opus reiectum fuerit, ille detrimentum patietur, ita ut beatitudo eius protrahatur, & tamen ei tandem contingat, per ignem uero quo purgatur, quia nihil coinquinatum intrare poteſt in ciuitatem ſanctam Hieruſalem: Ignem hunc quo peccata expurgantur in eccleſia catholica purgatorium dicimus: Atque uerum illum eſſe uerborum Pauli intellectum, teſtantur patres ſancti diuinitus illuminati, ut Auguſtin⁹, lib. 21. de ciuit. dei c. 15. qui & undique teſtimonia præbet purgatorij, de 8. Dulcij quæſtionibus ſuper Geneſim ad literam lib. 12. c. 33. in enchiridio, cap. 68. 69. 71. ſcripſit idem iuſtum librum de cura pro mortuis agenda, ſic uerba illa Pauli de purgatorio intellexerunt Ambroſius ſuper eandem epiſtolam, & ſuper pſalm. 118. & in ſermone quem fecit ſub mortem Theodoſij imperatoris: Hieronymus quoque exponens hanc epiſtolam Pauli, & lib. 2. contra Iouinianum & lib. 18. ſuper Iſaia in fine: Gloſſa quoque ordinaria ſic Pauli uerba exponit, & Gregorius

Apoc. 12

Auguſt.

Ambroſ.

Hierony.

Greg.

qui multa ſcripta reliquit quomodo animæ patiantur poſt hanc uitam, & precibus adiuuentur uiuentium, teſtatur hoc plurimis multorum hominum factis, quorum ille & nomen & patriam & conuictū enumerat. Ad extremum ille pro purgatorio citat hunc Pauli locum lib. 4. dial. c. 39. *Altuinus* *Chryſoſt.* Altuinus Caroli magni præceptor ſimili modo uerba iſta Pauli interpretatur & Chryſoſtomus ſcribēs ſuper epiſt. Pauli ad Corynthios.

Quū itaq; manifeſta habeamus Pauli uerba quæ in hoc ſenſu concorditer intellexerunt præcipui doctores eccleſiæ, nonne præſumptio ſtolida eſt, & inepta arrogātia Neochriſtianorum diuerſum ſentientium. *Clemens* *Regula pulchra* S. Clemens iam olim docuit nos regulam præclaram in hæc uerba, lex dei quum legitur, non ſecundum propriam ingenij uirtutem uel intelligentiam legatur aut doceatur, ſunt enim multa in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt tradi ad eum ſenſum, quem ſibi unuſquiſque ſponte præſumpſerit, ſed non oportet: Et ideo oportet ſcientiam ſcripturarum ab eo diſcere, qui eam a maioribus ſecundum ueritatem ſibi traditam ſeruat, ut & ipſe poſſit eam quam recte ſuſceperit, competenter aſſerere: Ideoq; & uos dilectiſſimi ne moueamini ab ijs qui propria ſua cōmenta & ſomnia ſacris literis immiſcent, neq; ſuum intellectum adcommodant ad ſcripturam ſacram, ſed contra laniando ſcripturas pertrahunt ad propriam intelligentiam, ſicut *Leſbia regula* de Leſbia regula ait Ariſtoteles: Aliter plane ſentiunt doctores ſancti a deo illuminati. c. relatum diſt. 37.

3. Teſtis quoq; magnus nobis hic adeſt Iohannes ualide confirmans purgatorium quum ait: *Apo. 5* Nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra neq; ſubtus terram aperire librum, neq; reſpicere illum: Et inde, Audiui omnem creaturam quæ in cœlo eſt & ſuper terram & ſub terra & quę ſunt in mari, & quæ in eo omnes audiui dicentes ſedenti in throno & agno, benedictio & honor & gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorū, Amen. Hic iam Neochriſtianos compellens quæro quænam illæ ſint creaturæ quæ deum laudant & agnum Chriſtum: non utiq; damnati quoniam iſti maledicunt deum in perpetuum, ſicut ait propheta, corruet & eſuriet, & quum eſurierit *Iſa. 8* iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & deo ſuo, ſuſpiciet ſurſum, & ad terram intuetur, & ecce tribulatio, & tenebræ, & diſſolutio, & anguſtia caligo perſequens, & non poterit auolare de anguſtia ſua. Maledicunt ergo damnati deum patrem, qui eos creauit, filium qui redemit, quantum in ipſo erat, & ſpiritum ſanctum, qui ſuper eos in baptiſmo diffuſus eſt: *Pſal. 74* Et ſicut ſuperbia eorum aſcendit ſemper, ita continuo blaſphemant deum, ideoque de ipſis hoc intelligi non poteſt ſed de animabus q̄ ſunt in purgatorio, illæ quum iuſtæ ſint in charitate & gratia dei, quāuis magna ferant tormenta, tamen deum laudant & Chriſtum qui ipſos redemit, ſiquidem certi ſunt de ſua beatitudine.

Philip. 2 Concordāt cum hoc loco uerba Pauli dicentis, propter quod deus exaltauit Chriſtum, & dedit ei nomen ſuper omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, non flectuntur autem genua eorum qui in inferno ſunt damnatorum in gloriam & honorem Chriſti, ſed tantum in inferno purgatorij: ſufficiant hi loci ad probādum purgatorium, quod iam olim ante decem annos fortiter aſſeruimus ab erroribus hæreticorum, multoq; plures locos induximus, ſcripſerunt conſimili argumento plures etiam alij contra hunc errorem.

☞Poſtremo teſtimonium præbet uniuerſa eccleſia catholica eſſe purgatorium, eo quod in hoc ordinauit cultum peculiarem diuinum, quo ſuccurratur miſeris animab. idq; ſuperuacuum foret, ſi purgatoriū nō eſſet. Nō hic adgredior dicere de fletu & planctu ſuper mortuos, quoniam eā rem alibi abſoluimus: Tantum hic ponderando *Tomo. 2 fo. 157. a* officium bene faciendi mortuis, id uero ſerio adfirmo, cuilibet pio Chriſtiano ſatis eſſe debere ad credēdum quia ſit purgatorium, q̄ꝙ mortuis bene ſit faciēdum, iuxta generalem illam catholicæ eccleſiæ conſuetudinem, cui etiam Auguſtinus innititur

innititur qui integrũ deſcripſit librum de
cura pro mortuis agenda: nam quum ſcri-
pta patrum expendimus, uidemus tempo
ribus ſtatim apoſtolorum cæptũ eſſe, ora-
ri pro mortuis, ſicut teſtatur Damaſcenus
Dama. quum dicit: Modum orandi pro mortuis
tradiderunt nobis apoſtoli: Atque hoc ita
eſſe ut ſcribit Damaſcenus, legimus etiam
Act. 16 apud Dionyſium, qui diſcipulus Pauli ex-
titit, cæremonias cum mortuis obſeruari
De eccle. ſolitas, atque inter cætera ſic ait: Poſtea ac
hiera. c. 7 cedens uenerabilis præſul precem ſuper
eo ſanctiſſimam peragit, & poſt orationem
ipſe quoq; pontifex defunctum ſalutat, &
omnes poſt illum qui aſtant: Precatur ora
tio illa diuinam clementiam ut cuncta di-
mittat per infirmitatem humanã admiſſa
peccata defuncto, eumq; in luce ſtatuat &
regione uiuorum, in ſinub. Abrahæ, Iſaac
& Iacob, in loco ubi aufugit dolor, triſtitia
De coro. & gemit⁹: Multa reliquit idem ille ſcripta
mili. col. 3 de cæremonijs cum mortuis obſeruatis.
Meminit inſuper & Tertullianus ora-
tionis pro mortuis, qui & ipſe non longe
ſequutus eſt tempora apoſtolorum, uixit-
que poſt Chriſtum annos circiter. 160.
is quoq; inter cætera ſic ait, oblationes pro
defunctis pro natalitij, annua die facimus:
Tertull. Idem de monogamia col. 10. ſic ait de
uxore mortua: Enimuero maritus pro ani
ma eius orat, poſtulat enim & in prima re-
ſurrectione cõſortium & offert annuis die-
bus dormitionis eius: Inuehitur ille ibidẽ
acriter contra maritos qui nullam agunt
uxorum ſuarum memoriam poſt mortem.
Augu. mater ſancta Monica iamiam mo-
Auguſt. Li. 9. cõf. ritura filio ſuo commiſit Auguſtino ut ſui
memoria fieret ad altare domini in ſacrifi-
cio miſſæ, quando corpus Chriſti offertur
ipſe quoq; teſtat̃ quomodo matri ſuæ exe-
Ambroſi. quias pie celebrarit, eo modo, ut nũc apud
multos eſt moris: Ambroſius quoq; in ho-
milia de tranſitu Theodoſij docet, quur in
eccleſia primus dies peragatur, ſeptimus
& triceſimus pro mortuis, ſed hoc in ali-
um ſermonem differemus: Ex ijs inte-
rim omnibus conſtat, ꝙ quilibet Chriſtia-
nus cum eccleſia credere debet poſt hanc
uitã eſſe purgatorium in quo miſeræ ani-
mæ immenſos ſuſtinent cruciatus, a qui-
bus tamen per ſuffragia uiuorum liberan-
tur, & requiem opitulante gratia dei con-
ſequantur æternam, hanc nobis Chriſtus
concedere dignetur, qui cum deo patre in
unitate ſpũs ſcti uiuit & regnat in ſæcula.
A M E N.

Homilia quarta in die omniũ animarum.

Mortuo ne prohibeas
gratiam Eccle. VII.

Docemur hic a ſapiente non pro-
hibere gratiam mortuo, quam-
obrem eccleſia miſſam pro defun
ctis inſtituit, uigilias quoq; & nonnullos
quoſdam alios ritus, imo in omnibus miſ-
ſis ordinauit fieri debere a ſacerdote me-
moriam mortuorum, quos in orationem
ſuam ſibi quiſq; habet commiſſos & tan-
dem in uniuerſum defunctorum omnium,
illa enim firmiter credit non tm̃ pro uiuis
effuſum eſſe ſanguinem Chriſti, ſed & ad li
berationẽ mortuorũ, qm̃ ſic conſtitutũ eſt
in concilio Cabilionen. c. uiſum, de conſe. *Cabil.*
diſt. 1. ut in omnibus officijs miſſæ oretur
ad dominũ pro ſpiritibus mortuorũ, atq;
is ſemp̃ fuit in eccleſia mos ut teſtat̃ Aug. *Auguſt.*
monens non intermitti debere orationem
pro defunctis, utiq; omnib. illis qui in fide-
lium ſunt cõgregatione, ſicut a ſanctis pa-
trib, profectum uniuerſa iam credit eccle
ſia: In eius rei figuram ſtetit Aaron inter *Num. 16*
uiuos & mortuos cũ thuribulo orans pro-
populo & ceſſauit plaga, ſic ſacerdos Euã-
gelicus in officio miſſæ medius ſtat inter
homines, ſupplicans deo pro uiuis & mor
tuis, ut Aug. ſer. 146. tradit, qui quũ affir-
mat fuiſſe hanc generalẽ totius eccleſię cõ- *Auguſt.*
ſuetudinẽ, quõ iam dubitare quis poteſt,
niſi qui nihil penitus neq; de Chriſto cre-
dit neq; de ſpõſa eius eccleſia, ideoq; in lib.
de cura pro mor. agen. c. 2. ſic ait: In Ma-
chabeorũ libris legimus oblatũ ꝓ mortuis
ſacrificiũ, ſed etſi nuſq; in ſcripturis ueteri
bus omnino legeret̃, non parua hac cõſue-
tudine claret autoritas, ubi in precib. ſacer-
dotũ quæ dño deo ad eius altare fundunt̃
locũ ſuũ habet etiã cõmẽdatio mortuoꝝ.

Iſidorus etiã libro. 1. de officijs credit apo-
ſtolos cæpiſſe offerre pro requie defuncto-
rum, quando illud conſtanter adeo affir-
mat uniuerſa per totum orbem eccleſia.
Laudabile ergo eſt obſeruare memoriam
mortuorum, in ſacrificio miſſæ ne delean-
tur de libro uiuẽtium cum damnatis, quo-
rum nulla habetur memoria niſi in male-
dictione, de quibus & propheta dicit, no-
minum eorum non recordabor amplius,
& famulabus dei, qui nos pręceſſerunt in ſi
gno fidei, & iam dormiũt in ſomno pacis,
Hi nimirum illi ſunt qui in gratia dei mor-
tui ſunt, & ꝗuis iam ſint in pœna purgato
rij, attamen pacem habẽt animi & cordis,
ſecuri expectantes pœnarum finẽ, ſimulq;
redemptionem a tormento & loco tormen
torum, quoniã non poſſunt eis nocere dæ-
Pſal. 73 mones ſicut pro ipſis orat pſalm. Ne tra-
das domine beſtijs animas confitentium
tibi, hoc eſt dæmonibus, & animas paupe
rum tuorum ne obliuiſcaris in finem.

2. Quamuis igitur quottidie pro de-
functis in ſacrificio miſſæ orat eccleſia, ad-
huc tamen hodiernum illa diem inſtituit
quo uniuerſalis omnium animarũ in pur-
gatorio exiſtẽtium commemoratio fiat &
habeatur, ſicq; cõmuni ſuffragio illæ iuuẽ-
tur, quæ ſpeciales interceſſiones nõ habẽt,
quibus ſingulariter bona opera poſt mor-
tẽ non impendũtur, atq; hæ ſanę plurimæ
ſunt (ſupra allegato capite, uiſum diſt. 1. in
concil. Cabilionen.) Quãuis ueteres com-
Petrus Damaſ. memorãt ꝙ ſanctus quidã Abbas Edibo
quũ comperiſſet in ardente illo Siciliẽ mõ
te Aethna ululatus dęmonũ eſſe auditos,
eo ꝙ animæ per orationes & eleęmoſinas
a pœnis liberarentur, in omnib. cœnobijs
quibus ille uiſitator p̃erat ordinauit proxi-
mo die ab omniũ ſanctorũ feſtiuitate com-
memorationẽ animarum peragi debere, id
inde in generali concilio ab uniuerſa rece-
ptum eſt eccleſia. Quod autẽ ad ſingu-
las diuini cultus cęremonias quæ Chriſtia
no ritu fiunt, attinere uidetur circa defun-
ctos, quãuis non eodẽ modo undiq; obſer-
uentur, quũ ſuo quælibet prouincia ſenſu
habundet: Cõmune quidem hoc eſt ꝙ pri
mus dies exequiarũ peragitur, ſimiliter &
ſeptimus & triceſimus, in nõnullis locis ſe-
ptimus dies & qũadrageſimus, ſicut teſta-
tur Ambr. ꝙ Imperator Honorius paren- Lib. 5. epi.
ti ſuo Theodoſio quadrageſimũ diem obi-
tus ſui peregerit: Alij continuũ triduũ ob-
ſeruant in iugi pactione, ſicut & apud nos
in exequijs epiſcopoꝝ obſeruari ſolet: Alij
etiam ſeptẽ dies ex ordine totas in peragen
dis exequijs conficiunt, quẽ aiunt, eſſe mo
rem quorundã magnorum principum in
Gallia: Nonnullorum exequię in nonum
uſq; diem prorogantur, ſicuti ſummorum
pontificũ, ſic mortuo Leone decimo An-
no. 1521. & defuncto Hadriano ſexto
Anno, 1523. factum eſt, ſimiliter & Car-
dinaliũ exequię nouẽ dieb. pagunt. Qua-
rũdam iſtarũ uiciſſitudinũ rationes reddit
Ambro. in oratione funebri ꝓ imperatore Ambroſi.
Theodoſio habita: Vnde manifeſte datur
intelligi exequias illas mortuorũ iam olim
in uſu & more fuiſſe eccleſiaſtico: Nos om
nium cauſſas inueſtigemus, & diſpiciamus
diligenter: Triduanæ. n. exequiæ ad ipſam
Chriſti reſurrectionem referri poteſt, qua-
ſi ſic uiuentes mortuis precentur reſurre-
ctionem primã lætam, & ſicut illi peccaue
runt hic trifariã, cogitatione, uerbo & ope-
re, ita triduano illo cultu diuino oretur deꝰ
pro gratia & miſericordio eis conferenda.
De ſeptimo habemus etiam exempla pa-
triarcharũ: Mortua. n. Iacob filij eius. 12. Gen. 50
profecti ſunt in terrã Canaan ultra Iorda-
nem, ibiq; ſeptem diebus magno omnium
planctu peregerunt parentalia, qm̃ ſic &
ſapiẽs ait: Modicum plora ſuper mortuũ, Eccle. 22
ſupra mortuum plora qm̃ requieuit luctus
mortui ſeptẽ dies: In eius rei figurã ſeptem
diebus habebatur immũdus in ueteri lege Num. 19
quiſquis tetigerat mortuum: Quo ad no-
num diem exequiarũ, confirmari poteſt fi-
des noſtra hoc modo, ꝙ orẽt uiui petantq;
animas mortuorũ a pœnis eripi & ſociari
nouem choris angelorum: Porro de trice-
ſima die exẽplũ nobis eſſe põt qđ in lege
legimus filios Iſraël planxiſſe ſup Moyſen Deut. 34
triginta diebus: Ioſeph autem patrẽ ſuum Gen. 50
perungi curauit in Aegypto per dies. 40.
& planxit: Quamdiu durent dies luctus,
non eſt noſtrũ hic docere, quoniã ut alibi
ita hic locum habet prouerbium iſtud, lex
& regio, neq;. n. eadẽ ubiq; eſt cõſuetudo,

honeſtum tamen & decorũ foret ante. 70. dies luctui non imponere finẽ, q̃m ægyptꝰ

Gene. 50 70. diebus planxit Iacob.

3. Abunde ſatis hinc conſequitur in utroq; teſtamento cõſuetudinẽ hanc fuiſſe orandi pro mortuis, & tamen hæreticus

Auguſti. Aerius negauit turpiter, de quo Auguſt. in lib. de hereſibus ad Quo uult deũ §. 53 ſic ait: Aeriꝰ quum eſſet presbyter doluiſſe fertur q̄ epiſcopus non potuit ordinari, & in Arrianorum hereſim lapſus propria q̃q; dogmata addidiſſe fertur nonnulla, dicens: Orare uel offerre pro mortuis oblationes non oportere, nec ſtatuta ſolenniter celebranda eſſe ieiunia, ſed quum quiſq; uoluerit ieiunãdum, ne uideatur eſſe ſub lege, dicebat etiam presbyterũ ab epiſcopo nulla differentia debere diſcerni.

Ecce quod Lutherus nihil nouum in hoc errore propoſuit, ſed inueteratam tantũ & peruerſam damnatãq; hereſim innouauit, nõ curans q̄ contrariũ ſemper eſt in eccleſia obſeruatũ, ſicuti pulchre & manifeſte

Grego. ex Euãge. argumentat̃ B. Grego. q̃n dñs

Math. 12 de peccato loquitur in ſpiritũ ſctm̃, quod neq; hic remittitur, neq; in futuro, unde patet etiam in futuro ſæculo remitti peccata, idq; tãtum in purgatorio, nã quod de uno negatur, cõſequẽs intellectus liquet, quia de quibuſdam cõcedit lib. 4. dialo. ca. 39.

Atq; ob eam rem diligenter adeo petijt

Auguſt. B. Aug. ut presbyteri pro parentibus ſuis dñm orarent, ſic enim ait lib. 9. confeſ. Inſpira dñe deus meus, inſpira ſeruis tuis fratribus meis, filijs tuis, dominis meis, quib. & uoce, & corde, & literis ſeruio, ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Patritio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc uitam, quem admodum, neſcio &cæ.

Et mirum hic fieri ſolet in Neochriſtianis q̄ circa purgatorium tam ſunt obſtinati, quũ tamẽ fidei imo perfidiæ ſuæ Lutherum cõmendẽt autorẽ tanq̃ a deo miſſum Heliã & Danielem ſpiritu ſancto plenum, ueri Euangelij præconem: Quur autẽ cui tantum tribuunt, non etiam ei credunt ualide adeo confirmanti purgatorium, ſic enim ait in reſolutione indulgentiarũ concluſ. 15. Mihi certiſſimum eſt purgatoriũ *Luth.* eſſe, nec me multũ mouent hæretici, q̃m iã mille & plus centũ anni ſunt q̄ B. Augu. in ſuarum, cõfeſ. libro pro matre & patre ſuo orat orandumq; petit: Et eadem ſancta mater eius moriens, ut ibi ſcribit, memoriam ſui optauerit ad altare domini: Sed & ab Ambr. id factum narrat: Quod ſi etiã tẽpore apoſtolorũ nõ fuiſſet purgatorium (ut ſuperbit faſtidioſus Pickardus) nunquid ideo credendũ eſt hæretico uix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot ſanctorum falſam fuiſſe credendũ, maxime quum ipſe nil aliud faciat q̃ q̄ dicit nõ credo, & ſic probauit omnia ſua & improbauit omnia noſtra, quaſi non & lapis & lignum non credunt: En hæc uobis uerba Lutheri prophetæ ueſtri, quid uos ad hæc, neq; ille tantum ſæpius ſcripſit eſſe purgatoriũ, ſed & in publica diſputatiõe Lypſię. anno. 1519. ſic palam dixit, uti uerba ea Notarij iurati conſignarunt: Ego qui credo fortiter imo auſim dicere, ſcio purgatorium eſſe, facile perſuadeor in ſcripturis de eo fieri mentionem: Et infra: Nolo mihi ſuſpicionem fieri q̄ fauerẽ Boẽmis & græcis: Rurſus, Nihil de purgatorio noui niſi animas ibi pati iuuandas operibus & orationib. noſtris: Ecce cõfitetur hoc propheta ueſter: Daniel & Helias ueſter, quur ergo uos ab eo diſceditis, quur diuerſum a catholica eccleſia ſentitis, ſed nos ad ceremonias eccleſiæ reuertamur.

4. Eſt & hæc eccleſiæ conſuetudo ut annui dies defunctorum celebrentur nonnunq̃ etiam inſtituti hoc modo: Quod ne putes tanq̃ nouum a monachorum auaritia eſſe inuentum, iam ante Tertullianum *Tertull.* induximus de Chriſtiano milite, & de monogamia, q̄ anniuerſarij dies ante. 1350. annos ſint obſeruati: Eſt in comitatu Hohẽburg in monte VVurmligen iuxta Tubingam dies anniuerſarius longe antiquiſſimus comitis cuiuſdam a Kaluu, qui inſtitutus eſt quando eo loco uinum adhuc nullum creſcebat, quũ tñ iam mons ille pene totus uitibus habũdat: Anniuerſariorum porro dierum ratio reddi talis poteſt, quia ut Auguſti. teſtatur, neſcimus quomodo

mortuis ſuccedat res in futuro ſæculo, itaque ſatius eſt habundare eis aliquid bonorum operum noſtrorum quã ut deficerent, ad hæc annuatim ſctõs ueneramur & deũ in ipſis ad gloriam illorum & cõmodum noſtrũ, ſic quoq; anniuerſarios mortuorũ dies peragimus in diuino cultu ad earum utilitatẽ, atq; ut in nobis creſcat pietas, & ipſi ſucceſſorib⁹ occaſionẽ demus deũ pro nobis orandi, quia ſicut nos pro mortuis oramus, ita nobis quoq; uſu ueniet & contiget idem: Eſt adhuc alia fideliũ conſuetudo ꝙ in uita ſua diſponunt exequias ſibi peragi debere nondum ſepultis, ita ut propoſito cadauere decãtetur miſſa pro defunctis, ſicut fecit Augu. in morte matris ſuæ Auguſt. Monicæ, & tempore illo cõmunis fuit cõſuetudo, ſic enim ait: Quũ ecce corpus elatum eſt, imus & redimus ſine lachrymis, nã neq; in eis precibus quas tibi fudimus, quũ offerretur pro ea ſacrificium precij nr̃i corporis Chr̃i iam iuxta ſepulchrũ poſito cadauere, priuſquã deponeretur, ſicut illic fieri ſolet, nec in eis precibus ego fleui, ſed toto die grauiter in occulto mœſtus eram, factum hoc eſt in uia Hoſtiẽſi ad mare nõ procul a Roma: Eadem quoq; cõſuetudo eſt in Bauaria inferiori (ultimũ uale) alias non memini me hoc ſæpi⁹ uidere, niſi quũ defuncti ſũt magni nominis homines, aut ſi quando corpora erant alio deuehẽda ad ſepulturam: Tam in uſu cõmuni fuit quondam illa conſuetudo peragendi exequias ante depoſitionẽ, ut neminem ſine miſſæ ſacrificio ſepelirent, ut teſtatur Guillermus Durandi: Et hinc promanauit ꝙ in die Duran. paraſceues & paſchæ nemo ſepeliebatur, eo ꝙ illis duobus diebus non licet miſſam pro defunctis celebrare: Omnia hæc ſupra dicta per multam uariãq; confirmantur experientiam, cuius plurima exempla recenſet Gregorius in lib. dialogorũ, partim de ijs quos nouerat ipſe (ſi placet recita unã uel duas hiſtorias ex ipſo) utiq; non indo- Grego: ctus fuit Gregorius cui & locus eſt inter p̃cipuos eccleſiæ doctores, neq; uero ambitioſus extitit, qui primus ſe ſeruum ſcripſit, ſeruorum Chriſti, ad hæc auarus non fuit, ꝗuis enim multa bona a parentibus ſuis hæreditario acceperat, affatim tamen ea diſtribuit in cultum dei, quia. 6. Cœnobia inſtituit in Sicilia, & eis tantum elargitus eſt quãtum ad quottidiani conuictus ſuſtẽtationem ſat erat, ſeptimum extruxit Romæ ſuper proprium ſuum fundamentum, ideoque quę narrat neq; a pijs hominibus contemni nec in ſuſpicionẽ uerti debent: Refert ille monachum ſui cœnobij quendam triginta diebus per ſuffragia fratrum eſſe ex purgatorio liberatum, ſcripſit epiſtolam pietate plenam Theodelindæ Lombardorum reginæ, fuit ea regis filia ex Bauaria: Quid multa, omnia affatim plena ſunt experientijs de animabus mortuorum, quæ apparuerunt & adiutæ ſunt ſuffragijs mortuorum: An igitur mentiatur orbis uniuerſus tot hactenus ſæculis, & Neochriſtiani ueritatem conſtantem ſola negatione expugnabunt? Iohannes beatum prædicat eum qui partem habet Apoc.20 in prima reſurrectione, qm̃ ſuper eũ mors ſecunda poteſtatem non habebit: Quæ eſt autem reſurrectio prima, niſi quum anima liberatur a purgatorij pœna, quæ ſecunda, quando corpus & anima reſurgent in nouiſſimo die. Quæ mors prima, quum homo migrat ex hoc ſæculo.

Quæ uero ſecunda ipſa damnatio ani- Apoc.21 mæ, ſicut ſequitur in Iohanne: Timidis, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idolatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure, quod eſt mors ſecunda: Quum itaq; mors hæc ſecunda non corripuit animas in purgatorio, orate pro eis ut ueniant ad primam reſurrectionem, orate liberi pro parentibus ueſtris, pro maioribus omnibus: Mementote & recogitate ꝙ illi forſitan propter uos peccarunt, iamque patiuntur propter uos in purgatorio (Extende de nimis diligentibus prolem, & eis nimium parcentibus, ſicut Heli aut diuitias pro eis nimis ſollicite colligentibus) Orate pro omni- 1.Reg.2 bus benefactoribus ueſtris & fautoribus bonis, pro omnibus pro quibus uos uult deus uelle & debere orare, pro animabus fidelium defunctorum omnium, ut requiem eis æternam det deus, & lux ipſis luceſcat perpetua. Amen.

Homilia quinta in die Animarum.

Beati mortui qui in domino moriuntur, Apoca. XIIII.

BEati mortui qui in domino moriuntur. In domino autem moriuntur qui in charitate dei decedunt, atq; ut maxime pœnæ alicui ſubiaceant, quaſi ex fœno & ſtipula: beati tamẽ ſunt in ſecura ſpe, ita ꝙ beatitudo ab eis auferri non poteſt: ideoq; nos eis ſuccurrere debemus, ut citius liberentur: ſicq; nos uiuos habebimus ſanctos coram Deo qui ꝓ nobis orabũt: neq; hoc aliquis temerarie obmittere debet, quaſi neſciens utrum animæ auxilio indigeant an non. Nam, ut ait *Auguſti.* Auguſtinus in Enchir. 110. Quum ſacrificia ſiue altaris, ſiue quarumcunq; eleemoſinarũ pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarũ actiones ſunt, pro non ualde malis propitiationes, pro ualde malis, etſi nulla ſunt adiumenta mortuorum, qualeſcunq; conſolationes uiuorum ſunt. (Hoc em̃ credere quiſq; debet, ꝙ deus opus bonum irremuneratum non permittit, qui etiam hauſtũ *Math. 10* aquæ frigidæ remuneraturum ſe promiſit) ideoq; ut maxime opus bonum tuum nihil proſit mortuis, attamẽ oratio tua, ut inquit Dauid, in ſinum tuum reuertetur, & ſic tibi proueniet in bonum: ideoq; oratio beatis non prodeſt, neq; damnatis, ſed ijs qui in purgatorio ſunt, quoniam illi, ut in- *Auguſti.* quit Augu. meruerunt in hac uita, ut poſt mortem participes eſſent ſuffragij uiuorũ. Meritum, hoc eſt, conditionatum & accidentale, de quo uide per doctores in quarto. Veniamus iam ad illud quod præcipuum eſt in hac re. Quo tandem modo animæ iuuari poſſint in purgatorio. Vbi conſtanter reſpondent doctores in 4. rebus cõ- *Gregori.* ſiſtere ſuffragia mortuorum, eas enumerat Gregorius ad Bonifacium 13. quæ. 2. animæ: Animæ defunctorũ quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotũ aut precibus ſanctorum, aut charorũ eleemoſinis, aut ieiunio cognatorum. Quamuis cõmuniter loquendo uerum eſt, omnia opera bona quæ per uiuos impenduntur mortuis, eſſe eis adiumento, eo ꝙ & ipſi uiuentibus ſunt coniuncti in dilectione, alia tamen opera bona ſub ijs 4. comprehenduntur & includuntur. Eiuſdem ſententiæ eſt & Auguſt. ſic dicens: Orationibus ſanctæ Eccleſiæ & ſacrificio ſalutari & eleemoſinis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, nõ eſt dubitandum mortuos adiuuari, ut cum eis miſericordius agatur a domino, ꝙ eorum peccata meruerunt, hoc em̃ a patribus traditum uniuerſa obſeruat Eccleſia, ut pro eis qui in corporis & ſanguinis communione defuncti ſunt, ad ipſum ſacrificium commemorentur, oreturq; pro illis, ac id offerri commemoretur: hæc ille ſermone 46. tertiæ partis de celebritate defunctorum.

Sacrificium altaris prodeſſe defunctis nemo dubitare præſumat, ſicut ſuperius in quadã Homilia docuimus, ꝙ in omni miſſa pro defunctis orari eorũq; memoria debet Haberi. Ideo em̃ duo hęc feſta inſtituit Eccleſia omnium ſanctorum & animarũ. Inſuper Germanæ teſtantur Hiſtoriæ, quomodo S. Laurentius interceſſione ſua Henricum Imperatorem liberauit, quũ diabolus calicem confregiſſet. Eleemoſinæ & ieiunia uiuis proſunt & defunctis, ideoq; apud multos hæc eſt conſuetudo, ut in die animarũ ieiunent, ſi eo anno ipſis amicus aut charus aliquis ſit defunctus, hoc alij faciunt ſub commemoratione diei ſeptimæ.

2. Etſi opera bona omnia defunctis deſtinata eis proſunt ſimulq; auxiliaria exiſtunt & conſolatoria, potiſſimum tamẽ ex ijs eſt ſacrificium miſſæ, in quo meritũ paſſionis Chriſti efficatius operatur, hoc ex ipſo ordine literæ colligitur, quoniam Auguſtinus & Grego. dum opera quæ proſunt defunctis commemorant, ſicut iam ſupra induximus, primo omnium ſacrificiũ altaris enumerant. Hoc enim ſacramentũ ſignum efficax eſt Chriſtianæ communionis & participationis, eſtq; hic Chriſtus eſſentialiter, in quo tota unitur Eccleſia, deinde pignus eſt diuinæ charitatis & amoris erga nos, quambrem & hoſtia in tres *Fractio* partes frangitur in miſſa, quia hic gratiæ *hoſtiæ.*

aguntur deo pro beatis, oratur pro ijs qui ſunt in purgatorio ut liberent̄, & pro uiuentibus ut eis ſalutaria corporis & animæ cōcedat: ſimiliter in ſacramento ordinis poteſtas confert̄ presbytero offerendi pro uiuis & mortuis. Quum itaq; Chriſtus eſſentialiter ſit in ſacramento, qui eſt clauis Da-
Apoca. 5 uid, claudens & nemo aperit, aperiens ita ut nemo claudat: fons eſt oīs grāæ, caput
Ephe. 1. 5 Eccleſiæ, a cuius perfectione oēs accepim⁹,
Iohān. 1 is eſt quem deus pater pro nobis fecit pec-
Col. 1. catum, hoc eſt hoſtiā pro peccatis. Ille ipſe eſt per quem placuit deo patri reconciliare omnia, omnia in eo pacificare per ſanguinem crucis ſuæ, quæ in cœlo erant, & quæ in terris: ideoq; ex omnib⁹ operibus bonis nō eſt aliud qđ magis placeat deo, q̃ quū paſſio & mors unigeniti ſui, quā ille in ara crucis obtulit patri, offertur in manus dei, ſub myſterio, tunc ſane ſummum habet inde deus bn̄placitum (Extende illa ad placitum, quia habes campum patētiſſimum.) Eſtq; hoc oīum efficaciſſimū ad liberandas & ſaluandas animas: nā & ſacrificium miſſæ præ alijs operib⁹ eſt priuilegiatum, puta ab ipſo Chriſto inſtitutum, ab apoſtolis uſurpatum, & nunc quoq; totius Eccleſię nomine exhibitum fieriq; ſolitum. Aut. n. uerba Chriſti uel Eccleſiæ loquitur ibi ſacerdos: unde & orat ſic dicens: Domine Ieſu Chriſte, ne reſpicias peccata mea, ſed fidem Eccleſiæ tuæ. In omnibus etiam officijs ſacris, pietas nuſq; eſt maior neq; adfectus ſanctior q̃ in ſacrificio miſſæ, neq; aliud deuotione maiori pagit ſacerdos, neq; ardentiori audit homo Chriſtianus, atq; ideo corruente miſſa omnis Chriſtianorū deuotio ſimul concidit. Hinc ſequitur q̧ quum in miſſa præcipuum ſit ipſa oblatio, quam præcedunt & ſequuntur orationes admodum piæ: uelut appendices quędam ipſius principalis, quum oblatio in omnibus miſſis ſit eadem, Chriſtus ipſe, corpuſq; eius & ſanguis pręcioſus, neq; in eo multum ſitum eſt, an quis pro defuncto aliquo miſſam defunctorum, uel de tempore uel de aliquo ſancto legat pro ſua deuotione, attamen p̄pter aſſiſtētes, ut & ijs maior accedat occaſio omnē adfectum in defunctimemoriam referendi, ſatius eſt maxime aperte & clare legi miſſam pro defunctis ab Eccleſia conſtitutam: niſi forte uel mortu⁹ uel uiuus ille qui miſſam ordinauit, tantā haberet fiduciā in aliquem ſanctum, ut eius interceſſione ſperaret animam poſſe redimi. Eſſet iam dicendum: quomodo ualeāt ſuffragia quæ fiunt ui teſtamenti per exequutores qui ſunt in peccato mortali.

Porro quomodo ordinare quis debeat ut ſibi demortuo aliquid boni impēdatur, miſſis ambagibus hæc duo proponimus conſyderanda. Principio tutius eſt ordinare aliquem, ut poſt mortem ſibi officia exhiberi & peragi Eccleſiaſtica, puta miſſas uigilias, pſalteriū, b. uirginis curſum &c. quoniam hæc meritum ſuum habent coram deo ex perſona Eccleſiæ, in qua præcipue iſta homines exequuntur ad hoc conſtituti.

2. Deinde curet quiſq; ut ſi poſt mortem inſtituere cupit Eleemoſinas, erigere beneficiū in aliquo templo: anniuerſarios dies: ueſtes ſacras parare, aut ſimile quid in animo habet conſtituere, faciat hoc aut ſaltem renouet quando eſt in gratia dei, hoc eſt contritus & confeſſus: per pœnitentiæ Sacramentum expurgatus, tunc ſane non emerget ei inde detrimentum, neq; aliquid conatui ſuo decedet, etiamſi qui teſtamento ſatisfaciunt, fuerint in peccatis: niſi forte illi teſtamentum plane intermitterent, quod fit nō raro, licet etiam tunc mortuus merito ſuo in uita æterna non priuaretur, ſed tantum ei pœna non diminuitur quæ ex parte aut etiam tota ei dimitteretur: ſi teſtamētum cōficeretur. Sed ualeant hęc, cōſtat magnā infidelitatē eſſe cōiunctā cum teſtamentis conficiendis, ſæpeq; tunc infideliter agit quē defunctus crediderat amiciſſimum.

3. Ad hæc ſuper iſta opera quæ præcipue proſunt defunctis alia multa ſunt accidentalia quæ & ipſa conſolant̄ & iuuant mortuos: nam & lucernæ accenduntur, & morituro in manus datur lumen ardens, qđ ipſi ſit teſtimonio & uiuentibus argumento eum emori in lumine ueræ fidei, tenebræ eñ pluſq; Cymmeriæ ſunt extra eccleſiam. Admonere debent eo ipſo hoīes alij ad orandum deū, ut morienti lucē perpetuam

petuam concedat, ſicut ſperans ait Pſalmi-
Pſal. 36 ita: In lumine tuo uidebimus lumen. ſ. be-
atitudinis. In multis locis conſuetudo eſt,
panes & uinum phæretro imponere, quod
indicium eſt cupere eos ut mortuus a deo
ſatietur cibo cœleſti, eſtq; hoc deſumptum
Tob. 4 ex Thobia, qui docuit filios ſuos inter cæte
ra in hunc modum: Panem tuum & uinũ
tuum ſuper ſepulturam iuſti cõſtitue. Mo
riturus quoq; crucifixi imaginem habeat
ad pedes erectam, a cuius contemplatione
admoneatur ad recordandum paſſionis &
mortis Ieſu Chriſti, dilectionis ſuæ & miſe-
ricordiæ ſummæ. Sunt qui ex lectiſternijs
ſinant ſe collocari humi, quod fecit S. Mar-
tinus, ut ſic in memoriam reuocetur ſenten-
Gen. 3 tia lata a deo: Puluis es, & in puluerem re-
uerteris. Eſt & hæc conſuetudo non mala,
ut homo moriturus reponat̃ in tergo, facie
ad cœlum uerſa: quo cupiat ille ſpũm ſuũ
pertingere ad patrẽ ſuum cœleſtẽ. Alij ca-
dauera mortuorũ abluunt, ad deſignandũ
cupere eos animã eſſe q; puriſſimam, ſicut
ipſi corpus lauant. Pręterea cadauer aqua
bñdicta cõſpergi ſolet, q̃ ſignificat̃ deſyde-
rium noſtrum quo uelimus animam mor-
tui rore cœleſti perfundi. Accedit & ſuffi-
tus thuris, ut deus aĩam odore cœleſti ſati-
are dignet̃: nam in ueteri quoq; Teſtamen
to ſacrificia omnia thurificatione perficie-
bantur. Pulſu etiã campanarum & tintina
bulorũ admonent̃ homines, orare pro mor
tuo: arcent̃ dæmones, ſimulq; ſancti ad orã
dum deum pro defuncto incitant̃. Omnia
hęc collationib⁹ ſcripturarũ ad longum in
duci poſſent: ſiquidẽ & angelus per fumũ
docuit Thobiã arcere & profligare dæmo-
nes. Etſi reliquæ ceremoniæ legis iã deſie-
rint, thuris tñ crematio in Eccleſia nõ ceſ-
ſauit: qm̃, quã illa rep̃ſentauit, orationis ef-
ficatiã & pietatẽ, ea ſemper manet, ideoq;
quilibet Chr̃ianus adnitat̃ ſedulo cũ Pau-
Gene. 27 lo, ut odor Chr̃i ſit bene redolẽs. Sic Iſaac
dixit: Ecce odor filij mei ſicut odor agni
pleni. Sic dñs dilexit Andræam in odorẽ
ſuauitatis. De aqua bñdicta, qm̃ pellat dæ
mones, cõſtat eam ſalubriter uſurpari, ſed
hæc alias. Quiſquis mortuo aquã ſpargit
bñdictã, meminerit is ſimulq; deũ oret, pel
li & fugari inde dæmones. Atq; ꝙ ſicut a-
qua extinguit ignẽ, ita miſericordia dei li-
berat aĩam, & refrigerium facit. Nam ſic et Lucæ. 16
diues ille refrigerium petijt in inferno etiã
ex gutta aquæ frigidæ: neq; tñ impetrauit
nec impetrabit unq;, ſed qui in purgatorio
ſunt adſequuntur, quum quis eis aquam
aſpergit benedictam.

Merito etiam pulſantur nolę & tintina
bula: unde abhorrent & cõtremiſcunt dæ-
mones, homines ad pietatem & orationẽ
cõmouent̃. Mortuo Romæ S. Alexio, cã-
panæ oẽs ultro pulſatæ ſunt nemine trahẽ-
te. Audiens aũt quis pulſari mortuo, aĩam
eius miſericordiæ diuinæ cõmittat: ipſe ue
ro toto pectore cõtremiſcens cogitet. Huic
hodie, cras mihi. Campanæ tubæ ſunt mi- Ioſue. 6
litantis Eccleſiæ: ideoq; in tempeſtatibus
aëris pulſant̃, ut ſi forte illæ per dæmones
ad hominum detrimentum eſſent concita-
tæ, ſedarentur, nam & campanæ illæ cõſe-
cratæ ſunt in efficaci, præpotenti & tremẽ-
do nomine dei. Memini me uidere pru-
nas ardentes inijci prius in ſepulchrum de-
functi, ad inſinuandũ ꝙ ille in ſe ardorẽ cõ
cupiſcentiæ & tentationum extinxerit, ꝙ
reſtiterit aduerſus prunas tentationis infli-
ctæ, quæ ꝑueniunt a fabro diabolo, de eo
ſic ait Iob: Halitus eius prunas ardere fa- Iob. 41
cit, & flamma de ore eius egredit̃: hic iſte le
betem fert cum carbone tẽtationũ per uni-
uerſum orbem: & quis eſt qui non ſit hinc
aduſtus? Sic ait Sapiens: Nunquid poteſt Prouer. 6
homo ignẽ abſcondere in ſinu ſuo, ut ueſti-
menta illius nõ ardeant? aut ambulare ſu-
per prunas, ut non cõburant̃ plantæ eius?
multi ſane aſtant carbonibus illis tantiſper
dum ad intima penetret incẽdium. Lauda
bile eſt ſi quis iniunctam mortuo pœniten
tiam ſibi adſumat & ꝓponat adimplẽdam,
ſimiliter ſi aliquis peregrinationes pro eo
ſpondeat ſe confecturum, indulgentias pro
ipſo conſequuturũ. Honeſtum eſt & nullũ
pæcuniæ aut ſimilis rei debitũ morituro re-
linquere quo ꝓmatur & ſollicitetur. Cru-
cis ſignum imponat̃ capiti, qui mos in Ger
mania inferiori frequens eſt, ut cruces fer-
reæ & magnæ erigant̃. Maiores quondam
noſtri homines utiq; pij magnas imagines
ſiue ſigna crucis ſolebant inſculpere ſaxis,
uerum ea conſuetudo annis centum pro-

pemodum deſecit, forte ex nō aut male intellecta l. cū ſit nobis C. nemini liceat ſignū ſal. Chriſti humo uel ſilice uel in marmore ſculpere aut pingere. Decuit enim quondam crucem Chriſti lapidibus non inſculpi, quando infideles adhuc Chriſtianis cōuerſantes ad ignominiam Chriſti, crucem turpiter & impudenter cōculcabant. Quę cauſſa iā ſublata eſt, quando non amplius inimici crucis Chriſti nobis cohabitant, niſi quæ exigua quædam eſt pars Iudæorū: unde fit ut mihi quidem adhuc non diſpliceret cōſuetudo illa antiqua adficiendis hominum mentibus aptiſſima: ſiquidem per uniuerſum Chriſtianiſmum mos hic eſt, ut ſepulchris cruces infigantur, ut author eſt magiſter in rationali diuinorum, ad deſignandum illum qui ibi iacet demortuus *Guil. Du.* fuiſſe Chriſtianum, quando Imperator Conſtantinus uoluit in omni numiſmate etiā militū ſuorum arma, crucem Chriſti ſignari debere. Eo ſigno omnes oues Chri- *Iohan. 10* ſti ſunt conſignatæ: atq; inde a paſtore cœleſti dignoſcuntur. Quid enim aliud cogitemus uidentes crucem Chriſti ſuper aliquod ſepulchrum, niſi quod & mortuus ille ſperauit, & nos omnes confidentes, ipſum uirtute crucis & paſſionis Chriſti peruenturum ad cœlos? quaſi ſic mortuus iſte cum Paulo diceret: Abſit mihi gloriari niſi in cruce domini noſtri IHESV *Gala. 6* Chriſti. Ad hæc tremulus admodum horret diabolus ſignum crucis, quo etiam ſanctus Antonius dæmones undiq; ſe uaria ſpecie ei ingerentes profligauit: unde & in manibus ipſius crux pingi ſolet. Et quid amplius hic multis immoramur, Omne id peragere & exequi debent uiui pro mortuis, quod putāt & credunt tendere in gloriam dei, animarum ſalutem & conſolationem, atq; uiuorum emendationem, gratię quoq; & pietatis incrementum, ut ſic omnes nos tandem poſt hanc uitam miſerijs & calamitatibus plenam gaudia cōſequamur æterna, Amen.

Homilia 6: et vltima in ferijs commemorationis animarum omnium.

Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam eius, Eccleſiaſtici XXXVIII.

Verba hæc dilectiſſimi, quiſq; ſibi a ſapiente dicta eſſe credat. Et ꝗuis alicubi duabus Homilijs copioſe diſſeruimus contra Neochriſtianos de ſepultura: attamen hic rem penitius adhuc introſpiciemus auxiliante dei gratia, ad informationem & emendationem ueſtram, ne rem ſanctam maximiq; faciendam contemnatis (Vide Auguſtinum toto libro de cura pro mortuis agenda, & libro primo capi. 12. & 13. de ciuitate dei, & Beatum Gregorium in dialogo. *Tomo. 2 fol. 178 & 3 fol. 155.*

Principio omnem decet honeſtatem, ipſaq; humana docet ratio, & ſcriptura monet, ꝙ congruum, honeſtum & decentiſſimum ſit homines ſepelire: ſiquidem & gentiles naturali ratione ducti multum ei rei tribuerunt, ipſamq; inter officia pietatis recenſuerunt. Hinc laudatur Cimon, cuius patrem in uinculis mortuum quum nollent Athenienſes ſepelire, ipſe ſemet carceribus mancipari permiſit loco patris, ut ille ſepeliretur (Valerius lib. 5. de ingratis,) Ethnici quoq; hoſtes ſuos ſepelierunt diligenter, ut Hannibal tres illos Romanorum duces quos occiderat, Paulum, Gracilium & Marcellum: ſic C. Iulius Cęſar caput Pompei cum quo multis annis de totius orbis principatu certauerat, honeſte ſepeliuit, & ſuper eo fleuit. Quamobrem de ſepulturis multa ſtatuta ſunt ab Ethnicis Imperatoribus in ciuili iure. (Vide toto titulo ff. de relig. & ſumpt. funebr. Et titulo ſequ. ff. de mort. infort. Adde etiam ff. de ſepul. uiol. Vide etiam tit. ff. de cadaueribus punit. ubi præcipitur ꝙ corpora eorum etiam qui capitali crimine damnati ſunt cognatis, uel quibuslibet petētibus ad ſepulturam danda ſunt & non neganda, ex Codice multa poſſent adduci. Vide etiam l. quidam ff. de condit. inſtit.)

Etſi

Etſi iam Ethnici cæremonias multas ob-
ſeruarint in ſepeliendis mortuis: ſicut pul-
Cicero. chre Cicero refert lib.1.Tuſ.q. quoniã Ae-
gyptij ungunt mortuos ſuos & recondunt
in domibus: Perſæ circumlinunt cæra. Vi-
de & li.2. de leg. ubi inquit: Mihi quidem
antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe
uidetur: quo apud Xenophontem Cyrus
utitur. Redditur enim terræ corpus, & ita
locatum ac ſitum quaſi operimento motus
obducitur. Eodemq; ritu in eo ſepulchro
quo procul ad fontis aras regem noſtrum
Numam conditum accepimus, gentemq;
Corneliam uſq; ad memoriam noſtrã hac
ſepultura ſcimus uſam eſſe. In ſacris literis
Gen.23 manifeſtum hoc idem eſt, ꝙ Abraham pa-
triarcha ille laudatur ob magnifice ſepultã
uxorem ſuam Saram in Ebron, empta in
hoc ſpelunca duplici uerſus Mambre qua-
dringentis ſiclis. Eodẽ deinde in loco Iſaac
Gene. 25 & Iſmael ſepelierunt patrem ſuum Abra-
ham. Porro quoq; refert ſcriptura Iacob ſe
peliuiſſe Rachaelẽ uxorẽ ſuam in uia uer-
Gene.49 ſus Bethlehem, quum reuerteretur ex Me-
ſopotamia. Eſau etiam & Iacob ſepelierũt
Iſaac ad auum ſuum Abrahamum: Iacob
patriarcha plenus ſpiritu ſancto & prophe
tia commiſit filijs ſuis in hęc uerba: Ego cõ
gregor ad populum meũ, hoc eſt, ego mo-
rior, ſepelite me cum patribus meis in ſpe-
lunca duplici, quæ eſt in agro Ephron, ibi
ſepelierunt Abraham & Saram uxorem
eius: ibi quoq; ſepultus eſt Iſaac cum Re-
becca coniuge ſua: ibi & Lya cõdita iacet.
Sicq; Iacob mortuus ex Aegypto deuect⁹
eſt uſq; in terram Chanaan, itinere ſane lon
go & moleſto ultra ꝗ̃ 14, diebus liceat pro
ficiſci.

Hinc colligitur iniquũ non eſſe ſi quis
cupiat iacere cum parentibus & maioribus
ſuis, atq; interdum alio ſe mortuum trans-
ferri ſinat: quoniam hoc ipſum etiã Iacob
petijt utiq; non ex ſuperbia, qui amicus dei
Gen.50 magnus fuit. Ioſeph ꝗ̃uis in Aegypto ſe-
pultus, fratres tamen ſuos adiurauit dicẽs:
Exodi. 13 Deus uiſitabit uos, aſportate oſſa mea uo-
biſcũ de loco iſto: ſicut fecit idipſum Moy-
ſes. Si nulla nobis eſſe deberet cura ſepul-
chri, quur etiam hæc tam diligenter nobis
in ſacris literis prodita eſſent, quandoqui-
dem ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt o-
mnia. Accedit ijs, ꝙ filij Iſraël ſepelierunt Roma.15
oſſa Ioſeph in Sychem, eo agro quem Ia- Ioſue.ult.
cob emerat pater ſuus a filijs Emor centum
tenellis agnis: & poſſeſſus eſt ille a filijs Io-
ſeph: ideoq; non temere ad illum locũ ue-
nit Chriſtus & ibidem requieuit ad fontẽ,
loquutus plurima cum muliere Cananæa Iohãn.4
Sic legimus & Thobiam præcepiſſe filijs Tob. 4
ſuis: Quum acceperit deus animam meam,
corpus meum ſepeli: quum autem & ipſa
compleuerit tempus uitæ ſuæ, ſepelias eam
circa me. Quamobrem & honeſtum & pi-
um eſt cõiuges eodem ſepulchro cupere re
condier. Mitto hic breuitatis cauſſa ſe-
pulturam Aaron, Moyſi, Ioſue, Eleazari, Deut.10
Samſonis, Samuelis, Mattathiæ qui parẽs & 34
fuit machabæorum. Iudic. 6

2. Quemadmodum iam de ſepultura 1.Reg.25
audiuimus in ſe: ita iam adcommodemus 1. Mac.2
ipſa ſcripturarum teſtimonia, conſyderatu-
ri quantis laudibus commendata ſemper
ſit ſepultura. Et primo quidem loco ſe no-
bis offert regius ille propheta Dauid, cui 2. Reg. 2
quum adnunciatũ eſſet uiros in iabes ga-
laad ſepeliſſe Saulem, miſit ad eos nunciũ
& dixit: Benedicti uos a domino qui feci-
ſtis miſericordiam hanc cum domino ue-
ſtro Saul & ſepeliſtis eũ, & nunc retribuet
uobis quidem dominus miſericordiam &
ueritatem, ſed ego reddam gratiam, eo ꝙ
feciſtis uerbum iſtud. Laudatur etiam
Thobias ꝙ Iudæos defunctos ſepeliebat, Tho. 1. 2
quos rex Sennacheribocciderat, quũ eum
afflixiſſet deus in Iudæa: ideoq; ad eum di- Tho.12
xit angelus Raphael: Quando orabas cũ
lachrymis & ſepeliebas mortuos, & dere-
linquebas prandium tuum & mortuos ab
ſcondebas per diem in domo tua, & nocte
ſepeliebas eos: ego obtuli orationem tuam
domino. Neq; minus laudis meretur & Iu
das Machabæus ꝙ interfectos Iudæos ſe- 1.Mac. 12
peliri fecit, & pro eis pecuniam miſit Hie-
roſolymam in templum. Commendatur
etiam frater eius Symon ꝙ patri ſuo & fra-
tribus ſepulchrũ precioſum erexit, ut mox
audiemus.

In nouo quoq; Teſtamento laudi tribui-
tur hoc diſcipulis Iohannis, ꝙ magiſtrum Mar. 6
ſuum ſepelierint iam ab Herode decolla-

tũm. Simili modo & laudem meruerunt & a deo peculiariter ſunt remunerati qui Marc. 16 Chriſtum ſepelierunt: mulieres.n. quia uenerunt ad ungendum dñm, factæ ſunt apoſtolæ: primũ eis apparuit poſt reſurrectionem dñs, ipſaſq; miſit ad apoſtolos, ut eis ſe reſurrexiſſe nunciarent: omnes etiam qui adfuerunt ſepulto domino finem adſequuti ſunt fœliciſſimum, quoniã Ioſeph & Nicodemo qui a Iudæis capti fuerant eo ꝙ ſepeliuiſſent Chriſtum, apparuit ille in die reſurrectionis ſuæ, ipſoſq; e carceribus liberauit: Maria uirgo mater ſine doloribus mortũa maximo cum tripudio adſumpta eſt in cœlum: Iohannes Euangeliſta iam grandæuus, prius a Chriſto uocatus effoſſum ſibi ſepulchrum Epheſi ingreſſus, citra corporis corruptelam & mortis acerbitatem demortuus eſt. Maria Magdalena ante mortem duobus cubitis eleuata a terra, ſuſcepto euchariſtiæ Sacramento inter angelorum choros euecta eſt in cœlum.

Et Maria Salomæ, Cleophæ quoq; & Iohanna: Ioſeph inſuper & Nicodemus ſine dubio ſingularem conſolationem habuerunt ante mortem: ideoq; nemo grauetur adeſſe morientibus, ipſiſq; miniſterium cõpetens exhibere, prout res & neceſſitas exigunt, ut & ipſum in morte ſua nõ derelin- Iaco. 2 quant homines, quia iudicium ſine miſericordia fiet illi qui non fecit miſericordiam.

Et ſicut iam hactenus diximus quantum laudis emeruerint qui alios ſepelierunt: ita Chriſtianus nullus contemnere debet cæremonias quæ circa ſepulturam fiunt, neq; proximum ſuum per hoc iudicare temere ꝙ ſepulturã ſuam exornet decenter, q̃uis enim hoc ſi fieret ex ſuperbia deo nõ placeret, ipſum tamen in ſe opus bonum & laudabile eſt, alias propheta de Chriſto dicturus non eſſet: quia erit ſepulchrũ eius glo- Eſa. 11 rioſum: & rurſus. quoniã in pace erit ſepultura eius. Quur nõ & membra Chriſti ſepulturas haberent honeſtiores & peractiones? Principio tamen hic conteſtatum uolo non me tueri faſtum iſtum arrogantem & turgidam quorundam ſuperbiam, qui equum uelatũ circũ altaria ducunt, rurſuſq; inde domum deducunt, nec pro eo quicq; Eccleſiæ aut ei ad quem pertinent oblationes relinquunt: ſimili modo in ciuitatibus amplis fieri ſolet, ut ueſtis precioſa defuncti impoſita pheretro relinquatur ibi uſq; ad triceſimum: deinde rurſus uno atq; altero aureo redimatur. Neq; magis laudãdum eſt ꝙ quidam circa ſepulchrum inſignia neſcio quot: clypeos item & imagines leonum, canum & urſorum depingunt, nihil loci relinquentes cruci Chriſti. Abuſus iſte nimius in omni re execrabilis eſt, pauoninam iſtiuſmodi ſuperbiam quis laudet? Verum ubi adfectus pius eſt & pietas ſancta quis rurſus non laudet? ut ſi poſt pheretrum deferatur pannus qui deinde in uſum pauperum uel ueſtitum conuertatur monachorum: Siquidem eleemoſinas dare bonum eſt: pauperes deinde pro defuncti anima orare perinde bonum eſt, atq; huiuſmodi exẽplo alios ad ſimilia legata incitari: id quoq; ſalubre eſt. Similiter ſi conſyderetur hic templorum ornatus ut quum pheretro imponuntur, aut alias deferũtur panni precioſi unde habitus & ornatus eccleſiaſtici parentur, cultuſq; diuinus exornetur etiã id deo placitum eſt, quando per hoc templum ſuum ornatur: 3. Reg. 8 ſicut infra dicturi ſumus in dedicatione templi. Idem quoq; de lucernarum accenſionibus iudicium eſt, ſicut exequiæ pontificis Romani aliquot milibus librarum cæræ peragũtur: quæ res & diuinum teſtatur honorem, & homines ad gratiam animæ defuncti commouet: deinde exteriores illæ cæremoniæ alios homines ad orandũ pro defunctis admonent. Gerſon Vnde & Gerſon Chriãniſſimꝰ ille Cancellarius inquit in tract. de ſoli. Eccleſiarũ, parti. 22. Videbis circa perſonam affinem cõferẽtis referre q̃plurimum, ſi uiderit per ſucceſſiones tẽporum & generationum ꝙ talis parens eius uel affinis talis pię fuit ſollicitudinis, ut pro ſe & ſuis talia fieri conſtitueret pietatis officia: Nonne mouetur ac cõmouetur perinde preces cum gratiarum actione & laudibꝰ deo referre, nõne probabile eſt eundem animandum fore, ut quemadmodum ille fecit, ſic & ipſe faciat, atq; ut minimũ cõmouetur inde ad orandum pro eo & omnibus maioribus ſuis.

Diſcat hinc quilibet homo adfectum ſuũ dirigere rectumq; habere in eiuſmodi ap-

paratu

paratu ſepulturæ, in erigendis tabulis, in ornandis ſepulchris, in cōmemorationib⁹ inſtituendis, ut omnia hęc fiant ſecundum ſpūm non carnem, ne occaſio detur hominibus deridendi magis & indignandi, q̄ ꝓ defunctis orandi illiuſq; compatiendi: nam ubi primū quis ſe ultra ſtatus ſui cōditionē extollit, nihil inde niſi calumnia ſequitur.

Gene. 23 De ornatu ſepulturæ ex ſacris literis iam anteq; audiuimus, quanti mercatus ſit Abraham ſepulturā coniugis ſuæ: Chriſtus dn̄s Matth. 27 quāuis in paupertate natus, educatus, cōuerſatus Iohan. 19 & mortuus, honeſte tamen uoluit ſepeliri: in pſentia magnorū hoim, in monumento nouo, & eiuſmodi quidem, in quo ipſe Ioſeph ab Arimathia uoluit ſepeliri. In Hiſtoria Machabæorum legitur, quomodo 1. Mac. 13 Symon Machabæus ſuper monumentum patris & fratrū ſuorum ędificium extruxit amplum & uiſu conſpicuum atq; ſublime ex lapidibus politis ante & retro, erexit deſuper piramides ſeptē, ſemper unā contra un̄ patri & matri & 4. fratribus. Atq; ijs circumpoſuit columnas magnas, & ſuper colūnas arma ad memoriā æternā & iuxta arma, naues ſculptas &c. Hoc eſt ſepulchrum qđ fecit in Modin uſq; in hunc diem. O homines illos religioſos, o ſanctā pietatem, quæ nunc æuo eſt rariſſima nr̄o.

3. Priuſq; ad utilitates ſepulturæ perueniam, dicendū nōnihil eſt de modo quo reponendū eſt corp⁹ in ſepulchrum: neq; hic nos ntromittimus ad illa quæ ueteres habuerunt Hierony. in uſu: ſicut ea recenſet Hiero. li. 2. contra Iouinia. q̄m Maſſagetæ & Derbites miſerrimos putant qui ægrotatione moriant̄: unde & parentes & cognatos & ꝓpinquos quū ad ſenectā uenerint, iugulatos deuorant, rectius eſſe dicentes, ut a ſe potius q̄ a uermibus comedant̄. Tibareni quos dilexerint ſenes ſuſpendūt in patibulis: Hyrcani uolucrib⁹ & canib⁹ ſemiuiuos ꝓijciunt: Caſpij iiſdem beſtijs ſed mortuos, Scythæ eos qui a defunctis amati ſunt uiuos infodiunt cū oſſib⁹ mortuorū: Bactri canib⁹ ad hoc ipm nutritis obijciunt ſenes: Romani cadauera cōburebāt, cineres autē repoſitos in urnis condebant in editis monumentis, alioſq; mores uarios obſeruarūt circa ſepulturam mortuorum.

Aiunt Iudæos quondā defunctorū ſuorum corpora erecta conſtituiſſe in ſepulchris: unde Abraham ſepulturā ſuā ſpeluncam uocat duplicem: Magiſter in hiſtoria Hi. ſcho. putat in ſuperiori ſpelunca iacuiſſe uiros, in inferiori condita fuiſſe corpora mulierū. Alij exiſtimant ſupremā partē inſtar ſcamni fuiſſe cōpoſitam ubi ſuperiores corporū partes uelut inſederint, dependētib⁹ pedib⁹ ſup inferiorē partē porrectiorē. Atq; id ita ordinaſſe Adamū inq̄t, qui ibidē ſit ſepultus ut multi affirmant. Vide Hiero. & quę adnotauimus ipſi Tomo 1. fol. 178. Vetus ea eſt Chriſtianorum conſuetudo ut repoſito capite uerſus occidentē pedes porrigantur ad ortum ſolis, quo ſignificet̄ cupere defunctum ab occidēte mortis pertingere ad orientem reſurrectionis, a terra peruenire ad coelum: q̄uis enim id totum in anima ſitum eſt, interim tamen malum nō eſt, hoc etiam ipſum repręſentare in corpore exterius: ſicuti S. Antonius inuenit B. Paulum primū hæremitā in genibus procumbentē, erectiſq; manib⁹ ſic reclinantem quaſi in oratione poſitus eſſet: tandem uero uidit eū mortuū eſſe. Atq; eodē mō uolunt doctores etiā Chr̄um iacuiſſe in ſepulchro: ſicut in homi. die Paſchę diſſeruim⁹.

Nunc tandē ad illud qđ in hac re pręcipuum eſt ꝑueniamus, dicturi de utilitatib⁹ ſepulturæ, quę quum plurimæ ſint, primo loco numerabimus hanc ꝙ non parum facit ad cōfirmandā fidē reſurrectionis. Sic Daniel inquit: Multi de ijs q̄ dormiunt in Danie. 12 terræ puluere, euigilabūt, alij in uitā æternā, alij in obprobriū. Atq; ideo nōnulli Epitaphij loco adſcribunt iſtud Iob: Scio ꝙ Iob. 19 redemptor meus uiuit, & in nouiſſimo die reſurgā. Vnde & ſcriptura mortuos dormire aſſerit, ut ait Paul⁹: Nolo uos ignorare de dormiētibus, ut nō cōtriſtemini, ſicut & 1. Theſ. 4 cæteri q̄ ſpem nō habēt. Tā em̄ facile ē deo ſuſcitare mortuū, q̄ nobis dormiētē. Eaq; ſententia eſt Augu. in li. de. cu. ꝓ mor. agen Auguſti. da. Et li. 1. de ciui. dei c. 13. Corpora etiā defunctorum ſub prouidentiam Dei cadunt, non ꝙ in eis ſit intellectus, ſed ad cōfirmandam reſurrectionis fidem. Ideo enim & Patriarchæ in terra promiſſionis uoluerūt ſepeliri, ubi credebant Chriſtum

& naſciturum & moriturum, cuius reſur-
rectio reſurrectionis noſtræ cauſſa eſt, ut af
1. Cori.15 firmat Paulus.
2. Neq; parum conducit ſepultura etiã
mortuis, quoniam per eam amici illorũ ad
monentur ad recordandum ipſorũ, & deũ
pro eis orandum: nam ob id monumentũ
dici ſolet, q̃ mentẽ nr̃am moneat alicuius,
Auguſti. ſicut Augu. teſtatur c.4. de cu. mor. agen.
Gregori. Et conſentit Grego. dicens: Quem grauia
peccata non deprimunt, hoc prodeſt mor-
tuis ſi in Eccleſia ſepeliant̃, q eorũ proximi
quotiens ad eadem ſacra loca conueniunt
ſuorum quorũ ſepulchra cõſpiciunt, recor-
dantur: & pro eis dño p̃ces fundunt 13.q.
2. quum grauia. Vide illum li.4.dial. quo-
niã ſic quilibet amicus cogitare debet, qua-
ſi dicat iſte ſepultus: Memor eſto iudicij
Eccle.38 mei: ſic.n. erit & tuũ, mihi hæri, tibi hodie.
3. Prodeſt etiam ſepultura ratione loci
ſacri in quo quiſq; ſepultus eſt: nam & ſan-
cti quorum honori templum aliquod de-
dicatum eſt, pro mortuis ibi ſepultis deum
orant diligentius. Qua de re p̃clare inquit
Augu. ubi ſupra: profecto prouiſus ſepeli-
endis corporibus apud memoriã ſanctorũ
locus bonæ affectionis humanæ eſt, erga
funera ſuorũ, ut dum recolunt ubi ſint poſi-
ta eorũ, quos diligunt corpora, eiſdem ſan-
ctiſ illos tanq̃ patronis ſuſceptos apud do-
minum adiuuandos orando cõmendent.
Quapropter uult Augu. non tm̃ prodeſſe
mortuis ipſa in ſe loca ſancta, quantũ quum
cõmendant̃ illi interceſſioni ſanctorũ quo-
rum nomini & honori eiuſmodi tẽpla ſunt
ſacrata. Diſce hinc tu, quotienſcunq; per-
tranſis cæmiterium aliqd', aut pro tuis pa-
rentibus oras, implorare deũ ut eis requiẽ
donet æternã: inuoca & patronũ eius loci
dic: Regina cœli Maria: S. Bartholomee
(Huic.n. ap'lo dicatũ eſt templũ ubi parẽ-
tes mei Michael & Anna fœ. mem. tubam
archangeli expectant) S. Martine ora pro
animabus hic & ubiq; ſepultis &c. c. non
æſtimemus. 13.q.2.
4. Multa adhuc ſuperſunt cõmoda quę
ex Chr̃iana ſepultura pueniunt, nos rece-
ptui canemus: ubi unum aut alterũ adhuc
recenſuerimus. Magnũ.n. & hoc eſt q aïæ
defunctorũ minus affligunt̃ a ſpiritibꝰ im-
mundis: corpora eorũ fiunt minus idonea
p̃ſtigijs diabolicis exequendis. Plurima.n.
moliunt̃ malefici per mẽbra cadauerũ hu-
manorũ per quæ diabolus eos decipit: q ſi
corpus in terrã ſacrã recõditum fuerit, neq;
cum ijs, neq; cum aïabus ipſis diabolus po
teſt amplius ſua maleficia exercere: ideoq;
cæmiterium locus dicitur ſacer quieti mor-
tuorũ. Idẽ p̃ces Eccleſiæ habent in cõſecra-
tionibus templorum & cæmiteriorum, ut
inde recedant ſpiritus immundi &c.
Poſtremo confert ſepultura etiã & pdeſt
nõ parum propter orationes miniſtrorum
eius Eccleſiæ, circa quã corpora defuncto-
rum requieſcũt: q̃uis.n. ſacerdotes oẽs de-
beant pro oĩbus in uniuerſum defunctis do
minum rogare: atq; adeo Chr̃iani oẽs, p̃ci
pue tñ pro ijs qui circa Eccleſiã ſuã ſunt ſe-
pulti: hinc mos ille pmanauit, ut ſingulis
diebꝰ dñicis pro ijs fiant obſecrationes qui
in eo ipſo cæmiterio ſunt ſepulti: ſimiliter
in uigilijs & ueſperis mortuorum collecta
hæc uſupari ſolet. Deus in cuius miſerati
one aïæ fideliũ requieſcunt, famulis & fa-
mulabus omnibꝰ hic & ubiq; in Chr̃o quie
ſcentibus: da ppitius ſuorũ ueniã delictorũ,
ut a cunctis reatibus abſoluti tecum ſine fi-
ne lætent̃. Ex hoc fundamẽto teſtat̃ gloſſa
quædam melius eſſe ſepeliri in tẽplo quod
plures habeat miniſtros ſacerdotes in cultu
diuino. Qm̃ & opus miſericordiæ eſt ſepe-
lire mortuos.
Oẽs itaq; uos admoneo, imo adiurãdo
exhortor, ut diligẽter pro aïabus defuncto
rum oretis, qñ ipſi etiã adepti beatitudinẽ
pro nobis orant. Curã quoq; habere ſepul
turæ ur̃æ in loco ſacro: ſiquidẽ, & in ſacris
lr̃is pro bñficio, pmiſſa eſt ſepultura: ſicut
ait uir dei, ſolus ille in ſepulchrum deporta 3.Re.14
bitur ex filijs Hieroboam: Regi quoq; Io- 2.Par.34
ſiæ, pmiſſum eſt q in pace ueniret in ſepul-
chrum, inobediens etiam ppheta ſepultus 3.Reg.13
eſt, & qui cũ eo ſeductus erat. Rurſus pro
plaga dei habitũ eſt ſi quis nõ ſepeliebatur,
ſicuti Ioachim filio Ioſiæ dictum eſt, q ſe-
pultura aſini ſepeliendus eſſet: ſic alijs mi- Hiere.22
natur Hieremias q eijcient oſſa regis Iu- Hiere.8
da, & oſſa principum. Sapiens quoq; dum
incommoda commemorat diuitis qui di- Eccle.6
uitijs ſuis uti non audet, quum tamen hæ-
redes

redes ueros non habeat, ait eum ſepultura quoq; cariturum. Vos autem orate dominum pro fœlici fine impetrando, pro Chriſtiana ſepultura, pro omnibus fidelibus defunctis, qui detinentur in carceribus purgatorij, Dn̄s deus digneť eis requiē æternam, & lucem donare perpetuam, Amen.



Sunt qui hoc feſto legant Euangelium: Homo quidam nobilis, Lucæ XIX. Atqui illud ex parte enarrauimus in die S. Nicolai. Quia ergo plæræq; diœceſes noſtræ uſurpant Euangelium: Sint lumbi ueſtri præcincti, & illud iā explicabimus. Auguſtæ utuntur Euangelio: Homo quidam peregre proficiſcens, Matth. XXV. quod conuenit cum illo Lucæ XIX.

In feriis S. Martini
Epiſcopi Turonen. Euang. Lu. XII.

In illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſu. Sint lūbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris, & uos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs, ut cum uenerit, & pulſauerit, confeſtim aperiant *Matth. 24* ei, Beati ſerui illi, quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes, Amē dico uobis, ꝙ præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi uenerit in ſecunda uigilia, & ſi in tertia uiglia uenerit, beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcito *Math. 24* te, quoniam ſi ſciret paterfamilias, *Marc. 13* qua hora fur ueniret, uigilaret utiq;, & non ſineret perfodi domum ſuā. Et uos eſtote parati, quia quā hora non putatis filius hominis ueniet.

Homilia prima.

SI introſpiciamus Euangeliū Pauli ſiue Lucæ, uidemus ante hunc contextum docuiſſe dominū diſcipulos ſuos, fugere auaritiam, ſolicitudinem nimiam de quottidiano conuictu, faſtum quoq; & ſuperbiam: Iam porro monet eos ſemper eſſe paratos quandocunq; uiſitarit ipſos dn̄s per mortē. Ad id aūt duo p̄cipue requirunt, caſtitas corporis, & iuſtitia operum: neq; enim libidinoſus Chriſtū expectat, ſed uoluptatē turpem, quū non poſſit etiā iniuſtus iuſtū manere iudicē: itaq; dn̄s dicit: Sint lumbi ueſtri p̄cincti. ſ. per pudicitiā, & lucernæ ardentes. ſ. iuſtitiæ in manibus ueſtris, patientes ſicut ſerui expectātes dn̄os ſuos. Qn̄ aūt S. Martinus & alij quoq; confeſſores in manibus ſuis portarūt triū harū uirtutū exempla, caſtitatis, iuſtitię & patientię, merito inſtituit Eccleſia Euangelium hoc legi debere de ſanctis confeſſoribus. Sint, ait dominus, lumbi ueſtri præcincti, hoc eſt, ſancti & mundi uiuite, nam luxuriam uiris in lumbis eſſe ſitam, probat Gregorius ex iſto Iob: Virtus eius in lum *Gregori.* bis eius, & fortitudo eius in umbiculo uen *Iob. 38* tris eius (q̄ ad mulieres) lūbos em̄ p̄cigim⁹, qn̄ carnis luxuriā p̄ continētiā coartamus

quũ lumbi inſtrumẽta ſint prauæ cõmotionis & cõcupiſcentiæ carnalis, atq; adeo uaſa libidinis. Quãobrem & ſcriptura Sa-
Eccle.47 lomonem redarguit: Inclinaſti fęmora tua mulieribus, poteſtatem habuiſti in corpore tuo, dediſti maculã in gloria tua: prophanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in cæteris ſtultitiam tuam. Preterea eſſe ibi ſedem luxuriæ ſatis perſen-
Psal.37 ſit qui dixit: Lumbi mei repleti ſunt illuſionibus .ſ. diabolicis, & non eſt ſanitas in carne mea. Hinc enim & cogitationes turpes interdiu, & impura ſomnia proueniunt in nocte. Contra hoc malum armauerat ſe S.
Matt.3 Ioannes baptiſta in caſtitate: unde & lumbos ſuos præcinxit zona pellicea. Sic præ-
4.Re.1 cinctus fuit magnus ille propheta domini Helias: ſicut eum legati Ochoziæ regis deſignabant agnoſcendum. Atq; ob id præ-
Exodi.12 cepit deus in ueteri Teſtamento, non niſi ſubcinctis renibus manducari debere agnũ paſchalem. Ea cinctura ſignificat caſtitatẽ eſſe ſeruandam ijs qui agnum immaculatum Chriſtum ſuſcipere uolunt.

Hæc etiã cauſſa eſt, quur ſupplicium & pœna putredinis lumborũ & fœmorũ manebat quondã adulteras. Sic eñ præcepit
Num.5 deus in ueteri lege, ut ſi latente adulterio ſpũs zelotypiæ concitauerit uirum contra uxorem ſuam, offerat ille oblationem pro ea, oblationem zelotypiæ, ſacerdos autẽ aſſumat aquam ſanctam eam execrationibus maximis repletã, atq; iam antea amariſſimam exhibeat mulieri bibendã, quæ ſi pudica erat, nihil ei nocebant aquæ, ſed laudabatur ab omnibus, ſin aũt clam polluta eſſet & tranſgreſſa leges coniugij, pertranſibant eã aquæ maledictionis, & inflato uentre computreſcebat fœmur ipſius. Graue hoc erat olim & durũ muliebri ſexui, nunc deſijt eſſe in uſu, quũ lex grãæ regnet. Atq; hoc illud eſt quod dñs hic nos iubet cingere lumbos, ut mundi uiuamus corpore & animo. Multa in ſacris literis ſunt, quæ nos cinctos eſſe iubent & admonent, pręcingimur aũt diſciplinã bonã, cuſtodiendo nos ab omnib⁹ quæ incitant ad peccandũ, ſicut in cœnobijs peculiaris ad hoc eſt inſtituta
1.Pet.1 diſciplina. Sic Petrus ait: Propter qđ ſuccincti lumbos mentis uræ, ſobrij perfecte

ſperate. Sic Eſaias pdixit: Erit iuſtitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctorium Esa.11
renum eius. Et Iob inquit: Accinge ſicut Iob.37
uir lũbos tuos, ĩterrogabo te & rñde mihi.

2. Sequitur: Et lucernæ ardentes in ma- Gregori.
nibus uris. Ait Grego. quia minus eſt, mala non agere, niſi etiã quiſq; ſtudeat & bonis operib⁹ inſudare, & ptinus ſubdit: Et lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus, quum per bona opera pximis noſtris lucis exempla monſtramus, de quibus profecto operib⁹ dñs dicit: Luceat lux ura corã hominibus ut uideant opera ura bona, & glo- Matth.5
rificent patrem ueſtrũ qui in cœlis eſt, duo aũt ſunt quæ iubent, & lumbos reſtringere, & lucernas tenere, ut & mundicia ſit caſtitatis in corpore, & lumẽ ueritatis in operatione. Siquidem redemptori noſtro alterum ſine altero placere nõ poteſt, neq; magna eſt ſine bonis operib⁹ caſtitas, neq; ſine caſtitate opus eſſe bonum poteſt.

Theoph. aliter hæc v̈ba exponens: Sint, Theoph.
inquit, lumbi ueſtri pcincti, hoc eſt, parati eſtote ad operandũ in cultu & miniſterio meo: lucernas quoq; geſtate .i. non in tenebris neq; ſine intelligentia ambulate, quia lucernã uerbi geſtare debetis. Vnde diſcatis quid uos oporteat facere. Putat idẽ intelligi hic uitã actiuã, ij eñ qui illã uiuunt ſuccincti ambulant, & ideo lucernis opus habent. Qm̃ ita actiua dono iudicij æget & intellectus, ut quiſq; ſciat, qđ & quõ agere debeat ac poſſit: nãq; multi quũ multa bona fecerint, neq; in manib⁹ ſuis lucernas habuerunt, minus recte fecerunt, eo ꝙ per ipſos factũ bonũ quidẽ eſt, ſed factũ tñ nõ bene. Video nonnullos alios per lumborũ pcinctionẽ intelligere oĩm mundanorum impedimentorũ obiectionẽ, ut in uia mandatorũ dei firmius poſſimus mentium noſtrarũ infigere pedes. quia quiſquis diſcinctus ingredit, iã impedimentũ habet quo minus libere incedat. Miles ad bellum inſtruens ſe pcingitur, adſumens gladium ſuper fęmur ſuum, Et tu qui miles cupis eſſe Chriſti, lumbos quoque tuos ſuccinge, omnia tranſitoria & impedimenta mundi ſemoue, ut pugnare poſſis, non aduerſus carnem & ſanguinem, ſed contra prin-

cipes

cipes & poteſtates tenebrarũ mundi hu-
ius: Sic nimirum militem ſuũ inſtruit Pau-
Ephe. 6 lus, quum iubet eum ſuccinctũ ſtare lum-
bos ſuos in ueritate, indutum lorica iuſti-
tiæ, & calceatum pedibus in præparatio-
nem Euangelij pacis. Quiſquis talis eſt, ut
S. Martinus, S. Vuolfgangus, S. Vdalri-
cus, & alij quidam, illi cũ lucernis ſuis ſunt
in exemplum alijs proponendi, ſicut domi
Math. 5 nus ait: Nemo lucernam accendit & po-
nit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum
ut qui ingrediuntur lumen uideant.

Diceres autẽ: Video docere dominum,
ꝙ lucernæ ſint in manibus geſtandæ, hoc
eſt, opera bona palam facienda ad ędifica-
tionem & exemplum proximorũ, quur er-
Matth. 6 go idem alibi prohibet, iubens eum qui o-
rare uelit, ingredi cubiculum & clauſo illo
orare patrem ſuum cœleſtem? Responde-
tur, ꝙ imperfecti homines, quos facile ex-
tollit & titillat laus hominum, quiq; opus
bonum conuertunt in ſuperbiam & ambi-
tionem, illi nimirum debent hoc facere
occulte, qui autem perfecti ſunt, uel in ſta-
tu perfectionis conſtituti, opera ſua bona
uidentibus alijs facere debent ut eis præbe
ant exempla uirtutum: ſicut de Hierarchis
Dionyſi. Eccleſiæ teſtatur Diony. ꝙ lucere debeat
per gratiam doctrinæ & prædicationis er-
ga rudes & ignaros, per correptionẽ & cõ-
ſilium erga errantes, per gratiã & uirtutem
in peccatores. Sic lumen uerũ & ardens ha
buit Chriſtus, qui dixit: Ego ſum lux mũ-
Iohan. 8 di, qui ſequit me nõ ambulat in tenebris,
ſed habebit lumen uitæ. Multa hic dici poſ
ſent de lumine uerbi diuini, de quo Dauid
Pſal. 118 inquit: Lumen ſemitis meis. Extendi poſ-
ſet de lampade & oĩb9 ijs quæ pertinent ad
illud, ſed uolens ꝑtermitto. Vnũ hoc con-
ſtat, ꝙ quiſquis uerũ lumen fidei ſuę accen
derit in Eccleſia Chri, ei nõ delebitur uel ꝑ
infidelitatẽ, uel hæreſim, uel quælibet erro
rem: ſed ut Sapiens inquit: Lumen eius nõ
Proue. ul. extinguet in nocte. Poſſet inſuper ex eo qđ
Luce. 11 ait dñs: Lucerna corporis tui eſt oculus tu
Math. 25 us, nonnihil dici de lumine intentionis &
adfectus. Atq; ex parabola illa de decẽ uir
ginibus poſſet inferri aliqd de lumine hone
ſtæ cõuerſatiõis. Quãuis aũt oĩa hæc affa-
tim habuerit S. Martinus: ſicut ex uita ſua
manifeſte cernitur: ſuperſedemus tñ omni-
bus ijs commemorandis, cauſſa breuitatis.

3. Porro inquit dñs: Et uos ſimiles ho-
minib9 expectantib9 dñm ſuum, qñ reuer-
tatur a nuptijs. Explicans hæc Grego. ſic Gregori.
ait: Ad nuptias dominus abijt, quia reſur-
gens a mortuis & aſcendens in cœlum, ſu-
pernam ſibi angelorum multitudinem no-
uus homo copulauit, qui tunc reuertitur
quum nobis iam per iudicium manifeſtat.
Paulo aliter exponens hoc idem Theoph. Theophi.
dicit: Quis hic eſt dominus, ꝗ Chriſtus Ie
ſus? qui humanam quidẽ aſſumpſit natu-
ram: & ſicut ſponſum copulauit ſibi & nu-
ptias fecit, in carnem unam ei adiungendo
Imo nõ unas fecit nuptias, ſed multas, q̃ti-
tidie enim nuptiæ fiunt in cœlo ſanctarum
animarum, quas ei cõmendat Paulus, uel 1. Cori. 11
ſi quis ſimilis Paulo, uirginem caſtam. Ab
iſtis cœleſtib9 nuptijs reuertitur ille, uel in
conſummatione ſeculi, uel inſperato, in cu-
iuſlibet hominis morte: Beatus autem ſer-
uus quem inuenerit dominus lumbis ſuis
præcinctum, paratum ſeruire deo, & qui
habet lucernam rationis & iudicij, & con-
templationis in manibus ſuis.

Poteſt etiam ille domini aduentus intelli
gi hoc modo, ut ueniat dñs cõſcientias no-
ſtras per grãm uiſitare & uiſitando purifi-
care: tunc aũt ille pulſat, qñ per tormenta
morborũ ſignificat mortẽ præ foribus im-
minere. Quiſquis ergo uixit ſecundum uo
luntatem dei & legis ſuæ pſcriptum, lætus
ex hoc ſæculo migrat, ſed qui male uixit,
cum timore & tremore morit: ſicut ad iudi
cis aduentum, quum gaudeant boni, trepi
dant tamen & horrent mali. Sic lætus fuit
& gaudio plenus Paulus, quũ dixit: Ego 2. Tim. 4
iam delibor & tempus reſolutionis meę in-
ſtat, bonũ certamen certaui, curſum cõſum
maui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt
mihi corona iuſtitiæ, quã reddet mihi dñs
in illa die iuſtus iudex. Talis fuit S. Marti-
nus, q graui infirmitate pſſus, flentib9 fra-
tribus ſuis dixit: Dñe ſi aũt adhuc populo
tuo ſum neceſſarius, nõ recuſo laborẽ, fiat
uoluntas tua. Enumerari hic poſſent bono
rum ſeruoũ conditiones, atq; deiñ myſtice
referri ad piũ & Chrianũ hoĩem, qm ſerui
fideles multũ ſunt ſolliciti, meticuloſi, & de

ſyderiū habent magnū dominorum ſuorū.
Mali autē leues admodum ſunt & faciles,
neq; magnopere curant etiamſi domini tar
diſſime aut nunq; redeant. De aduentu do
Tomo. 1 mini multa diximus tempore aduentus, de
fol. 45 pulſu dei & noſtro &c.

Beati ſerui quos quū uenerit dominus,
inuenerit uigilantes, ij nimirum qui uigi-
lant in cordibꝰ & conſcientijs ſuis, quotti-
die cogitantes ſe eſſe morituros, ſicut de eis
Eccle. 39 inquit Sapiens: Cor ſuum tradet ad uigi-
landum diluculo, ad dominum qui fecit il-
lum, & in conſpectu altiſſimi deprecabit.
Sic Dauid facere conſueuit, uti clamitat ad
dominū: Deus deꝰ meus ad te de luce uigi-
Grego. lo. Vigilat autem qui ad aſpectum ueri
luminis oculos apertos tenet. Vigilat qui
ſeruat operando quod credit. Vigilat
qui a ſe torporis & negligentiæ tenebras re
pellit, Beatꝰ ergo ſeruus ille uigil, cuiuſmo-
1. Cori. 15 di ſeruis Paulus ait: Euigilate iuſti, & noli-
te peccare.

4. Quum iam recenſuit dominus quid
nam diſcipulis ſit facto opus, & ꝙ beati ſint
futuri, ſi ſic uigilantes inueniantur: iam por
ro beatitudinē illam eis inſinuat, oſtēdens
quid eis facere uelit, & ait: Amen dico uo
bis ꝙ præcinget ſe & faciet illos diſcumbe-
re, & tranſiens miniſtrabit illis. Verba hæc
Gregori. ſimpliciter intelligit Grego. præcinget ſe
id eſt, ad retributionem præparabit, & fa-
ciet illos diſcumbere, hoc eſt, in æterna qui-
ete refoueri. Tranſiens miniſtrabit eis, quia
ſatiat ipſos luminis ſui ſaturitate, dum eos
extollit forma humanitatis ſuæ ad cōtem-
plationem diuinitatis. Tranſitus igitur il-
le ſuus ipſam adductionem ſignificat no-
Theoph. ſtram ad aſpectum claritatis ſuæ. Theoph.
in præcingendo accipit hoc, ꝙ non omnē
ſuam excellentiam cognoſcimus, per diſcu
bitum beatitudinem intelligit corporis &
animæ, in qua tantum iam ſunt illi beati.
Quæres: Quonā præcincturus ſe ſit domi-
nus? (nam differūt cingi, & ſuccingi & prę
cingi, ſicut miniſtraturi menſæ aliquid prę
cingunt, quum accingi ſit pugnare uolen-
tium.) Reſpondetur: Quia hic in terra prę
cinxit ſe dominus faſcia humanitatis, ſicu-
ti mos eſt ut operarij præcingant ſe aliquo
uelamine: ita filius Ioſeph fabri, fabricator
mundi Chriſtus Ieſus huiuſmodi quiddā
præcinxit. Nam ſic Paulus ait: Quū eſſet Philip. 2
in forma dei &c. habitu eſt inuentus ut ho
mo. Ille per omnem quoq; uitam ſuam cru
cem preparauit, quā tandem ſuis ipſe hu-
meris geſtauit, omnibuſq; Chriſtianis ge-
ſtandam reliquit. Quum autem Chriſtus
morte ſua, mortem, inferos & diabolū ſub-
egit, ibi aliud quoddam produxit ſuccin-
ctoriū gloriæ, de quo Dauid: Dn̄s inquit, Pſal. 92
regnauit, decorē indutus eſt indutꝰ eſt do-
minus fortitudinem, & præcinxit ſe, quo-
niam illi data eſt omnis poteſtas in cœlo Matt. ult.
& in terra. Sic præcinxit ſe dominus glo-
ria angelorum & ſanctorum omnium. Hac
tanta gloria decoratus ille facit diſcumbe-
re ad cœnam agni beatos, ſeq; ipſum, panē Lucæ. 14
cœleſtem eis præbet manducandum & ue
ſcendum. Quæ cœna eſt nunq; deficiens,
in qua pro ſuo quiſq; merito collocatur, iu-
xta illud quod ait dominus: Vado parare
uobis locum, quem ubi parauero uobis, ue Iohan. 14
niam & adſumam uos ad meipſum.

Tranſiens hic dominus miniſtrat ſuis,
quod miniſterium in eo ſitum eſt quod be-
atos illos ſatiat, ſicut inquit Pſalmiſta: Sa- Pſal. 16
tiabor quum apparuerit gloria tua. Ipſe
etiā dominus ait: Si quis ꝑ me intrauerit, Ioan̄is. 10
ſaluabitur & ingredietur & egredietur, &
paſcua inueniet. De tranſitu Chriſti ſiue
reditu potius in cœlum poſt diem iudicij,
conſtat ex multis locis ſcripturę. Tranſi-
tum quoq; hunc dominicum intelligunt,
qui in uita contemplatiua ſeſe exercent, il-
li etiam eum explicant fere hoc modo.
Quum deus in eſſentia ſua ſit infinitus &
incōprehenſibilis, interim tamen diuinita-
tis ſuæ radium quendam & fulgorem exhi
beat beatis, ij ſi quando funditus bonitatē
ſuam ſapientiā & potentiam ſcrutari atq;
intelligere uolunt, iam tum tranſit eis do-
minus, ita ut nulla creatura indagare poſ-
ſit. Tranſitus hic ſublimis eſt & arduus,
quoniam ſpiritus hominis beati ſemper ex
uno gradu comtemplationis in alium de-
ducitur continue: ſicq; dominus qui ſupra
q̄ dici aut intelligi poteſt bonus: ſapiens
quoq; eſt & potens ſemper tranſit, multis
paraſangis omnem humanū excedens in-
tellectum.

(Hoc

(Hoc eſt Theologiæ negatiuę opus, ſicut etiam applicuimꝰ in cõmẽtarijs noſtris, ſuper *Dionyſi.* Dyoniſium, de myſtica Theologia in fine: De recubitu autẽ beatorum, & tota menſa myſtica Beatorum, uide elegantiſſimam, ſpiritu Dei plenam, S. Dionyſij ad Titum condiſcipulum Suum, licet non ſit pro rudi plebe, tamen uel coram clero Religioſis, aut Monialibus appoſitiſſime poſſet adaptari,)

5. Sequitur: Etſi uenerit in ſecunda uigilia & ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit: *Hierony.* Inquit Hiero. ſtationes & uigiliæ militares in terna horarum ſpacia diuiduntur, ita ut toti nocti cuſtodię quattuor tribuãtur: Eo ergo ꝙ plures hic cuſtodias proponit dominus, incertam uult ſignificare ſui aduentus horam, ſicut & illi qui ciuitatis mœnia cuſtodiũt, incerti ſunt qua *Grego.* hora irruent hoſtes, Grego. putat per has tres cuſtodias deſignari tres hominis ætates, infantiam, pueritiam & ſenecutẽ, hoc modo ꝙ qui bonum operari non uult in prima ætate, at ubi adoleuerit, incipiat eſſe frugi, id ſi nõ facit, ſaltem grandæuus conuertatur ad dominum.

Quur autem hic dominus primam cuſtodiam commemorat tantum, & in Mar*Marc.13*co quattuor recenſet, dicens: Vigilate, neſcitis enim quando dominꝰ domus ueniat ſero an media nocte, an gallicantu an mane, prima ſiquidem uigilia eſt intempeſta nocte, ſecunda durat uſq; ad conticinium, tertia a medio noctis per tres horas, quando homines incipiunt ſomniare, ſolq; ab angulo noctis moueri uerſus diem noſtrũ, tunc etiam paulatim aues garriunt & can*Matth.26*tillant, ſub ea uigilia Petrus negauit dominum. Poſtrema porro uigilia protenditur ad tempus antelucanum illuceſcente iam die, quãdo placidiſſimus eſt ſomnus: Quo tempore Chriſtus uenit ad diſcipulos in mari, hic autem duas tãtum uigilias quur tandem commemorat: Reſpondetur, quia primæ ideo non meminit, ꝙ primam rudemq; adhuc ætatem ſignificat, de ea ſic *Deut.1* ait dominus, filij ueſtri qui boni ac mali ignorant diſtantiam: Quarta etiam uigilia hic a domino nõ numeratur quia ætas decrepita ad delirium tendens uirtute omni deſtituitur. Addit hinc parabolam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur uenturus eſſet: Attendant hæc tepidi Chriſtiani, tardi exiſtentes ad omne opus bonum, diſcãt imitari patreſfamilias, quoniam fur ſubito irruens mors eſt inopinato ſuperueniẽs, furem hunc obſeruaturi uigilemus ſolerter omni hora, mortem præ oculis habentes, iuxta cõſilium ſapiẽtis: In oĩb. operib. tuis memorare nouiſſima tua & in æternũ *Eccle.7* non peccabis: Concludendo igitur admonet nos dominus, iubens nos eſſe paratos quia qua minime putamus hora filius hominis ueniet, recte filius hominis, ſiquidẽ in ſpecie humana iudicaturus, ſecundum illud, pater non iudicat quenquã ſed omne *Ioh.5* iudicium dedit filio: Quando autem uenturus ſit Chriſtus, noſque morituri ſimus, id ſane nos latet, quoniam ut nihil nobis morte certius, ſic hora mortis nihil eſt incertius, ſed & illud quod ignotum nobis uoluit eſſe deus mortis tempus, eo factum eſt, ut ſemper ſimus parati: Vnde inſignis illa ſtulticia eſt non parare ſe morti, quum tamen ipſa mors paratiſſima ſit ſemper in capita noſtra, ſequamur itaq; etiam hic S. Martinum, qui per omnem uitam ſuam talem ſe geſſit quaſi quottidie ſiſtendus eſſet iudicio Chriſti &c.

Altera Homilia in feſto S. Martini.

QVandoquidem in nonnullis locis euangelium hoc legitur: Homo *Math.25* quidam peregre proficiſcẽs, illudque cum eo conſpirat multum quod Lucas habet c. 19. & in die S. Nicolai legitur, conſultum uiſum eſt illud paulo diligentius latiuſq; explicare, eo loco incipiendo ubi in ferijs S. Nicolai ſubſtitimus, quãuis inter utrunq; hoc Euangelium nõnulla ſit differentia, quia apud Matthæum dñs tres tantummodo ſeruos cõmemarat, quibus octo concredita ſunt talenta, hic uero decem numerat ſeruos totidemq; talenta, alias eadem utrinq; fere & expoſitio & ſignificatio eſt, ſicut in ſcholis latius diſſeri ſolet, nos ipſum Lucã adgrediamur.

Factum, inquit ille, eſt ut rediret accepto
Beda regno: Vbi Beda ſic ait, ſignificat tempus
quando in manifeſtiſſima & eminentiſſi-
ma charitate uenturus eſt, qui eis humilis
apparuit quum diceret, regnū meum non
Iohan.19 eſt de hoc mundo: Quum autem ſecunda
rio uenturus eſt choris comitatus angelo-
rum, in gloria dei patris, a quo ille regnum
iudicandi accepit eccleſiam, ut Paulus in-
1.Cor.15 quit, ꝙ regnare eum oportet donec ponat
inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum.
Tunc ſane rationem ille ponet cum ſeruis,
qualem ſe quiſqꝫ geſſerit circa dona diui-
nitus accepta, ubi rigide peragentur om-
nia: Iam ſibi quiſqꝫ diues uidetur, & poſſi-
dere hæreditatē amplam, ratus ſua iſthæc
eſſe bona, cum quibus etiam pro ſuo arbi-
trio poſſit agere omnia: Aliter autem con-
tinget in die nouiſſimo, ſic etiam qui mer-
cimonijs multa conſequutus eſt bona, uel
qui ex ſacerdotijs corraſit, uel dominus ali-
quis qui e ſubditis ſuis collegit, in ijs quili-
bet pro ſuo nutu uerſatur, tanquā uere ſuis
Math.12 & proprijs bonis: Alius eruditione ualet,
alius prudentia eminet, iſte potentia qua-
dam turget inflatus, quiſqꝫ iam pro ſua uo-
luntate agit omnia, ſed tamen interim pro
omnibus illis reddent rationem deo uſqꝫ
ad minimū uerbum otioſum: O horā duri
iudicij, memento hō, quia rationem reddi-
turus es pro omnibus illis quæ habes, quo
niam omnia habes a deo, ſicut inquit Pau-
1.Cor.4 lus: Quid habes quod non accepiſti?

Atqꝫ ideo hic dicit ꝙ uocarit ſeruos
ſuos: Citatio hæc eſt, qua omnes homines
ad iudicium uocabūtur per angelos iuſſu
tamen Chriſti, ſic dicente apoſtolo, domi-
nus in iuſſu, & uoce archangeli deſcendet
1.Theſ.4 de cœlo, atqꝫ mortui qui in Chriſto ſunt,
primi: Hæc illa erit uocatio a.4. partibus
orbis, quando clamabunt angeli: Surgite
mortui, uenite ad iudicium: Atqꝫ hoc, ait
Iohan.16 dominus, faciet, ut ſciat quantum quiſqꝫ
Beda ſit negotiatus, non quaſi nō præſciat illud
qui nouit omnia, ſed ſic ſcire dicitur, quo-
niam ſic ſcire etiam alios omnes facit aut
loquitur more humano, quia rationem
potentes cum ſeruis uolunt ſcireq̃ꝫ graui-
ter negotiati fuerint, ſic Moyſes dixit ad
Deut.13 populum: Tentat uos dominus deus ue-
ſter ut palam fiat utrum diligatis eum.

2, Venit ergo primus & ait domine Beda
mna tua decem mnas acquiſiuit: Primus
hic ſeruus ut inquit Beda, eſt ordo docto-
rum in circūciſione miſſorum qui Iudæos
adduxit ad Chriſtum, ille mnam unicam
accepit, dominum unum, unum quoque
deum, fidem unam, unumqꝫ baptiſmum et
acquiſiuit decem, hoc eſt Iudæos legi Mo- 1.Cor.15
ſaicæ ſubiectos: Et hic operationem liberi
arbitrij uidemus, quia iſte unicam tantum
mnam acquiſiuerat, lucratus per eam alias
decem, ut ait Paulus, non ego ſed gratia
dei mecum, & tamen fatetur primam illā
mnam non eſſe ſuam ſed domini ſui, quū
dicit domine mna tua: Vſqꝫ adeo in omni-
bus deo debemus deferre honorem, ſed &
lucrum ille adſcribit domino dicens: Mna
tua decem mnas acquiſiuit: Huiuſmodi Ibidem
ſeruus & Paulus fuit, quoniam ſic ait: Gra
tia dei ſum id quod ſum, & gratia eius ua-
cua in me non fuit: Intellectus hic magis
ſpiritum ſapit, quum interim alij ad literā
propius accedentes intelligant hoc de eo
qui gratiam dei accepit & exercet ut perfe-
ctus efficiatur, ſiquidem denarius nume-
rus eſt perfectiōis, ideoqꝫ illi homines per-
fectiſſimi ſunt, quales fuerunt apoſtoli &
eorum ſucceſſores, ſicut de S. Martino ca-
nit eccleſia: Hic eſt Martinus electus dei
pontifex, cui dominus poſt apoſtolos tan-
tam gratiam conferre dignatus eſt, ut in
uirtute deificæ trinitatis mereretur fieri
trium mortuorum ſuſcitator magnificus:
Seruo huic reſpondit dominus: Euge ſer-
ue bone, quia in modico fuiſti fidelis eris
poteſtatem habens ſuper decem ciuitates:
Multum hoc placet deo, ſiquis in ſeruitio
ſuo ſancto ſit fidelis, maxime circa curam
animarum & lucrum, uſqꝫ adeo eas diligit
deus: In modico, inquit, fuiſti fidelis, quia
modicum eſt quicquid eſt ſuper terram,
ſi referas ad gloriam fœlicitatis æternæ, ut
ait Paulus: Exiſtimo ꝙ non ſunt cōdignæ
paſſiones huius temporis ad futuram glo- Rom.8
riam quæ reuelabitur in nobis, & alibi: Ex
parte cognoſcimꝰ & ex parte ꝓphetamus. 1.Cor.13
Quum autem uenerit quod perfectū eſt,
euacuabitur quod ex parte eſt, idem domi
nus ait, in modico fuiſſe fidelem.

[Beda] Ciuitates autem decem, ut dicit Beda ſunt animæ per legis uerbum ad gratiam [1.Theſ.2] Euangelij uenientes, ſic Paulus ait, ad ciuitates quas adſequutus eſt: Quæ eſt ſpes noſtra, uel gaudiū aut corona gloriæ, nonne uos ante dominum noſtrū Ieſum Chriſtum, ſi nolimus a litera diſcedere longius, uidebimus facilem intellectum, ꝙ per decem ciuitates, decem accipiatur chori beatorum, nouem, angelorū, & decimus paruulorum: Voluit ergo dominus inſinuare homines in hac uita ꝑfectos, ut patriarchas, prophetas & apoſtolos, peruenturos in ſupremum chorum angelorum, ſicut in feſto. S. Michaelis dici ſolet, ſingulis angelorum choris homines inſeri.

Aduenit deinde & alius ſeruus, qui una quoqꝫ mna, quinqꝫ alias eſt lucratus, & illum dominus conſtituit ſuper quinqꝫ ciuitates, fideles ſeruuos omnes laudat dn̄s, Quo exemplo diſcant, deinde ſeruos ſuos ob fidelitatem tractare benignius, nō ſuccenſere ſemper & indignari, ſic enim ait ſapiens, [Eccle.7] non lædas ſeruum in ueritate operantem, neqꝫ mercenarium dantem animā ſuam, ſeruus hic ꝗuis non tantum lucratus, neqꝫ iam fidelis fuerat ut primus, tamē laudatur a domino, ſic cuiqꝫ nouit deus dare [Ioh.14] iuxta meritum ſuum, quia in domo patris ſui manſiones multæ ſunt, & remunerationes diſtinctæ, [Auguſt.] Auguſt. exponit mnas illas de intellectu & operatione, intellectū docet diffundi in ſenſus quinqꝫ: Expoſitio pulchra eſt & ad ſenſum ſpiritualem plurimum accommoda, ſed quia nimis recedit a litera, ſuperſedeo.

3. Iam tandem ignauus procedit ſeruus ferens mnam ſuam in ſudario: Vbi [Auguſt.] Auguſtinus ait lib. 2. de quæſt. Euange. cap. 46. quia ſudario imponere eſt cum torpore, & ignauia infirmari, neqꝫ uelle ſeruire uerbo, ſunt enim homīes quidā adeo peruerſi, ut ſibi ipſis blandiantur, rati ſatis hoc eſſe, ſi de ſe quiqꝫ reddant rationē, nec ultra requiri, alijs uel prædicari uel miniſtrare, quum tamen apud dominum etiam illi ſint inexcuſabiles quibus lex data non eſt, neque audito Euangelio dormierunt, quia per creaturam poterant cognoſcere creatorem: Concordat Beda, [Beda] qm̄ pecuniā in ſudario ligare eſt ꝑcepta dona ſub otio [Theoph.] lenti corporis abſcondere. Theop. porro, dominus, inquit, mortuus ſudario inuolutus fuit, [Ioh.19 & 11] & Lazari facies in ſepulchro ſudario obuoluta fuit, merito igitur ignauus ille ſudario inquit, reconditum fuiſſe donum: Mortuum enim illud fecerat & ineſficax, non euoluens neqꝫ lucrum faciens. Huiuſmodi homo per fatuū iſtum & ſtolidum Nabel deſignatur, qui panem ſuum [1.Reg.25] & carnem ſoli ſibi ſeruare cupiebat, nihil uolens Dauidi & ſeruis eius in extrema etiam neceſſitate communicare, quūqꝫ ſeruus in ſe inutilis eſſet, adhuc tamen aſtute & callide agit, fucum quærens atqꝫ prætextum malitiæ malum id omne conijcit in dominum (homines ij peruerſiſſimi ſunt) & illi quattuor hæc intentat: Primo ꝙ ſibi fuerit occaſio mœtus, reſpectu tam ſtrictæ & arduæ rationis, deinde quia homo durus ſit, & auſterus: [Theoph.] Inſuper tollens quod non poſuerit: Poſtremo ꝙ metat ubi non ſeminarit: Talia multi prętexunt, nolentes enim ullis prodeſſe, dicunt ꝙ ubi non ſeminauerit deus bonam indolem, & aptitudinem, illinc ne requirat meſſem. Me, inquiunt, non fecit induſtrium, & ad docendum idoneum, & quid a me exigitur, ut in fructum faciam? Auguſtinus putat hoc [Auguſt.] ipſum eſſe metere quod non ſeminarit ille, impietatis reos etiam eos tenere, quibus uerbum legis aut Euangelij non eſt miniſtratum, neqꝫ enim ij quibus lex data non eſt excuſati ideo ſunt, quia ex creaturis æternam creatoris ſui uirtutem & diuinitatem poterāt cognoſcere, ut teſtatur Paulus: [Rom.1] Quidam peccatores incuſant deum quaſi nimis aſperum & durum, eo ꝙ propter uoluptatem temporalē ipſos puniat [Matth.25] [Matth.12] ſupplicio ęterno, quodqꝫ ex ſingulis uerbis otioſis rationem expoſcit, ſic ignaui exemplum Loth prætexunt, ꝙ & ipſi non poſſint [Gen.19] aſcendere in montem perfectionis, tantum uenire cupiunt in Segor, quod ſonat puſillum, unde nullum ſubire uolunt laborem paulo grauiorem: [Chryſoſt.] Chryſoſtomus egregie defendit dominum aduerſus fraudulentiā & mendacē ſerui huiꝰ accuſa-

tionem dicens eum in ſingulis iſtis q̃tuor eſſe mẽtitum, quia ſi dominum timuiſſet mandata eius cuſtodiuiſſet: Aut ſciebat ne dominum ſuum auſterum eſſe, ſeueritatem eius non debebat contemnere: Et quia dixit ſeruus tollere dominum quod non poſuiſſet, quanto magis oportebat eũ cogitare, quod tolleret ille ubi poſuiſſet, ſed & nouerat, quia metebat dominus ubi non ſeminaſſet, quur non magis meteret, ubi ſeminauerat ipſe.

Audite igitur ſententiam quam tulit dominus ſuper ſeruum iſtum: Ex ore tuo iudico te ſerue nequam, ſic Eliphas dixit ad Iob: Condemnabit te os tuum & non ego, & labia tua reſpondebunt tibi. Quare non dediſti pecuniam meã ad menſam, Omnis homo, inquit Theophylactus mẽſarius a deo ordinatus eſt, ut in huius mundi officina magna negotietur, ſic cum donis dei lucrum fecit Paulus dicens: Omnibus omnia factus ſum, ut omnes lucrifacerem, Beda ait, pecuniam hanc eſſe uerbum dei ſicut dicit pſalmiſta: Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum: Verbum igitur dei committi debet numularijs ad menſam, hoc eſt paratis & uoluntarijs fidelium mentibus annunciari, ſuper quam menſam, hoc eſt mentem primam audientium, nihil niſi pecunia domini, numiſma exoticum nullum reponi debet, ut ſic omnis ſermo docentis ſenſum ſequatur ſcripturæ diuinæ, non proprium aliquod ſomnium.

Iob. 15 *Theophy.* *1. Cor. 9* *Pſal. 29*

4. Tunc ait dominus aſtantibus Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet: Quiſquis dono diuino abutitur, ab eo aufertur, ſic multos uideas qui diuitijs & honoribus habundarunt, perijſſe, eo forſitan ꝙ erant abuſi, & ideo ſubtraxit illis dominus: Quidam prouincias totas eaſꝗ populoſas, immenſos ducatus & dominia habuit, nũc miſer in exitium profligatus nihil habet, ita deus huic mnam ſuſtulit & dedit ei qui decem mnas habebat: Per hoc ait Auguſtinus ſignificari & illum poſſe amittere munus dei, qui habens non habet, id eſt eo non utitur, & in eo augeri qui habens habet, hoc eſt bene utit̃, ſic ſcriptũ eſt angelo Epheſi, niſi pœnitẽtiam egeris mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, ſic factum eſt, & contigit Sauli, qui quum gratiam dei per ſuperbiã & inobedientiam amiſiſſet, data ea eſt Dauidi, ſicut regum teſtatur hiſtoria, directus eſt ſpiritus domini in Dauid, & inde ſpiritus receſſit a Saul, ſic angelo Philadelphiæ dicitur: Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam, ſic Eſau iuſticiam primogenituræ amiſit, & frater eius Iacobus conſequutus eſt eam, ſic eandem Ruben perdidit & Ioſeph adeptus eſt: Atꝗ ideo commutauit manus ſuas Iacob ſuper duos filios Ioſeph: Effraim & Manaſſe, hinc admirantur multi, unde fiat ꝙ qui antea multis donis habundant, ea ipſis augentur quum interim plærique alij in paupertate desordeſcant.

Auguſt. *Apoc. 2* *1. Reg. 16* *Apoca. 3* *Gene. 25 & 48*

Eius rei rationem reddit dominus, oſtendens iniquum hoc non eſſe: Quum enim habenti dabitur & habundabit, ei qui dona dei habet in uſu pio & ſancto, augebitur gratia dei in ipſo & erga proximos ſuos: Qui autem nihil habet, hoc eſt qui donis dei non utitur, ab eo etiam id quod habet donum auferetur, ſicuti Ioannes inquit, nomen habes ꝙ uiuas, & mortuus es: Quot obſecro ſunt qui præclaram in iuuentute ſpem de ſe præbent? dum uidentur ingenui & induſtrij, ita ut putes eos eſſe quantiuis precij, ſi paulum attendas, actum eſt, ilicet perierunt: Sic multi præcocem promittens fructum, nimis cito erumpunt, quumꝗ ſublimi gradu conſtiterint, præcipites ruunt, uerſa ſimul cum ipſis rota fortunæ, ideoꝗ deus fortuitorum iſtorum bonorum elargitor eſt, qui quia nouit aliquem donis ſibi collatis eſſe abuſum, ablata illi confert in aliũ. S. autem Martinus quum multa accepiſſet a deo dona, in tam pium uſum ea contulit, ut ſemper aucta ſint illi, acceperitꝗ ſubinde gratiam pro gratia &cę.

Apo. 3

De S. Martino pontifice inclyto.

Sanctus

SAnctus Martinus Sabaria Pannonię natus, quæ ad fluuium Raab ſita eſt non procul ab Auſtria, parentes habuit infideles, nobiles tamē ſi ſtemmata mundi conſyderes, pater enim eius ſupremus equitum ductor fuit ſub imperatoribus Conſtantio & Iuliano, ideoque in Italia educatus eſt Papiæ, inſtinctu autem diuino cōuerſus ille fuerat ad Chriſtum, decimoqꝫ ætatis anno confugit ad templum, & parentibus inuitis factus eſt. Catechumīus, hoc eſt in fide erudiri ſe permiſit: Iam uero duodennis cupiebat habitare in deſerto, ſi per corpuſculi imbecillitatem ſuſtinere potuiſſet, quod deinde tamen deuote ſtuduit adimplere: Cæterum quum imperatores edicto præcepiſſent ut militum ueteranorum filij militarent, compulſus eſt a patre ſuo etiam reſiſtens Sanctus Martinus ad militiam, annum agens 15. atque in ea triennium permanſit, uiuens in magna continentia & elęemoſinarum largitione: Quodam tempore ſub porta ciuitatis Ambianenſiū occurrit illi mendicus, cui quod daret, quum nihil iam haberet amplius, chlamydem quoqꝫ in duas partes correpto gladio diſcidit, alteram pauperi exhibuit, alteram ſibi reſeruauit qua legeretur, proxima nocte uidit Chriſtum ea chlamyde opertum dicere angelis ſuis: Martinus adhuc Catecuhminus hac me ueſte contexit, ibi tamen ille baptizatus anno. 1 . atqꝫ orante & urgente duce ſuo biennium in militia perſtitit.

Irruentibus autem Germanis, ut erant ferociſſimi, in Galliam, Imperator Iulianus Vuormatiæ militibus ſuis ſtipendia ſoluit, ubi recuſans Martinus quicqꝫ accipere, dixit militem ſe eſſe Chriſti, ideoque non licere ſibi pugnare, & cruenta gerere bella: Imperator ratus eſt Martinum id facere mœtu perculſum, dixit autē ei Martinus: Si timori hoc non fidei adſcribitur age cras prima luce inermis, ſolo tamen crucis ſigno munitus hoſtium cuneas penetrabo, ſequenti die hoſtes ultro porrectis manibus dediderunt ſe imperatori, utique per meritum Sancti Martini, qui deinde relicta militia, profectus eſt ad S. Hilarium Pictauienſem epiſcopum in Aquitaniam, qui ipſum ordinauit exorciſtam, ubi reuelauit ei deus ut domum rediret, reuerſus illuc matrem ſuam ad fidē conuertit, patre in infidelitate perdurante, in uia a latronibus miſere cæſus eſt. Quumqꝫ tunc in Sclauonia hæreſis Arrianorum inualeſceret, & eis S. Martinus ualide reſiſteret, percuſſus ſimul & profligatus eſt ab illis, profectus ergo Mediolanum occupauit cęnobium cum fratribus, ſed ibi quoque ab hæreticis Arrhianis eſt repulſus: Inde reuerſus in Galliam prædicauit ibi, fidemqꝫ Chriſti ſedulo plantauit autore Gregorio, qui ait: Tunc iam & lumen noſtrum exoritur nouiſqꝫ lampadum radijs Gallia perluſtratur, hoc eſt eo tempore beatiſſimus Martinus in Gallijs prædicare exorſus eſt, qui Chriſtum dei filiū per multa miracula uerum deum in populis declarans, gentilium incredulitatem auertit, hic phana deſtruxit, hæreſim oppreſſit, eccleſias ædificauit, & quum alijs multis uirtutib. refulgeret, ad conſummandum laudis ſuæ titulum tres mortuos uitæ reſtituit.

Grego. Turonen. lib. hiſto. ca.36

Quum autem comperiſſet S. Hilariū iam ab exilio redijſſe in diœceſim ſuam, Martinus ſe ei coniunxit, atque ne eſſet ab eo remotior, cœnobium erexit non procul ab urbe, ubi tantis inclaruit uirtutibus, ut ſanctis precibus ſuis complures ſanaret ægrotos, mortuos reſuſcitaret, in oratione continuus, peccatores qui pœnitentiā egerant ſuſcipiebat: Eodem tempore mortuo epiſcopo Turonenſi Littorio. S. Martinus tertius epiſcopus eligitur, anno . 9. imperatoris Valentis, is reſuſcitauit ibi mortuum in diœceſi, multaqꝫ alia operatus eſt miracula, ita ut autoritatis ſuæ eminentia dignitatem ſuſtineret epiſcopalem, pietate tamen oratione, ieiunio & omni humilitate uiueret ut monachus: Tēpla plurima extruxit, magnumqꝫ & illuſtre monaſterium in honore Petri, & Pauli: Tribus quoque in uicis Almaganenſi Torinagenſi & Candacenſi idolorum templa deſtruxit & eccleſias ibi erexit: Quumqꝫ

aliquando ueniſſet ad ſepulchrum anteceſſoris ſui Gatiani primi epiſcopi Turonenſis, atque inter cætera ſuæ orationis uerba diceret: Vir dei benedic mihi, audiuit uocem dicentem ſibi: Imo te oro cultor dei, ut mihi benedicere digneris: Multa quoq; miracula fecit Arthonis in Auernia. *Grego. Turonen.* Adhæc Gregorius ille Turonenſis quem ante citauimus refert in libro de gloria confeſſorum per multa capita de arbore quadam per ſignum ſanctæ crucis a Martino erecta, e cuius cortice promanans aqua ſanauit infirmos, ſimile eſt quod de palmite ſcribitur conſito a S. Martino.

Multas tentationes & afflictiones paſſus eſt a diabolo, in quem tantum ille præualuit, ut quacũq; ſpecie ſibi oblatũ agnoſceret exacte: Vnde quodam tempore apparuit ei habitu & cultu regio, purpura & diademate exornatus, dixitq; ſe eſſe Chriſtum, neq; uero Martinus eum adorare uoluit ſed dixit: Aduentum ſuum dominus noſter Ieſus Chriſtus non prædixit fore purpura & diademate conſpicuum, Atq; ideo quum nollet in eum credere niſi in hac ſpecie appareret qua paſſus fuerat euanuit diabolus & cellulam S. Martini grauiſſimo fœtore impleuit.

Quum igit̃ S. Martinus magna cum uitæ ſanctimonia plurimos annos in diœceſi ſua confeciſſet orta eſt diſſenſio inter presbyteros eccleſiæ Cõdacenſis, & q̃uis iam diu antea prædixerat fratribus ſuis imminere tempus reſolutionis ſuæ, tamen illuc profectus eſt cum multis fratribus ad reſtituendam pacem & concordiam: Re iſta pacate confecta, uolens domum redire, incidit in aduerſam corporis ualetudinem, iamq; proximam mortem ſuam diſcipulis ſignificauit, qui flentes dixerũt: Quur nos pater deſeris, aut cui nos deſolatos relinquis, inuadent enim gregem tuũ lupi rapaces, S. Martinus conuerſus ad parietem ait, domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius non recuſo laborem: Quũque ardentiſſimis uexaretur febribus, ab oratione tamen non ceſſauit: *Gerſon* Hinc Gerſon in tractatu de non eſu carnium: Martinus inquit, ſuadentes corpus in ultimo agone conſtitutum ſtramentis mollioribus confoueri, magna grauitate compeſcuit dicens, ſinite fratres ſinite, ego ſi uobis aliud exemplum relinquo, peccaui, quia ſeruum dei miniſtrum Chriſti decet in terra mori, Presbyteri accedentes hortabantur eum in aliud latus ſe reclinare ut iaceret quietius, uerum ille reſpondit, ſinite fratres ut cœlum potius intuear q̃ terram, ſicq; ſpiritus meus quod iam ingreſſurus eſt iter eius aſſueſcat: Hoc modo oculis ac manibus in cœlum ſemper intentis, inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat: Vidit inſuper & diabolum ſibi aſſiſtẽtem cui dixit: Quid hic tibi rei eſt, quid agis cruenta Beſtia, nihil in me inuenies homicida, ſinus Abrahæ me ſuſcipiet, ſic ergo ſpiritum ſuum bonis operibus elaboratũ deo reddidit, quum iam uixiſſet annis. 81. & in epiſcopatu ſediſſet annis. 26. menſibus. 4. diebus. 17. anno Archadij & Honorij ſecundo, ſalutis autem. 445. *Grego.* (Gregorius in libro hiſtoriarum) Multi ſub tempus mortis ſuæ audierunt cantantes angelos, *Sulpitius* præcipue uero S. Seuerinus epiſcopus Colonien. (ut ſcribit Sulpitius Seuerus qui tres libros ſcripſit de uita S. Martini ut Gregor. Turonen. teſtatur) is enim quum peractis matutinis precibus ex more altaria uiſitaret orans, audiuit cantantes angelos, archidiaconus autem audire non potuit, tantiſper dum pro eo oraret S. Seuerinus, qui & ipſe tandem audiens uoces ſonoras admodum cognouit ex Seuerino mortuum eſſe B. Martinum Turonen. Epiſcopum, cuius animam angeli tum deferrent in cœlum. *Auguſt.* Auguſtinus in libello de ſpeculo peccatotum ſi ſaltem titulus nõ mentitur autorem, ſerpens, inquit, ille uenenoſus diabolus & ſathanas auſus fuit cum furore impetũ facere in ſanctiſſimam B. Martini animam, qui erat, ut dicitur gemma ſacerdotũ, quã fœlicem animã præſentibus angelis euntem in cœlum impedire curabat.

Poſt diſceſſum S. Martini in oppido Condacen. conuenerant Pictauienſes & Turones de corpore B. Martini contendentes, dicentibus illis eum monachum & abbatem ſui ipſorũ fuiſſe: Turonenſib.

ſatis extitiſſe, q̄ uiuum eum habuerint epiſcopum. Verum contra uolebant ubi quis conſecratus fuiſſet & ſediſſet epiſcopus, ibidem eum ſepeliri debere: Quumque contentionem illorum nox dirimeret: Pictauienſes inſtituerunt & propoſuerunt ſe altero mane corpus B. Martini ui & impetu ablaturos: Atqui conatum hunc impediuit deus, diſponens ut profunda nocte quum altum ſilentium tenerent omnia, cunctis etiam ſopitis: Turonenſes corpus uiri ſancti per feneſtram exēptum nauiq; impoſitum deueherent per flumina uſq; in ciuitatem ſuam, ubi deus multa per eũ operatus eſt miracula: In eius rei argumentum fluxit oleũ ex tumba ipſius, quo Aridius presbyter pluresq; alij cæci liniti uiſum receperunt, atq; infirmi multi ſanati ſunt: De miraculis quæ S. Martinus in uita ſua & poſt mortem operatus eſt, iuſta conſcripta ſunt uolumina, mortuus eſt autem uir ſanctus a paſſione Chriſti anno 412. a nato uero ſaluatore annis. 445. Ad huius ſepulturam quomodo miraculoſe uenerit S. Ambr. alibi diximus, quãdo ſub officio miſſę raptus ad duas horas fuit circa ſepulchrum Martini, donec eum diaconus excitaret, ad ſe deinde reuerſus dixit mortuum eſſe. S. Martinum, ſicut ipſe rei docuit euentus S. Gregorius etiam decimus ſextus poſt B. Martinum epiſcopus Turonen. quattuor libros ſcripſit de miraculis S. Martini.

Videat qui uelit quæ S. Paulinus Nolę epiſcopus ſcripſit, quando ſulpicius Seuerus Presbyter depinxerat, S. Martinum & S. Paulinum in babptiſterio, Imaginibus addidit Verſus, Paulinus epiſtola. 12. inquit inter alia. Martinus pingitur recte in loco refectionis humanæ, qui cœleſtis hominis imaginem perfecta Chriſti imitatione portauit, ut deponentibus in lauacro terrenæ imaginis uetuſtatem, imitanda cœleſtis animæ occurrat effigies, uocat Martinum formam Iuſticiæ, ſummam uirtutum, ſpeculum fortitudinis.

Abluitis quicunq; animus & membra lauacris
Cernite propoſitas ad bona ſtrcta uias
Adſtat perfectæ Martinus regula uitæ
Paulinus ueniam quo mereare docet
Hunc peccatores, illum ſpectate beati
Exemplar ſanctis ille ſit, iſte reis.

Et Inſra.

Martinum uenerandá uiri teſtatur Imago
Altera Paulinum forma refert humilem.
Ille fidem exemplis & dictis fortibus armet,
Vt meriti palmas intemerata ferat.
Iſta docet fuſis redimens ſua crimina nummis
Vilior ut ſit res, quàm ſua cuiq; ſalus.

Martinus Epiſcopus migrauit a ſęculo, uiuit in Chriſto, Gemma Sacerdotũ.



Die feſto S. Catharinæ uirginis & martyris ſtudiorum ſtudioſorũque omniũ pręſidis. Euãg. Math. xiij

Homilia vnica

EVangelium hoc require ſupra in feſto S. Margarethæ ubi illud ex poſuimus partim, nunc reliquam eius particulam explicabimus: Regnum inquit dominus, cœlorum ſimile eſt ſagenæ miſſæ in mare, ait Hieronymus, impleto Hieremiæ uaticinio: Ecce ego mitto ad uos piſcatores multos, poſtquã audierunt Petrus, & Andræas, Iacobus, & Iohannes filij Zebedæi, ſequimini & faciam uos piſcatores hominum, contexuerunt ſibi ex ueteri & nouo teſtamento ſagenam Euangelicorum dogmatum, & miſerunt eam in mare huius ſæculi, quæ uſque hodie in medijs fluctibus tenditur capiens de amaris & ſalſis gurgitibus quicquid inciderit, id eſt, bonos homines & malos: Quum autem uenerit conſummatio & finis mundi tunc ſagena extrahetur ad littus ad ſecernendum piſces, boni mittentur in uaſa cœleſtium manſionum, malos uero torrẽdos & exiccandos gehennæ flamma ſuſcipiet: Conueniunt in hac expoſitione etiam alij doctores, commode enim eccleſia ſagenæ comparatur, quæ piſcatori commiſſa eſt Petro, ipſaq; cum rethi fidei quottidie capit homines, & ſicut piſcatores ex profundo aquarum piſces attrahunt ad littus, ſic eccleſia per prædicatores adducit peccatores ex amariſſimis aquis mundanarum uoluptatum.

Hierony. *Math.4*

Audiant hæc Neochriſtiani qui contendunt bonos tantum eſſe in eccleſia, Aliter hic docet Chriſtus bonos & malos eſſe in ſagena eccleſiæ, ſi enim boni omnes eſſent quorſum attineret quoſdam a piſcatorib. reijci: In cœlo ſoli ſunt boni, in inferno mali tantum, in eccleſia quę locum medium occupat boni ſunt, & mali cõmixti uſq; in diem iudicij, quando exibunt angeli & ſegregabunt malos de medio iuſtorum, ipſoſq; proijcient in caminum ignis, ſicut hic dominus exponit. Neq; uero mali tantum ſunt in eccleſia ſed & plures q̃ boni, quod ſignificare uolens Chriſtus ait: Multi ſunt uocati, pauci uero electi, Queritur idipſum & Dauid inquiens, Annunciaui & loquutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum: Ecce ꝙ multiplica ti ſint mali ſuper numerum iuſtorum: Rudis admodum eſt, intellectus eorum qui dicunt bonos tantum eſſe in eccleſia contra tam manifeſta Chriſti uerba, quando etiam in hoc cap. declarat mundum hunc agrum eſſe quendam ſpacioſum in quo triticum creſcat & ſimul Zizania: Ne putes autem ipſum in uniuerſum de mundo toto loqui & non tantum de eccleſia, affirmat meſſores eſſe angelos, quos miſſurus ſit filius hominis, ut tollãt de regno ſuo omnia ſcandala: Regnum itaq; Chriſti præſens eſt eccleſia, hoc ille poſt diem nouiſſimum traditurus eſt deo patri: Quãobrem Theophylactus inquit, ſuper hoc Euangelium: Terribilis eſt hæc parabola, oſtendit enim quod licet credamus, nõ habeamus autem uitam bonam, in ign em proijciemur: Ait idem ſagenam hanc ex doctrina prophetarum contextam eſſe & miraculis apoſtolorum, ſicut ergo officium eſt apoſtolorum eijcere rethe & capere piſces, ita munus eſt angelorũ ſegregare bonos & malos, q̃uis idipſum facturi ſunt angeli iuſſu & loco Chriſti, quoniam ipſe ille eſt qui præcipue hircos ſepa rabit ab agnis.

Math.13 *Math.22* *Pſal.39* *Math.13* *1.Cor.15* *Theophy.* *Math.25*

2. Deinceps interrogat diſcipulos dominus an hęc omnia intellexerint, qua interrogatione attentiores ipſos facit in obſeruanda parabola, neq; enim contentus erat dominus in eo ꝙ quæ ipſe docebat audirent diſcipuli, ſed uoluit eos tanq; futuros magiſtros intelligere illa ſic ut & alios poſſent docere: Vnde diſcant prælati, ꝙ & intelligere debent uerbum dei, ſicut communiter dici ſolet duos illos apices mitræ epiſcopalis ſignificare duo teſtamenta quorum perfecta cognitio eſſe debeat penes epiſcopos, quos etiam exhortatur in hoc Dauid dicens, declaratio ſermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis.

Hierony. *Pſal.118*

Reſpondentibus apoſtolis & intelligere ſe affirmantibus ſubiungit dominus: Omnis ſcriba doctus in regno dei profert de theſauro ſuo noua & uetera, Ecce hic apoſtolos DOMINVS ſcribas ſuos, & notarios uocat, propterea

ꝙ uerba

ꝙ uerba ſaluatoris conſcribunt in membra
Hierony. nis mentis ſuæ cum ſacramentis regni cœ-
lorum, protulerũt illi inde noua & uetera,
quia quicquid in Euangelio prædicabant,
lege & prophetis confirmarunt: Nouum
adhuc erat Euangelium, recens etiam in-
carnatio Chriſti, mors & reſurrectio eiuſ-
dem: Veteres tamen hæc agnouerant ſed
in figuris & obumbrationibus typicis, per-
reuelationes tantum, atqui oculis ea uide-
bant apoſtoli, quibus ideo dixit dominus:
Luc.10 Multi reges & prophetæ uoluerunt ui-
dere quæ uos uidetis, & non uide-
runt: Atq; hoc opus & officium eſt docti
Can.7 ut noua calleat & uetera, id deſignare uo-
lens inquit, ſponſa in canticis: Omnia po
ma noua, & uetera, dilecte mi ſeruaui tibi,
Ideoq; dominus eos non ſcribas tantum
uocat & ſimpliciter doctos, quales fuerant
etiam prophetæ, ſed doctos in regno cœ-
lorum, cuiuſmodi erant apoſtoli, diſſimi-
les in hoc patriarchis & prophetis.

3. Alij contextum hunc paulo ali-
ter accipiunt, non tamen contrarij ſuperio-
ribus, ſic ut per noua intelligatur gratia
& remuneratio, per uetera autem iracun-
dia & ſupplicium, gratia enim & ueritas
Ioh.1 per Ieſum Chriſtum facta eſt, uetus autem
Roma.3 in homine eſt peccatum, cognitio peccati
& iræ dei, quia per legem eſt cognitio pec-
Auguſti. cati, ſicut per Euangelium cognitio cha-
ritatis & gratiæ dei: Atq; eo forſitan re-
ſpexit Auguſtinus lib. 20. de ciui. dei ca.
4. qui probaturus iudicium extremum,
adfert primo teſtimonia noui teſt. quãuis
enim uetera præcedant in tẽpore, noua tñ
eis ſunt præferenda dignitate, & hunc or-
dinem ſeruandum eſſe dominus ipſe do-
cuit dicens: Omnis ſcriba doctus de the-
ſauro ſuo profert noua & uetera, qui ſi non
maluiſſet præferre ordinem meriti ſeriei
tẽporis dixiſſet utiq; uetera & noua, quũ
tamen inuerſo modo dixerit.

Neq; paulo apertius Paulus ipſe nos
docuit idem quum ait: Expoliate uos
Col.3 ueterem hominem cum actibus ſuis & in-
duite nouum, eum qui renouatur in agni-
tionem ſecũdum imaginem eius qui crea-
uit illum: Quur id? quia uetus ad pœnam,
nouus ad gratiam & gloriam dei pertinet,
nuſq; enim cœlum promittit uetus lex to-
ta, minatur tantum & omnino lex eſt ti-
moris, ideoque ea eſt ſententia Chriſti ꝙ Haymo
apoſtoli, & omnes ſcribæ ſui ſiue prædica-
tores proferre debent ex lege ſcripturæ ſa-
cræ, noua de promiſſione præmij, & uete-
ra de ſupplicio quod manet malos, atque
ideo qui ex charitate uenire recuſat, ſolum
timore compellatur, quem nõ inuitat gra-
tia, urgeat pœna: hunc prædicandi modũ
ipſe etiam dominus obſeruauit in parabo-
lis iſtis, quoniam prius de bonis, deinde
de malis diſſeruit, ſic promittere debent
prædicatores bonis gloriam, malis minari
ſupplicium: Vetus eſt quicquid a ueteri
Adamo proficiſcitur, noua eſt omnis gra-
tia Adæ cœleſtis: Adam primus terrenus
paradiſum pro ſe & nobis amiſit, Adam
nouus ille cœleſtis cœlum ipſum nobis
emeruit, itaque doctus in regno dei profer-
re de theſauro ſcientiæ ſuæ debet noua, &
uetera, ſic Paulus fecit, ſcribens Epheſijs,
deponite uos ſecundum priſtinam con- Ephe.4
uerſationem ueterem hominem, qui cor-
rumpitur ſecundum deſyderia erroris: Re-
nouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ &
induite nouum hominem qui ſecundum
deum creatus eſt, in iuſticia & ſanctitate
ueritatis: In eadem ſententia eſt & Chry- Chryſoſt.
ſoſtomus qui dicit: Vetus eſt ut pro culpa
humanum genus in æterna pęna intereat,
& nouum ut conuerſus in regnum uiuat,
ideo etiam hic præmiſit dominus parabo-
lam diuitis, & aliam de theſauro inuento
atq; margarita, inde enumerauit ſuppli-
cia inferni, hinc ſequitur: Omnis ſcriba do
ctus & cæt. Quaſi dicturus eſſet: Is uere
doctus eſt prædicator in eccleſia, qui no-
uum proferre poteſt de dulcedine regni,
& uetera de horrore pœnarum, ut qui uir-
tutis amore & deſyderio præmiorum non
mouẽtur, oderint ſaltem peccare formidi-
ne pœnæ.

4. Audiuimus iam ſuperius quo-
modo tres illæ parabolæ de theſauro ab-
ſcondito, de inuenta margarita & de ſa-
gena doceant omnes homines ſeruire deo,
in cultu DEI non extolli, uerbum

dei non audire tantum ſed & operibus implere, qm̄ is eſt theſaurus abſconditus, illa p̄cioſa margarita,, ea demū uera eſt ſagena: Et tamen eccleſia euangelio hoc utitur feſtiuitatibus ſanctarum uirginum, idque ideo, quia iſtæ theſauros mūdi huius omnes contempſerunt propter dominum ut theſaurum abſconditum conſequerentur in cœlis gloriam æternam, atq; ob id dimiſerunt & reliquerunt omnia quibus gaudet mundus, quoq; imbecillior eſt ſexus fœmineus, eo grauius, q̄ deſyderia ſua, carnem quoq; ipſam, uoluptatem & diuitiarum illecebras uicerunt, quumq; alias fœminæ ſint ad cultum mundiorem proniores, & rerum precioſarū appetentiores, magnam laudē meruerūt uirgines ſanctæ q̄ illa omnia contempſerunt, ſolumq; dilexerunt dominum margaritam precioſiſſimam, cuius reſpectu obſorduerunt eis mundana omnia, ſic B. Agnes dixit, dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus precioſis, dedit auribus meis inæſtimabiles margaritas: Apoſtoli uero & uiri apoſtolici quum iam retia ſuæ prædicationis eieciſſent, captæ ſunt uirgines ſanctæ tanq̄ piſciculi optimi S. Catharina, Barbara, Margaretha, Vrſula, Agnes, Lucia, Agatha, Dorothæa, Apolonia, Kunegundis, Brigitha, Otilia, & aliæ plæræq;, quæ tam ardentes fuerūt in charitate dei, ut alia omnia relinquerent, ſolamq; hanc ſeruarent margaritam, ſicut Agnes ait: Ei ſum deſponſata, cui ſeruiunt angeli, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur ei ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione committo, doctæ illæ utiq; fuerunt & in myſterijs fidei noſtræ bene eruditæ, præcipue uero S. Catharina quæ Rhetores. 50. diſputando ſuperauit, ipſoſq; ad fidē Chriſti conuertit, proferens illis de theſauro ſcientiæ qua diuinitus erat illuſtrata, noua & uetera, ita ut ipſi quoq; baptizati pro nomine Chriſti ſanguinem funderent uſq; ad mortem.

De S. Catharina

Catharina Coſti regis nata ex familia lagidarum in Alexandria a primis ætatis ſuæ rudimentis diſciplinis liberalibus erudita eſt, quas præ cæteris calluit ſubtilius, ſimul tamen credidit in Chriſtum & utriuſq; teſtamenti ſcripta reuoluit: Quum autem Maxentius ab Imperatore Conſtantino profligatus ueniſſet in Alexandriam, nuptiale ſacrum inſtituit & Chriſtianos ſacrificare nolentes afflixit, ita ut multi iam ſupplicij mætu ſacra facerent: Videns id Catharina prudenter increpauit imperatorem, cui Maxentius reſpondere non potuit, ideoq; rhetores conuocauit quinquaginta, qui audientes uirginem ex ſpiritu dei loquentem per doctrinam eius conuerſi ſunt ad fidem, eos omnes combuſſit tyrannus, ſicuti reuelatum fuerat Catharinæ in carceribus ab angelo Michaele, qui ipſam conſolatus uetuit timere.

2. Quum autem non poſſet tyrannus Catharinam nec blanditijs neq; minis a fide deterrere flagris cæſam rurſus detruſit in carceres, qui adhuc monſtrantur peregrinis in Alexandria, ubi duodecim diebus ſine ullo cibo corporali uirgo ſancta eſt detenta: Ipſe autem in Caſium montem profectus eſt, ad exercenda ludicra & maleficia ſimul quæ tractabat. Eo tēpore Fauſtina imperatoris cōiunx & Porphirius Cyrenenſis cohortis præfectus, uiderunt lumen apud Sanctam Catharinam, ad quam uenientes fidem quoq; receperunt, & baptizati ſunt cum alijs hominibus ducentis. Tyrannus reuerſus rotas quattuor ſibi oppoſitas parauit acutiſſimis clauis & ferreis machinamentis inſtructas, quas conſpicata uirgo ſancta timore perculſa dominum inuocauit ut ipſam a tam diro ſupplicio cuſtodiret.

Veniens ergo angelus de cœlo rotas diſiecit & cōminuit, multaque gentilium milia ſimul occidit, ſicut columnæ adhuc uidētur, quod quum Fauſtina cōſpexiſſet ad imperatorē ueniens ipſum increpauit, qui

qui audiens eam eſſe Chriſtianam, mamillas ei præſcindi fecit, deinde decollari, præcepit etiam ne quis ipſam ſepeliret: Hypolitus autem eam noctu ſepeliuit, & proximo ſtatim die imperator multos coniecit in carcerem extorquere uolens, quis Imperatricem ſepeliuiſſet: Hypolitus ibi ſponte confeſſus ſe feciſſe, quem ubi cognouit imperator eſſe Chriſtianum cum ducentis alijs decollauit: Poſtea Catharinam aduocauit multa ei pmittens ſi negaret Chriſtum, quumqꝫ uideret ſe ab ipſa contemni, Chriſtum uero ſuper omnes reges ab ea laudari, ſententiam tulit ut & ipſa decollaretur, quæ adducta ad locũ ſupplicij deũ rogauit pro omnib. qui ipſam in neceſſitatibus ſuis eſſent imploraturi, ubi uox audita eſt de cœlo: Veni electa mea quod petiſti impetraſti, ſicqꝫ decollata eſt, & in ſignũ uirginalis caſtitatis ex collo eius lac emanauit pro ſanguine.

Quærat aliquis: Quur tandem quum ſancti multa ſuſtinuerint ſupplicia, feras, ignem, aquas, oleum ardens, &cę. ubi tandem ad gladium uentum eſt, ſimul quoqꝫ actum eſt de eorum uita. Reſpõdetur (uide tamen Bona. diſt. 4. quarti in. 2. parte. arti. 1. q. 3.) ꝙ pœna iſta gladij ex mala proficiſcitur uoluntate, quum gladius ſit res non naturalis ſed artificialis, ideoqꝫ mirum non eſt, quando praua tyrannorũ uolũtas deo reſiſtit, ꝙ gladius ipſam exatiat, non impediente deo, reliqua autem ſupplicia proueniunt a naturali operatione, ſicuti cuiuſqꝫ rei natura a deo diſpoſita eſt, ideo non decet naturam creatori ſuo repugnare: Quumque ſanctus diuinę uoluntati ſe confirmet, ad deſignandam bonitatem dei, & in teſtimonium uirtutis, & potentiæ diuinæ, rerum natura operationes ſuas remiſit erga ſanctos dei.

Rationem hanc adſignant doctores, quur ita mortuus ſit Chriſtus in cruce, nõ in igne, non in aquis, neqꝫ lapidibus obrutus, quia non decebat creaturam aliquam in ſua naturali operatione quam a deo accepit aduerſus ipſum armari ad intentandam mortem, peruerſæ autẽ uoluntati locum ſuum reliquit deus, quæ Chriſtum clauis cruci adfixit, ut ſic ſola illa occiderit eum, non natura, non elementum aliquod, quia illa etiam condoluerunt Chriſto, ſol enim & luna tunc obſcurabantur, petræ ſcindebantur, terra mouebatur moriente Chriſto. Chatarina decollata, deus quiddã operatus eſt ſupra naturã ad confirmãdam ipſius ſanctimoniã, quoniã angeli corpus eius ſanctum ab Alexandria tranſtulerunt uſqꝫ in montem Synai & ibi ſepelierunt, ſicut petra imagines hominum multas habet impreſſas, ab homine tamen non factas, ſed illę teſtimonium præbent cuſtodiæ angelorum.

Eodem in loco requieuit corpus annis trecentis, donec ipſa reuelaret abbati qui illud in cœnobium repoſuit, ubi adhuc cõquieſcit, imago autẽ uirginis ſanctæ etiamnum uidetur in petra: Concurritur illuc per uniuerſum Chriſtianiſmum, imo & a Sarracenis qui multum tribuũt S. Chatarinæ uiſitatur, multa etiam ibi deus operatus eſt miracula per interceſſionem ſanctiſſimæ uirginis, quam & uos hodie implorare diligentius ut aduocata ueſtra ſit apud ſponſum ſuum Chriſtum dñm. &cę.



Sequitur inde com mune Sanctorum & primo de apoſtolis.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram pſal. XLIIII. Vel Ciues apoſtolorũ & domeſtici dei aduenerunt hodie portantes pacem & illuminantes patriam &cæ. Vel Iſti ſunt ſancti qui uiuentes in carne, plantauerũt eccleſiam ſanguine ſuo. Eccleſia,

Homilia prima.

COnſummare uolens dominus ſynagogã & erigere eccleſiam ſuã legemq́; Euangelicam, quãuis ipſe ſupremus eſſet eius operis architectus, *1.Cor.3* dicẽte Paulo, quia nemo poteſt aliud fundamentum ponere præter id quod poſitum eſt Chriſtus Ieſus, unde & ipſe dixit ad *Ioh.15* apoſtolos: Sine me nihil poteſtis facere, Attamen quum hoc ſit proprium deo ut *Deut.32* omnia opera eius perfecta ſint & abſolu- *Dionyſi.* ta, quamobrem etiam creaturam unam per aliam gubernat, infima deducens per media ad ſuprema, ſic eccleſia primum ſtatim perfecta non fuit, ſed oportuit eam habere infantiam, quando gentes quæ a longe erant, ſimulq́; Iudæos decebat adduci per apoſtolos, ſicut gloriatur Paulus de *1.Cor.3* ſe & ſui ſimilib. quia dei ſint coauditores, & eccleſia ipſa ſic clamat ad dominum: Te ſuppliciter exorare, ut gregem tuum paſtor æterne nõ deſeras, ſed per beatos apoſtolos tuos continua protectione cuſtodias, ut eiſdem rectorib. gubernetur quos operis tui uicarios eidem cõtuliſti præeſſe paſtores.

Et ſicut in ueteri teſtamento ſalutem hominum operatus erat dominus per patriarchas & prophetas, ita in eccleſia per *Luc.10* apoſtolos, qui ideo filij dicuntur prophetarum, quãuis illis & perfectiores & ſanctiores fuerint & a deo magis illuminati, unde & dominꝰ dixit ad eos, beati oculi qui uident quæ uos uidetis, dico enim uobis ꝙ multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis & non uiderunt, & audire quæ uos auditis & non audierunt, quãuis hoc quoq́; intereſt ꝙ prophetæ ad ſolos Iudæos miſſi ſunt, & ad ea loca in quibus Iudæi habitabant, apoſtoli autem miſſi ſunt in uniuerſum orbem terrarum, quumq́; ſynagoga Iudæos tantum haberet, in eccleſiam conuocati ſunt etiam gentiles ab ortu uſq́; in occaſum: Quod intendens Dauid: Conſtitues, inquit, eos principes &c.

Euangelium ſupra in die S. Symonis & Iudę uel S. Bartholomęi, uel aliud de apoſtolis.

ANimus eſt hic de principatu, dignitate & honore apoſtolorum nonnulla diſſerere auxiliante gratia Chriſti: Nam quum ipſi præcipui ſint in eccleſia poſt Chriſtum & Mariam, retulerit plurimum ſcire quidnam ſit apoſtolus, quod eius officium, quæq́; poteſtas faciet id ad uenerationem apoſtolorum augendam, ad excitandos animos erga honorem ipſis impendendũ: Vt autẽ commodiori ordine hoc fiat, uoſq́; melius intelligatis, & firmius retineatis, tria hæc principio dicemus, de uocatiõe, electione & confirmatione eorum: Quo ad uocationem conſtat quod neque eodem modo neq́; ſimul oẽs uocati ſunt apoſtoli, imo quorundã uocatio omnino deſcripta nõ eſt, nã de Petro: Andræa, Iacobo, & Iohãne ſcriptũ eſt, quia primi uocati ſunt a Chriſto, non quidẽ tãq́; apoſtoli ſed quaſi ad familiaritatẽ cõiunctiorẽ, ſic q̃n ſtatim poſt baptiſmũ Chriſti Iohannes Baptiſta oſtendit & *Iohan.1* digito monſtrauit illũ dicens: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi, tunc cõtinuo ſequutus eſt eum Andræas, qui deinde adduxit Petrum, & proxime ſequenti die uocauit dominus Philippum, ſic quattuor *Luc.5* illos uocauit, quando magnam piſciũ multitudinẽ cæperunt, & horrente Petro dixit *Matth.4* dominus ſe facturum eos piſcatores hominũ, qui deinde relictis omnib. ſequuti ſunt dñm, ſine dubio autẽ deinde domũ reuerſi, ad priſtinas etiã redierunt occupatiões.

3. Quum

3. Quum audiſſet dominus Iohannem
coniectum eſſe in uincula, ſeceſſit in Galli-
læam, & decollato Iohanne cæpit prædi-
care, ambulans etiam ibi iuxta mare Galli-
lææ, uocauit 4. apoſtolos, quæ demum ue
ra extitit uocatio, quia tunc adhęſerunt do
Matth. 9 mino, & ſequuti ipſum manſerunt cum eo
Vide ſupra plura. De S. Matthæo etiam
ſatis cõſtat quõ ſit uocatus, ad telonium ſe-
dens, cui dixit dominus: Sequere me, &
ſurgens ille ſequutus eſt eum. Matthias
Actu. 1 tandem electus eſt in locũ Iudæ poſt aſcen
ſionem Chriſti, de aliorum uocatione ex
Euangelio non ſatis conſtat. Porro de apo
ſtolorum electione tres ſcripſerunt Euan-
Math. 10 geliſtæ, Matthæus ſic ait: Conuocatis duo
decim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſtatem
ſpirituum immundorum, ut eijcerent eos
& curarent omnem languorem & omnem
infirmitatem, duodecim autem apoſtolo-
rum nomina ſunt hæc; Primus Symon, ꝗ
dicitur Petrus, & Andræas frater eius. Ex
Mar. 3 preſſius aliquanto ait Marcus: Aſcendens
in montẽ, uocauit ad ſe quos uoluit ipſe &
uenerunt ad eum. Et fecit ut eſſent duode-
cim cum illo, & ut mitteret eos prædicare
&c. Electionis huius meminit & Lucas.
Luc. 6. 10 Atq; aliquanto poſt, quum diu prædicaſ-
ſet, deſcribit & uocationem 72. diſcipulo-
rum. Meminit & Paulus, dedit, inquiens
1. Cori. 12 Deus in Eccleſia quoſdam apoſtolos, quoſ
Ephe. 4 dam prophetas, alios autem doctores: Et
Chryſoſt alibi non diſſimile ſcribit. Chryſoſtomꝰ hoc
magni facit, & tanq; magnificum quid ex-
tollit: ſicuti & eſt, ꝙ ex tam uaſto mundo
ex tot hominum milibus duodecim illos e-
legit dominus, quos utiq; oportuit eſſe ui-
ros multum admirandos. Tot erant in
mundo reges, principes, optimates, tanta
doctorum, ſapientum & eloquentium ho-
minum turba, atq; præ ijs omnibus tamen
ſimplices illos elegit dominus, ſed non di-
miſit ſimplices, imo per ſpiritum ſanctum
Iohan. 16 a patre miſſum edocti ſunt in omnibus.
De hac electione loquutus eſt dominus,
dicens: Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi
Ioãnis. 15 uos, & poſui uos ut eatis & fructum affera-
tis, & fructus ueſter maneat Capharnaitis
quoq; nonnullis a Chriſto deficiẽtibus pro
p ter ſermonem ab eo de ſacramento habi-
tum (ut nunc proh dolor, aliquot ciuitates
a Chriſto & Eccleſia recedũt) dixit ille ad
duodecim: Nunquid & uos uultis abire? *Ioan. 6*
Nonne ego uos duodecim elegi, & ex uo-
bis unus diabolus eſt: dicebat autem de Iu
da Symonis Iſcariotæ qui traditurus erat
illum.

2. Expedita iam hactenus uocatione
& electione apoſtolorum, reliquum eſt de
eorum confirmatione nonnihil diſſerere:
nam hoc etiamnum ſic obſeruatur, ut Epi-
ſcopus primum eligatur: deinde confirme
tur. Sic etiam apoſtoli in ſua dignitate con
firmati ſunt a Chriſto poſt reſurrectionem,
quando apparuit eis in die ſancto Paſchæ
dicens: Sicut miſit me pater meus, & ego
mitto uos. Summus ille apoſtolus & pri- *Ioan. 20*
mus, imo apoſtolorum omnium, ut ait Cy
rillus, erat apoſtolus: apoſtolus enĩ miſſum
ſonat: ſic Chriſtus dei filius in hunc mun-
dum miſſus eſt. Qui etiam miſſurus a ſe a-
poſtolos confirmauit eos, tradita in hoc of-
ficij exequutione, de miſſione apoſtolorum *Tomo. 1*
plura dicentur infra. *fol. 19*

Vnum hic commemorandum eſt quod
& alibi legimus, quoniam extra apoſtola-
tum dominus adhuc plus poteſtatis dedit
apoſtolis, quando eos ſacerdotes ordinauit
in cæna: tunc enim poteſtatem ipſis con-
tulit ſuper corpus ſuum uerũ, ad conficiẽ- *Luc. 22*
dum illud in ſacrificio miſſæ: ſuper corpus
ſuum myſticum, poteſtatẽ dedit eis in die
reſurrectionis, ut abſoluerent fideles in con
feſſione a peccatis ſuis, quæ poteſtas eſt cla *Tomo. 2*
uium, de qua plura ibidem dicta ſunt. *fol. 10. 11*

Tertia poteſtas ſingulariter data eſt Pe-
tro iuriſdictionis ſuper omnem Eccleſiam
ad regendum illam, ſed nos iam miſſa po-
teſtate de dignitate tantum officij apoſto-
lici, ita ut cæpimus dicere pergamꝰ. Opor
tet enim uere præclarum quid & eximium
eſſe in eo, ut ſit aliquis apoſtolus, Magna
ea gratia eſt, præ uniuerſo mundo electum
eſſe ad conuerſandum domino, ipſiuſq; fa-
ciem omni gratia plenam, uidendum ſem-
per, doctrinam ſalutarem continuo audi-
endam, ad opera illius perfecta intuenda,
ad miniſterium eius exequendum, ad ami-
citiæ & familiaritatis eius conſortium ad-
ſumi, magna re uera eſt, & præclarum

ſ

quiddam. Miniſtrũ Chriſti effici & plane domeſticum, ſemper ad eius menſam ſedere,& diuina myſteria audire, tantaꝗ poteſtate ualere quis non ſumme putet admirãdũ: profecto enim idcirco apoſtoli iam dudum in ueteri Teſtamento multis ſunt modis præfigurati: ſicuti iam recenſebimus ut deinceps apoſtolicæ poteſtatis officia plenius intelligantur (quia ordine naturæ deberet præcedere quid eſt &c.

3. Primum igitur omnium cõſtat eos typice pręſignari in duodecim patriarchis, *Gene. 35* ſiquidem Iacob duodecim habuit filios, ut ſacræ nobis teſtantur Hiſtoriæ, qui quemadmodum carnaliter uniuerſum ex ſe propagarunt gentem Iudæorum, ita apoſtoli omnes fideles genuerunt Chriſto in ſpiri- *1.Cor.4* tu. Sic Paulus inquit ad Corinthios: In Chriſto IESV per Euangelium ego uos *Gala. 4* genui. Et ad Galathas: Filioli,inquit, mei quos iterum parturio, donec formet Chriſtus in uobis. Sic ille Oneſimum genuit, pro quo & rogat Philemonem. Significa- *Deut 25* tur hoc idem in lege ubi legitur: Quando habitauerint fratres ſimul, & unus ex eis abſꝗ liberis mortuus fuerit,uxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eiꝰ & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen eius ex Iſraël. Hoc itaꝗ iam exponunt doctores de Chriſto, qui cum apoſtolis tanꝗ fratribus ſuis conuerſatus eſt, ſicut ait Paulus: propter *Hæbr. 2* quam cauſſam (loquitur autẽ de Chriſto) non confunditur fratres eos uocare. Dici uero poteſt: Bene ſine liberis mortuũ eſſe Chriſtum, quoniam perquam pauci in eum crediderunt tunc temporis, apoſtoli autem fratres Chriſti ſuſceperunt officium illud hæredes producendi Chriſto, quos tamen non ex ſe, ſed ipſo Chriſto nuncuparunt tanꝗ fratre. Quiſquis igitur es qui Chriſtiano gaudes titulo, ſic gloriare de ſpiritualibus patriarchis apoſtolis, ut Iudæi ſuos iactant patriarchas.

2. Deinde præfigurati ſunt etiam apoſtoli per duodecim principes populi Iſraël *Exo.7* quos elegit Moyſes ex conſilio ſoceri ſui, *Nume.1* eodem quoꝗ acceptauit dominus deus, ſicut numerorum liber teſtatur,quoniam iſti duxerunt populum per deſertũ, atꝗ oportebat eos caſtrametari in circuitu tabernaculi & archę domini circum circa, alios uer- *Num.2* ſus orientem, ad occidentẽ alios,alios item ad auſtrum &cę. In dedicatione quoꝗ ta- *Nume.7* bernaculi magna munera obtulerũt ſuper altare. Sic plane & duodecim illi apoſtoli non a Moyſe ſed nouo legiſlatore Chriſto electi circumiacent in cuſtodia Eccleſiaſtica cum doctrina ſua ſalutari,cum orationibus pijs per uniuerſum circuitũ orbis terrarum ab ortu in occaſum uſꝗ,& oblationes immenſas meritorum ſuorum magna ſacrificia orationum ſanctarum & martyrij ſui obtulerunt domino deo (Vide gloſ. ordina.Nume. 1.2.)

3. Ad hæc figurati antea ſunt apoſtoli in 12. fontibus qui inuenti ſunt a populo *Exodi. 15* Iſraël in Helim in deſerto, quum ante perueniſſent ad amaras aquas Marat: neꝗ enĩ ſat eſt bibiſſe ex amaris aquis ueteris Teſtamẽti, niſi inſuper peruenias ad aquam dulcem gratiæ Euangelicæ, qua duodecim illi fontes apoſtolorum uniuerſum irrigauerunt mundum. Vnde & Iſidorus inquit,ꝙ *Iſidorus* non ſoli duodecim apoſtoli fidem Chriſti prædicauerunt, ſed & alij ſeptuaginta diſcipuli, per quos palmas uictoriæ Chriſti mũdus cognouit.

4. Significati etiam olim ſunt apoſtoli *Exo. 28* per duodecim lapides precioſos qui fuerunt in rationali ſummi ſacerdotis (aliqui Iudæi in Germania illud quod Hebraice dicitur חשן interpretati ſunt ideomate uernaculo ain fürſpang.) Sic nimirum ſummus ille ſacerdos & pontifex Chriſtus duodecim illos apoſtolos defert in ornatu ſuo Eccleſiæ catholicæ, qui idcirco multum ſunt ſpecioſi, coruſcantes inſtar gemmarũ, exemplo ſanctimoniæ ſuæ.

5. In panibus quoꝗ duodecim propoſitionis (uel ut in Hæbræo habetur,facierũ) *Exod.25* figuram cernimus apoſtolorum, quia panibus illis apoſtolorum Deus uniuerſum pauit orbem terrarum, pane ſcilicet uerbi Euangelici.

6. Similiter illos repręſentarũt etiam duodecim iſti ſpeculatores(oportet contra- *Nume.13* here, alioquin ſermo creſceret in immenſum: uide in locis allegatis communiter gloſſ.

gloſſ. ordinar. adde ſi uis Hieronymum Tomo 4. & 5.) qui a Moyſe miſſi ſunt in terram promiſſionis ut perluſtrarēt illam, quoniam ſic et apoſtoli ſpeculantur ipſi et denunciant nobis terram promiſſam uiuentium. Deſignantur inſuper & per lapides duodecim in Iordane erectos: ſic enim
Ioſue.3 apoſtoli duodecim articulos fidei noſtræ præſcripſerunt: duodecim lapides altaris eoſdem quoq; typice figurant, ob firmitatem & conſtantiam fidei quam prædica-
Exod.29 runt: duodecim æreí boues ſubter mare &
3.Reg.7 luteres, quos fecit Salomon in figuram baptiſmi ſanguinis Chriſti: duodecim portæ nominibus duodecim patriarcharum in-
Ezech.48 ſcriptæ illos quoq; deſignāt, quia per eos magna gentium & Iudæorum multitudo ingreſſa eſt in Eccleſiam. Duodecim uitu-
Exod.24 li quos obtulit Moyſes etiam apoſtolos ſignificant: ſiquidem in ſingulis illis Chriſtus ipſe occiſus & oblat⁹ eſt domino deo,
1.Reg.10 Duodecim leunculi in throno Salomonis eoſdem quoq; figurarunt qui fortiter reſtiterunt perſequutoribus fidei noſtræ.
Apoc.12 Ad hæc duodecim ſtellæ quos uidit Ioannes in corona apoſtolos quoq; demōſtrāt, quoniam illi ſpecie exempli boni illuſtra-
Apo.21 runt Eccleſiā uniuerſam. Duodecim fundamenta quæ uidit idem in ciuitate ſancta & noua Hieruſalem quæ deſcendit de cœlo, ea quoq; reſpiciunt apoſtolos: ſiquidem ij doctrina ſua ſuffulſerunt & funda-
Hierony. runt Eccleſiam. Hieronymus addit eos quoq; duodecim menſibus anni ſignificari, & duodecim cophinis qui pleni fragmē-
Eſa.6 tis ſunt ſeruati. Inſuper duodecim alis duo-
3. Reg. 4 rum Seraphin, & duodecim ſupremis præfectis frumentorum Salomonis ſuper omnem prouinciam. Quorum omnium explicationem ampliorem hic uolens obmitto. Audiſtis ergo numerum illum ſanctum apoſtolorum diuinitus eſſe ordinatum ab æterno, toties præfiguratum a ſpiritu ſancto in ſcriptis ueteris Teſtamenti. Ternarius etenim & quaternarius numeri ſunt ſacri & myſtici, tria autem in quatuor ducta duodecim producunt. Obijcias plures eſſe apoſtolos ꝙ 12. ſed hanc interrogationem proxime ſequenti homilia diſſoluemus. Hæc nunc ſufficiant &c.

Homilia ſecunda in cōmuni de duodecim apoſtolis Dei.

Conſtitues eos principes ſuper omnem terram &c. Pſal. XLIIII.

INſtitui nonnulla uobis dicere de dignitate apoſtolatus, rem hanc ut apertius & dilucidius proponerem, iam antea apoſtolorum oſtendi uocationem, primo ad qualemcunq; ſaltem notitiam, deinde ad familiaritatem, mox ad apoſtolatum: de electione quoq; & confirmatione eorundem diſſerui, ſimiliter de figuris & typicis ſignificationibus. Nunc tandem propius ad dignitatem apoſtolicam acceſſurus: & de ea diſſerere adgreſſurus, agnoſco ſane indignum eſſe me tanto munere propter peccata mea, neq; ſatis poſſe præſtare ob intelligentiæ ruditatem: Et tamem inuocemus gratiam dei, ut ille aperiat oſtium ſermonis mei, cum S. Pau- *Coloſſ.4*
lo, omnes igitur illius opem imploremus, dicemus: Pater noſter qui es &c.

De immenſa apoſtolorum dignitate & magnificentia dicere omnem ſuperat humani intellectus capacitatē: tanti enim eſt eſſe apoſtolum, ut licet homines poſſint reges, principes etiam creare & ipſos quoq; ſummos Imperatores, ſimiliter eligere Epiſcopos, Cardinales & pontifices maximos, attamen etiamſi mundus hic conueniat uniuerſus & omnes coēant optimates, non queant adhuc uel unicum creare apoſtolū, ſed poteſtas ea penes deum tantum eſt, ideoq; quum cōgregatio illa ſancta undecim apoſtolorum cōueniſſet, & alij inſuper ho- *Actu.1*
mines plures centum, auſi non ſunt alium apoſtolum creare in locum præuaricatoris Iudæ, ꝙuis ibi erat ipſa ſanctiſſima uirgo Maria, ſed inſtinctu ſpiritus ſancti ſtatuerunt duos, & inuocarunt deum petentes ab eo dari ſibi ſignum quemnam uellet eligi in locum Iudæ. Atq; ideo Diony. pu- *Dionyſi.*
tat ſortem illam quam tunc dederunt apoſtoli non fuiſſe caſum aut ſignum fortuitū, ſed ſignum cœlitus datum, quod dedit deus ad deſignandum ſe iam dignitatē illam cōtuliſſe Matthiæ, Vide in Primatu nro

ſententiā illorū qui ſancto Petro id tribuūt.

Quur aūt nullus homo nec mundus uniuerſus poſſit creare apoſtolum, collectu facile eſt, ſi modo perpendatur, quid in ſe cōtineat officium apoſtolicum. Prima dignitas apoſtolatus eſt, ꝙ habuerunt illi authoritatem & iuriſdictionem regendi Eccleſiā quam eis promiſit dn̄s poſt cœnam, iuxta unam expoſitionem, diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū. Sic Paulus ait ad Ephe. Attēdite uobis & uniuerſo gregi in quo uos ſpiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Meminit eiuſdem & in Epiſtola ad Ephe. ſcripta, quum ait: Ipſe dedit quoſdam quidē apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios uero Euangeliſtas, alios autē paſtores & doctores ad cōſummationem ſanctorū, in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti. Et alibi ſic inquit: Etſi amplius aliquid gloriatus fuero, de poteſtate noſtra quam dedit nobis dominus in ædificationem & nō in deſtructionem ueſtrā, non erubeſcā. Atq; ad finem Epiſtolæ dicit: Ideo hæc abſens ſcribo, ut non p̄ſens durius agam ſecundū poteſtatē quā dn̄s dedit mihi. Quod autē huiuſmodi poteſtatē habeat, ipſe teſtatur inquiens: Quid uultis? in uirga ueniam ad uos an in charitate & ſpū manſuetudinis? ſic canit Eccleſia quoq; de apoſtolis.

Lucæ.22 — *Actu.20* — *Ephe.4* — *2.Cor.3* — *2.Cor.13* — *1.Cori.4* — *Eccleſia.*

In hac adminiſtratione uidemus ſingulos ap̄los ſuas habuiſſe ꝓuincias certas & regna ſibi deputata: Iacob⁹ enim maior princeps fuit Hiſpaniæ, is etiam ſi quid minus habuit honoris hic in terra (quia primus ex apoſtolis propter fidē Chriſti ſupplicium ſuſtinuit & mortē) id ei penſauit deus poſt obitum, q̄m corpus illius & ſepultura magna colit̃ ueneratione, & maiore quidem ꝗ̃ ullius apoſtoli: Iacobus minor rexit Hieroſolymis, ubi fuit Epiſcopus, primus etiā qui celebrauit ſanctū miſſæ ſacrificiū, ſicut 6. Synodus teſtat̃ (c. Iacobus, de conſ. diſt. 2.) Philippus Scythiā gubernauit, Thomas Indiā: is enim duriſſimus fuit ad credendū, ita cæteris remotius ablegatus eſt. Matthæus Aethyopiam ſibi uendicauit, Barholomeus Armæniam & Licaoniam, Symon primo Meſopotamiā, Iudas, frater eius Aegyptum, deinde uterq; ſimul Perſiden, Ioannes illuſtrauit Aſiam, Matthias permanſit in Iudæa, Petrus Pontum uſq; peruenit, hinc Bythiniā, Galatiā peragrauit & Capadociam, ipſamq; adeo Romam aſſeruit. Paulus quocunq; locorū peruenit ibi p̄dicauit Chriſtum, nihil aūt pene fecit reliquū ex uniuerſo orbe, ubi non plantarit ſemina fidei, ſicuti ei⁹ peregrinationē & profectiones ſeptem in ſua feſtiuitate ſatis luculenter explicauimus.

Acto.12

Hic tamen duo p̄monere uiſum eſt, Alterum ꝙ ꝗ̃uis apoſtoli omnes in apoſtolatu fuerunt æquales, poteſtatē tamen regendi non habuerunt æqualiter, ſed Petrus in omni perfectione & plane uniuerſaliter eā habuit, quā & accepit, quando a Chriſto paſcere oues iuſſus eſt, qua de re multa diximus in feſto S. Petri: alij aūt apoſtoli regiminis ſui officium & poteſtatē habuerūt in ſingulis regionibus ubi ſuam quiſq; habuit diœceſim, quemadmodū eis fuit inſpiratū diuinitus, ſed adhuc tamen tanq̃ apoſtoli poteſtatē hanc ubiq; habuerunt quocunq; deueniſſent. Sic Leo inquit ad Epiſcopos ꝓuinciæ: Huius muneris ſacramentum. ſ. p̄dicare Euangelium in toto mundo, ita dn̄s uoluit ad omnium officium pertingere, ut in beatiſſimo Petro oīm apoſtolorum ſummo principaliter collocaret, ut ab ipſo quaſi a quodā capite dona ſua uelut in corpus diffunderet, ut exortē ſe myſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet a ſodalitate Petri recedere. Non diuerſum eſt q̇d inquit Hieron. contra Iouinia. li. 1. Propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.

Ioan.21 — *c. ita dom. diſt. 19* — *Hierony.*

Alterum quod hic diximus obſeruandū eſt, ꝙ ꝗ̃uis ſicut poteſtas hæc ſpiritualis regiminis apoſtolatui eſt adnexa, non tamen alligata illi, quoniam & ſucceſſores apoſtolorum habent eandem, ſic Papa tanq̃ ſucceſſor Petri poteſtatem habet ſuper omnē Eccleſiam: Epiſcopi quoq; cæteri ſuper ſuam quiſq; diœceſim. Quamuis in apoſtolis fuerit gemina poteſtas regiminis, una conſequens apoſtolatum, & illam exercebant, in quemcunq; locum declinabant, altera conſequens Epiſcopatum, & ea erat

certi loci, in qua ſuccedunt iam Epiſcopi Vide primatum Petri Eckij libro tertio ca- *Beda* pite 43. Eadem eſt & ſententia Bedæ, apoſtolorum ſucceſſores eſſe Epiſcopos, ſic em̃ ait: Sicut duodecim apoſtolos formam Epiſcoporum exhibere ſimul & præmonſtrare nemo eſt qui dubitat: ſic & hos ſeptuaginta duos figuram presbyterorũ, id eſt, *c. in nouo diſtin. 21.* ſecundi ordinis ſacerdotum geſſiſſe ſciendum eſt. Atq; ſic etiam Anacletus ait: In nouo Teſtamento poſt Chriſtum dominũ a Petro ſacerdotalis cæpit ordo, quia ipſi primo pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt. Et inde. Cæteri uero apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem & poteſtatem acceperunt, ipſumq; principem eorũ eſſe uoluerunt, qui etiam iubente domino in toto orbe terrarum diſperſi Euãgelium prædicauerunt, ipſis quoq; decedentibus in locum eorum ſurrexerunt Epiſcopi. Infra: Videntes apoſtoli meſſem eſſe multam, rogauerunt dominum meſſis, unde ab eo electi ſunt 72. diſcipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atq; in eorum locum conſtituti ſunt in Eccleſia. Iuſtum cõſcribi poſſet ſuper ea re uolumen, ſed nos interim contrahamus uela, quia ſatis iam audiuimus apoſtolos principes & doctores eſſe Eccleſiæ, atq; habuiſſe cõtraditum ſibi diuinitus regimen Eccleſiaſticum, ut regerent Eccleſiam, cultum diuinum inſtituerent, quomodo omnia obſeruari deberent.

Secunda poteſtas apoſtolica eſt docere & prædicare Euangelium, legem nouam, Teſtamentum gratiæ: Legem enim ueterem, legem timoris deſcripſerat iratus dominus in tabulis lapideis, nouam autem *Exod. 24* mitis & miſericors deus ſcripſit in cordibus carneis hominum, ſicut per Hieremiam an- *Hiere. 31* te promiſerat, facturum ſe teſtamentum nouum cum domo Iſraël, & legem ſuam da- *Hæb. 8* turum in mentibus eorum, atq; deſcripturum in cordibus ipſorum, dominus igitur ipſe librum nullum ſcripſit nec aliquod Euangelium, ſed bene deſcripſit in cordibus apoſtolorum committens eis docere illud per uniuerſum mundum, quando dixit: Ite & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti, docete eos ſeruare omnia quęcunq; præcepi uobis. Atq; hoc eſt quod domi- *Matth. 5* nus dixerat eis: Vos eſtis ſal terræ, ſal ſapientiæ: ideoq; dominus ait ad eoſdem: Vos eſtis lux mundi, quoniam per ipſos dominus uniuerſum illuſtrauit orbem terræ, cũ eorum doctrina miraculis & operibus bonis.

Hinc iam tertia ſequitur poteſtas apoſtolorum, quia poterant authoritate ſua cõdere ſcripturam canonicam. Sic Sanctus Iohannes Euangelium ſcripſit, nũc ſi Chriſtianiſmus imo mundus conueniret totus poteſtatem non haberet ſcribendi Euangelium. Inſuper ſi martyres, ſancti omnes confeſſores, doctores, uirgines quoq; iam inde a temporibus apoſtolorum conuenirent, adhuc Euangelium condere non ſufficerent. Quodq; maius eſt, ſi dicant aliquid quod credendum ſiet, Interim uero Iohannes contrarium affirmet credendum *Ioãnis. 16* illud non eſſe, ibi ſane S. Iohannis uerbum unum plus ualebit, q; omnis omnium ſanctorum doctrina. Cauſſam iam oſtendimus, quia in eorum cordibus dominus ſcripſit Euangelium, ſpiritus ſanctus eos edocuit omnem ueritatem. Atqui omnis ſcriptura ſacra oportet a ſpiritu ſancto tantum proficiſcatur, alias ſcriptura ſancta nõ erit: ideoq; apoſtoli ſicut & prophetę certo ſcripſerunt libros ſcripturæ ſacræ. Quoniam ſic ait Petrus: Non uoluntate humana al- *2. Pet. 1* lata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines.

Sic multi ex patribus uolunt Marcum eo q; apoſtolus non fuerit, non potuiſſe etiam ſcribere Euangelium propria authoritate, ſed tamen Eccleſiam illud acceptaſſe ex confirmatione Petri, tanq; ſi ab apoſtolo ſcriptum eſſet: unde Hieron. ait de ui- *Hierony.* ris Illuſtribus: Marcus diſcipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ a fratribus breue ſcripſit Euangelium, quod quum Petrus audiſſet probauit & legendum Eccleſiæ ſua authoritate dedit. Idem de Luca iudicium eſt, qui quando & ipſe apoſtolus nõ fuit, ſed unus ex 72. diſcipulis, quorum nomina recenſet Hieronymus ad Dama-

ſum, quia tamen indiuiduus fuit Pauli co-
2.Cor.8 mes, ſicut eius meminit Paulus non ſine
laude, quam illi eſſe plurimam per omnes
Eccleſias prędicat. Sic igitur ipſum quoq;
aiunt ſcripſiſſe Euangelium ſuum iuben-
Hierony. te Paulo qui illud deinceps tradiderit Ec-
cleſijs. Hieronymus de uiris Illuſtribus ui-
detur addubitare, ait enim: Ob id excidiſ-
ſe quidam ſuſpicantur. Quotienſcunq; in
Epiſtolis ſuis Paulus dicit, ſecundum E-
uangelium meum, de Lucæ ſignificare uo
2.Tim.2 lumine. Quoniam ſic ad Timot. ait: Me-
mor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſur-
rexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſecun-
dum Euãgelium meum in quo laboro uſq;
ad uincula.

Quærat aliquis: Propria ne eſt poteſtas
hæc ſolis apoſtolis, an ipſis cum quibuſ-
dam alijs communis? Reſpõdetur, quia po
teſtas illa docendi & prædicandi ad omnes
apoſtolorum maxime pertinet ſucceſſores
Vtinam quoq; noſtri ſæculi pontifices gra-
tiam haberent a deo tantam, ut curam age
rent muneris prædicatorij & prædicatorũ
Bernhar. uel prædicarent ipſi, ſicut eos Bernhardus
præclare adhortatur, de cõſyderatione ad
Eugenium. Et tamen poteſtas hæc tam
plena apud Epiſcopos & prædicatores eſt
q; fuit penes apoſtolos, quia apoſtoli habe-
bant id omne ex magiſtro ſpiritu ſancto, q
tantam ſapientiam inſcripſerat cordibus
eorum unde errare non poterant: omnes
autem qui ſequuti ſunt utut ſancti fuerint,
tamen labi potuerunt: ideoq; illi in ſeipſis
fateri compulſi ſunt uerum eſſe hoc quod
Pſal. 115 ait Dauid: Omnis homo mẽdax, hoc eſt,
uicioſus & defectu nõ caret: ſicut legimus
nonnunq; ſanctos dei homines erraſſe, Cy-
prianum martyrem, Papam Epiſcopum
Hieropolitanum, Victorem Epiſcopum
Pictauienſem, Irenæum Epiſcopum Lug-
dunen. & Auguſtinus quoq; magnam do
ctrinæ ſuæ partem reuocauit peculiari in
hoc conſcripto uolumine retractationum.
Atq; ea ipſa ſacræ ſcripturæ excellens eſt
eminentia ſuper omnia alia ſcripta, q ibi er
rari non poteſt, reliqui autem ſcriptores fal
li poſſunt & fallere. Sic Auguſtinus ait
Auguſt. ad Hieronymũ ſcribens: Ego ſolis eis ſcri-
ptorum qui iam canonici appellant, didici
hunc timorem honoremq; deferre, ut nul-
lum eorum ſcribendo erraſſe audeam cre-
dere, alios autem ita lego, ut quantalibet
ſanctitate polleant, nõ ideo uerum putem
quod ipſi ita ſenſerũt, ſed quia mihi ita per
alios authores uel canonicas, uel probabi-
les rationes, q a uero non abhorrent per-
ſuadere potuerunt. Vide Iohannem Picũ
concluſione 1. apologiæ ad longum.

2. Etſi doctrina infallibilis penes aliquẽ
purum hominem non inueniatur, cõmu-
niter loquendo, Eccleſia tamen apoſtolo-
rum ueſtigia egreſſa quicquid in generali
concilio legittime congregato decernit, in
eo errare non poteſt: ſiquidem & hic aſſi
ſtentem habet gratiam Chriſti & ſpiritus
ſancti, ſicut ipſe promiſit: Ego uobiſcum
ſum uſq; ad conſummationem ſæculi. Et Matth.ul.
alibi: Vbi duo uel tres congregati ſunt in Matth.18
nomine meo, ibi in medio eorum ego ſum
Hoc eſt quod pollicitus etiam eſt Petro:
Portæ infernorum non prędualebunt aduer
ſus Eccleſiam: portæ autem inferorum er-
rores ſunt & hereſes: ideoq; præclare dicit
Auguſtinus libro 1. contra Pelagianos: Auguſti.
Hæc eſt authoritas Eccleſiæ, ut quiſquis
aduerſus hunc inſuperabilem murum im-
pegerit, in ſe conteratur. Vide contra Fau-
ſtũ. li. 11. & lib. 1. contra Donatiſtas, &
de unico baptiſmo lib. 1. &c. Hæc nimirũ
fides illa eſt de qua Chriſtus Petro dixit: Lucæ. 22
Ego pro te rogaui, ut nõ deficiat fides tua.
Reliqua remittamus ad ſcholas, Nos alio
feſtinamus.

Homilia tertia et vlti- ma, in communi de duode- cim apoſtolis dei.

Conſtitues eos principes ſuper o-
mnem terram &c. Pſal. XLIIII.

DIſſeruimus hactenus chariſſimi,
de uocatione, electione & confir-
matione apoſtolorum, cæpimus
inde

inde dicere, quid in ſe complectatur apoſto
latus: ſiquidem poteſtatem habuerũt apo-
ſtoli regere eccleſiam, uniuerſum mundum
docere, atq; eius doctrinæ fuerũt longe cer-
tiſſimi, ita ut nequierint errare, iccirco ſoli
illi potuerunt in nouo Teſtamento ſcriptu
ram condere Euangeliorum, habuerunt
enim primitias ſpiritus ſancti, nunc porro
Roma.8 reliqua, quæ dignitatem apoſtolatus con-
cernunt proſequamur.

Quarta apoſtolici officij maieſtas & præ-
rogatiua hæc eſt, quia fundamentum ſunt
Eccleſiæ: licet namq; præcipuũ illius fun-
1.Cor.3 damentum ſit hoc quod iam poſitum eſt
Chriſtus Ieſus, attamen eccleſiam etiam ſu
per apoſtolos tanq̃ fundamenta eſt extru-
Apo.11 cta, ſicut in Apocalipſi ſua uidit Iohannes
murum ciuitatis nouæ Hieruſalem habere
duodecim fundamenta: atq; in ijs nomina
duodecim apoſtolorum & agni. Agnus
hic fundamentum eſt utiq;, ſed ita ut tamẽ
apoſtoli quoq; fundamenta ſint proxime
in CHRISTO conquieſcentia: Ideo etſi
unicum ſit Eccleſiæ fundamentum princi-
pale Chriſtus ipſe, tamen gratiam hanc il-
le dedit apoſtolis, ut ipſi quoq; ſint funda-
menta quod apud prophetam dominus af
firmat, dicens: Ecce ego mittam in funda-
Eſa.28 mentis Syon lapidem, lapidem probatum
angularem, precioſum, in fundamẽto fun-
datum, ubi ſatis nobis demonſtratur prin-
cipale fundamentum Chriſtus ipſe, lapis
angularis, de quo loquitur Petrus (Vide
1.Pet.5 & adhuc ſi placet atq; declara ex Paulo,
quomodo fecit utraq; unũ, Ephe. 1. Fuit
enim angularis ille lapis parietis Iudæorũ
& gentilium.) Eo faciunt etiam fundamẽ-
Pſal.117 ta in Syon, fundamenta multa ſunt apoſto
li, ut ait gloſſa ibidem: Fundamenta illa ui-
dit in ſpiritu cœleſtis iſte conciuis Dauid,
Pſal.86 quum dixit: Fundamenta eius in montibꝰ
ſanctis: diligit dominus portas Syon. Vi-
dit ille nimirum ciuitatem Syon, cogno-
uit ꝙ diligit eam Deus, & ꝙ fundamenta
ipſius ſunt in montibus. Qui autem ſunt
montes? magni illi & præcelſi ſancti qui in
Eccleſia eminent donis diuinis, ſed tamen
non omnes montes ſunt fundamenta, ſed
apoſtoli tantum, uiri multum uenerandi,
fundamenta ſunt eccleſiæ, quia ſuper eos
fundata eſt eccleſia & per ipſos in Chriſto,
ſicut exponit Auguſtinus. Vis ſcire ꝙ hęc
ita ſint? audi quomodo princeps apoſto-
lorum poſitus ſit fundamentum eccleſię, Auguſti.
cui dixit dominus: Tu es Petrus, & ſuper
hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Math. 16
Inuident Petro gloriam iſtam Neochriſtia
ni, qui ideo tantum inimici ſunt eius, quia
papa fuit, audiant autem iſti Paulum qui
ſtructuram eccleſiaſticam expedite cogno-
uit: neq; latuit illum quomodo poſitum ſit
fundamentum: ſic autem ait ad Iudæos &
gentiles: Iam non eſtis hoſpites & aduenę
ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei Ephe.2
ſuperædificati ſuper fundamentum apo-
ſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo an-
gulari lapide Chriſto Ieſu. En hic funda-
mentum tam apoſtolorum in eccleſia q̃ p̃-
phetarum in ſynagoga: quapropter & apo
ſtoli columnæ dicuntur eccleſię, ut ait Pau Gala.4
lus de Petro & Iohanne & Iacobo dicit, ꝙ
exiſtimabantur eſſe columnæ, quia confir-
mabant alios, totamq; fulciebant eccleſiã
quæ & ipſa columna & firmamentum ue- 1.Timo.4
ritatis appellatur.

Merito autem apoſtoli columnæ dicun-
tur, quia ſic ait dominus: Quicunq; uicerit Apoca.3
faciam eum columnam in templo meo.
Atq; hoc ipſum eſt quod eccleſia canit de
apoſtolis: Iſti ſunt qui uiuẽtes in carne plã-
tauerunt eccleſiam ſanguine ſuo, ideo quũ
& ipſi ſint fundamenta, uocantur ab eccle-
ſia uicarij Chriſti.

Quinta dignitas apoſtolorum eſt, ꝙ
aſſeſſores illi erunt Chriſti in die nouiſſimo
& iudices orbis, ſicut dominus ipſe dixit:
Qui quærenti Petro quale nam eos mane
ret præmium, ꝙ relictis omnibus ſequuti
eum eſſent, Reſpondit: Amen dico uobis,
ꝙ uos qui ſequuti eſtis me in regeneratio-
ne quando ſedebit filius hominis in ſede
maieſtatis ſuæ, ſedebitis & uos ſuper ſedes
duodecim, iudicantes duodecim tribus
Iſraël. Magna ſane dignitas eſt ſum-
mo adſidere iudici, in ampliſſimo illo

iudicio ſuper uniuerſum hunc mundum. Talis profecto aſſeſſor ſiue iudex erit & 1.Cor.6 Paulus, qui ideo dicit: Neſcitis quoniam angelos iudicabimus. Hinc puto enatam eſſe piam & laudabilem conſuetudinem Chriſtianorum, ut quiſq; apoſtolum deligat, quum enim prodeſt plurimum habere fauentem & propitium aſſeſſorem in iudicio Forenſi, quur non omnes curemus diligentiſſime, ut propitios habeamus aſ- Lucæ.22 ſeſſores & iudices in illo extremo iudicio. Promiſit idem dominus diſcipulis ſuis poſt cænam dicens: Diſpono uobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū, ut ſedeatis ſu- Pſal.149 per thronos iudicantes duodecim tribus Iſraël. Et hoc illud eſt iudicium conſcri- Pſal.121 ptum quod uidit in ſpiritu Dauid, quæ etiam gloria eſt omnibus ſanctis dei. Idem alio Pſalmo ait: Ibi ſederunt ſedes in iudicio (Sedes accipitur pro iudice ſedente.)

Vos itaq; dilectiſſimi religioſe colite ſanctos apoſtolos, committite uos eorum tutelæ, inuocate eos ſedulo, & obſecrate ut propitij & clementes ſint iudices ueſtri: ipſi quoq; uobis gratiam a ſummo iudice Chriſto impetrent. Peculiare hoc munus Math.19 eſt apoſtolorum nulli aliorum ſanctorum infra eos conceſſum, quia alijs dictum eſt illud a domino: Omnis qui reliquerit domum aut fratres, aut ſororem propter nomen meum, centuplum accipiet. Ecce alij qui Chriſtum ſequuntur, relictis facultatibus ſuis, accipient centuplum, apoſtolis autem promittuntur ſedes iudiciariæ.

O uos ſanctiſſimi apoſtoli Chriſti, tuq; adeo ſancte Euangeliſta & apoſtole domini Matthæe, gratiam mihi obſecro impetrate omnes &c.

Sexta apoſtolatus prærogatiua hæc eſt, ꝙ apoſtoli Euangelium prædicauerunt per uniuerſum orbem. Magnum ſane quid eſt & admirandum, duodecim tan- Pſalm.18 tum homines totum impleuiſſe mundum Euangelio Chriſti. Vidit & hoc ipſum Dauid eſſe futurū, quum dixit: Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius Ambroſi. adnunciat firmamentum. Per cœlos Am- Auguſt. broſius intelligit apoſtolos. Auguſtinus Eſa.34 primo ad Euangeliſtas, & quod ſequitur ad omnes refert apoſtolos: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis Hierony. terræ uerba eorum. Hieronymus per ceruos intelligit apoſtolos qui uniuerſum mundum peragrauerunt: atq; alludit ad illud Pſalmi: Vox domini perficientis cer- Augu. uos. (Non me præterit ꝙ Auguſtinus Orige. in Epiſtola ad Eſitium, & Origenes ſuper Matthæum magis inclinant ad contrariam ſententiam propter barbaros ad quos uenit Auguſtinus, qui de nulla lege audierant loqui.) Fuit autem hic grandis labor in tam remotis regionibus prædicare ſiquidem per totum orbem prædicatum eſt Euangelium ante mortem apoſtolorum. Id ita eſſe, & prædicationis ipſorum ſonitum perueniſſe in uniuerſum mundum, Hinc liquet, quia principio hoc ſic Marc.16 eis iniunxit dominus: Ite in orbem uniuerſum, inquiens, & prædicate Euangelium omni creaturæ. Commiſſionem huius præcepti impleuerunt apoſtoli ipſi, ita ut nequeas dicere, eos hoc tandem impleuiſſe per ſucceſſores ſuos, quia fuit præce- Roma.10 ptum hoc perſonale: ſicut manifeſte teſtatur Paulus dicens: Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt, aut quomodo credent quum non audierunt, quomodo autem audient ſine prædicante? equidem dico: nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.

Ecce ꝙ & Paulus uult omnes iam homines audiſſe Euangelium in tempore ſuo, & prophetiam Dauidis eſſe impletam. Sic concludit etiam Chryſoſtomus, Chryſoſt. ſic & Auguſtinus de Ancona ad longum hæc recitat: atq; per Origenem nititur cōcordare Auguſtinum cum Chryſoſtomo qui uult Euangelium eſſe prędicatum per uniuerſum mundum per apoſtolos & eorum diſcipulos, atq; illos ſeptuaginta duos ante excidium Hieroſolymitanum: ſicq; ubiuis gentium prædicatum eſſe Euangelium Chriſti, aut certe quocunq; locorum perueniſſe ſonum Euangelicum. (Ideo Origenes notanter ponderat uoculam, ſo- Orige. nus, quia ex auditu perceperunt in uicinia prædicari Euangelium.) Atq; hoc ita eſſe

ꝙ breui adeo tempore apoſtoli mundum uniuerſum auxiliante gratia Dei repleuerint Euangelio, inde colligi poteſt, ꝙ unicus ille Paulus in plurimis locis prædicauit, ex Aſia enim in Europam profectus per uniuerſam Græciam diſſeminauit Euangelium prædicando, ſcribendo, diſputando. Si ergo expendatur quomodo ſepties ex Arabia profectus ſit, Iudęa, Samaria, Syria, Cilicia, Galatia, Lycoania, Pamphilia, Ionia, Phrygia, Piſidia, Caria, uſq; in Grætiam, Thratiam, Macedoniam, Atticam, Peloponneſum, & inde Romã uſq; unde adhuc uoluit abire in Hiſpaniam, ut ipſe teſtatur ad Romanos ſcribens: Quantum prædicarũt eius apoſtoli quos ille undiq; inſtituit Epiſcopos, & illorum diſcipuli rurſus. Quot gentibus ꝑdicauit Thomas, quot nationibus annunciarũt Euangelium reliqui apoſtoli, Thomas, Bartholomæus &c. in Aethyopia, Perſia, India, etiam Calicutia. Hieruſalem age tibi propone unde egreſſum eſt Euangelium uſq; ad fines orbis uerſus occidentem, quia ſanctus Sauianus in Gallia quatuor templa erexit uiuente adhuc Petro Senonis, quæ tunc Metropolis erat Galliarum: Vnum in honorem Mariæ, ſecũdum in uenerationem Ioannis baptiſtæ, tertium Stephano, quartum Petro ſacrum: ſiquidem ille ratus erat eum eſſe mortuum, quem ubi compertum eſt adhuc uiuere dici cæpit templum illud ad Petrum uiuentem, in eo ſæpius fui, qui ſcripſi hæc, inquit Lyra ſuper cap. 10. ad Romanos, & multi alij ſancti in diuerſis locis prædicarunt. Templum ſancti Benedicti Parhiſijs ædificatum eſt annis 41. poſt mortem Chriſti (Vide Iohannem Maioris in 4.) Quum igitur fides noſtra ita ſe extenderit a Hieruſalem uerſus occidentem uſq; in Gallitiam ad Compoſtellam, ubi quieſcit ſanctus Iacobus ad fines terræ, quur non pie ſit credendum eodem modo in alijs plagis ſiue cardinibus mundi uſq; ad orientem, meridiem & ſeptentrionem uiuentibus adhuc apoſtolis Euangelium eſſe prædicatum, Maternus, Valerius & Eucharius a ſancto Petro miſſi ſunt in Germaniam. Idem roboratur ex uerbis Pauli qui dicit: Propter ſpem quę repoſita eſt uobis in cœlis, quam audiſtis in uerbo ueritatis Euangelij, quod peruenit ad uos ſicut & in uniuerſo mundo eſt & fructificat & creſcit. Accedit huc & gloſſa quędã ſuper Lucam, ubi dicitur: Deſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos, inquit gloſſa, 72. diſcipuli mittuntur ad prædicãdum, quia totidem mundi gentibus & totidem linguis prædicandum erat. Hinc remanſit opinio uulgaris, 72. eſſe in mundo ſupremas ſiue capitales linguas.

Rom. 15 — *Lyra* — *Col. 1* — *Lucæ. 10* — *Gloſſa.*

Sunt qui putent Euangelium nõ uſq; ad cardines mundi tam remote perueniſſe uiuentibus apoſtolis, & adducunt in hoc uerba Chriſti ex Matthæo, quę tamen pro noſtra ſententia & apoſtolorum honore magis facere patebit. Quum enim excidium templi prædixiſſet apoſtolis dominus ita ut non remanſurus eſſet lapis ſuper lapidem, ſequitur: Prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet conſummatio, non mundi utiq;, ſed ciuitatis Hieruſalem & templi. (Vide Auguſtinum de Ancona quæſtione 85. articulo primo.) Concordat cum hoc quod dixit in die aſcenſionis ad apoſtolos, quando eis præcepit, a Hieroſolymis ne recederent, donec acciperent uirtutem ſpiritus ſancti, ſubdit: Et eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in Iudæa & Samaria, & uſq; ad ultimũ terræ. Quis autem dubitet chariſſimos Chriſti miniſtros apoſtolos commiſſionem hanc conſtanter impleuiſſe?

Matth. 24 — *Acto. 1*

Sexta apoſtolorum dignitas eſt ipſa uirtus miraculorum, quoniam qui noua & inaudita prædicabant, eos decebat etiam noua & ſtupenda operari, ſuſcitare mortuos, cæcis uiſum & ſurdis auditum reſtituere. Poteſtatem hanc eis dedit dominus partim apud Matthæum, quando conuocauit ad ſe duodecim illos, & dedit eis poteſtatem ſuper ſpiritus immundos, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem. Hoc autem magis confirmauit CHRISTVS in die aſcenſionis, ubi dixit Signa eos qui crediderint hæc ſequentur,

Mar. 16

linguis loquentur nouis, in nomine meo dæmonia eijcient, ſerpentes tollent &cę. Hæc omniuariam ipſo facto impleuerunt apoſtoli, ſicuti ſingulorum uitæ teſtantur & bona ex parte Lucas enarrat in Actis
Actu.3 apoſtolorum, Petrus enim claudum natũ
Actu. 9 iam quadragenarium ſanauit, Aeneam paralyticum octennem curauit. In Ioppe q̃ꝗ Thabitam mortuam reſuſcitauit: Inſuper
Actu. 5 in lectulis deportabantur infirmi in plateas ut prætereunte Petro ſaltem umbra eius
Actu.19 adumbraret & ſanaret illos. Per manus quoq; Pauli, inquit Lucas, uirtutes non paucas faciebat deus, ita ut etiam ſemicincta eius & ſudaria deportarentur ſuper infirmos, & recedebant ab eis languores & ſpiritus nequam egrediebantur. Ex umbra igitur Petri & ſudarijs atq; ſemicinctis Petri colligimus Chriſtum affatim & ubertim ſeruaſſe quicquid promiſit apo-
Ioan.14 ſtolis, quibus ille dixit poſt cœnam: Amẽ amen dico uobis, qui in me credit, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora ijs faciet. Atqui de miraculis plura diximus in feſto aſcenſionis domini. Potes adhuc plura addere, quæ includat apoſtolatus, ſcilicet quod ſunt annunciatores pacis: ſicut Eccleſia canit: Portantes pacem & illuminantes patriam. Lucæ 10. In quamcunq; domum intraueritis, Primum dicite: Pax huic domui. Sicut uniuerſalis pax fuit, in aduentu Chriſti. Sic angeli pacem annunciauerunt, in Hymno angelico. Et Chriſtus uocatur princeps pacis, apud Eſaiam 9. Quia pax dei exuperat omnem ſenſum Philippenſes. 3. Extende ut noſti, item aliud priuilegium apoſtolicum. Quod fuerunt uocati ad ſtatum familiaris conuerſationis cum Chriſto, & reuelationis ſecretorum. Nam poſt bonorum abdicationẽ, acceperunt poteſtatem clauium omnium commiſſionem, Eccleſiæ prælationem, & myſteriorum apertionem: Beati oculi qui uident &c. Lucæ 10. aliud item priuilegium apoſtolatus confirmati, eſt certitudo quam habebant poſt ſpiritus ſancti miſſionem, de eorũ perfectione in gratia, quo ad ſtatum uitæ, & in gloria quo ad ſtatum patriæ, 2. Petri 1. & 2. Timot. ult. & ad Romanos 8. At breuitatis ſtudio, omnia illa ſciens & uolens prætereo.

Vltima apoſtolorum dignitas eſt, ꝙ autores primiq; compoſitores fuerunt profeſſionis fidei noſtræ, quã quottidie orantes offerimus deo: Credo in deum patrem omnipotentem, factorẽ cœli & terræ &cę. Formulam hanc fidei deſcripſerunt apoſtoli nondum diuiſi per orbem, ut ſic concors eſſet fidei profeſſio: unde & ſymbolũ illud dicitur apoſtolorum, quoniã illi ſingillatim per articulos hoc modo digeſſerunt fidem noſtrã, quæ inde multo eſt antiquior Euangelijs poſtea tandem deſcriptis. Sæpe meminit eius rei Auguſtinus, maxime in peculiari libello, ubi ſcripſit libro 4. ad catecumenos, & alium de fide & ſymbolo. Ille etiam hanc ſæpe uocat regulam fidei noſtræ, ſicut ait in reſpõſione tertiæ q. Dulcicij. Huic proculdubio ſententiæ conueniet ꝙ in regula fidei confitemur, uenturum dominum, iudicaturum uiuos & mortuos: atq; ab initio inquit, puto ꝙ ſufficiat fides ſymboli, qua cõfitemur Chriſtum a patris dextera eſſe uenturum ad uiuos & mortuos iudicandos. Ad catecumenos ſic inquit: Accipite filij regulam fidei quod ſymbolum dicitur, & quum acceperitis in corde ſcribite, & quottidie dicite apud uos: anteq; dormiatis, anteq; procedatis, ueſtro ſymbolo uos munite. Meminit idem illius etiã in ſermone 1. pro uigilia pentecoſ. & ſermo. 2. in dominica palmarũ. Docet hoc quoq; Ambroſius, ſymbolũ, inquiens: Specialiter debemus tanq; noſtri ſignaculum cordis, antelucanis horis quottidie recenſere (libro 3. de uirginibus colum. 6.) Ruffinus inſuper qui ſuper ſymbolum hoc ſcripſit, ait: parentes noſtri nos docuerunt apoſtolos accepto ſpiritu ſancto, quum iam uellent ab inuicem proficiſci, antea tamen generalem futuræ prędicationis regulam conſtituiſſe. Quomodo autem quilibet apoſtolus articulum ſuum poſuerit, non quidem conſentiunt doctores, nos tamen potiora diſpiciemus.

Bonauentura

Bonauentura.			Auguſtinus in hunc modum diſtinxit, ſermo. 2. Palmarum.	
Petrus	1	Credo in deum patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ.	Petrus	1
Andræas	2	Et in Ieſum Chriſtum filium eius unicum dominum noſtrum.	Iohannes	2
Iohannes	3	Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto natus ex Maria uirgine.	Iacobus	3
			Andræas	4
Iacobus maior	4	Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & ſupultus	Philippus	5
			Thomas	6
Thomas	5	Deſcendit ad inferna Tertia die reſurrexit a mortuis		
Iacobus	6	Aſcendit ad cœlos ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis.	Bartholo	7
Philippus	7	Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos.	Mattheus	8
Bartholo	8	Credo in ſpiritum ſanctum	Iacobus alphei	9
Mattheus	9	Sanctam Eccleſiam Catholicam		
Symon	10	Sanctorum communionem. Remiſſionem peccatorum	Symon	10
Taddeus	11	Carnis reſurrectionem	Iudas Iaco.	11
Matthias	12	Et uitam æternam.	Matthias	12

A M E N.

Aliꝭ adhuc aliter ordinant, ut eſt uidere in Aureolo, Alexandro de Ales, Scoto. Bonauentura, Scotus ita contexuit. Petrus dixit. 1. Credo in deum, patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ. Iohannes dixit. 2. Et in Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, filium dei unigenitum. Iacobus ait. 3. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine. Andreas inquit. 4. Qui paſſus eſt ſub Pontio Pilato, crucifixus mortuus & ſepultus. Philippus dixit. 5. Deſcendit ad inferos. Thomas inquit. 6. Tertia die reſurrexit a mortuis. Bartholomeus dixit. 7. Aſcendit ad cœlos ſedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Matthæus ait. 8. Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. Iacobus Alphæi dixit. 9. Credo in ſpiritũ ſanctum. Symon inquit. 10. Credo in ſanctã Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem. Iudas Thaddeus inquit. 11. Peccatorum remiſſionem. Matthias concluſit: Carnis reſurrectionem, & uitam æternam, Amen. Ego ſi liberę eſſem electionis, ordinarem apoſtolos, ſicut fecit Auguſtinus. Articulos uero dirigerem ad modũ Bonauenturæ. Sunt tamen adhuc aliꝭ modi, ſufficiat quod in Symbolo apoſtolico conuenimus.

Ad extremum, quũ ſatis iam multa audiuimus de ſublimitate apoſtolatus, reliquum eſt, ut diſſoluamus illud quod obiter iam ſupra tangere cæpimus. An etiam Paulus ſit apoſtolus? quod ſi ita eſſet, ſane uiderentur plures eſſe apoſtoli ꝙ duodecim, & ſic nos unum adhuc articulum fidei deſyderaremus. De Paulo quidem dubium nemini eſſe poteſt, quod ſit apoſtolus, ſi modo eius Epiſtolæ penitius conſyderentur: quia ſic ad Romanos ait: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti uocatus apoſtolus. Et in cap. 11. apoſtolum ſe uocat gentium. Idem ſcribens Galathis, & ad Corinth. ſic ait: Paulus uocatus apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatẽ dei. Vt igitur res hæc quoqꝫ de apoſtolatu fiat dilucidior, dicimus de apoſtolatu tribus modis, uel etiam qua-

tuor, ſi Hieronymũ ſequamur dici poſſe.

Primũ quidẽ apoſtolos dicimus eos qui in ſanctum hunc numerum duodecim a Chriſto ſunt electi, tanq̃ proxima membra corporis Chriſti, tanquã cooperatores illius in ædificio & plantatione Eccleſiæ, atq; eo modo duodecim tantum ſunt apoſtoli: ſicut & Euangelia teſtantur, & ueteris Teſtamenti figuræ adumbrant. Atq; hinc a numero Germani uocãt apoſtolos, qui ex Græco idiomate miſſi ſiue nuncij dicuntur: Hebræi ſilam nuncupant.

2 Adhuc tamen de apoſtolis loquentes intelligimus eos qui licet non ſint in numero illorum duodecim, attamen ipſis ſociantur, in om̃i dignitate, priuilegio & munere æquantur, tanq̃ ſi etiam ipſi ex numero duodenario eſſent apoſtoli: Sic Paulus & Barnabas uocantur apoſtoli, qui q̃uis nõ fuerint ex iuſto numero, neq; in cõmuni cum alijs uocatione, tamen poſtea ſunt in æquale apoſtolici muneris conſortium ſegregati, ſicut ſpiritus ſanctus iuſſit ſegregari ſibi Saulum & Barnabam in opus ad quod ſuſceperat eos. Sic Paulus quoq; factus eſt apoſtolus a deo uocatus, & reliquis duodecim æquatus. Atq; inde Ambroſius & Leo comparant Paulum cũ Petro in feſtiuitatibus ipſorum.

3 Apoſtoli quoq; dicuntur, quotquot dominum uiderunt in carne, ac deinceps eum prædicarunt & adnunciarunt: ſic Hieronymus putat loqui & intelligendum etiam Paulum, quum ait Chriſtum apparuiſſe Iacobo, quingẽtis fratribus & omnibus apoſtolis. Sic Paulus ipſe inquit ad Philippen. Neceſſarium exiſtimaui Epaphroditum fratrem & cooperatorẽ & cõmilitonem meum, ueſtrum autem apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ, mittere ad uos. Sic Eccleſia Timotheum & Titum credit eſſe apoſtolos. Vide Hierony. Gala. 1. Coloſ. 1.

4. Poſtremo apoſtoli dicuntur, quotquot a deo miſſi ſunt ad nunciandam ueritatem, ſic prophetæ uocantur apoſtoli, ſi-
Eſa. 6 cut de Eſaia dicit dominus: Quẽ mittam
Exodi. 3 & quis ibit ad populum iſtum. Ad Moy-
ſen quoq;: Veni mittã te ad Pharaonẽ &c.
Iohan. 1 Sic Iohannes baptiſta dicitur apoſtolus, quia miſſus eſt a deo. Et in uniuerſum apoſtoli uocantur omnes illi qui aliquibus primi adnunciauerunt fidem Chriſti, quomodo Gregorius apoſtolus dicĩt Anglorum, Dionyſius Gallorum, S. Bonifacius Germanorum, S. Rupertus Baioariorum S. Narciſſus Auguſtanorum, S. Kilianus Francorum, S. Maternus Alſatiorum, S. Eucharius Treuerenſium, S. Colmanus Auſtriæ, Vigilius Tridentinorum, S. Staniſlaus Polonorum, & Caſimirus rex Poloniæ apoſtolus dici poteſt Lituanorum. Neq; tamen interim iſti pertingunt ad maieſtatem & amplitudinem duodecim illorum, quos Chriſtus ex uniuerſo mũdo elegit, ut eſſent fundamenta & columnæ Eccleſiæ, eamq; plantarẽt doctrina, exemplo, poteſtate quoq; ſibi a Chriſto tradita, & ad extremũ ſanguine ſuo. Hos igitur pio ſemper adſectu proſequimini & colite, ut interceſſores uobis eſſe dignẽtur propitij apud Chriſtum iudicem &c. Amen.

In communi de ſanctis martyribus.

Stola iucunditatis induit eum dominus, coronam pulchritudinis ſuper caput eius, Eccleſiaſtici XLV.

Noſtra lectio diuerſum habet.

SI qua eſt uirtus, quam homo, habere poteſt in hoc ſæculo, p̃fecta, modiſq; omnibus conſummata, ea utiq; eſt dilectio dei, qua quis ardenter deũ diligit ſuper omnia, ſicut eam Paulus ce-
lebrat & laudat omnium maxime ad Co- 1. Cori. 13
rinthios: In nullo autem opere magis obſeruatur illa dei dilectio q̃ in ſubeũdo martyrio, quum Chriſtianus propter nomen domini & fidem in illum potius ſe tradit in mortem q̃ ut abneget. Atqui feruentius ſe diligere deũ quiſq; uelut ex inſtituto profitetur, quo magis propter eum rem ſibi chariorem relinquit, & ſuſtinet aliud quiddam moleſtius. Quid autem homini naturali-
ter charius eſſe poteſt ipſa uita? ſicut ait Iob. 2
Iob: pellem pro pelle, & omne quodcunq;
poſſidet

poſſidet, dabit pro anima ſua, hoc eſt, uita ſuſtentāda, nihil quoq; naturaliter magis
3. Etic. formidat homo cum grauiore horrore quā mortem, quæ ex horribilibus omnibus res maxime eſt horribilis, ideoq; opus hoc eſt, ſummę tū charitatis tū perfectiōis, de quo
Ioh. 15 ait dn̄s: Maiorē charitatem nemo habet, niſi ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis. Atq; ideo communis hæc eſt ſanctorum patrum deciſio, q̄ ſtatus martyrū coram deo perfectior ſit, cæteris paribus, quā uel uirginum, uel cōfeſſorum, ſiquidē quo durior pugna, & conflictus acerbior eſt, eo honeſtior efficitur uictoria, precioſa enim mors ſanctorum ante conſpectum
Pſal. 115 Ambroſi. domini, quia per hoc martyr eccleſiā uniuerſam docet & cōfirmat, ſicut dicit Ambroſ. Martyr quum patitur, nō ſibi ſoli patitur, ſed etiam alijs, ſibi patitur ad præmium, cuilibet in exemplum, ſibi ad requiem, cuilibet ad ſanitatem. Multū quoque deus in martyribus cōmēdatur, dum eorū ſupplicia ueneramur quia laus ipſorū laus & gloria Chriſti eſt, propter quem paſſi ſunt, unde Auguſtinus ait, non ad-
Auguſt. miramur q̄ paſſi ſunt, ſed propter quem paſſi ſunt, igitur non pœna in laude, ſed fides eſt in honore, propter eiuſmodi certamen glorioſum merito coronantur a deo
2. Tim. 2 iuxta illud Pauli, nemo coronatur niſi qui legittime certauerit: Et talem coronationem præuidit in ſpiritu ſapiens, quum ait, ſtola iucunditatis induit eum dominus, coronam pulchritudinis &c

Euangelium ſicut in die S. Sebaſtiani, S. Laurentij, uel S. Mauritij.

Nihil hic mihi, dilectiſſimi, animus eſt dicere de ijs qui ſolo animo & uoto cupierunt eſſe martyres, neque facti ſunt ipſo opere, ſicut de S. Martino canit eccleſia: O ſanctiſſima anima, quam etſi gladius perſequutoris non abſtulit, tamen palmam martyrij non amiſit:
Ad damaſum Nihil inſuper de eo dicendum mihi ſumo, ſicut Hieronymus loquitur de latrone Diſma: Chriſtus inuitauit eum de cruce ad paradiſum & ne quis aliquando ſeram conuerſionem putaret, fecit homicidij pœnam martyriū c. importuna de pœn. diſt. 1. ſicut interdum perfecta opera bona hominis Chriſtiani ſuſcipiūt appellationem martyrij, id quoque miſſum nunc facimus: Quoniam aduerſa tolerare patiēter, ex animo condolere afflictis, etiam martyrium eſt, ſicut Paulus fecit, qui de ſe dicit,
1. Cor. 11 Quis infirmatur, & ego nō infirmor, quis
Greg. ſcandalizatur, & ego non uror, ſic Grego. ait, ferre contumelias & odientem diligere, martyrium eſt in occulta cogitatione: Omne autem illud martyrium generaliter ualde uſurpatur, q̄ opera iſta martyribus multum uideantur eſſe ſimilia: Sed illi demum proprie ſunt in portu martyrū, qui mortem ſuſtinent uiolēter inflictā pro
Hebr. 11 pter deum uel uirtutē dei, de quibus Paulus ait, diſtenti ſunt non accipientes redemptionem ut meliorem inuenirent reſurrectionem, Alij uero ludibria & uerbera experti, inſuper & uincula & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, & in occiſione gladij mortui ſunt: Circumierunt in melotis in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in ſolitudinib. errantes & in montibus & ſpeluncis, & in cauernis terræ: Sic
Apoc. 7 ſenior ille Iohānem quæſiuit: Hi qui amicti ſunt ſtolis albis qui ſunt, & unde uenerunt, quod quum neſciret Iohannes reſpōdit ſenior: Hi ſunt quenerunt ex tribulatione magna & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerūt eas in ſanguine agni, ideo ſunt ante thronum dei, & ſeruiunt ei die ac nocte. Magna illorum eſt turba collecta ex omnibus populis & tribubus & linguis: Teſtatur enim Hieronymus tēpore ſuo fuiſſe martyrum illorum qui ſuo iam tempore innotuerunt, numerum tantum, ut cuiq; die cędant & tribui poſſint quinq; eorum milia, dempto circunciſionis die: Quot
Hierony. autem fuiſſe credemus martyres Hieronymo non ſatis cognitos? Quantum iam in de a temporibus Hieronymi acceſſit huic ſancto exercitui martyrū annis plus nongentis? Et ideo quia martyres morte ſua Chriſtum ſunt ſequuti, triumphales coronas meruerunt de manu dei; Sed nos ne

longius euagemur, uideamus principio quinam ſint martyres, & quid requiratur ad hoc ut aliquis ſit martyr.

Principio itaq; ad martyrem pertinet certa ſupplicij ſui cauſſa, ſiquidem nõ omnis ſiue pœna, ſiue mors martyrem facit, 1.Pet.4 iuxta illud Petri, nemo ueſtrum patiatur ut homicida, aut fur, aut maledicꝰ aut alienorum appetitor, ſi autem ut Chriſtianus non erubeſcat, glorificet magis deum in iſto nomine: ſed ꝙ aliquis gloriam martyrum adſequatur per ſupplicium quod patitur, oportet pœnam cauſſari ex aliqua ſequentium cauſſarum, quarum prima eſt pati & mori pro fide Chriſti, ipſoq; adeo domino Ieſu, quod qui faciunt ij demum ueri martyres ſunt, ſiquidem martyr ex Græco teſtem nobis ſonat, præcipui ergo illi ſunt teſtes qui pro teſtimonij ſui uera profeſſione mortem non formidant, ſicut neceſſarium eſt, ubi tempus & locus hoc Rom.10 requirunt, dicente apoſtolo, corde creditur ad iuſticiam ore autem fit confeſſio ad ſalutem: Parati in hoc eſſe debent omnes Chriſtiani, ſubire & perpeti mortem in perſequutione Chriſtianorum, qua-Act.5 lem reſuſcitabit Antichriſtus aduerſus eccleſiam, ſicuti ſane periculum eſt præ foribus imminere tempus illud, ſic apoſtoli paſſi ſunt cum gaudio euntes a conſpectu concilij ꝙ digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contumeliam pati.

Altera paſſionis cauſſa eſt ꝓpter Chriſtum, uel etiam loco ipſius, quemadmodũ Math.2 paruuli innocentes ſunt occiſi, in quibus ſingulis tyrannus putabat ſe Chriſtũ occidere, nam ſicut per aquam baptiſmi dominus deus gratiam dat paruulis in eccleſia, ita per ſanguinem illum quem profuderunt paruuli loco ipſius, coronam eis & gloriam martyrij contulit, de quibus multa iam ſupra diximus, ſiquidem Chriſtum quæſiuit tyrannus in paruulorum ſanguine & membris.

Tertia ratio eſt, quũ quis ob dilectionem & ſalutem proximi patitur, quomodo Chriſtus caput eſt martyrum omnium, ut ait Petrus, Chriſtus paſſus eſt pro no-1.Pet.2 bis, uobis relinquens exemplum ut ſequamini ueſtigia eius, portauit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum, ut nos mortui peccatis uiueremus iuſticiæ, cuius liuore ſanati ſumus, ſic quilibet in poteſta- Iohan.10 te ſublimiori conſtitutus ponens animam ſuam pro ſubditis, martyr utiq; eſt.

Quarta ratio hæc eſt, ubi quis moritur propter legẽ diuinitus acceptã, ſic martyres adhuc colit eccleſia Machabæos illos 2.Mach.7 fratres ſeptem, quos quum cogere niteretur rex Antiochus, ut ſuilla carne ueſcerentur contra legem, ipſi uero reſiſterent fortiter, tyrannus uni poſt alium præſcidi fecit linguam, pellem abripi, manus & pedes amputari, tandemq; eos in lebete bullĩete torqueri & perire, ad extremum matrem ipſam interfici; Et ꝗuis illi in ueteri adhuc teſtamento paſſi ſunt, nondum reſerata ianua cœli, tamen quia ſimili pariq; forma ſuſtinuerunt ſupplicium atrox, & cruentũ ſicut martyres euangelici, inquit Bernhar. Quod eis negauit tempus, con- Bernar. ceſſit martyrij forma, quia eo modo paſſi ſunt, quo & martyres noui teſtamenti.

Ratio quinta, ſi patitur aliquis propter eccleſiam & eius immunitates atque prærogatiuas, ſicut Sanctꝰ Thomas Canthuarien. a nobilibus confoſſus eſt in Anglia, eo ꝙ repugnaret ipſis uiolenter conãtibus bona eccleſiæ deripere ſibique uſurpare: Defuncto illi iamq; occiſo quum fratres eius iuſta & exequias peragere uellent ſicut pro defunctis fieri conſueuit, inceperunt angeli cantare, lætabitur iuſtus, miſſam de martyre decantari ſolitam: Sic plane oppoſuit ſe S. Ambroſius imperatori Ambroſi. uolenti bona eccleſiæ ſimili exemplo abripere, ſiquidem ille multa admodum perpeſſus eſt propter baſilicam, tu ipſe eum conſule in oratione contra Auxentium lib. 5. & epiſtolas ad Valentinianum Imperatorẽ & Marcellianam ſororem, ſic aũt ait epiſcopus ille uere pius: Si rapis, ſi deuoras, ſi acceperis, ſuſtinebo: Si autem extenderis manum tuam ad ſanctuarium dei, ibi me ſacerdotem inuenies: Cauſſa ſexta ea eſt, ſi quis propter iuſticiam deo exhibitã occidatur, ſicut Abel a Cain interfectus eſt eo tantum ꝙ iuſtus eſſet, &

ſacriſi

Gen.4 ſacrificium iuſte deo obtuliſſet, atq; ideo
Auguſt. gratus eſſet deo. Auguſtinus ait uirginē, & ſacerdotem, & martyrē eum fuiſſe, quia
Math.23 ab ipſo Chriſtus incepit colligere & Iudæis exprobrare ſanguinem martyrum, Tranſſcripſit hoc idem ex Auguſtino de mirabil. ſacræ ſcripturæ lib. 1. Gratianus 23.q.4.nimium.

Mat.5 Beati, inquit dominus, qui perſequutionem patiuntur propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: Et ſane quotieſcunq; uir bonus propter iuſtitiam iudicatur uel a uulgo uel tyranno, parata eſt ei gloria fœlicitatis æternæ, ut inquit Petrus: Beati eritis ſi quid patimini propter iuſticiam. Septima porro cauſſa eſt quum quis patitur ob confeſſionem ueritatis, ſic Iohannes Baptiſta ſupplicium mortis ſuſtinuit, q; dixerat Herodi, non
Marc.6 licet tibi uxorem fratris tui te habere: Ibi ſtatim eum in uincula coniecit Herodes, Herodias quoq; ex inuidia decollari ipſum curauit, ſic martyr factus eſt, & Hieremias propheta, quem populus lapidauit qui fugerat in Aegyptum, eo tantum q; eis
Hier.42 dixerat profectionem ipſorum eſſe aduerſus deum, qui ideo eos eſſet ſupplicio affe-
Hierony. cturus, ſicut teſtatur Hieronymus. Sic Iſaias quamuis ſtirpe nobiliſſima natus tempore Manaſſes regis ſerra diſſectus eſt
Auguſt. medius in duas partes. Atq; hinc Auguſtinus dicit, diſcernendum eſt, qui & pro quo patiantur, & erunt martyres ſi pro ueritate quæ Chriſtus eſt, patiantur & legittime coronabuntur.

Poſtremo triplicem exponunt doctores martyris dolorem, quoniam nonnulli tantum exaſperantur in corde, & patiuntur animo, ſic paſſa eſt uirgo mater ſub cruce filij ſtans, iuxta prophetiam Syꝛ meonis: Tuam ipſius animam pertranſi-
Lu.2 bit gladius: ſic Hieronymus, inquit: Ex dolore quem de morte filij habuit pluſquā martyr fuit. Probant hoc ipſum doctores ratione (ut Ales, Lyra, Richar. & alij quia tanto amarior fuit compaſſio Mariæ ſuper alios martyres, quanto paſſio ipſius magis fuit in ſpiritu & anima, ubi ſuſtinuit illa quæ a tortore gladio paſſi ſunt martyres in corpore, ſicq; impleta eſt prophetia Iohelis, ſol conuertetur in tenebras Ioh.2
& luna in ſanguinē, ſol enim iuſticię Chriſtus in morte ſua cōuerſus eſt in tenebras, luna autem Maria in ſauguinē per ardentiſſimam compaſſionem.

Alij martyres præcipue patiuntur in corpore, interimque ſpiritu mirabiliter reficiuntur per gratiam dei, ſicuti Sanctus. Laurentius ardentibus prunis impoſitus corpore, in ſpiritu tamen conſolationem habuit ſpirituſſancti, adeo ut prunæ ei uiderentur eſſe roſæ. Eodem modo Sanct. Tiburtius: Sancta Barbara, Sancta Margaretha: Stephanꝰ quoq; in corpore ictus Act.7
dum ſuſtinebat lapidum, in ſpiritu tamen uidit IESVM, ſtantem a dextris uirtutis dei, unde animus eius immenſam conſolationem ſuſcepit. Huiuſmodi conſolationem, & ſpiritus dulcedinem ſubtraxit diuinitas benedictæ animæ CHRISTI, ſi- Tomo 1
cut in eius ſupplicio dictum eſt. Cæterum fol.150 d
tertius modus ſuſtinendi paſſionem eſt ille, quando doloris acerbitas non tantum in corpore ſed etiam in ſpiritu ſentitur, ſicut in Chriſto accidit, qui q̄uis grauiſſima pateretur ſupplicia in corpore ob ipſam conſtitutionis eius ſubtilitatem, attamen dolor ſpiritus in immenſum fuit maior, quo ille pro omnibus totius mundi peccatis ſatisfecit, ſimulque agnouit paſſionem ſuam non ſolum in Iuda & Iudæis, uerum etiam in tot milibus Chriſtianorum effectu carituram, ſicut in paſſione ad longum dici ſolet: neque enim temere de magnitudine paſſionis & acerbitate doloris conqueritur dominus per pro-
phetam dicentem: O uos omnes qui tran Thren 1
ſitis per uiam attendite & uidete, ſi eſt dolor ſimilis ſicut eſt dolor meus. Quemad-
modum autem deus CHRISTO nomen Philip.2
dedit ſuper omne nomen, ipſumq; ſuprema gloria coronauit, ita etiam martyres coronauit corona decoris & pulchritudinis, de qua plura ſequenti diſſeremus homilia &c.

Altera Homilia in communi de ſanctis Martyribus.

DE immenſo illo gaudio quod martyribus ſuis præparauit deus, humana infirmitas etiã cogitare digne nõ ſufficit, tantũ abeſt ut dicere & exprimere ſatis ꝓ dignitate poſſit, tanta enim eſt beatorum merces ut dimenſionẽ non recipiat, tam multa ut nequeat numerari, tam plena ut finiri non poſſit, tam p̃cioſa ut nemo digne æſtimare queat illam. Et q̃uis admodum multa paſſi ſunt ſancti martyres hic in terra, attamen uniuerſa ea ſupplicia nulla ſunt ſi cum beati-
Rom.8 tudine cõferant, iuxta illud Pauli, nõ ſunt cõdignæ paſſiones hui⁹ tẽporis, ad futurã gloriã q̃ reuelabitur in nobis: Quãtũ autẽ nobis ſpiritus ſanctus in ſacris literis manifeſtauit, anim⁹ eſt hic ꝓſequi, & principio conſtat martyres a deo coronari ut alios beatos omnes corona aurea, quę ipſa eſſentialis eſt beatitudo, cõſiſtens in uiſione & fruitione diuinæ eſſentiæ, uel etiam gaudium eſt, quod habent beati ex præſentia eſſentiæ dei, omnes enim beatos reges facit deus & coronatos, ſicut Iohannes teſta-
Apo.5 tur inquiens, feciſti nos deo regnum & ſacerdotes & regnabimus ſuper terram, in
Iohan.1 cauſſa eſt, quia poteſtatem dedit nobis dominus filios dei fieri, regis autem alicuius filius merito coronam geſtat tradito ſibi patris ſui regno, quoniam ſic dicet domi-
Matth.25 nus electis ſuis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod paratum eſt uobis ab origine mundi. Ad hoc deſignandum inoleuit mos ille in eccleſia ut ſancti pingantur inſigniti diademate, q̃uis illud communiter non per modum coronæ ſed inſtar ſcuti ſolet depingi, eo ꝙ ſancti in protectione commorantur altiſſimi, iuxta il-
Pſal.90 lud: Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione dei cœli commorabitur.
Eccle.45 Huiuſmodi corona coronat⁹ eſt a deo Moyſes, dicente ſapiente, corona aurea ſuper mitram eius, expreſſa ſigno ſanctitatis & gloria honoris. Atq; hæc ipſa corona ſanctis omnibus eſt communis q̃uis non æqualiter, quo enim quis plus meruit, eo honeſtiorem coronam a deo accipiet. Et illud ſane gaudium aureę coronæ tantum conſiſtit in ipſo deo & diuinæ eſſentiæ perfectione, quia ſolus deus & præter hunc nemo, nullaq; in uniuerſum creatura poteſt hominis animum aut angeli exatiare, ita ut quum intuentur eſſentiam, bonitatem, ſapientiam & potentiam dei &cę.

2. Neq; uero tantum corona aurea ſanctos ſuos coronat deus, ſed inſuper adhuc alia aureola quam doctores aiunt eſſe gaudium beati conceptum ex operibus quę excellentis uictoriæ habent rationem ſiue reſpectum, ſicq; deus in corpore beati peculiarem faciet ornatum, qui ſit ſignũ illius interioris gaudij, principaliter quidem futuri in anima, ſed quod tamen inde diffundetur in corpus.

Suntq; adeo aureolæ illæ tres, quia non omnes ſancti acquirũt aureolam, ſed martyres tantum & doctores quoq; eccleſiæ. Sicut ergo Equites aurati liberiorem habẽt poteſtatem geſtandi aurum q̃ cæteri, ita qui fortiter decertarunt habebunt in cœlo ſingularem ſuæ uictoriæ ornatum, aureolam ſcilicet: Nam ea inferior eſt, beatitudine eſſentiali, deſumptus autem eſt numerus aureolarum ex numero militiæ ſpiritalis, ſiquidem Chriſtiano certandum eſt aduerſus mundum, carnem & diabolum. Ex ijs martyres excellenter ſuperant mundum, quando omnem eius gloriam & uoluptatem contemnunt, ſuſtinentes perſequutionem uſque in mortem. Virgines præ cæteris carnem domant, dũ ſibi temperant a carnis illecebris ſimul & operibus. Doctores diabolum uincũt dum eum eijciunt per uerbum dei ex cordibus hominum (potes etiam adaptare tribus uiribus animæ.ſ. rationali, quam uincunt doctores docentes captiuandum intellectum in obſequium fidei, concupiſcibili, quam uincunt uirgines abſtinendo illecebris carnis, & iraſcibili, quam uin-

cunt

cunt martyres non reſiſtendo perſequuto-
ri, aut eum inuadendo,ſed patienter uio-
lentiam tolerando.) De tribus illis nos
ex ordine dicamus, & pricipio de aureola
martyrum: Quæ ſane erit inſigne quod-
dam corporis ornamentum in cicatricibus
uulnerum, aut alias in corpore, quo uelu-
ti ſigno ab angelis & beatis alijs dignoſcen
tur,quia mortem ſuſtinuerũt propter deũ
uel propter iuſticiam & ueritatem,& ſicu-
ti cauſſas illas, iam ſupra recẽſuimus (ideo
martyres non ſolum ſimilitudinarie non
adſequuntur aureolam, ſicut mortificãtes
carnem, agentes continuam pœnitẽtiam,
pauperes ſpiritu uoluntarie, nec pueri in
fornace) Diceres, atqui S. Martinus ty-
ranni perſequutionem non ſenſit & tamen
palmam martyrij non amiſit, Iohannes
quoq; per martyrium non conſummatus,
ſed tamen in oleum eſt repoſitus propter
nomen Ieſu a tyranno Damitiano. Reſpõ-
detur, quoniam ubi manifeſtam ſcripturã
non habemus ibi aliquid conſtanter non
poſſumus aſſerere, neque teſtimonium ha-
bemus diuinę reuelationis uel deciſionem
eccleſiæ. Id ex ſacris literis edocemur, mar-
tyres peculiarem habere aureolam, utrum
autem ij aut iſti habeant,nos certo non ſci-
mus, ſunt enim qui putant Iohãnem mar-
tyrem non fuiſſe,atq; colligunt ex eo quod
Iohan. 21 dominus dixit Petro: Tu me ſequere,ne-
que hoc uoluit dicere ad Iohannem.

Alij uolunt Iohannem quoq; adſequu-
tum eſſe aureolam martyrum,probãt hoc
Math. 20 ex eo quod Chriſtus dixit ad ipſum & fra-
trem eius , calicem meum biberis , calicis
autem nomine in ſacris literis paſſio intel-
ligitur, autore Hiero. Et horum ſententia
Hierony. aureolam martyrum cõſequentur non tm̃,
qui paſſione cõſummati ſunt, ſed & q ſup-
plicia ſuſtinendi uoluntatem habuerunt,
& quibus tyrannus quãtum quidẽ in ipſo
eſt, pœnam inflixit,quam paſſuri illi com-
muni curſu naturæ mortui eſſent,unde ta-
men diuino auxilio protegente ſint libera
ti, neq; hinc eis quicquam decedit de gau-
dio aureolæ, ſic Iohanni uoluntas fuit
prompta in corde, confeſſio fidei in ore,
martyrium in corpore, tyrannus exterius,
ut ſic nihil defuerit ei ad mortem niſi gra-
tia dei quæ ei non ad defectum ſed incre-
mentum gratiæ profuit, illeq; ſic calicem
Chriſti bibit: Simile eſt de ijs qui licet non
in paſſione mortui,ſtatim tamen ſpiritum
poſtea ſuum ex ſupplicio obtulerunt, ut
Sanctus Vincẽtius: Sanctus Timotheus,
Sanctus Vitus & alij plures: Vel etiam ubi
aliqui in exilium relegati,uel in carceribus
ſunt mortui, ſicut eccleſia Martinum pa-
pam pro martyre ueneratur, quum tamen
in martyrio mortuus nõ eſt,quia qui eum
gladio transfodere parabat, ſubito cæcus
factus eſt,ipſe autem in exilio fœliciter mi-
grauit ad dominum, ſic etiam quicunque
pro fide Chriſti ultro crucem ſuſcipiunt,
& cõtra infideles pugnando occiduntur,
aureolam utique martyrum acquirunt,ex
ſententia quorundam quæ multum fa-
uoris habet & clementiæ, alij enim perſe-
uerant in eo quod primo loco diximus,
illos tantum qui propter martyrium mo-
riuntur uoluntarie aureolam adipiſci: Ita-
que ſi quis defendere ſe paret, ut in bello
Turcico, is non acquiret aureolam marty-
rum. (Et ideo excellentior eſt fortitudo
quæ fit ſine cõtrapugnatione, quam quæ
fit cum contrapugnatione, nam eccleſia
creuit ſub Martyribus, quando non con-
trapugnabant , ſed poſtquam Chriſtiani
incæperunt contrapugnare, cæpit immi-
nui, primo ſub Saracenis,ubi perdidimus
totam Aphricam , Arabiam , Egyptum,
& terram ſanctam: Deinde ſub Turca,
ubi perdidimus Aſiam minorem, totam
Græciam, Bulgariam, Seruiam, magnam
partem Hungariæ & Dalmatiæ.)

Sic Sanctus Mauritius cum ſocijs ſuis
noluit ſe defendere in hoc ut palmam mar
tyrij conſequeretur, Chriſtianus quidam
traditus fuerat Longobardis, ut refert
Gregorius lib. 3. dial. occidendus, qui da
ta ſibi optione ut quã uellet eligeret mor-
tem, noluit aliquam eligere, ſed offerebat
ſe patienter ſuſtinere uelle mortem quam-
cunq; deus ei immitteret. Viciſſim Sanctũ
Oſualdum credit eccleſia martyrem q̃uis

in pugna ſit occiſus: Et in Sancti Stephani inuentione legitur Nicodemum a Iudæis magiſtratu ſuo priuatum, ex ciuitate eiectum, ſemimortuum quoq; cęſum, ſed quia non inde mortuus eſt ille, uerum in pace migrauit, Gamaliël eum pro martyre non iudicauit, ſiquidem & ſolus ille Calathus qui Stephani corpus monſtrabat, roſas habebat rubras, reliqui albas, quo arguebatur ex. 4. illis unicum conſequutum eſſe aureolam martyrum.

Vide hiſtoriam. De ijs igitur qui multa propter fidem ſuſtinuerunt ſupplicia quæ tamen eis non intulerunt mortem, ne ſcio an aureolam conſequuti ſint martyrũ, ſiquidem & Germani iſti Longobardi S. Benedictum in ardentem fornacem proiecerũt, atq; ille interim ab eccleſia pro confeſſore colitur non martyre: Ad hæc dicere non audeo, deum eis aureolam non dediſſe, quæ magna futura ſit temeritas, hoc unum ſcio ꝙ deus opus bonum nullum ſinit irremuneratum, ꝙq; gaudia beatorum maiorra ſunt ꝗ̃ ipſi cogitare poſſim⁹ in cor
1. Cor. 2 dibus noſtris, iuxta illud Pauli ex Iſaia:
Iſa. 64 Oculus non uidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus ijs qui diligunt illum.

Ad alteram obiectionem de Sancto Martino, etſi & ipſe ab Arrianis Mediolani indigne tractat⁹ & cæſus eſt, neq; ſemel martyrium appetijt, ſicut & Sanct⁹ Frãciſcus de quo canimus, Martyr. & Sanctus Dominicus, & Sanct⁹ Anthonius de Padua, alijq; complures: Ea ſane uoluntas bona a deo irremunerata nõ relinquitur in æterna gloria, ſed nõ ideo conſequuti ſunt illi aureolam martyrum, quamobrem uerba
Bonauen. illa eccleſiæ, ꝙ nõ amiſerit Martinus martyrij palmam, quo ad auream ſunt accipiẽda, gaudium. ſ. eſſentiale beatitudinis, non quo ad aureolam hanc ſpecialem ſanctorum martyrũ: Inuenire eſt apud quoſdam doctores palmam eſſe peculiare quoddam ſymbolum in uita æterna, quia ſicut corona radici tribuitur diuinæ charitatis, aureola excellenti alicui operi datur, ita palma operis illius bonæ uoluntati adſcribitur, ſic Sanctus Franſciſcus ter emenſo ma S. Fran.
ri cupiebat ab infidelibus occidi, ſed deus eum miraculoſe conſeruauit ad martyriũ uitę durioris, & ꝙ ſignaturus eum eſſet ſtigmatibus paſſionis ſuæ.

Secunda aureola doctorũ eſt qui alios erudiunt in fide, quam tamen non omnes doctores habebunt, ſed ij tãtum qui uiam docent ſalutis, qui prædicant ſemitam ueram ad uitam (oportet ꝙ actu prædicent & propellant ignorantiæ tenebras, uel publice legant ſalubria animæ.) ideoque ad hanc turbam illumque chorum ſanctum nihil faciunt theologi iſti ignaui, qui ſe non exercent: Multo minus Iuriſtæ huc pertinent, procul uero procul hinc arceantur rabulæ forenſes, qui linguam tantum circunferunt uenalem: Nihil cum hac ſancta doctorum caterua commune eſt medicis alijſq; ſcientiarum quarumcunq; profeſſoribus, ſed tantum prædicatores iuſticiæ aureolam hanc habebunt, modo gloriam dei, & animarum quærant ſalutem, non lucrum, non quæſtum appetant, non uenentur inanem aliquam gloriolam: Et de huiuſmodi doctoribus inquit Daniel, Danel. 12
qui docti fuerint fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti, & qui ad iuſticiam erudiunt multos quaſi ſtellę in perpetuas æternitates: Lucem enim dei inſerunt cordibus fidelium, uincentes per hoc diabolum: Quã obrem militiæ ſuæ merito aureolam geſtant, inſigne aliquod decus in corpore ſuo, uel ore, uel etiam lingua. Huiuſmodi aureolas habent apoſtoli, doctores quoque ut Dionyſius, Chryſoſtomus & alij, magnaq; confeſſorum turba qui diligenter prædicarunt & docuerunt.

Aureola porro tertia uirginum eſt utriuſque ſexus, de quibus ait DOMINVS quia caſtrauerunt ſeipſos propter Math. 19
regnum dei: Et qui poteſt capere capiat, Accepturos autẽ eos aureolã peculiarem præ alijs hominibus, promiſit dominus per prophetam dicentem, hæc dicit dominus Eunuchis. Qui cuſtodierint ſabbatha mea & elegerint, quæ ego uolui, & te- Iſa. 56
nuerint

nuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locũ & nomen me- lius a filijs & filiabus, nomen ſempiternũ dabo eis, & quod non peribit: Ecce quan- ta hic pollicetur DOMINVS eunuchis hoc eſt, eis qui uouerunt perpetuam ſerua- re caſtitatem, tales enim uirgines ſcriptu- ra & Christus ipſe uocat Eunuchos, neq; tamen chorum hunc introibũt omnes uir- gines, ſiquidem paruuli prius morientes quã habeant uſum rationis aureolam hanc non acquirent, quia nõ militant in hoc ut concupiſcentiam carnis uincant, neque plenum habent propoſitum ſemper uir- ginitatem ſeruandi (dicis, uirginitas ei in funditur in baptiſmo, reſpondeo, uel non infunditur, quia non eſt neceſſaria ad ſalu- tem, uel ſi infunditur, ei non debetur au- reola, quia illa debetur actui, & operi non priuationi uel habitui) Ad hæc uirgines iſtæ quæ nubere cupiunt, aureolam hanc non habebunt, cũuis uoluntatem illam in aliud propoſitum uertere, & uirgines fie- ri poſſint deo placentes (uolo dicere, in- tegra corpore ſi proponit uelle contrahe- re, amittit uirginitatem cui aureola debe- tur, non enim eſt bonus uictor, qui cogitat aliquando uelle cędere hoſti, perdit tamen uirginitatem recuperabiliter, quia propo- nendo ſe non uelle contrahere recuperat eã) non ſecus atq; quũ quis in die quo in- dictum eſt ieiunium ſibi proponit nolle ieiunare & tamen anteq; comedit, muta- ta uoluntate ieiunium decernit ſe uelle ſer- uare, adhuc præceptũ eccleſiæ non tranſ- greditur, ſicut in parabola dominus oſten- Math. 11 dit, quando paterfamilias dixit ad filium ut iret operatum in uinea, qui recuſauit, & tamen mutato animo abijt operari.

August. Atq; ideo doctores dicunt: Etſi Abel uirgo fuerit, ſicut & Auguſtinus teſta- tur, aureolam tamen uirginum conſequu- tus non eſt, quum propoſitum habuerit ducere uxorem: Aliter ſe res habet de Hierony. Helia, & Iohanne Baptiſta: Atq; ſicut de Hieremia ait Hieronymus: In matris utero ſanctificat9 ille uirginitate ſua Euan- gelicum uirum Chriſti eccleſiæ dedica- uit, q ipſe ex ſingulari iure cum inſtinctu ſpiritus ſancti in uirginali caſtitate ſeſe con- tinuit, nam in ueteri teſtamento nondum erat tempus uirginitatis, quia pauci erant uerum deum agnoſcentes, ideoq; oporte- bat pauculos illos non conſeruari tantum ſed & augeri: Quamobrem uitioſum ha- bebatur coram hominibus ſterilem eſſe, ſicut hiſtoria Ioachim & Annæ teſtatur, 1. Reg. 1 & plorans illa Anna Samuelis ſatis indi- cat, dolens quoque Rachel, & uetula iſta Sara.

Porro adhuc uolunt doctores uirgini- bus illis non deberi aureolam quæ rem in ſuſpenſo relinquentes ignorant malint ne caſtitatem uouere an nubere marito: Ta- les enim conſtantes non ſunt in propoſi- to ſuo uincendi carnem, ſed pro incerto rei exitu animum quoq; ſuum mutabilem ge- runt, in ijs tamen laudi tribuitur illud, ſi tam honeſto & liberali ſint animo, ut ex- tra coniugium nolint uirginitatem amit- tere. Dominus quoq; in Euangelio Math. 25 commemorat quinq; uirgines fatuas, quæ etiam aureolam hanc precioſam non ac- quirent, de ijs plura diximus in homilia circa feſtum Sanctæ Barbaræ & Sanctæ Agnetis. Virgines quidem illæ dicun- tur, ſed fatuæ ſunt, quia etſi uirginitatem cuſtodiant, finem tamen debitum non ha- bent cui innitantur, cuiuſmodi ſunt quæ uirginitatem ſeruant ob petulantem ali- quam & laſciuam gloriam, ſicuti plærũq; fit ut aliqua caſta maneat tantum propter honorem, metuens, ut ne confuſa fiat fa- bula uulgi: Inepte ſane & parum recte: In hoc albo ſunt, quæ libertatis amore nubere contemnũt, timentes ne domino nubãt non marito, ſeq; in ſeruitutem præ- cipitent: Nihilo plus laudis merentur quæ ad ſeruandam uirginitatem coguntur, a parentibus detruſi in monaſterium, quæ ſi ſint liberæ ad choream magis properent quã ad cucullam: Aut ſi ſit aliqua cui non ſuppetant facultates ut pro ſua ſtirpe nu- bat dari, ſicut uſuuenire ſolet circa ma- gnas familias in ciuitatibus, ubi paupercu- læ ciues uetulæ fiunt uirgines. Adfectum tamẽ hunc in rectius emẽdare atq; in deũ

dirigere poſſunt, ut ſi qua metu paretũ ingreſſa eſt monaſteriũ, faciat ex neceſſitate uirtutem, atque uoluntatem ſuam offerat deo uouens ſe in gloriã dei, animæq; ſuę ſalutem uelle ibi manere neque inde recedere: Tunc ſane talis accedit numero uirginum prudentum, dum lampadem ſuam iterum ſurſum uerſus erigit in deum habebit in ea oleum. (ne offendantur corda ſimplicium & aures piæ non ſcandalizentur, conſulo non multum in ſermonibus publicis inſiſtendum de corruptis moribus iuuencularum, quæ etſi carnis ſignaculum retinent incorruptum, tamen uarijs modis carnales uoluptates uoluntarie experiuntur, ſed in confeſſionibus cum magna cautela tamen eſt inquirendum, ne doceãtur turpia, quæ forſitan alioquin nunq; ueniſſent eis in mentem: Magna hic prudentia opus eſt, certum eſt per libidinem & incentiuum fomitum multa turpiſſima fieri, tamen in interrogationibus modus adhibendus eſt.) Vt ergo tandem finiam, quæcunq; perſona utriuslibet ſexus ſibi ipſi proponit perpetuam ſeruare caſtitatem, in honorem dei, & animę ſuę ſalutem, ſiue tandem uoueãt uirginitatem uel non, ſiue in cœnobio degãt aut in mundo, aureolam uirginum conſequũtur, propter illam eximiam uictoriam quam habent aduerſus domeſticũ hoſtem carnẽ. ſ. contra quam bellum non ut martyres breue, ſed longum peneq; continuum gerũt, atq; ſic ſunt uelut quottidiani quidã martyres: Nunc rogate dominum deum &c.

Memini me ante annos. 21. ſermonem feciſſe in Vualkirch ad ſyluam Herciniam de S. Margaretha, adducto in hoc themate Can. 2. ſicut lilium inter ſpinas, ſic dilecta mea inter filias Hieruſalem, ibi explicaui quomodo quælibet uirgo dici poſſit lilium propter ſplendorem ſimul & odorem, cuiuſmodi lilia creſcunt in agro domini, habet autem lilium folia ſex.

Primum uirginitatis folium ſobrietas eſt continentia cibi ac potus Tit. 2. Daniel. 1. Luc. 4. Eccleſia. 31. ſpina pungens & ſuffocãs folium hoc, ebrietas eſt: Eph. 6. prouer. 20. c. uenter Luxurioſa res eſt, diſt. 35. ut patet in Loth Gen. 19. de filijs Iob, Iob. 1 Romæ mulieres non bibebant uinum.

Secundum uirginei huius lilij folium cultus ſeu habitus eſt decentior. 1. Tim. 2. ſicut Heſter c. 14. & Niniuitarum Ionæ. 3. Iohannis, Math. 3. Spina autem quæ folium hoc deterit Laſciuia eſt & petulantia ueſtium Math. 6. hinc oriũtur tot noui cultus iam diſciſſarum iam exciſſarum ueſtium, hinc fucus & lenocinia. L. item apud Labeonem § uirgines. ff. de iniurijs & lib. fam. Vulgare eſt q ex plumis cognoſcitur auis, plærunq; inſœlicem ſortitur exitum, Iſa. 4. diues Luc. 16 & Soph. 1.

Folium tertium cuſtodia ſenſuum eſt puta uiſus & auditus, ſtatim impingunt, qui uagabundos oculos in omnes angulos proijciunt. 32. q. 5: non ſolo. Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius: Viſus prima linea amoris. Corrumpunt bonos mores, &c. 1. Cor. 15

Spina folij huius curioſitas eſt, quum ea ſinit laſciuia uirgines ut uelint uidere omnia, admirabundæ quid ei ſinguli dicant, Gallina ſi nido careat, nidulatur in urtica. Dina Gen. 34. Ambroſ. ſuper Lu. 1. & Dauid. 2. Reg. 11.

Quartum folium eſt ſermonis honeſtas: Hieronymus, & Matth. 12. ex habundantia cordis: ſpina huius loquacitas eſt, quãdo celeres nimis ſunt in effutiendo, laſciua carmina cantant, literas amatorias ſcribunt uel ab alijs ſcriptas accipiunt.

Folium lilij huius quintũ eſt fuga proximæ occaſionis peccati: Qui picem tangit, Eccle. 13. Thamar. 2. Reg. 13. Spina eſt ſeſe dedere in periculum peccandi, ſtramina ſi ignibus admoueas, quid uetat quo minus ardeant.

Sextum & ultimum huius lilij folium eſt operatio uirtutum: Hieronymus pſal. ubiq;: ſpina eius otium eſt, quamobrem magni etiam principes filiabus & uxoribus

bus ſuis labores imponunt: Extende illa cum hiſtorijs & autoritatib. ſacræ ſcripturæ, & habebis popularem ſermonem egregium.



In dedicatione templi Euange. Luc. XIX.

Ingreſſus Ieſus perambulabat Hiericho: Et ecce uir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipſe diues: Et quærebat uidere Ieſum quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat: Et pcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, ut uideret eum, quia inde erat tranſiturus: Et cum ueniſſet ad locum, ſuſpiciens Ieſus uidit illum, & dixit ad illũ Zachæe feſtinans deſcẽde, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. Et cum uiderent omnes murmurabant dicentes, ꝙ ad hominem peccatorem diuertiſſet. Stans autem zachæus dixit ad Ieſum, ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & ſi quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait Ieſus ad eum. Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eo ꝙ & ipſe filius ſit Abrahæ: Venit enim fili⁹ hominis quærere & ſaluũ facere quod perierat.

Homilia prima.

Iam hodie ſolenniter templi huius conſecrationem celebramus chariſſimi, cui feſto Euangelium hoc aptauit ecclia ꝑpter uerba q̃ in eo dixit dominus: Hodie ſalus huic domui facta eſt, nam & nos credimus hoc cuilibet templo euenire in ſua dedicatione, nos igitur ubi prius Euangelium explicauerimus, de tẽpli dedicatione nonnihil diſſeremus.

Paulo ante hoc Euangelium ſcribit Lucas dñm quẽdã ſanaſſe cæcum, ubi ait Ambroſius zachæus in ſycomoro, cæcus in uia, quorum alterum dominus miſeraturus expectat, alterum manſionis ſuæ claritate nobilitat, de Hiericho iam antea diximus: Atq; in hoc itinere multa miracula operatus eſt dominus. Necq; uero publicanus tantum erat hic zachæus, ſed & ſupremus atq; adeo princeps aliorum, unde nullus in gratia dei deſperare debet qui modo conuerſionem & emendationem ſibi proponit: de publicanis itidem ſæpius diſputauimus, ſiquidem omnes præfecti officijs quæ ſine peccato peragere non poterant, publicani dicebantur, ſic teloneari eius temporis emebant uectigalia a magiſtratibus, deinde pro ſuo arbitrio urgebant & opprimebant miſeros, quæ res etiamnum hodie miſeranda eſt, neq; tolerari debet, quum enim ſic officia uendunt

Ambroſi. *Tomo. 1 fol. 84.*

ſuperiores, nihil aliud faciunt niſi coactores & oppreſſores pauperum.

Doctores oſtendũt defectus tres quos telonearij habuerunt, nam & uectigalia extorquebant ab ijs etiam qui immunes erant, a miniſtris dei, ſicut & ab ipſo Chriſto acceperunt tributum: Quapropter ille Petrum rogauit, reges gentium a quibus tandem acciperent tributum. 2. deinde longe plus accipiebant quam ipſum per ſe uectigal habebat. 3. quia uias neque ſtruebant, necp in pace conſeruabant. Inuenias iſtiuſmodi homines adhuc multos qui tamen publicani appellari nolunt. Zachæus princeps erat, forſitan ſub ſe hñs miniſtros alios plures, aut etiam quia multorum uectigalium curam gerebat. Inſuper deſyderium magnum zachæus habuit uidendi dominum, ideoq tam propitius fuit illi ut prius uideret eum quam uideretur ab ipſo, ſic.n.omnib.in locis, ut inqt Theo. præuenit nos dñs tantũ nos alacres & promptos uideat, zachæus ſi prius uidiſſet Chriſtũ, iam diu peccata reliquiſſet, nunc autem cupit eum uidere. Multi qui in peccatis commorantur diutiſſime, ſi ueniant ad homines pios & timentes deum, emendari poſſent, zachæus autem nõ potuit adſequi quod uoluit præ turba, quia plurimos impediunt peccata quo minus perueniant ad dominum, dum ſui quiſq peccati ex alieno exemplo prætextũ quærit & excuſationem, immemor eius quod Auguſt. dicit: Non minus ardebit qui cũ multis ardebit. Eadem hæc turba paralyticum impediuit quo minus ueniret ad aquas piſcinæ: Præ turba non poterant, qui geſtabant paralyticum uenire ad dominum. Turba ſuo tumultu fecit ut dominum morti adiudicaret Pilatus: Quid igitur mirum ſi turba peccantium impediuit zachæum: Altera cauſſa quur non uiderit ille dominum hæc eſt quia ſtatura puſillus erat: Quærit Ambroſius, Quid ſibi uultq nullius alterius ſtaturã niſi huius expreſſit ſcriptura: reſpõdet, forſitan quia adhuc malitia uel etiam fide puſillus erat.

Matth.17 · Theoph. · Ioh.5 · Matth.9 · Math.27 · Ambroſi.

2. Zacheus cõſilium inuenit quo modo uoluntatẽ ſuam expleret, præcurrens aſcendit in arborem Sicomorũ. Quã diu in turba hominum erat, Chriſtum uidere non potuit, ubi primum aſcẽdit ultra uulgi intellectum, uidit quem uoluit. Myſtice quilibet Chriſtianus aſcendere debet ſuper arborem crucis, & paſſionem Chriſti in ea cõtemplari, ideoq ficum fatuam ſiue ſilueſtrem hic uocat, quoniam Iudæis ſcandalum erat, crucem prædicare & crucifixum, gentibus autem ſtulticia, nos autem ultro debemus ignominiam crucis portare cum Chriſto, qui & ipſe uiam hãc ingreſſus eſt (extende ad placitũ, eſt enim facile de ſuſcipienda cruce, quæ quia ex ficu eſt fatua, nõ erit ſine dulcedine.) Quũque dominus ueniſſet in locum iſtum ſuſpiciens uidit zachæum. Ad hoc enim, inquit Ambr. aduenit Chriſtus ut ex lignis non poma ſed homines naſcerentur, ſiquidem Nathanaelem uidit ille ſub ficu, quoniam ſynagogam repræſentabat quæ ſub lege erat, zachæum autẽ ſupra legem exiſtentem uidit in arbore, ubi Euangelium deſignatur, Chriſtus etenim ſuo obtutu miſericordiæ zachæum adduxit ad renouationem & emendationẽ uitæ ſuæ, quomodo & Petrum reſpexit negantem ſe.

1.Cor.1 · Ambroſi. · Iohan.1 · Matth.26

Dixit igitur ad eum dominus, zachæe feſtinans deſcende. Ibi ſane diuinam ſuam omniſciẽtiam arguit, quoniam ipſe regionis eius ignarus nouit tamen zachæum quem & proprio ſuo compellat nomine, quumq cognitor eſſet cordium præſciuit etiam bonam ſuam uoluntatẽ, & ſeipſum inuitauit ad eum dicens: Hodie in domo tua oportet me manere: Vulgare eſt quod dici ſolet: Chari ſunt hoſpites qui ſeipſos inuitant: Hic iam dominus cœpit diligere Zachæum ſecundum præſentem iuſticiã, quem ſemper dilexerat ſecundum æternã prædeſtinationẽ, quãobrem etiam ſe inuitauit ad ipſum: O fœlicem hominem ad cuius animã hoc modo dominus ſe offert uenturum. Antiquus antea erat in ædibus zachæi hoſpes, qui multo iam tempore ſibi ius hoſpitij uendicauerat, ſed eum expellere uolens dominus ultro ſeſe obtulit hoſpitem, ſic Iohãnes inquit: In hoc apparuit filius dei, ut diſſoluat opera diaboli Extende quomodo Chriſtus fortis ſpoliauit diabolum.

1.Ioh.3 · Luc.11

Zachæus ultro paruit domino, feſtinans enim deſcendit & ſuſcepit eum gaudens: Non ignauus erat neq; deſes, ideo & nos parati eſſe debemus, quandocunq; nobis dominus aliquid precepit, quuis multi hic contra dominū murmurabant: Alacriter faciendum eſt quicquid deo uel propter deum pauperibus impenditur, quia hilarem datorem diligit deus, ſic nimirum hilaris fuit hic Zachæus etiamſi alij ideo murmurabant, quod Christus ad hominem peccatorem diuertiſſet, ſicuti & faciebant Leui Matthæo quando ad eum ueniſſet dominus, ſed murmuratores iſti non conſyderarunt infinitam dei miſericordiam, quæ ſe ſuper peccatores quoq; & gentiles extēdit, ſicut in ſpiritu præuidit pſalmiſta dicens: Memor ero Raab & Babylonis ſcientium me.

Theoph. *2.Cor.9* *Luc.7* *Pſal.86*

3. Zachæus miſſa aliorum murmuratione ſuo ſemet pede dimetiens, atque ſtans ante dominum dixit: Dimidium bonorum meorum do pauperibus. Diſcant ait hic Ambroſius, non in facultatibus crimen hærere, ſed in ijs qui uti neſciunt facultatibus, nam ſicut diuitiæ ſunt impedimenta malis, ita bonis exiſtunt adminicula uirtutum, unde zacheus dimidium bonorum ſuorūm pauperibus erogauit, inſuper ſi quem defraudaſſet ei quoq; reddebat, diſcant hic diuites, quod ubi multa bona corraſerint iniquis contractibus, menſuris ponderibus & ulnis falſis fefellerint miſeros, ſatis non eſt ſi imaginem aut ſtatuam crucifixi, ſiue tabulam pictam erexerint, ſed adhuc bona inique parta reſtituenda ſunt: Vnde Theophylactus hic ait, docet nos Zachæus nullum eſſe lucrum, ſi quidem habens ex iniuſticia pecunias alijs miſereatur, relictis illis quos iniuria affecerat, zachæus reddit in quadruplo, ut ſatisfaciat ijs quos offenderat, atq; ſic non damnum tantum reponit ſed cum augmento, ſicut & in lege fur tenebatur in quadruplo reſtituere.

Ambroſi. *Theophy.* *Exo.22*

Sequitur inde, quod pulchre & præclare Euangelicus factus ſit hic zachæus, dum dimidium bonorum dedit pauperibus, & quadruplum reſtituit ijs quos falſo deceperat: Quantulum ergo ei remanſit qui ſe totum denudauit, ſicq; nudus nudum ſequutus eſt Chriſtum: Quāuis hinc facile colligitur zachæum, ualde diuitem fuiſſe in bonis quæ uel hereditario, uel alio iuſto titulo acquiſierit, ſiquidem non potuiſſet alias dimidium dare pauperibus: Duo hic præ cæteris diligentius conſyderant doctores, alterum quod primo loco zachæus opus miſericordiæ receſet in elemoſina, quum tamen ante omnia etiam opera pietatis reſtitutio debiti & ablati præcedat, ſed ob immenſam miſericordiæ uirtutem, & quia opus illius tantopere placet deo, ideo hic præcedit, quuis in conſummatione operis prius ille ſatiſfecit offenſo. Deinde teſtatur Theophylactus præparatum illum beneq; inſtitutum zachæi animum propenſam & bonam ſuam arguere uoluntatem, dum ait, do & reddo, non promittit futurum, ut multi auari qui reſtitutionem iniuſte ablati differunt in extremam ſenectutem, ſemper procraſtinātes, & aliud ex alio cras promittentes quod nunquā præſtant, tandem uero quum hæredibus iniungunt, penitus actum eſt: Quilibet igitur ipſe maturius reſtituere, debet bona iniuſte parta, ſimiliter & elemoſinas & alia opera bona in flore inſtituere, iuxta illud ſapientis, ne dicas amico tuo, uade & reuertere, & cras dabo tibi, quum ſtatim poſſis dare: Et alibi, Cor inopis ne afflixeris, & nō protrahas datum anguſtianti: Hoc quoq; cōſyderant doctores, quod proprie ait zachæus, ſi quem defraudaui, qua conditione adnexa declarat ſe timuiſſe dominum in defraudādo proximum, & in fraude uitanda, quantum licuit per officium publicani: Et hoc forſitan domin⁹ reſpexit quod apud ipſum præ alijs diuertit.

Theophy. *Proue.3* *Eccle.4*

4. Audiens miſericors dominus benignum & iuſtum zachæi animum Euangelizat ei ſalutem dicēs: Hodie ſalus huic domui facta eſt eo quod & ipſe filius eſt Abrahæ, quaſi diceret: Hodie das, hodie acquiris ſalutem, filiū uocat Abrahæ ob ſimilitudinē morū, ſiquidem uterq; ex fide iuſtificatus eſt, uterq; pauperum amator: Vide tu hic mutationem magnam dexteræ excelſi: Principio Euangelij zachæus princeps dicitur publicanorum, iam uero filius

Theoph.

Abrahæ non ex ſanguine ſed uirtutib. & probitate: Nam ut Abraham patriam ſuã ita Zachæus poſſeſſiões ſuas reliquit propter dominum, facit huc quod Paulus ait, Rom.9 non omnes qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij, ſed in Iſaac uocabitur tibi ſemen, hoc eſt, filij Abrahæ non iudicãtur ex carne ſed promiſſione. Quumq; phariſæi & alij murmuraſſent contra dominum, eo ꝙ ad hominem peccatorem diuertiſſet, reſpondens etiam ad hoc dominus ait, filius hominis uenit quærere, & ſaluum facere quod perierat: Venit de cœlo dominus quæſitum oues perditas, ex quibus & hic Zachæus fuit, ſic de Chriſto prædixerat Matth.1 angelus, quoniã ipſe ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum, ſic ille filium perditum Matthæum inuenit ad teloneũ, Magdalenam in cõuiuio, latronem in cruce, quia ipſe uult omnes homines ſaluos 1.Timo.2 fieri: Deus itaq; nobis etiam gratiam ſuã concedere dignetur.

Homilia ſecunda in Dedicatione templi,

Adſumpto unctionis oleo unges tabernaculum cum uaſis ſuis, ut ſanctificentur altare holocauſti, & omnia uaſa eius, Exo. XL.

PRima potiſſimaq; ratio quur omnia in templis ipſaq; adeo templa conſecrent̃ hæc eſt, ꝙ Adam ab initio ex dono originalis iuſticiæ in qua conditꝰ eſt dominiũ habuit rerũ omniũ in uniuerſo mundo, ſicut dominus dixit ad eos, Gen.1 Implete terram & ſubijcite eam uobis, dominamini quoq; piſcibus maris & uolucribus cœli, & omnibus animantibus quæ mouentur ſuper terrã: Vſq; adeo hic creauit deus Adam potentiſſimum totius orbis monarcham & imperatorẽ, qui tamen quum primum per peccatum præuaricatus, factus eſt inobediens deo, ſimul quoq; obedientiam mundi & animalium amiſit, Luc.11 & ſicut dicit dominus: Quum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quę poſſidet, ſi autem fortior illo ſuperueniens uicerit eum, uniuerſa arma eius aufert in quibus confidebat & ſpolia eius diſtribuit, ſic nimirũ diabolus uicit Adamum, & imperium eius atq; potentiam ſibi uſurpauit, quantum permiſit deus, Ioh.12.14 15. hinc iam princeps mundi etiam a Chriſto dicitur: Et quia hæc quæ in mundo ſunt, obediũt diabolo, & quum hoc permittat deus, tempeſtates & grãdines excitat, homines & pecudes offendit, nonnunq; homines ipſos obſidet, ut recte dixerit Iob, Iob.41 quia non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei.

Vt autem creaturæ terræ ueniant in uſum hominum conſecrari ſolent, ut carnes, herbæ, oua, luminaria, uinum, aqua, ſal, ignis &cę. ex uſu & cõſuetudine eccleſiæ: Atq; ſi benedictiones huiuſmodi funditus ponderentur, nihil aliud ſunt ꝙ orationes eccleſiæ, quibus illa inuocat dominum orans, ut eiuſmodi creaturas eripiat ex poteſtate diaboli, hominique ſalutares efficiat, ideoq; ante baptiſmum ſic paruuli conſecrantur & benedicũtur per exorciſmum, ubi diabolus cum uniuerſa poteſtate ſua eijcit̃ a paruulo (Induc ex exequiali. gratia exempli de benedictione ſalis uel uini uel carnis, uel exorciſmum) Quod ſi igitur hoc modo omnia conſecrantur, quũ ueniunt in uſum hominum, quanto magis illa quę pręcipue in cultu diuino uſurpantur benedicenda ſunt, & deo dicanda, puta templa, ipſiq; ſacerdotes, altaria, & omnia ornamenta, atq; uaſa templi, non eo tantum ut a poteſtate diaboli eripiantur, ſed quia ex prophanis ſacra fiũt, iuxta illud unde cæpimus diſſerere quãdo dixit dominus ad Moyſen: Adſumpto unctionis oleo &cę.

Euangeliũ Lu. XIX. ut ſupra.

FAcile mihi eſſet feſtum dedicationis commendare, ſi ſimilitudinibus uellem inſiſtere & myſticis expoſitionibus omnium eorum quæ ſunt in templis: Ipſum namq; templũ domus dei eſt, in quo deus inhabitat, in eo conclaue eſt piæ contemplationis, in con-

claui

claui lectus eſt mundæ dilectionis in ueritatibus dei, lucerna ibi in illuſtratione ueritatis, & atriũ ſpeculationis, in quo menſæ tres paratæ ſunt, una ſacrarum literarũ Lucæ 22. Altera ſacramenti euchariſtiæ, Pſal. 22. Tertia eleemoſinæ pauperum, Thob. 2. Eſt adhuc ibi atrium ſpirituale, eſt & culina, eſt coqua, eſt balneũ, eſt ſpecula unde ex alto proſpiciatur, eſt pharmacotheca, eſt gazophylatium. (Si libet adapta omnia quæ Epiſcopus in conſecratione eccleſiæ orat & dicit: eſt omnino populare & apud deuotos bene afficit: uide obſequiale Epiſcoporum.) Nos illis omnibus obmiſſis tantum de templi dedicatione dicemus, quantũ ex ſacris literis liquet, quia utiq; mundus ex curioſitate nõnunq; magis q̃ pietate ſcripturarum requirit teſtimonia, q̃uis ipſa eccleſiæ authoritas cuilibet Chriſtianorum ſufficere deberet: attamen affatim multa ſuppetunt pro dedicatione templorum. Nihil autem hic de cõſecratione ornatuum, aut ſimilium diſſerere animus eſt: etſi hic quoq; ex ueteri Te-

Leuit. 8 ſtamento forte habemus fundamentũ aduerſus Neochriſtianos: nam ſi ueſtes ſacræ neceſſariæ erant ſacerdotibus, qui boues, uitulos, & oues offerebant, quanto magis conuenit ſanctis ueſtibus indutũ eſſe presbyterũ, qui in ſancto miſſæ ſacrificio Chriſtum dei filium conficit, corpus & ſanguinem eius, reliqua ſacramenta &c. Sed nos ad ipſam templi dedicationẽ reuertamur.

Fundamentum ibi adſumo huiuſmodi

Roma. 15 Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus

2. Tim. 3 Alibi etiam ait Paulus: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docendum ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: ideoq; ſacris literis doceri nos oportet de myſterio dedicationis Templi, credentes illa in utilitatem noſtrã eſſe deſcripta. Principio igitur in lege naturę argumentum hoc habemus certum q̃

Gene. 28 Iacob in ſpiritu dedicationem Templi cognouit, & quaſi exemplar fuit noſtrorum Epiſcoporum in dedicandis Templis, de quo ſic legimus: Vidit in ſomnis Iacob ſcalam ſtantem ſup terram, & cacumen illius tangens cœlum, angelos quoq; dei deſcendentes & aſcẽdentes per eã, & dñm innixũ ſcalæ loquentem cum Iacob, qui quũ euigilaſſet dixit: Vere dominus eſt in loco iſto & ego neſciebam, pauenſq; ait: Quam terribilis eſt locus iſte, & non eſt hic aliud niſi domus dei & porta cœli. Vocauit locum iſtum Bethel, Hebræis enim בית domum, & אל deum ſignificat. Si ergo iam locum illũ perluſtremus, hic ille eſt in quo Abraham auus illius uoluit offerre filium ſuum Iſaac, quem uocauit Moria, dominus uidet. Eodem in loco ſiue monte, ubi propter peccatum Dauid occidit dominus peſte ſeptuaginta millia hominum demptis mulieribus & paruulis, emit Dauid ab Hornam partem ſpatij, ibi erexit altare & *1. Par. 21 & 22* obtulit: dominus quoq; deus præcepit angelo, & impoſuit gladium ſuum in uaginã Statim ſubiunxit Dauid: Hæc eſt domus dei, & hoc eſt altare holocauſti Iſraël. Ibi *2. Par. 3* quoque ſuper montem Moria Salomon ædificauit tẽplum domino, qui locus monſtratus erat Dauidi in area Hornam Iebuſæi, ubi Iacob uidit ſcalã & angelos, utiq; in ſpiritu cognouit tunc ille q̃ eodem in loco poſt 80. annos extrueretur templum. Qui locus quanta gratia ſit præualiturus, iam tunc aſcenſus & deſcenſus angelorũ ſatis monſtrauit, quoniam ſic frequentes ueniunt ad templa noſtra angeli ſancti dei, ut orationes, cantica & prædicationes afferant in conſpectum domini, quem etiam obſeruare templa uel hinc conſtat, q̃ Iacob uidit eum innixum ſcalæ. Ecce q̃ propitium & miſericordem dominum habitu- *Grego.* ri ſumus, ſi diligenter ei ſeruiamus in templo: ideoq; domũ dei & portam cœli uocauit Iacob. Qui quomodo locũ illum conſecrarit ſequitur in textu: Erexit enim lapidem in titulum, fundens oleum deſuper, quod ſignum erat euidens futuræ tum ædificationis tũ conſecrationis templi, ſimulq; paſſionis & mortis Chriſti. Hinc Eccleſia quæ gubernatore utitur ſpiritu ſancto uerbis illis Iacob utitur in officio miſſæ de dedicatione.

2. Colligimus templorum quoq; & altarium dedicationẽ inſuper ex facto Moyſis eo tempore quo ſynagoga adhuc erra-

bat & uerſabatur in deſerto, ibi præcepit dominus Moyſi, ut dedicaret & ſanctificaret altare: forma etiam dedicationis in hoc præſcripta, cuius bona pars in hunc uſqȝ diem remanſit penes Eccleſiam in luminaribus & thuriſicationibus. Sic autem do-
Exod.40 minus ait ad Moyſen: Adſumpto unctionis oleo unges tabernaculum cũ uaſis ſuis, ut ſanctificentur altare holocauſti, & labrũ cum baſi ſua: omnia unctionis oleo conſecrabis ut ſint ſancta ſanctorum, quæ poſtqȝ omnia perfecta ſunt operuit nubes tabernaculum teſtimonij & gloria domini impleuit illud, nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente & maieſtate domini coruſcante. Quod ſi hoc ita factum eſt circa tabernaculum non fixum, ſed quod leuitæ ſemper cogebantur ſecum circumferre quocunqȝ populus cõmigrabat, inſtar caſtrorum, quanto magis Chriſtiani ſua templa conſecrare & uirtuti atqȝ gratiæ ſpiritus ſancti debent dedicare, ſicut hic Dominus in apparitione gloriæ ſuæ manifeſtauit, quantum hoc illi placuerit.

Huiuſmodi conſecrationem tabernacu-
Nume.7 li adhuc alibi deſcribit Moyſes, quæ quanto apparatu & magnificentia ſit perfecta quomodo duodecim continuis diebus duodecim principes tribuum duodecim ſacrificia ſua (Nunc nulla eſt amplius etiam inter Chriſtianos in dedicationibus ſacrificiorum cura, ſed luxus tantum & æbrietatis.) obtulerunt domino: ſex plauſtra operta cum 12. bobus, ſemper pro duobus principibus ſiue ducibus plauſtrum unum, & pro ſingulis ſingulos boues. Primo die dedicationis obtulit ſacrificium ſuum Naaſon de tribu Iuda: fueruntqȝ in oblatione ſua acetabulum argẽteum pondo centum triginta ſiclorum, phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos, utrumqȝ plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium, mortariolum ex decem ſiclis aureis plenum incenſo, bouem de armẽto, & arietem & agnum anniculum in holocauſtum, hircumqȝ pro peccato, & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinqȝ, hircos quinqȝ, agnos anniculos quinqȝ. Et ſic reliqui duces ex ſua quiſqȝ tribu. Tam eximium feſtum duodecim dierum celebrarunt Iudæi in conſecratione altaris cum tam precioſis muneribus, ut cõficiant ea ultra duo millia & quadringenta ſiclorum argenti, cum tot bobꝰ, arietibus, agnis & hircis. Placuit quoqȝ hoc deo, quia gloria ſua repleuit tabernaculum, ut diximus ab initio.

3. Quum porro Iudæi ueniſſent cum Exod.40
pace in terram promiſſionis, etſi tunc ſtatim uolebat ædificare Dauid templum domino: prohibitus tamen eſt a deo facere illud, eo ꝙ uir ſanguinum eſſet, ſed ex filio ſuo pacifico Salomone uoluit ſibi ædifica- 1.Par.22
ri templum, ad cuius ſtructurã tamen Dauid ea parauit neceſſaria & ſumptus qui requirebantur ad illud. Cõſtituerat enim triginta millia hominum qui tãtum ligna cęderent in monte Libani, ubi ſemper decẽ milia laborabant per menſem, lapicidas ha- 3.Reg.5
buit 80000. & 70000. homines qui apportabant neceſſaria. Inſuper termille & trecentos habuit præfectos ædificij qui omnia ordinabant. Multa dici hic poſſent quibus ſumptibus, quantoqȝ apparatu templum illud ſit extructum, ſed tamen ex hoc uno cætera omnia colligi facile poſſunt, ꝙ textus ait nihil extitiſſe in templum 3.Reg.6
quod non fuerit auro mundo adopertum, etiam Cherub duo, quorum unus habebat in altitudine cubitos decem.

Omnia enim uaſa tẽpli aurea erant, menſa, candelabra, emunctoria, forcipes, phialæ, thuribula, omnia hæc ex auro puriſſimo, unde magnum habuit beneplacitum deus, qui & apparuit Salomoni adhortãs eum ad conſummationẽ operis, & ut ambularet in præceptis ſuis: hinc promiſit ſe ibi habitaturũ in medio filiorum Iſraël & non derelicturum eos. Qua ſolennitate & magnificentia conſecratum ſit templum, ad longum teſtatur ſcriptura, quoniam ibi congregati ſunt omnes principes ex regno Iudæorum, duces omnes tribuum & alij præcipui. Tunc ſacerdotes tulerunt archam in templum, & Salomon multis orauit ad dominum, dicens inter cætera: 3.Reg.8
Domine deus meus, audi Hymnum & orationem, quam ſeruus tuus orat coram te hodie, ut ſint oculi tui aperti, ſuper do-

mum

mum hanc nocte ac die, ſuper domum de qua dixiſti: Erit no men meum ibi ut exaudias orationem quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, ut exaudias deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſraël, quodcunque orauerit in loco iſto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo, & cum exaudieris propitius eris. Si peccauerit homo in proximum ſuum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur aſtrictus, & uenerit propter iuramentum, coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies &c.

Hinc omnis generis petitiones enarrat quę ſuper huiuſmodi neceſſitatibus ſuis, ab hominibus proponuntur confugientibus ad templum domini. Vbi iam ſunt Neochriſtiani qui etiam deo debitum inuident honorem, uolētes ditiſſimum hunc ipſum facere pauperem, quaſi non poſſint mendici ſuſtentari, niſi ex ijs quæ detracta fuerint templis. Quod ſi tam diues fuit deus, ut omnes pauperes cibauerit tēpore Salomonis qui tantum bonorum collocauit inſtructuram templi, quid iam illi decedat? Mera igitur noſtrorum hominum malitia eſt, quod conantur cultum & ornatum Dei abolere, ſed hæc alibi, Tomo 2. fol. 150. 151. & alias ſæpe.

Salomon durante dedicatione tēpli obtulit domino uiginti duo milia boum, centum uiginti milia ouium, & ſic a Rege totoque Iſraële peracta dedicatio eſt magna cū gratulatione ſeptem & ſeptem, hoc eſt, 14 diebus. Atque mox deinde Salomon permiſit populum redire ad ſua.

4 Porro ſi amplius diligentiuſque ſacras literas euoluamus, uidebimus diruto templo illo Salomonis a Chaldęis poſt annos 442. quod ducti quoque ſunt Iudæi in captiuitatem Babylonicam, unde rurſus liberi abire permiſſi ſunt a Dario & Cyro, atque in Iudæam reuerſi cœperunt iterum ædificare templum, quamuis in eo multum reſiſterent ipſis gentiles nolentes permittere ut reædificarent templum, unde & ad arma parati

Neem. 4 ſemper erant, alijs laborantibus in reparando muro, alijs ad pugnandum inſtructis, ſed & qui laborabant altera manu operabantur, altera gladium geſtabant, & in ueſtimentis ſuis dormiebant. Quum igitur populus urgentibus prophetis Aggæo & Zacharia ſtructuram templi fœliciter conſummaſſent, filij Iſraël ſacerdotes & Leuitæ alijque ex Babylonia reuerſi celebrarunt cum gaudio templi dedicationem, & in ea obtulerunt uitulos centum, ducentos arietes, quadringentos agnos, & duodecim hircos pro peccatis, iuxta numerum duodecim tribuum Iſraël. Ecce quomodo cōtinue feſtum dedicationis in uſu fuit apud Iudæos. 1. Eſd. 6

5 Cæterum quum ſecundum templū ſub ſacerdote Ieſu & ſacerdote Zorobabel eſſet reſtauratum, poſt trecentos annos 1. Mac. 1
Antiochus Epiphanes Hieruſalem deuaſtauit & templum diruit, multiſque abuſionibus gentilium polluit, neque multo poſt tamen poſt annos tres Iudas Machabæus quod deſtructum fuit in templo reſtituit, ipſumque purgauit, altare holocauſti diruit, nouumque ex lege reparauit, etiam uaſa noua, candelabra & menſas reſtituit, candelabrorum luminaribus accenſis obtulerunt ſuper altare nouum, & celebrarunt dedicationem altaris per dies octo, & holocauſta obtulerunt cum gaudio, & ornauerunt faciem templi coronis aureis & ſcutis, ipſaſque portas & ædes ſacerdotum (Paſtophoria, loca ubi morabantur & dormiebant ſacerdotes quando erant in officio ſeruiendi in templo: non enim dormiebant illo tempore cum uxoribus, ſicut faciunt Lutherani apoſtatæ, aut incontinentes ſacerdotes) cōſecrarunt, factaque eſt lætitia magna in populo. 1. Mac. 4

Ne uero cogites hanc conſecrationem altaris ſemel tantum eſſe peractam, teſtantur ipſæ ſacræ literæ eam quotannis eſſe cælebratam. Sic enim Iohannes ait: Facta eſſe encænia in Hieruſalem, tuncque adeo hyemem fuiſſe, IHESVM autem ambulaſſe in templo in ipſo porticu Salomonis: unde manifeſte patet Iudæos feſtum hoc dedicationis peregiſſe, quando illud dominus etiam ſua dignatus eſt præſentia cohoneſtare. Inſuper ordinarunt Machabæi per ſingulos annos celebrari debere conſecrationem altaris. Sic enim legimus 1. Mac. 4 Iohan. 10

in textu: Statuit Iudas & fratres eius, & uniuerſa Eccleſia Iſraël, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo, a quinta die uiceſima die menſis Caslen, hoc eſt, circa diem nonum Decembris, id omne patet ex Kalendario Iudæorum, qui inter reliqua feſta diem quoq; dedicationis connumerant. Qnum itaq; in ueteri teſtamento tabernaculum, templum & altare ſint conſecrata, ubi tantum uituli, boues & agni imolabantur, quanto magis ſanctificari oportet templum & altare domini in nouo Teſtamento, ubi ſanctus ſanctorum tractatur & ſanguis Chriſti non uitulorum offertur corpus quoq; Chriſti conficitur, Baptiſmus cæteraq; Sacramenta adminiſtrantur ubi non Moyſes tantum & prophetæ leguntur, ſed etiam ſanctum Euangelium Chriſti, fœdus illud nouum gratiæ quod iniuit & pepigit Chriſtus cum ſponſa ſua Eccleſia, imo & cum quacunq; fideli anima. Et quamuis externa illa templorum dedicatio alacriter & cum gaudio celebrari debet, hominem tamen decet ſemet parare, ut in eius corde & anima dedicationem ſanctam habeat dominus habitans in eo: ſiquidem omnis anima ſancta templũ dei eſt ſpirituale, iuxta illud Pauli: 2. Cor. 6 Templũ eſtis dei uiuentis: probat ille hoc ſcripturis quoniam dominus dicit: Habitabo in eis, ego ero eis in deum, & ipſi erunt mihi in populum. 1. Cor. 3 Et alibi: Neſcitis, inquit ille, ꝗ templum dei eſtis uos, & ſpiritus dei habitat in uobis? Templum enim dei ſanctũ eſt quod eſtis uos. Ideoq; quũ hodie templi huius celebrationem cum gaudio recolimus, præcipue debemus tamen, ſi non ſemper, certe in ſummis feſtiuitatibus ſpirituales facere dedicationes in cordibus noſtris, recogitantes in templo immenſam dei gratiam & miſericordiam, ꝗ ille noſtri cauſſa locum templi tam clementer ſanctificat, ut ibi corpus ſuum conficiatur & ſanguis, ut ibi ſemper ſint angeli colligentes orationes iuſtorum, deferenteſq; illas ante Apo. 5. 8 deum, ſicut in Apocalipſi ſua præuidit Iohannes: Ea enim eſt illa ſcala in qua angeli Gen. 28 deſcenderunt & aſcenderunt: quemadmodum uidit Iacob in ſomnis. Et hîc quoq; celerius benigniuſq; exaudire uult Deus orationes omnium qui in templo neceſſitates ſuas deplorant apud Dominum, ut Salomon ipſe orauit: 3. Reg. 8 Siquidem deus uiuus in ſcala cœli ſedet reſpiciens ad ciuitatem ſanctam Eccleſiæ ſuę. Ecce quum uix dum natus eras ad templum es deportatus, mortuus iterum deportaberis ad tẽplum: ſi tamen ea tibi gratia diuinitus parata eſt, eſtote igitur omnes modeſti, pij, multumq; reuerentes in templo, orantes patrem in ſpiritu & ueritate, ocioſa & garrula uerba uitate, geſtus laſciuos fugite, cogitationes impudicas mittite, ne date peccandi occaſionem ſuperbo ueſtitu, geſtu turpi, conuerſatione inhoneſta, & prauo aſpectu, ſed eſtote pij, deum timete & ſedulo colite, a quo uiciſſim exaudiamini in orationibus ueſtris, & gratiam eius hic impetretis, illic uero gloriam conſequamini æternam, Amen.

Illud ultimum extende ſi placet ex ſumma Paraldi: reperio me feciſſe ſermonem ante XXII. annos, cũ eſſem admodum iuuenis de abuſu dedicationum, qui ſolet fieri maxime in pagis & uillis, ubi plus ſeruitur Crapulæ & luxuriæ, ꝗ deo. Nõ quod honeſta conuiuia ſint prohibita, cum populus dedicationem egerit in gaudio & lętitia: ſed quod exceſſus uituperatur, potes proſequi apud Robertum Holcot ſuper librum Sapientiæ lectionem 141. per totum: habent enim uentrem deum, altare affluentię templum tabernam, ſacrificia ſuperfluitatis, oblationes iniquitatis, ſacerdotes laborantes, ſcilicet uenatores, piſcatores, lanios, cocos &c. cantores luxurioſos, hiſtriones, mimos, ioculatores &c. Extende eſt facile.

Homilia tertia de dedicatione Templi.

Domus mea domus orationis uocabitur, Matthæi XXI.

ACcedunt, proh dolor, ultima iam tempora olim a Chriſto & apoſtolis prædicta, quibus futuri ſint (*2.Tim.3*) homines ſeipſos amantes, ſuperbi, elati, auari, habentes ſpeciem pietatis, uirtutem (*2.Pet.2*) autem eius abnegantes: erunt enim magiſtri mendaces, qui inducent ſectas perditionis, ſicut fuerunt ſuperioribus annis Sagarelli qui etiam noluerunt aliqua templa habere: ideoq; eorundem dedicationem abnegarunt. Quorum errorem nonnulli ex Neochriſtianis ſequuti dicunt tēplis opus non eſſe, nec aliquem illorum uſum, niſi ut conuocetur populus ad audiendum uerbum dei. Error hic quum multum ſit & nociuus, & ſacris literis contrarius, imo & contra animarum noſtrarum pugnet ſalutem, operæpretium eſt eum hic refutare q̃uis idipſum uerba etiam thematis adſum(*Matth. 21*)pti requirunt & affirmant: Domus mea domus orationis uocabitur. Vbi manifeſte declaratur, quur tandem extruantur templa: nimirum ob orationem, docuit (*Eſa. 56*) idem Eſaias iam olim, & renouauit dominus rurſus in nouo Teſtamento, ſuper ijs ut liceat cum fructu diſſerere, imploremus omnes gratiam Dei, ſalutantes uirginem matrem &c.

Poteris etiam inducere thema Matthæi 21. Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam, & ſepem circundedit ei, & fodit in ea torcular & ędificauit turrim. Quæ applica ex Alberto ibidem, & habebis ſermonem.

Etſi in omnibus locis inuocari poteſt (*Sap.19:*) dominus, ſicut & omni tempore ac loco non contemnit populum ſuum, ſed adeſt illi, templum tamen præcipue ei rei deputatum eſt, ut ibi oretur dominus pie, iuxta (*1. Tim.2*) illud Pauli: Volo uiros orare in omni loco leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione: ubi non immerito externum etiam in orando geſtum commemorat Paulus: Leuationem manuum, etſi fortiter cōtemnant Neochriſtiani. Quod autem præcipue templa parata ſint orationibus auditum eſt ex uerbis Chriſti & Eſaię: Domus mea domus orationis uocabituur. Ecce dominus templum domum ſuam uocat, non huius aut alterius ædes priuatas: non prætoriū aut arcē, ſed templum domus dei eſt. (*Ioan.18*) Verum quidem eſt ꝙ in templo docuit dominus ubi omnes Iudæi conueniunt, & in hunc uſq; diem prædicari ſolet in templis, niſi ꝙ recentes Sagarelli inuenerunt, fratres hortenſes. Et tamen dominus templum domum uocat, non prædicationis ſed orationis. Vos autem, inquit ad Iu(*Ioan.2*)dæos, feciſtis eam ſpeluncam latronum. Nonne nunc quoq; conqueri poſſet dominus domum ſuam fieri apud multos ſpeluncam latronum, qui catholicos inde arcent prædicatores, & ſubornant alios nouæ fidei: uere enim animicidæ ſunt iſti, qui animas hominum peruerſis ſuis dogmatibus occidunt, quia dentes eorum ſunt ſi(*Eccle.21*)cut dentes leonum. Huiuſmodi pene ſunt quales erant de quibus apoſtoli ſcripſerunt (*Acto.15*) Chriſtianis Antiochiæ & Syriæ, ꝙ audiuiſſent exijſſe quoſdā qui turbarent ipſos uerbis euertentes animas eorum.

Alibi quoq; dixit ad Iudæos: Nolite (*Ioan.2*) facere domum patris mei domum negotiationis, etſi omnes Symoniaci hic redarguūtur, quorum ſcelus ut eſt per ſe magnum, ita grauiter offendit deum. Poſſunt quoq; uerba illa ad Neochriſtianos commode referri, qui templa & cœnobia faciunt armamentaria, domos negotiationis, & in qnibus uina reponuntur, atq; in conſimiles uſus prophanos conuertunt: inique ſane fit, hoc & contra leges ciuiles quibus ſæpe cautum eſt, ne bona ſemel dicata deo in prophanum redeant uſum, ſicut Leo & (*L.iubemus C. de.ſac. ſan. Eccl.*) Anthonius Imperatores ſanxerunt. Ea quæ ad beatiſſimæ Eccleſiæ iura pertinent uel poſt hac forte peruenerint, tanq; ipſam ſacroſanctam Eccleſiam & religioſam, intacta conuenit cuſtodiri, ut ſicut ipſa religionis & fidei perpetua mater eſt: ita eius patrimonium iugiter ſeruetur illeſum.

Sic habet alia cõſtitutio: Multo magis, ꝓ-
hibetur ipſius monaſterij alienatio qua re-
In aut. deat in antiquum ſtatum & ſecularem u-
multo ma. ſum: ideoq́ Imperatores, Gratianus, Va-
glo. ibi. L. lentinianus & Theodoſius A. A. A. pro-
2. ibi. hibent, ne quis apoſtolorum uel martyrũ
ſedem humanis corporibus exiſtimet eſſe
conceſſam. Concordat aliud decretum Iu-
L. ſanci- ſtiniani quod ſic habet, Sancimus nemini
mus. licere ſacratiſſima atq́ archana uaſa uel ue
ſtem cæteraq́ donaria quæ ad diuinam re-
ligionem neceſſaria ſunt: quum etiam ue-
teres leges ea quæ iuris diuini ſunt, huma-
nis flexibus non illigari ſanxerunt, uel ad
uenditionem, uel hypothecam, uel pignus
trahere &c, Quiſquis autem uendiderit pe
cuniam eam amiſerit &c. Iam, proh dolor,
ſacra prophanis ſunt omnia mixta, ueſtes
ſacræ undiq́ circumferuntur, & tamen u-
niuerſa teſtatur ſcriptura nõ relinqui hoc
a deo impunitum. Mitto reliquos locos ut
ad ſacras literas redeam.

Placere namq́ deo templa & eorum or-
Exod. 35 natus, hinc principio patet, ꝙ tam diligen
ter ille commiſit fabricam & ſtructuram
archæ, propiciatorij, menſæ ſacræ, candela
bri, altaris, uelorum, Cherubin, ueſtium ſa-
cerdotalium apparatum, & omnium alio-
rum uaſorum, tabernaculi. Atq́ ut ea o-
mnia maiore cum dignitate tranſigeren-
Exod. 31 tur, impleuit deus artifices duos Beſeleel
& Ooliab ſpiritu dei, ſapientia, intellectu
& ſcientia in omni labore inueniendo, quic-
quid ex auro, argento & ære parari pote-
rat, ex marmore, gemmis & lignis precio-
ſis. Quod ſi non placuiſſet hoc deo, utiq́
non præcepiſſet fieri, neq́ artificibus ſcien
tiam per ſpiritum ſuum indidiſſet, Vſq́
adeo ſanctum & diuinum quid eſt conde-
2. Reg. 7 re templa ut noluerit deus permittere hoc
Dauidi, quamuis Regi & prophetæ ma-
Pſal. 88 gno, tamq́ grato apud Deum, ut diceret:
Inueni Dauid ſeruum meum ſecundum
cor meum, ſed quia uir ſanguinum erat &
1. Par. 17 occiderat multos, noluit ab ipſo templum
ſibi extrui, ſed expectauit hoc a filio eius
Salomone.

Præterea conſtat ex ſacris literis ſediſſe
Dauid ante dominum, quum ſederit ante 2. Reg. 7
archam: ſiquidem ubi quis ante locum dei
ſedet, iam proximus adſidet deo. Inquit
Auguſtinus &c. Intelligitur autem ſan- Auguſti.
ctior quædam præſentia dei q̃ in alijs lo-
cis. Imo & Iacob locum ſanctum & terri- Gene. 28
bilem eſſe credidit, atq́ adeo domum dei.
Chriſto placuit Centurio ꝙ ſynagogam Lucæ 7
ædificaſſet Iudæis qui ideo eum laudarunt
domino. Neq́ laboramus in eo ꝙ clamant
iſti, Deum ubiq́ eſſe, nec poſſe templo cõ-
cludi: Quis enim eſt qui id neſciat, aut du-
bitet aliquando non fuiſſe? Sciuit hoc uti- 2. Par. 6
q́ Salomon, quum dixerit: Ergo ne credi-
bile eſt ut habitet deus cum hominibus ſu-
per terram? ſi cœlum & cœli cœlorum nõ
te capiunt, quanto magis domus iſta quã
ædificaui? Sed ad hoc tãtum facta eſt ut re-
ſpicias ad orationem ſerui tui & obſecratio-
nem eius domine deus meus, & exaudias
preces quas fundit famulus tuus coram te,
ut aperias oculos tuos ſuper domum iſtam
&c.

Ad hæc locum certum iuuare orationes
noſtras ex Daniele patet, qui quum eſſet
in captiuitate Babylonis, nec poſſet orare Danie. 6
in templo, apertis tamen feneſtris uerſus
templum orauit. Nouit enim propheta il-
le plenus ſpiritu ſancto quid ſibi uoluerit
deus, quando dixit: Moyſes loco ipſius, in Deut. 12
loco quem elegerit dominus deus ueſter, & 15
ut ſit nomen eius in eo. Et inde: Nõ pote-
ris immolare phaſe in qualibet urbium tua
rum, ſed in loco quem elegerit dominus
deus tuus, ut habitet nomen eius ibi. Ecce
hic differentiam locorum etiam apud de-
um, qui in uno loco ampliorem exhibet
miſericordiam q̃ alibi. Errant igitur Sara-
gelli dum templa templorumq́ contem-
nunt ornatum, debebant illi utiq́ diligen-
tius attendere uerba domini tam ſerio præ-
cipientis, non facietis ibi quæ nos hic faci- Deut 12
mus hodie, ſinguli quod ſibi rectum uide-
tur, quod nunc, proh dolor, fit in multis lo
cis, ut quod cuiq́ placet id credat & dicat.
In Euangelio quoq́ præ omnibus alijs ui-
duam

duam laudat dominus quæ duæ minuta
Marc.12 æra obtulit in gazophylacium, quo con-
ſeruabatur eleemoſina hominum collecta
ad conſeruationem templi: id ſi non eſſet
opus placens deo, non laudaſſet Chriſtus
uiduam iſtam. Ipſe quoq; dominus fre-
Lucæ. 21 quens fuit in templo: paruulus enim in il-
Lucæ.6 lud delatus eſt, quum iam ſex menſes per-
egiſſet, duodennis deinde cum parentibus
ſuis ex Gallilæa profectus eſt in Hieruſa-
Lu.19.21 lem, ubi amiſſum eum parentes inuenerūt
Ioan.8.10 in templo. Hinc ſemper uenit in tem-
plum docens ibidem, ſicut ipſe apud Pila-
tum profitetur Lucæ 22. Poſtremo &
Paulus contra eos inuehitur qui dehone-
ſtabant Eccleſiam conuiuijs indecentibus
1.Cori.11 quum ait: An non proprias domos habe-
tis ad manducandum, an Eccleſiam Dei
contemnitis? Apoſtoli palatium illud oc-
cuparunt in quo Chriſtus cum eis peracta
cœna euchariſtiæ inſtituit Sacramentum,
Actu.2 ipſiq; deinde ſpiritum ſanctum acceperūt,
& tamen eo non contenti aſcenderunt Pe-
Actu.3 trus & Iohannes in templum ad horam
orationis nonam. Ecce ꝙ & apoſtoli tem-
plum domini inuiſerunt, & nouum non
eſt illud de horis canonicis: ſiquidem apo-
ſtoli etiam hora orationis nona uenerunt
Actu.10 in templum: & alibi legitur Petrum hora
ſexta aſcendiſſe in partem ſuperiorem do-
mus. Multi potentes & optimates priua-
tas ædes ſuas donarunt deo & diuino cul-
tui dedicarunt: ſicut Ariſtodemus, Corne-
lius, Cęcilia &c. Sanctus Iohannes quoq;
moriturus deduci ſe permiſit in templum
ibiq; ſpiritum tradidit deo, & ſemper ma-
gno ſolatio fuit fidelibus potuiſſe uenire
in oratorium: quamobrem ſinguli templa
ſuis adiuuerunt ſubſidijs ſimul & ornamē-
Exod.35 ta templorum: ſicut in deſerto uiri omnes
& mulieres magno pioq; adfectu munera
ſua obtulerūt, ut opera parari poſſent quæ
deus præceperat, quemadmodum in textu
patet ad longum.

Quum itaq; conſtat ædificationem tem-
plorum ſacris literis eſſe fundatam, in uni-
uerſo Chriſtianiſmo per omnia ſęcula uſur-
patam, nemo Chriſtianorum auertatur a
ueritate per ſomnia contraria ſentientium
etiam Parabaptiſtarum, qui ad ſuos erro-
res torquēt & laniant ſcripturam: Domi- Ioan.4
nus enim dicens mulieri Samaritanæ: Cre-
de mihi, quia ueniet hora quando neq; in
monte hoc, neq; in Hieroſolymis adorabi-
tis, ſed ueri adoratores adorabunt patrem
in ſpiritu & ueritate: aliud non uoluit niſi
templum defiturum: ſicut et alibi dixit: La Matth.24
pidem non manſurum ſuper lapidem
Templo autem ſucceſſuram multitudinē
Eccleſiarum, & aliud ſacerdotium oſten-
dit in parabola, qua narrat de uinea in qua Math.12
ædificauit turrim, hoc eſt templum, autho
re Hieronymo, Poſtq; autem agricolæ & Hierony.
ſeruos occiderunt & filios, hoc eſt Chriſtū
prophetas & apoſtolos, quid ſequitur niſi
quia ille uineam ſuam locat alijs agricolis
nempe Chriſtianis: ſed interim uinea illa
iam turri non caret Eccleſia ſiue templo,
ubi non minus poſſunt orare Chriſtiani in
ſpiritu & ueritate, q̄ Catabaptiſtæ aut fra-
tres hortenſes extra templum: Sed nimirū
decet ita Hęreticos non eſſe in templis dei
quod ijs ſint indigni, ſed in antris & ſpe- Hierony.
luncis, ut pulchre Hieronymus ſubſcribit
ſuper Eſaiam 65 .& Ezechielem 33.
Vulpium enim eſt commorari in foueis,
uulpes autem Hæretici ſunt, ſicut Ambro Ambroſi.
ſius ſuper Lucam capite nono docet: atq;
in hoc cum uulpibus conueniunt, pij uero
Chriſtiani etiam in templis orant in ſpiri-
tu & ueritate, templa quoq; ſua exornant
in gloriam dei, pro gaudio habentes Eccle
ſiæ decorem, iuxta illud Dauidis: Dilexi Pſalm.25
domine decorem domus tuæ, & locum ha
bitationis gloriæ tuæ. Beati igitur qui ha-
bitant in domo tua domine, in ſæcula ſæ-
culorum laudabunt te: hic in gratia, illic in
gloria perpetua. Quod nobis donare di-
gneris domine Ieſu Chriſte, Amen

Ex ſermonibus Bedæ ſtudio nihil uo-
luimus hic inferre, qui tamen ſunt egregij
& populares, diligens Lector apum more
aliquem guſtum ex eis decerpat pro uiri-
li ſua,



In proceſſionibus ſiue ſupplicationibus.

Homilia prima.

Vocate cœlum, congregate popu-
lum, ſanctificate Eccleſiam, coaduna-
te ſenes, congregate paruulos & ſu-
gentes ubera, Iohelis II.

ETſi ſæpe multis profuerunt peri-
cula miſeriæ & ærumnæ, ut a pec-
catis auerſi uitam uiuerent Deo
beneplacentem, per quam illam conſeque-
rentur æternam: unde prouerbio dici ſolet
Infortunium citius aliquem probum effi-
cit q̃ ſecundę res: Teſtatur idem & quot-
tidiana experientia, & ſacra ſcriptura. Sic
Pſal. 82 & 31. enim ait Dauid: Imple facies eorum igno
minia, & quærent nomen tuum domine.
Et alibi: In chamo & fræno maxillas eorũ
conſtringe qui non approximant ad te.
Nam luxuriant animi rebus plærumq; ſe-
cundis, tunc multi neq; deum metuunt
nec ſanctos reuerentur, imo nec cogitant
de deo niſi infirmitate aliqua adfecti, tunc
tandem ad ſe reuerſi cognoſcunt Deum,
ſicut inquit Pſalmiſta: Cognoſcetur domi
nus iudicia faciens, alias in fœlicitate ſua Pſalm. 9
inflati permanent & pereunt: de quibus e-
tiam ille ait: In labore hominum non ſunt, Pſal. 72
& cum iuſtis non flagellabuntur: ideo te-
nuit eos ſuperbia, & operti ſunt iniquitate
& impietate ſua: prodijt quaſi ex adipe ini-
quitas eorum. Ecce ipſi peccatores & ha-
bundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias
Ita interdum tribulatione ſalutares ſunt
medicinæ, dicente propheta: Domine in Eſa. 26
anguſtia requiſierũt te. Sic Dauid inquit: Pſal. 119
Ad dominum cum tribularer clamaui, &
exaudiuit me. Alibi quoq;: Tribulationes Pſal. 24
multiplicatæ ſunt in corde meo, erue me
de neceſſitatibus meis: ideoq; quando nos
tribulatio circundedit & anguſtia (appli-
ca materiæ) uel belli, uel caritatis anno-
næ, uel aquarum, uel ſiccitatis nimiæ, uel
peſtis, uel ſimilium: Nos quoq; curramus
ad dominum, opem eius implorantes, nã 1. Par. 21
ut maxime nos premant anguſtiæ undiq;,
melius eſt incidere nos in manus domini,
quia multæ ſunt miſericordiæ eius. Abſo-
lute ergo loquendo ſatius quidem foret nõ
eſſe tribulationes. Nos uero ad ſupplican-
dum deo iam hic conuenimus diuinam
maieſtatem inuocaturi ob imminentem
neceſſitatem: ita enim nos docuit illud fa-
cere propheta, ſicut a principio dicere cœ-
pimus, Vocate cætum, congregate popu-
lum &c.

Euangelium Iohannis XVI. re-
quire Tomo II. fol. XL. Euan. Luc.
XI. uide Tomo II. fol. XLV. Alias
& de oratione ampliter ſcripſimus
Tomo II. fol. XL. VIII. & ſequẽtib.

De ſupplicationibus.

REperio me aliquando prædicaſ-
ſe in iſta materia ſic, ut primo lo-
co dixerim, quõ Chriſtus docuit
nos orare & orauit, & tota ſcriptura nos do-
cet, ſecundo loco dixi de oratione in cõmu-
ni, de qua multis diſſeruimus ſupra ut hic
citauimus

citauimus. Tertio dixi, ſpecialiter de oratione proceſſionali. At modo alia nobis incedendum eſt uia.

Principio & pium & deo beneplacitum opus, imo etiam actus eſt latriæ, ſupplicationibus ſiue proceſſiones rite perficere, id patet ex loco Iohelis adducto, qui rationē illius oſtendit dicens: Conuertimini ad dominum deum ueſtrum, quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi cōuertatur & ignoſcat & relinquat poſt ſe benedictionem? quaſi dicturus eſſet: Multum offenſus eſt deus per peccata ueſtra, grauiter ad iram prouocaſtis eum, ſed tamen adhuc conuertimini uos, & uiciſſim ille conuerſus miſerebitur ueſtri. Vt autem funditus intelligatis quid ad proceſſiones pertineat, primo loco uos docebo, quid illæ erga deum noſtri cauſſa nos commonefaciant: nam hic primum Deo ſingularis exhibetur reuerentia, dum ſupremus agnoſcitur eſſe rerum omnium gubernator, qui ſi non cognoſceretur dominus eſſe bellorum omnium, tempeſtatum quoq;, caritatis annonæ, & morborum omnium, non confugerent homines in eiuſmodi malis ad dominum inuocaturi eundem. Proprie igitur hoc opus eſt quo Deus colitur, & pro deo habetur, pro potenti gubernatore mundi & omnium quæ in eo ſunt. Tria enim proprie agnoſcimus in domino deo circa huiuſmodi proceſſiones, primo excellentiam Dei quæ longe ſuperat omnes bellorum dominos, poteſtates tempeſtatum, morborum & omnium quæ in cœlo ſunt & in terra, quaſi hic diceremus cum Eccleſia: Tua eſt potentia, tuum regnum domine, tu es ſuper omnes gentes: Creator omnium Deus, terribilis & fortis, iuſtus & miſericors. Canitur in dominica qua imponitur Hiſtoria Machabæorum. Et cum Mardochæo, domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit tuæ reſiſtere uoluntati, ſi decreueris ſaluare Iſraël, tu feciſti cœlum & terram, & quicquid cœli ambitu continetur, dominus omnium es, nec eſt qui reſiſtat tuę maieſtati. Huiuſmodi multa ſunt in ſacris literis quæ in Eccleſiaſtica cantica trahuntur.

Iohe. 2 · *Heſter. 13*

2. Deinde confitemur in deo per proceſſiones omnem ſufficientiam, quoniam ille ſufficiens eſt exaudire omnes petitiones noſtras, ut ſic Paulum ſequentes dicamus: Omnis ſufficientia noſtra ex deo eſt. *2. Cor. 3* Quid enim eſt quod non acceperimus? Sic promiſit dominus filijs Iſraël per prophetam, ſeſe inducturum ſuper eos omne bonum quodcunq; pollicitus eſſet. *Hiere. 32* Sic dixit & ad Moyſen: Oſtendam tibi omne bonum, itaq; ſufficientiam huiuſmodi cōfitemur in deo petentes ideo ab ipſo pacē, ſanitatem, fertilitatem &c. *Exod. 33*

3. Agnoſcimus & in proceſſionibus noſtris, debere nos deo emendationem uel in conuictu, uel per ſatisfactionem delictorum, quaſi diceremus cū Salomone: Peccauimus, male fecimus, iniuſte egimus. Et cum Eccleſia: Emendemus domine in melius quod ignoranter peccauimus. *1. Para. 6* Recte ergo diximus ab initio, proceſſiones actus eſſe latriæ & religionis, ꝙ ſic homo tali affectu, ut ſupra diximus, ſimul circumiens ſeruit deo, & opus bonum facit (cæteris paribus) deoq; beneplacitum.

2. Quum iam dixerimus quid cogitare debeamus, quod in ſe contineant ſupplicationes erga deum, reliquum eſt dicere, quo pacto conſyderare eas debeamus quo ad nos. Atq; hic principio occurrit ꝙ humiliatio illa noſtra eſſe debet erga Deum, quoniam in mundo fieri uidemus, ꝙ ſi quādo ciuitas principem offenderit, illumq; cupiat placare, excipere ipm ſolet magno & communi omnium hominum occurſu, uolens per hoc humilitatem & ſubiectionem ſuam exhibere: ſicut Imperatori Friderico contigit, duci Sueuorum, qui a barba ruffa cognomen traxit, is quum multo tempore obſediſſet Mediolanum, & ad ditionem compuliſſet (ꝗ́uis ea libera ſuiq; iuris ciuitas eſſet, nulli ſubiecta principi) proceſſio ei ordinata eſt ex omni populo, occurrentibus illi Eccleſiaſticis & religioſis omnibus cum reliquijs, eos ſequuti ſunt duæ magnæ turbæ paruulorum utriuſq; ſexus in albis, & portantium uirentia

arbuſta. Mox ciuium proceſſerunt filiæ omnibus modis exornatæ: hinc matronæ nigris ueſtitæ. Quas ultimo loco ſequuti ſunt optimates & nobiles, apertis capitibus, portantes gladios nudos circum colla diductus. Poſtremo aliquot milia hominum ex uulgo nudis pedibus ingreſſi ſunt habentes funes in ceruicibus ſuis, inclamātes omnes: Miſericordiam Miſericordiam Imperatoris.

Eaqꝫ ſupplicatione irati Cæſaris animū emollierunt, permoueruntqꝫ ut ipſos in gratiam receperit, quamuis neqꝫ ſic illi fidem ſeruarunt promiſſam: quapropter ille obſides eorum 64. in Kaiſerslauter ſuſpendi permiſit. Quomodo igitur non placeret deo humilitas populi ſui in hunc modum collecti? quum maxime reſpiciat ille
Lucæ.1 humilitatem, ſicuti Mariæ humilitatem re
Ionæ.3 ſpexit, & Niniuitarum. Ad Heliam quoqꝫ
3. Reg.21 dixit dominus: Nonne uidiſti humiliatū Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam malum domui eius. Quod ergo unicus Achab impetrauit, non impetrabit tanta hominum multitudo unanimiter congregata? ueluti uiolentiam inferens regno cœlo-
Matth.11 rum, quod iam olim uim pati dixit Chriſtus, ita ut uiolenti rapiant illud. Sic Pau-
2. Cor.1 lus communem obſecrationem petit ab eccleſia dicens: In eum ſperamus, quoniam adhuc eripiet adiuuantibus, & uobis in oratione pro nobis, ut ex multarum perſonis facierum, eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratię agantur pro nobis.

3. Quis dubitet rite inſtitutam ſupplicationem bene placere deo, quoniam populus hic collectus ad ſupplicandum propria confitetur peccata quibus illum offen
Pſal.31 derat. Vnde Dauid inquit: Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Propria enim coram Deo agnoſcere peccata magnum quid eſt: hinc promanat ut quiſqꝫ ſe diuinæ miſericordiæ committat. Inſuper ea ipſa ſupplicatione palam teſtatur populus neceſſitatem ſuam, inopiam & defectum: ſiquidem ſpeciales eiuſmodi proceſſiones non niſi magna imminente neceſſitate celebrantur. Quilibet etiam diligenter modo cōſyderans, quur ſupplicationes decernantur, is uidet teſtimonia illa eſſe urgentis neceſſitatis ſimul & magnæ erga deum fiduciæ, ſupra diximus teſtari hic populum obedientiam ſuam erga deum, cui ſubiectum ſe humiliter confitetur.

Et tantum quidem de ipſo proceſſionis opere in ſe dictum ſufficiat, quod bonum ſit & acceptabile deo, ſicut infra ex ſcripturis probabimus: nunc interim cōcluſionis loco diſſeremus, quomodo inſtitutos & adfectos eſſe oporteat, qui ſupplicationib9 interſunt. Vbi ut primum ita potiſſimum nobis occurrit illud, ut quiſqꝫ recedat a peccatis propter quæ deus fuerat offenſus, cōuertatur autem ad dominū per cōtritionē & pœnitentiam. Hoc & ſcriptura docet & perſuadet ratio: nam flagella dei, aduerſitates & tribulationes nobis reſiſtunt propter peccata noſtra, iuxta illud quod dominus dicit per prophetam: Si nolueritis audire Eſa.1
me, ſed prouocaueritis ad iracundiam, gladius deuorabit uos: Et per alium: Si pœ- Hiere.18
nitentiam egerit gens illa a malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſum eum, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui, ut facerem ei. Sic alius iterum propheta di- Eſa.9
cit: In ira domini exercituum conturbata eſt terra, & erit populus quaſi eſca ignis. (Adde ſi placet Eſa.59.) Quum ergo cōfiteri cogamur pœnā nobis immitti a deo propter peccata noſtra: ſicuti Daniel teſta Danie.9
tur, inquiens: O domine omnia quęcunqꝫ feciſti nobis, in iuſto iudicio feciſti, quia peccauimus tibi, & tibi non obediuimus, ſeruis tuis prophetis: (Vide illud c. Danie. & adhuc quæ uolueris, quia multa ſunt ibi ad propoſitum.) Sequitur enim: Propter peccata noſtra & iniquitates patrum noſtrorum Hieruſalem & populus tuus in opprobrium ſunt omnibus per circuitum noſtrum. Quia ergo pœna ex peccato uenit, radix adgredienda primum eſt, & peccatum ipſum amputandum, ut ſic quiſqꝫ rectius conuertatur ad dn̄m, qui ideo dicit per prophetā: Conuertimini ad me in ieiu
nio, in fletu & planctu, ſcindite corda ur̄a Iohel.2
& nō ueſtimenta ueſtra. Tunc enim gratiā

impe

impetrabimus iuxta illud propheticum:
Zacha. 1 Conuertimini ad me & ego conuertar ad
1. Reg. 7 uos. Sic Samuel docuit Iudæos dicens: Si in toto corde ueſtro reuertimini ad dominum, auferte deos alienos de medio ueſtri, & præparate corda ueſtra domino, & ſeruitute ei ſoli & eruet uos de manu Philiſtijm. Et uos itaq; emendate uitam ueſtrã, peccata iam porro mittite, ut ſupplicatio ueſtra deo gratior efficiatur, impetretq; uobis quod petitis. Obſeruate ſedulo illud
Eccle. 18 Sapientis, qui nos monet ante orationem præparare animam, ne ſimus ſicut homo tentans deum. Sic ueteres fecerunt in ſuis ſupplicationibus Rex Ioſaphat, Iudith, & Machabæi, quorum exempla ſi uos quoq; ſequuti fueritis, non tantum mala tribulationum auertetis & perſequutionum, ſed & gratiam & gloriam impetrabitis ęternã A M E N.

Homilia ſecunda de ſupplicationibus.

Aperi oculos tuos domine, & uide afflictionem noſtram, circundederunt nos gentes ad puniendum nos. Vel: Scitote quoniã exaudiet dominus preces ueſtras, ſi manentes perſeueraueritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu domini, Iudith quarto.

QVis obſecro eſt qui neſciat? certe enĩ cuiq; Chriſtiano firmiter hoc credendum eſt Deum potentem eſſe omnium creaturarum, imo & huius ampliſſimi mundi gubernatorem regemq;
Apoca. 19 adeo regum omnium, quia in fimbria eius ſcriptum eſt Rex regum & dominus dominantium: Illius ſiquidem eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarũ & uniuerſi qui habitant in eo. Quamobrem utut potẽtes cõtra nos pugnent hoſtes, cuiuſuis ſint fortes & horribiles, tamen ſi confidamus in auxiliũ & adiutorium dei, ex animo petentes illud noſq; conuertamur ad dominum ex ipſo ſolatium omne ſperantes, ſatie adiuuabit il
le nos, iuxta illud Pſalmi: Iacta in dominũ Pſal. 54
ſpem tuam & curam tuam, & ipſe te enutriet, neq; dabit in æternum in fluctuationem iuſtum. Quicunq; enim plus fidutiæ & ſpei repoſuerunt in potẽtia & uirib⁹ ſuis q̃ in deo: plærunq; ſuccubuerunt: Quãto rectius fecit rex Ioſaphat, qui quum impeteretur a ualido fortiq; exercitu, clamauit
ad dominũ dicẽs: Quum ignoremus quid 2. Par. 20
agere deberemus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te. Et uos igitur dilectiſſimi, quum uideatis irruentem in nos potentiſſimum Turcarum Imperatorem, qui iam uelut hereditario iure hoſtis Chriſtiani tum ſanguinis tum nominis, & fidei noſtræ. Is ipſe tantum ſibi ditionum uendicauit quantum duo olim poſſidebant Imperatores: inſuper quoq; plurima regna, ampliſſimos ducatus, inſulas, & urbes potentiſſimas ſubegit, Chriſtianos occidit, trucidauit, in perpetuam ſeruitutem abduxit, innocentes paruulos ad parietes alliderе ueritus non eſt, eoſdem quoq; in ſua infidelitate ad perpetuam damnationem educauit, uirgines ſtuprauit, parentum conſpectum nihil reueritus, uxores quoq; impudenter tractauit maritis cernentibus (exaggera ſi potes quia non tam dira dicere poteris quin truculentiora & crudeliora fecerint.) templa uel diruerunt uel in ea damnatiſſimũ Mahometh collocarunt, crucifixi imaginem & conſpuerunt & ſagittis transfixerunt, uenerabile eucharistiæ Sacramentum pedibus proculcarunt, aliaq; magis horrenda exercuerunt quæ fieri permiſit dominus propter magna & multa peccata noſtra.

Conſyderantes ergo hoſtis noſtri potentiam, quid faciemus conſultius, niſi ut confugiamus ad auxilium dei clamantes uſq; in cœlum. Sciendum enim hoc nobis eſt, & ſedulo præ oculis habendum, quod ſacerdos magnus Eliachim dixit ad Iudæos quando irruiſſet in eos Holofernes potentiſſimi regis Nabuchodonozoris dux exercitus & princeps. Quoniam exaudiet Dominus preces noſtras, ſi manentes

perſeuerauerimus in ieiunijs & orationibꝰ in conſpectu domini &cę. quæ uerba fuerunt thematis, unde præſentem Homiliā exorſi ſumus: Media uita in morte &cę.]

Euangelium vt ſupra.

Congregati hodie dilectiſſimi in Chriſto ad implorandam inquirendamq; Dei gratiam & miſericordiam, uictoriam quoq; petendam ex hoſtibus (ſecundum qualitatem hoſtis exaggera & mitiga inductionem ad cōmouendos affectus auditorum.) Diſcamus ex ſacris literis quomodo qualeſq; nos in tantis periculis exhibeamus, quoniam ſic uidebimus quid illi fecerint, qui gratiam & pacem impetrauerunt apud dominum, quorum nobis ueſtigijs erit inſiſtendum. Et q̄uis in ea re conſilium nobis optimum eſſet, miſſis peccatis conuerti ad dominum, ſicut antea diximus, & pijs precibus obnixe dominum precari, ut ille animabus noſtris per gratiam ſuam mederetur, nobiſq; infunderet uoluntatem bonam, eandem in nobis conſeruaret: ſiquidem ſua tantū gratia indigemus, ſicq; clamemus cum Dauide: Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis, neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. *Pſal. 102*

Diceret hic aliquis: Audio, ſed uideor hinc mihi colligere omnes ſupplicationes noſtras eſſe uanas, quum bona ſupplicantium pars, ſint peccatores, pauci quoq; pœnitentiam egerint iam contriti de peccatis ſuis, propoſitum habendo ea uitare: Sane ēm hinc corruerent omnes proceſſiones noſtræ plane uanæ futuræ? Reſpondetur: Et ſint in ſupplicationibus peccatores qui non habeant animum deſiſtendi a peccatis, illorum tamen quoq; petitio fruſtra nō eſt: ſiquidem ut maxime nihil mereantur, poſſunt tamen nonnihil impetrare, id ita declarant Doctores, quia dicit dominus: Omnis qui petit, accipit. Addit Chryſoſt. ſiue ſit iuſtus ſiue iniuſtus, nō quidem hoc intellige ſi peccator petat ſecūdum malam concupiſcentiam ſuam, pro eo quod faciat illi ad iniquitatem ſuam promouendam, ſed hoc ſenſu, quum natura peccatoris in ſe ſit bona atq; adeo a deo creata: quicquid autem creauit deus, hoc ei placet: ſiquidem nihil odit eorum quæ fecit. Ideoq; etiam oratio peccatoris in reſpectu naturæ poteſt placere deo, ſi hoc omnino petat quod boni petunt, ſicq; ex ſuperabundanti miſericordia plus dat nobis deus q̄ noſtra dignitas, imo indignitas potius mereatur, atq; remunerat opus in ſe non attenta operantis iniquitate, Quid multa? reſpicit opus operatum non conſyderans q̄ operans eſt indignus & nihil meretur, quia meritum aliqualiter īnititur iuſtitię diſtributiuæ, ſed impetratio mere innititur gratiæ. *Mat. 7. 18* *Chryſoſt.*

Rurſus obijcies, ſcimus quia deus peccatores nō exaudit. Itaq; non exaudiet deus orationem noſtram etiam in ſupplicationibus, quum tot ſint inter nos peccatores? Audi reſpondentem tibi Auguſtinū quoniam dictum hoc cœci eſt, qui adhuc loquitur inunctus: nam & peccatores exaudit deus: ſi enim id nō eſſet, fruſtra ille publicanus oculos in terram demittens, & pectus ſuum percutiens diceret: Deus propitius eſto mihi peccatori. Locum itaq; habet iſtud cœci dictum in tribus tantum caſibus, Primum, quando peccator petit quę petere parum decet. Deinde quum petitio eius oritur ex radice eius peruerſa, puta ſuperbia, aut hypocriſi. Poſtremo, quādo petit contra interdictum Eccleſiæ cum ſcandalo, ut ſi orat excommunicatus, aut ſi peccator publicus, presbyter orationem ſuam coram toto populo etiam offitio ſuo id exigente perficit. Huic enim dicit dominus illud quod habet Pſalmiſta: Quare tu enarras iuſtitias meas, & adſumis teſtamētum meum per os tuum? *Ioan. 9* *Tract. 44 ſup. Ioan.* *Pſal. 49*

Alias ſacris literis hoc contrarium non eſt q̄ deus peccatores exaudiat in orationibus ſuis. Nam ita exaudita eſt mulier peccatrix Maria, & publicanus ille percutiens pectus ſuum deſcendit iuſtificatus in domum ſuam. Conſtat hoc idem ex more totius Eccleſiæ quæ in Letania clamat ad dominum: Peccatores, te rogamus audi nos. Similiter patet illud ex eo quod dominus dixit in parabola: Serue nequam, om̄e debitum remiſi tibi, quia rogaſti me. Ecce *Lucę 7* *Lucę. 10*

omne

Math.18 omne debitum remiſit ille ſeruo nequam, homini peccatori, quoniam rogauerat eũ, ſic nos quottidie oramus diuina inſtitutione formati, *Math.6* dimitte nobis debita noſtra, cõfitentes per hoc nos eſſe peccatores, ut ait *Auguſt.* Auguſtinus, quia ergo peccamus quottidie, quottidie etiam peccatorum remiſſionem petere debemus. Et hinc iam ſatis patet quomodo etiam peccatores in orationib. ſuis impetrare aliquid poſſint, ꝗuis nihil mereantur dum ſunt in peccatis. (adde ſi placet de obſtetricibus Aegyptijs quę fuerunt idolatræ, & ſic peccatrices, tamen quia timuerunt deum, ideo a deo impetrarunt ut eis ædificarentur domus.

2. Quamuis in proceſſionibus plures ſint mali ꝙ boni, attamen ſpes bona eſt inter nos quocꝫ aliquot eſſe bonos, tã efficax autem eſt oratio bonorum apud deum ut etiã pro malis illi necꝫ pro ſe tantum impetrare aliquid ualeant, ſic enim dominus *Gene.18* dixit ad Abraham, ſi inueniret decem homines iuſtos in Sodoma, ſe non perditurũ *Exo.32* eam, ſic Moyſes & Aaron ſæpe ſteterunt *Num.14 & 21* ante dominũ orãtes pro populo nequam & exauditi ſunt. Helias homo unicus erat *3.Reg.18* & tantum oratione ſua reconciliatũ placatũcꝫ deum reddidit uniuerſo regno etiam peruerſi regis Achab. Accedit huc ratio, ſicut pulchre arguit Augu. *Auguſti.* quoniam tãta debet eſſe unitas humanæ ſocietatis, ut quiſque ſic ſit pro alio ſolicitus, tanꝗ ſi unum corpus eſſemus omnes, & propter hanc ſocietatẽ humanã fit ut alius pro alio hic plectatur in terra, nam ꝙ ſæpe mali hoĩes peccatis ſuis merentur bella, famem, peſtem, hic quocꝫ cũ malis puniuntur boni: Quod cum fiat, ut bonos cum malis affligat deus, quur nõ uiciſſim, cui propria eſt miſericordia, interdum malis propter bonos peccata dimittat. Spes igitur nos bona manet, implere dominũ deũ uerba prophetæ ſui *Abac.3* ſancti in ſupplicationibus noſtris, dñe deus quũ iratus fueris miſericordiæ recordaberis, *1.Reg.1* & quod Dauid dixit, non retinet in ira miſericordiã ſuã, dixi motus eſt pes meus, miſericordia tua domine adiuuabit me. Plena undicꝫ eſt ſcriptura teſtimonijs miſericordię diuinę, quamobrẽ ſic orat eccleſia. Deus cuius miſericordiæ non eſt numerus: Et cui nunꝗ ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur. Porro etiam peccatores mereri aliquid apud deum ſupplicationibus & alijs operib. bonis, facile eſt colligere ex duobus exemplis, altero Niniuitarũ quorum *Ionæ.3* ciuitatẽ ſubuertere deus uolebat, ſed quũ ieiunarent illi, & alia opera bona exercerẽt ꝗuis peccatores & idololatræ eſſent miſericordiam tum dei impetrarũt, ut non ueniret plaga illius ſuper eos, ſimili exemplo tyrãnus etiam Achab proponi poteſt, *3.Reg.21* ad quem quũ ueniſſet Helias a deo miſſus prænuncians ꝙ eodem loco ubi antea canes linxerũt ſanguinem Naboth, ibi futurum eſſet ut lingerent etiam ſanguinẽ ſuũ, ſequitur ibi, hęc dicit dominus: Ecce inducam ſuper te malum, & demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab mingẽtem ad parietẽ, & clauſum & ultimũ in Iſrael, Audiens hæc Achab ſcidit ueſtimenta ſua & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauit & dormiuit in ſacco & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo domini ad Heliam: Nonne uidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſſa, non inducam malum in diebus eius ſed in diebus filij ſui.

3. Simulatcꝫ ergo humilitas etiam peccatoris placet deo, quis nõ uideat quomodo humilitas Chriſtianorũ adhuc magis placet deo? idcꝫ eo maxime ꝙ illi multas habẽt orationes pias, illam comprimis quam eos docuit Chriſtus ipſe, cui & ideo non poteſt non placere quando oramus, *Math.6* libera nos domine a malo, deinde cantica plurima & orationes pene innumerę ſunt in eccleſia, miſſæ quocꝫ peculiares in hoc inſtitutæ ab ipſa eccleſia, quæ gubernatorem habet ſpiritum ſanctum, ſpõſacꝫ Chri- *Ephe.5* ſti eſt, cui quum ſit illa chariſſima quomodo *Apoc.21* excludat orationes & preces ipſius ſicut Aſſuerus preces Heſter facile admiſit. *Heſt.7* Auget inſuper pium hominum adfectum neque parum adiuuat impetrandi facilitatem, ꝙ communiter in ſupplicationibus deferri ſolent triumphalia Chriſti trophęa, uexilla, & cruces, quod ſignum etiam apparebit in cœlo quum dominus ad iudicandum uenerit.

Ad hæc communiter in ſupplicationibus circunferri ſolent reliquiæ ſanctorum idcꝫ in eorũ uenerationẽ, quãuis tunc quoque profitemur nobis illorum ope opus eſſe, & auxilio, tancꝫ interceſſorũ noſtrorũ apud deum, ut qui per merita ſua facilius poſſint nos adiuuare. Teſtimoniũ inſuper hoc idem eſt fidei noſtrę, confitentibus ſic nobis credere nos ꝙ uiuãt iam cum Chriſto ut amici poſt hãc uitam & mortẽ, ꝙcꝫ nobis ſæpius interuentu ſanctorũ ſuorum benefaciat deus, alias non facturus, ſicuti per longum diſſeruimus de interceſſione ſanctorum in feſto ſanctorum omnium.

Pro reliquijs etiã argumentum efficax Matth.9 habemus ex eo ꝙ mulier ſolo fimbriæ contactu in ueſte Chriſti ſanata eſt: Quis enim neget Chriſtũ adeſſe reliquijs ſanctorum ſuorum, qui uirtute diuina aſtitit ſuæ ueſti? nemo uticꝫ inficias ibit Chriſto chariorem fuiſſe Petrũ aut Paulũ ꝙ ueſtimentum. Aut quur nõ magno ſit ſolatio Chriſtianis, ſanctorũ reliquias in proceſſionibus circunferre, quum tamen magna fiducia & conſolatione freti Iudæi archam detulerint in aciem aduerſus hoſtes ſuos, alias quocꝫ cõmigrãtib. Iudæis & ſublata archa, dicere ſolitus eſt Moyſes, exurge deus, & diſſipentur inimici tui, fugiant a facie tua Iſa.6 qui oderunt te. Quid quod ſacerdotes ſepties circumierunt urbem Hiericho tantiſper ſecum deferentes archam fœderis, dum corruerent mœnia.

4. Ne nos deterreat a ſupplicationibus ꝙ nõnuncꝫ nõ ſtatim definit afflictio, ob quam ſupplicabatur domino, forſitan enim iratus nobis dominus niſi eiuſmodi ſupplicationibus fuiſſet aliquãtulum placatus, maiora pericula immiſſurus erat, deinde etſi nõ ſtatim ſentiamus auxiliũ meminiſſe tamen debemus eius quod dicit August. Augu. Orationes aliquæ nõ nobis denegantur ſed differuntur, ut nobis tempore oportuno reddãtur. Quamuis mora eiuſmodi põt nobis cedere in bonũ, dũ ſic mouemur & in oratione perſeuerare & inſtantius aliquando petere, nõnuncꝫ etiam aliquid mali & illiciti uitare, uel tribulationes tales quibuſdã ſunt incrementa uirtutum & augmenta meritorũ, etſi nos ignoremus. Quis enim diuinorum iudiciorum Roma.11 ponderet rationes, aut quis cognouit ſenſum domini, quis cõſiliarius eius fuit? Nũquid medicus morbum ægrotãtis melius agnoſcit ꝙ ipſe qui infirmatur.

Ante omnia quocꝫ quũ dubium non ſit patrem miſericordiarum, & deum omnis conſolationis nullum relinquere bonũ irremuneratum, ideo etiamſi non ſecundũ petitionẽ noſtram recipiamus, ipſæ tamen ſupplicationes ſua mercede non deſtituentur, nos quocꝫ ſi ſumus peccatores, ecce il- Rom.8 los ſic dilexit deus ut unigenitum filium ſuum miſerit in hunc mundum, in ſimilitudine carnis peccati, qui nobis miſericordiam ſuã largiri dignetur hic & in futuro.

A M E N.

Homilia tertia et ultima de proceſſionibus & letanijs.

Deus quum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis
Abac. iij.

QVandoquidẽ ſemel homo ueſtem innocentiæ Gen.3 amiſit per peccatum Adæ, ingreſſo per unũ Rom.5 hominẽ peccato in mundum, ipſacꝫ per peccatũ morte, ſane peccatum in cauſſa eſt ꝙ deus mundum in iracundia gubernat. Nos autem quum in hac uita nondum ſimus deſperati uel in peccatis obfirmati, inſtar damnatorũ poſſumus adhuc gratiam dei impetrare, ſemper ergo in omnibus operibus dei, quæ fiunt in hoc mundo, concurrunt illa duo, miſericordia & ueritas, hæc quidem punit malum, illa pœnam moderatur & mitigat, hanc mitigationem impetrare poſſumus precibus pijs ſicut undique tota ſcriptura teſtatur, quia oratio humilitantis ſe penetrat cœlos. Quemad- Eccle.35 dum orante Moyſe uictus eſt Amalech, Exo.17 orante

Ioſue.10 orante Ioſue ſol ſtetit, orante Anna dedit
2.Reg.1 dominus prophetam illum magnum Sa-
Iſa.38 muëlem, orante Ezechia facta eſt prolon-
3.Reg.17 gatio uitæ, ſolq; retroceſſit, orante Helia
18 non pluit per trienniũ, eodem rurſus oran-
te apertum eſt cœlum & pluit iterum.
Quapropter quum iratus dominus tribu-
lationes nobis immiſit, congregemur in
orationibus ſanctis, clamemus cum Ma-
chabæis uſque in cœlum, ut ille nobis miſe-
ricors eſſe dignetur, populus enim ſic col-
lectus ueluti uim quandam deo inferre
Matth.11 uidetur, iuxta illud, quia regnum dei uim
patitur, & uiolenti rapiunt illud. Quomo-
do autem non exaudiat dominus oratio-
nem tãtæ multitudinis hominum pio af-
fectu cum humilitate conuenientium ad
inuocandum eum, ut iratus ille nobis ad-
huc tamen recordetur miſericordiæ, quæ
uerba fuerunt thematis &cæt. Media uita
in morte ſumus.

Euangelium vt ſupra

uel ſi forte bella graſſan-
tur, dic Euangelium.
Math.xxiiij. aut
Lucæ.xxi.

Quum audieritis prælia, de
martyribus.

SI uolumus proceſſiones
noſtras deo eſſe acceptas
quibus gratiam impetre-
mus, declinãtes iram eius
magnam, commodiſſi-
mum eſt tales nos gere-
re, ſicut a ſpiritu ſancto in ſacris literis edo-
2.Par.20 cti ſumus, ideoq; eas euoluentibus nobis
primum ſe offert hiſtoria regis Ioſaphat,
contra quem quum pugnaret filij Moab
& Ammon, omneſq; qui trans mare ſunt,
& de Syria, ipſe etiam iam certo cogno-
uiſſet eos irrupiſſe ſibi in regionem ſuam,
perterritus ille totum ſe contulit ad rogan
dum dominum & prædicauit ieiunium
uniuerſo ieiunio edoctus utiq; erat a Moy-
ſe, ieiunijs dominum placari, quoniã quũ Deut.9
Iudæi adoraſſent uitulum aureum dixit
ille, Iacui coram domino. 40. diebus ac
noctibus panem nõ comedens & aquam
non bibens propter omnia peccata ueſtra
quæ geſſiſtis contra dominum, & eum ad
iracundiam prouocaſtis, ſic ad ieiunium
hortatur Iohel dicẽs: Congregate cętum, Iohel.2
coadunate populum, ſanctificate ieiuniũ,
& inde: Canite tubis in Syon, ſanctificate
ieiunium, ſic ieiunauit Achab, ſic credide-
runt Niniuitæ prophetę Ionę, & prædica- Ionæ.3
runt ieiunium. Quondam ſolennis fuit ea
ueterum Chriſtianorum conſuetudo, ut
aliquot dies, communiter tres ieiunarent
ante ſupplicationes, & adhuc mos ille per-
manſit in Italia & Roma, quando in ma-
gnis neceſſitatibus ſupplicatio inſtitui ſo-
let, tunc ea prius denunciatur & homines
certis diebus ieiunare admonentur, confi-
teri quoq; & ſacramentum ſuſcipere, tum
uero demum proceſſio celebratur: At nos
frigidi Germani quid facimus, didicit hoc
Ioſaphat a Samuële, qui grauiter oppreſ-
ſis Iudæis a Philiſtæis dixit ad eos: Con- 1.Reg.7
gregate uniuerſum Iſraël in Maſphat ut
orem pro uobis dominum, & conuene-
runt ibi hauſeruntq; aquam & effuderunt
in conſpectu domini (quod ſignum erat
humilitatis, q̃uis alij accipiant lachrymas
contritionis) & ieiunauerunt in die illa
atq; dixerunt: Tibi peccauimus domine.

2. Sequitur in textu: Congregatus 2.Par.2
eſt Iudas (hoc eſt populus omnis ex tri-
bu Iuda & Beniamin quibus imperabat
Ioſaphat) ad deprecandum dominum, ſed
& oẽs de urbib. ſuis uenerunt ad obſecran-
dum eum. Cæterum placere deo huiuſ-
modi ſanctam congregationem, ſatis audi-
uimus ex Iohele (uide ſupra homilia. 1.
huius materiæ) ut quo cõmunior eſt ora-
tio, eo magis placeat deo, non temere ino-
leuit dictum de generali oratione, neq; ea
fruſtra aut inuanum uſurpatur in eccleſia
ſiquidem illam apoſtolus quoq; docuit di-
cens: Obſecro primum omnium fieri ob- 1.Timo.2
ſecrationes, orationes, poſtulationes, gra-
tiarum actiones pro omnibus hominibus
pro regibus &cæ. Idem frequenter huiuſ-

modi cõmunem obſecrationẽ petit a Romanis, Corinthijs & Coloſſen. Notabitis autem ꝙ illi de oib. urbibus ſuis adcurrerunt in Hieruſalem quo nonnulli longum iter habebant: Nos ꝗ torpemus deſides & ignaui qui uix ad ædem parochiæ noſtræ accedimus proceſſionem celebraturi: Magna ſemper nobis incumbit laborandi neceſſitas, ſicubi ſeruiendum eſt deo, alias perierimus: Veruntamen interim dum ipſi otioſos dies nobis eligimus, quibus madeamus uino, ibi omnium laborum nos capit obliuio, ſed hæc alias. Luc.2 Ieſus Maria & Ioſeph longũ iter profecti ſunt ad templũ in Hieruſalẽ, & nos piget pietatis ſtudio cum reliqua hominum cõgregatione quã minimum itineris ſpacium arripere.

2.Par.20 3. Quumqꝫ ſtetiſſet Ioſaphat in medio cætu Iudæ & Hieruſalem in domo domini ante atrium nouum, ait: Domine deus patrum noſtroꝝ, tu es deus in cœlo & dominaris cunctis regnis gentium, in manu tua eſt fortitudo & potentia nec quiſqꝫ tibi poteſt reſiſtere & cæt. In nobis non eſt tanta fortitudo ut poſſimus huic multitudini reſiſtere quæ irruit ſuper nos, ſed quũ ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemꝰ reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te. Verba hæc magnã optimi regis fiduciã erga deũ arguunt, & ideo ille adiuuit eum, quia ſaluos facit omnes ſperantes in ſe, & quicunqꝫ ſperat in deo illũ Pſal.10 & 32 miſericordia circundabit. Diſcamus & nos exemplo Ioſaphat rogare dominum, ſperare & confidere in illum.

4. Sequitur ergo hinc auxilium & conſolatio dei, poſt habitam ſupplicationem & congregationem factam, habitãqꝫ orationem: Venit enim ſpiritus domini 2.Par.20 ſuper Iazihel Leuitam & ait: Attendite omnis Iuda & qui habitatis in Hieruſalẽ & tu rex Ioſaphat, hæc dicit dominus uobis: Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem, non eſt enim ueſtra pugna ſed dei: Ecce quomodo deus conſolatur ſuos iam metu magno percuſſos, quibus & uictoriam promiſit dominus, & modũ oſtendit quo ſupaturi eſſent hoſtes ſuos: Huiuſmodi conſolationem ſemper certo expectare debent boni homines a deo. In eius rei Lu.22 exemplum etiam Chriſto ſudorem ſanguineum ſudanti apparuit angelus de cœlo, confortans eum. Præterea quum pluſqꝫ ſeptuaginta millia hominum occidiſſet deus propter peccatum Dauidis, & tamen eo 2.Reg.24 ſperante in dominum, apparuit illi angelus imponens gladium. Petro occiſo ab Act.12 Herode & fortiter obmunito, tota autem Chriſtianorum multitudine pro eo orante apparuit angelus domini & liberauit illum. Laurentius quoqꝫ quum a tyranno Decio ſuper cratem ferream impoſitus torreretur, gratiam ille adhuc dei habuit, & dulcedinem ſpiritus tãtam, ut prunas putaret eſſe roſas. Atqꝫ eiuſmodi conſolationibus undiqꝫ ſcriptura habundat: Sicut ergo Iazihel prædixerat, ita exierunt in aciem, & rex conſuluit ut cantores domini ſtatuerent in ordine ſuo qui laudarent deum, & antecederent exercitum, ac uoce conſona dicerent: Confitemini domino Pſal.135 quoniam bonus, quoniam in ſæculũ miſericordia eius. Quũqꝫ cæpiſſent laudes canere uertit dominus inſidias hoſtium in ſemetipſos, ita ut Ammonitæ & Moabitæ occiderent habitatores montes Seyr, deinde quoqꝫ mutuis conciderent uulneribus. Porro Iuda quum ueniſſet ad ſpeluncam uidit procul omnem late regionem plenã cadaueribus, exuit quoqꝫ & ſpoliauit occiſos, abripiens ſecum quicquid inuenerat, ita ut non facile liceret portare ea omnia, hinc rurſus profecti ſunt in Hieruſalem, & ingreſſi ſunt, cum pſalterijs, & citharis, & tubis in domum domini. Diſcant hic qui deum deiqꝫ miniſtros contemnunt, & in pugnis ſuis fiduciam omnem reponunt, diſcant inquam, & potentiam dei contemplentur, qui antea multum inflati & turgidi, ubi ad rem uentum eſt, fuga ſibi conſulunt, neque ſupplicationes nec quaslibet orationes cultus diuini admittunt. Ecce & nos experimur hoc exemplo, quam fœliciter hactenus pugnauerimus aduerſus infideles. Ecce quomodo rex Ioſaphat cum omni populo uenit in domum 2.Mach.3 domini, gratias egit deo, quem ſimul confeſſi ſunt illũ eſſe, a quo omnis uictoria eſt,

quoniam

quoniam non in multitudine exercitus uictoria belli ſed de cœlo fortitudo eſt. Et ſic
3.Eſd.4 Zorobabel benedixit regem cœli dicens: A te eſt uictoria, ſapientia, & claritas: Extende ad placitum ſuper eo quod egerunt gratias deo, & hoc fecerunt in hymnis & pſalmis.

Sed aliam quoque uideamus hiſtoriam propoſito huic noſtro deſeruientem, unde diſcamus quomodo ſupplicationes noſtras
4.Reg.18 & 19 celebrare debemus in hoc ut placeant deo. Quum Sennacherib rex Aſſyriorum expeditione mota in Iudæam profectus eſſet aduerſus regem Ezechiam, ipſumque permouere conaretur ut ſe ei dederet nihil iam ſperans in deum, adductis in hoc multis blaſphæmijs contra deum uiuentem: Ezechias ſcidit ueſtimenta ſua opertus eſt ſacco, ingreſſuſque eſt domum domini, &
Iſa.37 miſit ad Eſaiam, ut rogaret dominum pro populo ſuo reliquo, qui conſolatus eſt eum nilque timere iuſſit: Inſuper quum rex Sen nacherib literis eum admoneret ne ſe a deo ſuo decipi ſineret in quem reponebat ſpem omnem, rurſus ingreſſus templum expandit literas coram domino, & orauit in conſpectu eius dicens: Domine deus Iſraël qui ſedes ſuper Cherubin, tu es deus ſolus regum omnium terræ, tu feciſti cœlum & terram: Inclina aurem tuam & audi omnia uerba Sennacherib. Orauerunt
2.Par.31 itaque Ezechias & Iſaias aduerſus blaſphemias Sennacherib clamantes uſque in cœlum: Et ſicut dominus Iſaiæ reuelauit ipſeque adeo prophetauit, ita angelus domini ea nocte de exercitu Sennacherib occidit in caſtris ſuis centum octoginta quinque millia hominum. Sennacherib autem ma ne uiſis cadaueribus mortuorum abſceſſit domum, ubi quum in templo adoraret idolum ſuum a duobus filijs ſuis occiſus eſt.

Accedat ijs duabus adhuc alia hiſto
Iudi.3 ria quam legimus in libro Iudith: Quoniam quum rex Aſſiriorum Nabuchodonozor uiciſſet potentiſſimum Mædorum regem Arphaxat, emiſit Holofernem ſupremum ducem ſuum cum exercitu præualido, qui ſtatim deuicta Syria & ſubiugata Meſopo tamia, Lybia quoque, Cilicia & Idumea ſu biectis, quum cognouiſſent hoc Iudæi admo dum exterriti ſunt, ne ſimiliter ille faceret ſibi & templo ſancto domini: Scripſit ergo ſacerdos dei Eliachim Iudæis, ut occuparent anguſtias & montes quib. ad Hie Iudith.4
roſolymam pateret acceſſus, omniſque populus clamauit ad dominum, & animas ſuas humiliauerunt in ieiunio & orationi bus ipſi & uxores ipſorum, ſacerdotes etiam induti ſunt cilicio, & paruuli prociderunt in terram uerſus templum, altare quoque operuerunt cilicio, ſimul omnes clamantes ad dominum deum Iſraël, ne infantes eorum darentur in prædam atque rapinam, & uxores in diuiſionem, hoc eſt adulterium, ciuitates autem in exterminium, & ſancta eorum in pollutionem, fierentque in opprobrium gentibus.

Ecce illi non tentarunt dominum, ſed pro uiribus quod in ſe ſitum erat fecerunt, anguſtias & montana occuparunt, de reliquo ſe commendarunt domino in oratio nibus ſuis, faciamus idem & nos, tempore belli, quæ uirium noſtrarum ſunt agamus diligenter, paremus arma, morbi peſtiſque tempore quæramus medicinam, in caritate annonæ frumenta conquiramus, ſicut pro illis miſit Iacob filios ſuos, nam qui ni Gen.41
hil ipſe facturus omnia relinquere deo uellet, quid ille niſi deum tentaret? atque id pro hibitum grauiter eſt, ſicut & dominus ait: Non tentabis dominum deum tuum, de Matth.4
inde conſydera adfectum pium illorum qui Deut.6
magnam gerebant curam templi & altaris pluſquam corporum ſuorum, ne forte ibi gentes idololatriam committerent. Ad hæc humiliauerunt ſe omnes, tum uiri tum mu lieres, ſacerdotes quoque inſuper paruulos infantes detulerunt ante templum, quaſi facto ipſo dicere uellent: Domine deus etſi nos huiuſmodi pœnam, peccatis noſtris emeruimus, attamen infantulos hos reſpice qui peccatum non habent & miſerere nobis. Præterea conſydera qua re populus humiliauerit animas ſuas, oratione. ſ. & ieiunio, ſacerdotes quoque cilicio, non inuenias talem pietatem iam inter nos, quamuis ſupra diximus ſupplicationem ueram inſtituendam eſſe præuio ieiunio & oratione. Super hæc clamauerunt unanimiter ad dominum, congregato omni popu

lo & per modum proceſſionis ueniente in Hieruſalem. Adhuc quattuor adcurarunt diligenter, ſolliciti enim fuerunt de liberis ne in ſeruitutem abducerentur per rapinam, uxorum ne per adulteria diuiderentur ab eis, ciuitatum ne cum ijs ipſi quoque cogerentur hoſtilem ſequi exercitum: & templi atq; ſanctorũ ne in abuſum uerterentur & opprobrium gentibus.

Iudith. 4 Cæterum quum ſic omnis Iuda humiliaretur Eliachim ſacerdos circumiuit omnem Iſraël dicens eis, ſcitote quoniam exaudiet dominus preces ueſtras ſi manentes permanſeritis in ieiunijs & orationib9 *Exo. 17* in conſpectu dñi. Memores eſtote Moyſi ſerui domini. qui Amalech cõfidentem in uirtute ſua, in potentia & exercitu ſuo nõ ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. Ad hanc eius exhortationem deprecantes dominum permanebant in conſpectu domini, ita ut etiam ij qui offerebant domino holocauſta præcincti cilicijs eſſent, & cinerem haberent ſuper capita ſua: Atq; ex toto corde ſuo omnes orabant deum ut uiſitaret populũ ſuum Iſraël. Obſerua hanc mihi exhortationem Eliachim, quia ſacerdotum & prædicatorum eſt, in magnis periculis plebem ad pietatem exhortari & orationem, quoniam potẽs eſſe debet huiuſmodi in doctrina ſa*Tit. 1* *2. Theſ. 2* lutari ſicut Paulus fecit quum diceret, dominus noſter Ieſus Chriſtus exhortetur corda ueſtra, & confirmet ea in omni uerbo & opere bono. Deinde uide perſeuerantiam eorum in orando ſicut & apoſto*Act. 1* li fecerunt, & Paulus inquit, in diſciplina *Hebr. 12* perſuerate, quoniam ea conditio eſt bonæ *Matth. 10* orationis ut ſit perſeuerans, quiſquis enim perſeuerauerit uſq; in finem, ſaluus erit.

Mox conſydera ſacerdotes aliquid feciſſe ultra uulgus hominum, quia præcincti cilicio habebant cineres in capitib. ſuis, ſic nimirũ ſacerdotes noſtri eiuſmodi pietatis officijs ſemper reliquos uincere debent, quoniam eorum officium proprium *Leuit. 9* eſt orare pro populo dei, ſic nãq; Moyſes, *Heb. 1* ad Aaronem dixit: Offer holocauſtum & depcare pro te, & pro populo, ſic Paulus ait: Omnis põtifex ex hominib. aſſumptus pro hominibus cõſtituitur in ijs quæ ſunt ad deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Præterea quum Achior ob dictam Holoferni ueritatem ab Aſſyrijs adligatus eſſet arbori in Iudæa, iamq; Iudæi rem omnem intelligerent & quid mentis haberet Holofernes acciperent, populus totus nocte conuocatus in templum orando implorauit auxilium domini dei Iſraël, qui mos fuit multũ pius apud Chriſtianos etiam ꝙ in magnis feſtiuitatibus totas noctes duxerint peruigiles, unde uigiliæ ſunt dictæ, quæ tamen iam abolitæ ſunt partim ex abuſu multarum rerũ, quæ noctu contingebant (uide Hierony. cõtra Vigilan.) partim ex refrigeſcente charitate Chriſtianorum, negligentium honorẽ & cultum diuinum. Quũq; Iudæi præſenſiſſent Holofernem appropinquare cum exercitu ſuo, prolapſi in terram conſperſerunt ſe puluere & orarunt dominum, ſed Holofernes prohibuit ciſternas forti cuſtodia, ita ut uellent tradere urbem. Ozias autem ſacerdos Bethuliæ perſuaſit eos ut quinq; adhuc dies differrent expectantes miſericordiam domini, eo tempore ſi nil fieret, tunc tandem ſe dederent hoſti.

Ibi matrona honeſtiſſima Iudith iam *Iudith. 8* in quartum annum uidua, habebat in ſuperiori parte ædium habitaculum ubi ſola degebat incluſa cum puella, ipſa uero cilicium geſtabat in lumbis ſuis, ieiunabat quottidie, ſabbatho & neomenijs dẽptis, ꝗuis eſſet formoſa admodum & diues, habundans poſſeſſionibus, multiſq; pecudibus, bobus & ouibus. Ea irata eſt ꝙ Ozias tempus certum cõſtituiſſet, ſiquidẽ terminũ & modũ ponere diuinæ miſericordiæ nihil aliud eſſet ꝙ̃ tentare dominum: Admonuit ergo & exhortata eſt illos ad pœnitentiam & humilitatem, dixitq; ſacerdotibus duobus Chambri & Charmi. Nunc fratres quoniã uos qui eſtis preſbyteri in populo dei, & ex uobis pendet anima illorum, ad eloquium ueſtrum corda eorum erigite ut memores ſint, quia tentati ſunt patres noſtri ut probarentur ſi uere colerent deum ſuũ: Reputemus itaq; hæc ſupplicia minora eſſe flagella domini, & quia ſic corripimur non ad perditionem noſtrã ſed ad emendationem: Inde cõmiſit eis ut

orarent

Iudith.9 orarent pro ſe dominum ad probandum
an conſilium ſuum eſſet ex deo, poſtea in-
greſſa oratorium ſuum orauit dominum,
Iudith.16 pro liberatione populi. Statim exorna
uit ſe ueſtimentis ſuis precioſiſſimis & cum
ancilla ſua egreſſa eſt in caſtra hoſtium, ubi
Iudith.12 & 13 cõmotus aduerſus eam eſt Holofernes, &
in concupiſcẽtiam eius exarſit, die abhinc
quarto oppletus eſt uino ultra q̃ fuerat an-
tea unq̃, uolens cum ea concumbere, quæ
amputato duobus ictibus capite illius, re-
uerſa eſt cum eo in ciuitatem, eam uero cu-
ſtodes putabant iuxta conſuetudinẽ ſuam
ire ad orationem, ſic exaudiuit dominus
orationem & gemitum eorum per maſcu-
lam uirtutem Iudith. Expende quã ſancte
tenuit uiduitatem non laſciua, in publico
uerſata, crapuloſa &cæ.

Nunc poſtremo diſcamus quomodo
nos in ſupplicationibus exhibeamus ex
2. Mach.3 hiſtoria Machabæorum: Quum enim Sy-
mon de tribu Beniamin ædituus eſſet, &
Onias nollet permittere ut ærarij theſau-
ros diuideret, prodidit ille pecuniam præ-
fecto regis, qui miſit Heliodorũ Hieroſoly
mas, ut pecuniam illam tranſportaret. Is
quum ueniſſet Hieruſalem cum mandato
regio, & peteret iſtud ab Onia, non modi-
ca per uniuerſam ciuitatem concitata eſt
trepidatio, ſacerdotes enim ante altare cũ
ſtolis ſuis iactauerunt ſe, & inuocauerunt
deum cœli, qui depoſitis legem poſuit, ut
ijs qui depoſuerãt ea ſalua cuſtodiret. Alij
congregati de domibus confluebant, pu-
blica ſupplicatione obſecrantes pro eo ꝙ
in contemptum locus eſſet uenturus, ac
cinctæqꝫ mulieres cilicijs pectus per pla-
teas confluebant, ſed & uirgines quæ con-
cluſæ erant procurrebant ad Oniam, aliæ
autem ad muros, quædam uero per fene-
ſtras aſpiciebant, uniuerſæ tamen proten-
dentes manus in cœlum deprecabantur.

Heliodorus autem mandatum regis
impleturus iam ærario proximus quum
eſſet factus, apparuit equus horrẽdus, qui
cum impetu Heliodoro priores calces eli-
ſit, qui autem ei inſidebat, uidebatur arma
habere aurea, alij etiam duo aſtiterunt ex
utraqꝫ parte flagellis ipſum uerberantes
continuo. Heliodorus concidit in terram,
quem multa caligine circunfuſum rapue-
runt atqꝫ in ſella geſtatoria poſitum eiece-
runt, qui ibi iacebat mutus omni ſpe & ſa-
lute priuatus. Tunc uero ex amicis Helio-
dori quidam rogabant Oniam ut inuoca-
ret altiſſimum qui in ſupremo ſpiritu erat
conſtitutus: Quũqꝫ ille ſummus ſacerdos
exoraret, ijdem iuuenes eiſdem ueſtib. ami
cti aſtantes Heliodoro dixerunt: Oniæ ſa-
cerdoti gratias age, nam propter eum do-
minus tibi uitã donauit: Tu autem a deo
flagellatus nuncia omnibus magnalia dei,
& poteſtatẽ: Heliodorus ergo hoſtia deo
oblata: Oniæ gratias agens recepto exer-
citu repedabat ad regem, teſtatus omnib.
ea quę ſub oculis ſuis uiderat opera magna
dei. Quum autẽ rex interrogaſſet Helio-
dorum quis eſſet aptus adhuc ſemel Hie-
roſolymã mitti ait, ſi quem habes hoſtem
aut regni tui inſidiatorem mitte illuc &
flagellatum eum recipies, ſi tamẽ euaſerit,
eo ꝙ in loco ſit uere dei quædam uirtus.
Ecce quantum ualeat oratio ſacerdotum
qui hic prociderunt in terram: Ecce quid
poſſit oratio multitudinis totius publice
congregatæ. Quantum efficiant geſtus
externi mulierum & aliorum omniũ, quo-
rum humilitate commotus eſt deus poten
tiam ſuam exhibere ad affligendum He-
liodorum: ergo & nos ſi in deo ſpem no-
ſtram repoſuerimus ſicut Ioſaphat, humi-
liauerimus etiam nos in ieiunijs, orationi-
bus, cilicio, cinere clamantes ad dominum
perſeueranter, quis ſcit ſi conuertatur & re
mittat peccata, benedictionem autem no-
bis ſuam infundat, quando non eſt abbre
uiata manus domini, qui facile poſſit im-
minentem iſtam a nobis auferre neceſſita-
tem. Id adeo præſtare dignare Chri-
ſte Ieſu per amariſſimam paſſio-
nem & mortem tuam, per
uulnera tua: & ſangui
nẽ precioſum.
fiat fiat.

A M E N.

SPERANDAM ESSE IN BREVI VICTORIAM ADVERSVS TVRCAM, IOHAN. ECKII HOMILIAE V.

Ad Reuerendiſſ. patrem & dominum D. Bernardum, S.R.E. Cardinalem, ac Epiſcopum Tridentinũ Anno M.D.XXXII.

In nomine tuo dulcis IESV. Amen.

Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retributionem quam retribuiſti nobis, Pſal. c. xxxvi.

Exo.20 IVſtus eſt Deus, puniens peccata noſtra: Nã ego ſum dominus Deus tu9, inquit, fortis zelotes, uiſitans iniquitatem patrũ in filios, in tertiã & quartam generationẽ, eorum qui oderunt me:
Oſe.4 ideo per prophetam inquit: Audite uerbum domini filij Iſraël, quia iudicium domino cum habitatoribus terræ: non eſt em̃ ueritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Experta eſt nempe Chriſtianitas iam ab 800. ferme annis
Mich.6 iram dei in Saracenico primo, deinde in Turcico flagello: ut uere dicere poſſimus gementes: Iudicium domini cum populo ſuo: Abſtulit Mahumetes e manib. Chriſtianorum Arabiam, ubi Deo ſic permittente, & peccatis Chriſtianorum exigentibus, Saraceni Aegyptum occupauerũt,
Anno domini 1492 Lybiam, & totam Aphricam: & traijcientes mare Hiſpanias inuaſerunt, ex quibus non poterant expelli, potiſſimum ex Granatæ regno, uſq; ad ſæcula noſtra, ubi glorioſiſſimus Rex Ferdinandus, Cæſaris noſtri, maternus auus ſpecioſiſſimo triũpho, regnũ illud Chriſtianitati reſtituit. Quoties interea irruperunt in Gallias, in Siciliam: in Italiam, in ipſam deniq; Romam, Chriſtiani orbis caput: & nõ ſemel S. Petri Eccleſiam uaſtarunt: uicerunt item Saraceni terram ſanctam, pedibus ſaluatoris noſtri calcatam, & factus eſt hoſtis Chriſtiani nominis, cuſtos dominici ſepulchri. Maxima profecto dei ira, quæ tot regna tot prouincias, tot ampliſſimos epiſcopatus Chriſtianitati abſtulit, non alia certe cauſſa, niſi quia Chriſtiani non timuerunt Deum, nec ei ſeruierunt, & ut Samuël inquit: 1. Reg.12
Non audierunt uocem domini, ſed exaſperauerũt ſermones eius: ideo fuit manus domini ſuper eos, & ſuper patres eorum: inclinantibus autem ſe rebus Sultani Aegyptiaci, ſurrexit Turca, eo nec in tyrannide, nec in odio Chriſtiani nominis inferior, qui mox Bithiniam arripuit, Capadociam, Liciam, Ciliciam, Armeniam minorem, Cariam, Lidiam, Paphligoniã, Lycaoniam, Phrigiam, Pontum, Pamphiliam, Galaciam, & in ſumma, totã Aſiam minorem, quæ hodie magna Turcia dicitur, ſuo ſubiecit imperio: & per diſſidium Chriſtianorum, uæh nobis, traiecto mari irrupit in Europã, & occupauit Achaiam, Atticam, Thraciam uniuerſam, cum Imperio Conſtantinopolitano, Beotiam, itẽ & Aetoliam, Peloponeſum, Moream, Epirum, Macedoniam, Albaniam: ac ſuperato regno Bulgariæ, Boſnæ, Seruia, Raſcia, Rodo, Nigroponta, & Belgrado, imminet Hungariæ, Poloniæ, Croatiæ, Dalmaciȩ, & iamiam, proh dolor, Germaniæ, Germaniæ inquã & nobis, ſine parua aut ulla pene reſiſtẽtia, nõ ſine magna plaga Dei: ut uere uideatur de populo Chriſtiano dicere: Eſa.5
Abiecerunt legem domini, ideo iratus eſt furor domini in populum ſuum, & percuſſit eum, percuſſit Deus

Chriſtia

Chriſtianos, quorum tot milia Turcicus gladius perdidit: tot millia in perpetuam ſeruitutem abduxit. tot millia cum omni poſteritate in perfidiam Mahumeticam & æternam damnationẽ ſeduxit. Et adeo nõ ſunt commota aliorum Chriſtianorum uiſcera ſuper confratribus, ut nihil minus meditentur, quã reliquam partem Turcis finitimam a tanta tyrannide uindicare, ſed hæc eſt ira Dei, ſicut per Eſaiã inquit, *Eſa.65* Vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo quoniam iratus ſum ſuper populum meum: Effundam ſuper eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei. Hæc inquam heu nimis uera ſunt, & certa, ac ueriora quã uellem, & omnino ꝗ omnes Chriſtiani uelle debent.

Fatemur iſta gementes & flentes, at non adeo abſterreamur Dei iuſticia, quin bene ſperare nobis liceat de eius miſericordia: & ꝙ Moyſes inquit: *Exo.34* Dominator domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis ac uerax: qui cuſtodis miſericordiam in millia: cum ergo miſerationũ domini non ſit numerus: Quid ergo, ſi Deus uoluerit modo Chriſtianitatis miſereri? quis nouit ſenſum domini, aut *Rom.11* quis conſiliarius eius fuit, ut ſic Chriſtiani retribuamus filiæ Babylonis Turcicæ retributionem, quam retribuit nobis, cum uerisſimum ſciamus eſſe, quod Dauid inquit: *Pſal.88* Viſitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: neq; nocebo in ueritate mea: quod ut deus faciat, expanſis palmis, ardenti pectore, deuota mẽte, profuſis lachrymis orate, ſicut dominus apoſtolos & omnes Chriſtianos docuit.

Pater noſter.

Euangelium Lucę. xix, Cum appropinquaret.
Vel Lucæ. xxi. Cum audieritis prelia.
Vel Iohannis xvi. Si quid petieritis,

ANteꝗ ueniam ad exhortationem ut cõfidenter oretis deum, pro uictoria cœlitus conferenda principibus noſtris, D. D. Carolo Cæſari, & Ferdinando Regi Romanorum, aduerſus Chriſtiani nominis & ſanguinis hoſtem Turcam, præueniam pios fidelium aliquorum cogitatus, qui dum expendũt taciti, totius mundi qui in maligno poſitus eſt, *1.Ioh.5* maliciam, deſperant uictoriã Chriſtianis contingere, ſed iram dei pluere ſuper peccatores, *Pſal.10* laqueos, ignem & ſulphur & ſpiritum procellarum.

Primum autem motiuum, quo deſperent uictoriam de Turca, poterit ſumi ex canonica noſtrorum peccatorum reſpondentia. Sane ubiq; clamat ſacra ſcriptura tribulationum, & bellorum flagella, ideo contra nos ſæuire, quia inobedientes non ceſſamus male uiuendo deum offendere, ita enim inquit dominus per Iſaiam: Ecce *Iſa.58* non eſt abbreuiata manus domini, ut ſaluare nequeat: neque aggrauata eſt auris eius, ut non exaudiat: ſed iniquitates ueſtrę diuiſerunt inter uos & deum ueſtrum, & peccata ueſtra abſconderũt faciem eius a uobis ne exaudiret. Similiter per Hieremiam inquit: *Hiere.18* Repente loquar aduerſus gentem & aduerſus regnum, ut eradicem illud, & deſtruam & diſperdam, ſi pœnitentiam egerit gens illa a malo illo, quod locutus ſum aduerſus eam, & ego agam pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, ut facerẽ ei. Et hoc eſt quod dñs per Pſalmiſtã cõminatur: *Pſal.7* Niſi cõuerſi fueritis, gladiũ ſuũ uibrauit: arcũ ſuum tetendit & parauit illũ: Et in eo parauit uaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. Et tota hoc loquitur ſcriptura incipiens a Moyſe uſq; ad Iohannem.

At Turcã immiſſum Chriſtianitati propter ſcelera & peccata noſtra, nemo eſt qui ambigat: ipſe em̃ eſt Aſſur noſter, de quo *Eſa.10* dicit dñs: Væ Aſſur uirga furoris mei, & baculus ipſe eſt in manu eius indignatio mea, ad gẽtem fallacem mittã eũ, & contra populũ furoris mei mandabo illi, ut auferat ſpolia, & diripiat p̃dam: & ponat illũ in conculcationẽ, quaſi lutũ platearũ. Nõne uidetur de Turca dictũ (qui ex Schyticis clauſtris erupit, & tot regna ac prouincias ſibi uendicauit) quod per Hieremiã *Hier.5* dixit dñs: Ecce adducã ſup̃ uos gẽtẽ

de longinquo, gentem robuſtam, gentem antiquā, gentē cuius ignorabis linguam, pharetra eius quaſi ſepulchrū patens, uniuerſi fortes. Aſpice & conſydera ac expende, ubi ſunt Imperatores Cōſtantinopolitani & Trapezūtini, ubi reges Hieruſalē, Ciliciæ, Boſnæ, Cariæ &cę. ubi principes Moreæ, Epiri, Peloponeſi, Albaniæ Seruię &c. oēs deleti ſunt, omniū terras poſſidet Turca: quid ſi principatus etiā auferatur a Ducibus Germaniæ, a banis Hungaræi, a palatinis Poloniæ, a baronibus Bohemiæ, ſimili de cauſſa? Ita. n. cōminatur Sapiens: Regnū a gente in gentē trāſfertur ꝓpter iniuſticias & iniurias, & contumelias ac diuerſos dolos, utinam in regnis Chriſtianis peccata iſta non late dominarentur. Quātum autē ad crudelitatē attinet Turcarū, plane eorū ferocitatē apparet depinxiſſe Eſaias: non enim bellum agunt Turcæ, more aliorum regum, qui uictoria & terris potiti, ſatianſ. Turca ſanguinē ſitit Chriſtianum & ſeruitutē. Rem ante oculos ponit propheta, dum inquit: Omnis qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio: infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum uiolabuntur, infra, ſagittis paruulos interficient: & lactantibus uteris non miſerebūtur, & ſuper filios nō parcet oculus eorum. Hæc ne remotiora petamus loca, a ſeptuaginta annis & citra, tam ſæpe audiuimus factitatum a Turcis in Croatia, Carniola & Carinthia: & nouiſſime in Auſtria, in Stiria, in ſinu Germaniæ: neq; pili facti ſumus meliores, ſed cogimur fateri cum Daniele: Omnia quæ feciſti nobis domine, in uero iudicio feciſti, quia peccauimus & non obediuimus tibi: Neque tamen audientes iſta, etiam nunc reddimur meliores, ut miſericordiam mereremur a deo: cum de nobis uideatur dicere dn̄s: Si forte audientes uniuerſa mala, quę cogito eis facere, reuertatur unuſquiſq; a uia ſua peſſima, & propitius ero iniquitati & peccato eorum, quoniam magnus furor & indignatio eſt, qua locutus eſt dominus aduerſus populum iſtum.

Eccle. 10 — *Eſa. 13* — *Dan. 9* — *Hiere. 30*

Cum ergo in peccatis perſeuerent homines, quæ ſpes nobis poteſt eſſe reliqua miſericordiæ dei, auertentis flagella Turcica irati dei a Chriſtianis? ſed potius creſcentibus flagicijs, indies etiā flagra incrudeſcere & fieri aſperiora, ſicut dn̄s cōminatur: Si non audieritis me, neq; feceritis omnia mandata mea: uiſitabo uos uelociter in egeſtate: ponam faciē meam cōtra uos & corruetis. Et quod albi minatur: Tradat te domin⁹ corruētem ante hoſtes tuos, per unam egrediaris contra eos, & per ſeptem fugias: & diſpergaris per omnia regna terræ. Nam etſi deus nō ſolū per Turcam uiſitat iniquitates noſtras, ſed etiam per peſtem per caritatem annonæ, per inauditas & incognitas infirmitates puſtularum, ſudoris Anglici &c. nihil tamē proficit deus in nobis, ſed reddimur de die in diem deteriores, ut obijcere nobis illud poſſit: Ecce fames, & plaga & tribulatio & anguſtia, miſſa ſunt flagella in emendationem, & in his omnibus ſe non conuertūt ab iniquitatibus ſuis, neq; flagellorum memores erunt ſemper: & plura alia quæ ſequuntur in eodem capite. Cum ergo nullis caſtigationibus dei abſterreamur a peccatis, & reconciliemur deo, quid aliud nobis futurū eſt, niſi quod manēte cauſſa, manebit effectus? Et non ſolum deus non auferet iſta mala belli Turcici, & alia a nobis, ſed magis exacerbabitur, & cum multiplicata ſit malicia & iniquitas, & confortatæ ſint auerſiones noſtræ: confortabuntur & multiplicabuntur etiam flagella domini, ſicut minatur in Leuitico: Sin autē nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones ueſtras ſeptuplum propter peccata ueſtra: & conteram ſuperbiam duriciæ ueſtræ. Quod ſi quis expendat, Turcam iam ita acceleraſſe in Germaniam, ut qui ante duodecim annos Belgrado, ne ꝓgrederetur arcebatur, tam paruo tempore tantum terræ ſibi peruium fecit, ut ultra ſeptuaginta miliaria Germanica: ubi tamen minus centū annis prius ad Belgradi clauſtra prohibitus, coactus fuit ſubſiſtere, ut longe iam ſuperare Turcæ uideantur celeritate Chaldeos, de quibus ABAC. inquit: Ecce ego ſuſcitabo Chaldeos gentem amaram & uelocem, ambulantem

Leuit. 26 — *Deut. 28* — *1. Eſdr. 16* — *Hiere. 5* — *Leuit. 26* — *Abac. 1*

tem ſuper latitudinem terræ, ut poſſideat
tabernacula nõ ſua, horribilis & terribilis
eſt, leuiores pardis equi eius, & uelociores
lupis ueſpertinis, & diffundentur equites
eius: Equites eius de longe uenient, uola
bunt quaſi aquila feſtinans ad comeden-
dum, omnes ad prædam uenient, facies eo
rum uentus urens: Et congregabit quaſi
arenam captiuitatem: & ipſe de regibus
triumphabit, & tyranni ridiculi eius erũt,
ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, &
comportabit aggerem & capiet eam. Ex
quibus omnibus fortiter apparet conclu-
di & euinci, nullam eſſe ſpem uictoriæ ad
uerſus Turcas, niſi prius pœnitẽtia de pec-
catis preteritis peracta, reformemur in me-
lius, & reconciliemur deo. Nam niſi prius
deum iratũ placauerimus, fruſtra ad cœ-
lum clamabimus, ſed prius induti armis
ſpiritualibus, emendemus uitã in melius,
pœnitentiam agamus de peccatis, oratio-
nem deuotam coram deo offeramus, ſan-
ctos dei imploremus, & corpus ieiunijs, &
abſtinentijs maceremus, ſed quotuſquiſq;
militum eſt aduerſus Turcas præliantium,
qui hoc faciat, aut qui ſunt domi, qui hac
Chriſtiana arte inimicum oppugnẽt? pau
ciſſimi reperiuntur: maior erat ueterum
Germanorum zelus ac deuotio, qui ante
paſſagia, orationibus, ieiunijs, eleemoſy-
nis ac omnis generis bonis operibus ſe ad
bellum futurum accingebant: Iam ſi cam-
pana pulſatur ad orandum aduerſus Tur-
cas, pro ridiculo habetur, & centeſimus
non orat pro populo Chriſtiano, tanta ſu-
mus corrupti in diuino miniſterio acedia:
ideo ni præteritis malis, cautiores facti,
emendemus in melius, ꝙ peccauimus,
maiora mala ſicut Hieruſalem expectare
Hier.44 debemus. Qua de re omnem Chriſtianum
ex cauſſis iam tactis, ad meliorem frugem
admoneo, & ad uitam ſynceram, puram,
honeſtam: Chriſtiano homine dignam:
proculdubio cum omnis uictoria a deo
1.Eſd.4 ſit: Deus petentibus per magnam miſeri-
cordiam ſuam, non deerit, ſed mittet auxi-
lium ſuum de monte ſancto ſuo, & de
Pſal.19 Sion tuebitur, qui eſt benedictus in ſæcu-
la.

A M E N.

Homilia ſecunda ſuper eadem re.

Filia Babylonis miſera. Beat' qui
retribuet & cæ. Pſal. cxxxvi.

CVm nobis hoſtis immineat crude
liſſimus, ſimul & potentiſſimus
Turca, quid fidelibus ſperandum
ſit, poſt diligentem ſacrarũ literarum reuo-
lutionem, propoſui conferre in medium.
Nam etſi Metodij, Hildegardis, Merlini,
Cyrilli, Ioachimi & Brigittę reuelationes,
non omnino aſperner, neq; reijciam, ſolis
tamen canonicis ſcripturis hoc loco decer-
tare uiſum eſt. Potentem eſſe aduerſarium,
dolenter referimus, cui nec arma deſunt,
nec equi, nec milites, nec belli neruus, pe-
cunia, & omnis generis tormenta bellica:
qui tot ſpecioſis inſoleſcit uictorijs, tot re-
gnorum & prouinciarum tumeſcit regi-
mine, & quæ anteceſſoribus ſuis iam mul-
tis ſæculis fuerunt inuicta, ipſe uicit & ex-
pugnauit, Rhodum uidelicet, & Belgra-
dum, nõ modo Hungariæ, ſed toti' quoq;
Germaniæ añmurale & ꝓpugnaculũ. Ac-
ceſſio ꝙ; regni Aegyptiaci Sultani, eum
reddit ferociorẽ: At nos catholici, qui oẽm
curam in deo iactare debemus, nouimus *Pſal.55*
dominum non ſaluare in gladio, nec in ha-
ſta, ut Dauid dixit ad Goliam: & quod *1.Reg.17*
nõ eſt difficile domino ſaluare, uel in mul- *1.Reg.14*
tis uel in paucis, ſed quod Iudas ait: Faci- *1.Mach.3*
le eſt concludi multos in manu paucorum:
& non eſt differentia in conſpectu dei cœ-
li liberare in multis, & in paucis, quoniam
non in multitudine exercitus uictoria bel-
li, ſed de cœlo fortitudo eſt: quod ſacræ
nobis explanant hiſtoriæ, cum Abraham *Gen.14*
percuſſerit quattuor reges cum 318.
uernaculis. Ioſue quoque, Gedeon, Iepte,
Dauid, Samſon, Delbora, Ioſaphat &
Ezechias, & alij mirabiles retulerunt de
gentibus uictorias. Quis autem uelit aſſe-
rere, deum nolle iam Chriſtianis fidelibus
ſuis aſſiſtere, cum nõ ſit abbreuiata manus *Eſa.59*
domini, ut ſaluare nequeat? Quare pa-
randus eſt equus ad diem belli, ut Sa-
piens inquit: Quis ſcit ſi dominus ſalutẽ *Proe.21*

tribuat & uictoriam, ut inſultantes Turciæ uictæ dicamus: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet &c.

Pater noſter.

Nō me præterit, plures pio atq; catholico ſuccurrere homini cauſſas, ſtatum totius orbis expendenti, quibus ille deſperet uictoriam obtineri aduerſus Turcam, niſi dum ad Agrippinæ rura, ut uetus rumor habet, peruenerit: inter quas potiſſima illa uidetur eſſe, tantus Chriſtianitatis, & in fide, & in moribus lapſus: ut dum peccata noſtra in omni ſtatu non cohibentur, perſeueret irati dei flagellum nos puniens & corripiens: cum iam iniquitas ſuperabūdet, & refrigeat charitas multorū. Math.24 Accedit ad hæc, numeroſitas ſectarum, & hæreſum, & harum non ſimpliciū, ſed uariarum: nam unaquæq; ſecta, plures complectitur errores, & quaſi infinitos. Hic enim ſunt Lutherani, iſtic Zuingliani, alibi parabaptiſtæ, qui blaſphemias innumeras exercēt, nō modo aduerſus ſanctæ matris Eccleſiæ ſaluberrimas ſanctiones, ſed & contra ſanctorum, & amicorum dei uenerationem ac reuerentiam, aduerſus ſacratiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, & diuam uirginem ac Deum ipſum, de quibus omnibus impietatibus, plura dicere dolor prohibet. Cum ergo Eccleſiȩ deſolentur, ſacrum altaris ſacrificium iaceat, monaſteria religioſis deſtituuntur, deo dicati paſſim uota frangunt & inceſtos hymeneos agunt, & omnia quæ ſunt fidei, quæ pietatis, quæ religionis peſſum eunt, adeo ut ſatius eſſet inter Turcas uiuere, quam inter apoſtatantes iſtos & perfidos Chriſtianos.

Et ſi non ſolum ſchiſmaticos ſub iudicium uocat, ſed & omnes ſtatus Chriſtiani Imperij, inueniet illos non parum excidiſſe a recti & ueri tramite: Nam ubi unq; tot fuerunt principes & nobiles, & minor iuſticia, ubi tot milites & iudices, & min⁹ defenduntur uiduæ, pupilli, agricolȩ, quādo fuit maior numerus doctorum, & tamen tot uigent errores, ubi maiores diuitiæ, & pauciores eleemoſinæ, ubi unq; tot ſenatores, & minor cura Reipublicæ? In clero qn̄ apertior ſymonia, magis publica ſcandala, rerum ſæcularium maior cura, ubi in monachis minus uiguit deuotio, ieiunia ceſſauerūt, humilitas exulat? qn̄ plures fuerunt iureconſulti, & cauſſæ ſecundum iuris ordinem minus abſoluuntur? Qn̄ unquā a Chriſto nato plus fuit Euangelij in plebe, & minus bonorum operum, taceo publica adulteria, ſtupra, rapinas, tantam Chriſtiani ſanguinis effuſionem, exactiones, uectigalia, & huiuſmodi oppreſſiones innumeras, pompam ueſtium ultra ſtatus decētium, ebrietates, compotationes quales non fuerunt a ſæculo? Qn̄ unquam ſexus fœmineus impudicicior & laſciuior, quando iuuentus indiſciplinatior, qn̄ ſenectus indeuotior, & in ſumma quando unq; minor fuit dei timor in hominibus, minor honeſtas, maior faſtus in omnibus ſtatibus quam iam ſit? ut liceat ingemiſcere cum Dauide: Non eſt iuſtus, Pſal.13 non eſt intelligens, omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt. Non eſt homo iuſtus in terra, Eccle.7 qui faciat bonum, & non peccet. Quæ omnia nunc & in proximo ſermone memorata, altius expēſa, uirum bonum & deo charum abſterrere poſſent, ut deſperaret de uictoria cōtra Turcā. Sciēs & uolens prætereo, qua obedientia ſunt principes erga diuum Cæſarem, & Romanorū regē? qua fidelitate & animi promiptitudine ſibijpſis ſuccurrant & adiuuent, ut cōmune hoc malum euitetur, & cōiunctis uiribus Turca expugnetur? qua religione & timore dei milites bello iſto accingantur? Nam ſi Zelū ueterū principum Germanorū & militū expēdamus ad præſentem rerum ſtatum, quando paſſagium fecerūt ſub Gotfrido duce de Bulion, ſub Chunrado Imp. ſub Federico primo Barbaroſſa, ſub Henrico 6. & alijs: Germania uix tibi Germania eſſe uidebitur, cū iā nec nomen cruce ſignatorum audiatur.

At licet illa hoc pacto ſe habeāt, & formidine concutiant ſyncerū Chriſtianū, ne peccatis nr̄is exigentib. irati dei iuſtiſſima pœna nos diutius per Turcā affligat, attn̄ ſuggeram cuiq; bono & cordato Chriſtiano, ut ſpem concipere poſſit futuræ uictoriæ Chriſtiani exercitus contra Turcā. Vt aūt hāc ſpem animo firmare poſſit, addu-

cturus

ctarus ſum motiua ex ſacris literis,quæ etſi
proteruo contradictori nō ſatisfacient, pro
derunt tamen bonis & deum timentibus,
ut ſic maiori alacritate animi,manus expā-
dant coram altiſſimo, & tribus temporib9
flectant genua in die & adorent deum cœ-
li,ut tandem miſereatur populi Chriſtiani
& liberet a graui captiuitate, plus ꝙ Baby
Danie. 9 lonica Turci quis ſcit ſi Deus preces ad ſe
clamantium exaudiat. Enumeremus per
ordinem, quæ ſumus polliciti.

Primum motiuum unde nobis ſperanda ſit uictoria.

PRincipio unde ſperare nobis lice-
at uictoriam, mouere poteſt & de
bet,quod ſuperius meminim9 Ho
milia prima de uirga Aſſur, fatemur enim
Turcam eſſe uirgam Aſſur furoris domini
at uirga poſt longum uſum in ignem mit-
Auguſt. titur,inquit Augu. quid ſi iam ſit tempus
proijciendi uirgam Turcicam? Ita enim ſe-
Eſa.19 quitur apud Eſaiam: Et erit cum comple-
uerit dominus cuncta opera ſua in monte
Syon & in Hieruſalem, uiſitabo ſuper fru-
ctum magnifici cordis regis Aſſur, & ſup
gloriam altitudinis oculorū eius, dixit em̄:
In fortitudine manus meæ feci, & in ſapi-
entia mea intellexi:& abſtuli terminos po-
pulorum,& principes eorum deprædatus
ſum &cę. ubi liquet dominum poſtremo
etiam uiſitare uirgam ſuam. Quemadmo-
dum in eodem textu continenter additur:
Eſa.10 Noli timere populus me9, habitator Syon
ab Aſſur: In uirga em̄ percutiet te, & ba-
culum ſuū leuabit ſuper te in uia Aegypti.
Adhuc enim paululum modicumq; & cō-
ſumabitur indignatio mea, & furor meus
ſuper ſcelus eorum,& ſuſcitabit ſuper eum
dominus exercituum flagellū, iuxta plagā
Madian, & erit in die illa auferetur onus
de humero tuo,& iugum eius de collo tuo
unde nemini dubium eſſe debet, quin Tur
ciæ iugum auferatur a Chriſtianis, modo
rogemus dominum ut cito fiat, & uidea-
Eſa.10 mus impletū,q; idem propheta ait: A uo-
ce domini pauebit Aſſur uirga percuſſus.
Euidentius porro uidetur hoc promiſiſſe
dominus fidelibus ſuis apud eundem pro-
phetam dicentem: Et requieſcere faciam Eſa.13
ſuperbiam infidelium, & arrogantiam for-
tium humiliabo,quātum autem ſuperbiat
Turca, tot auctus regnis & ꝓuincijs, quis
eſt qui neſciat? Deniq; per Ezechie.dicit Ezech. 21
dominus: Mucro, mucro, euagina te ad
occidendum. Et infra: Reuertere ad uagi-
nam tuam, in locum in quo creatus es, in
terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effun-
dam ſuper te indignationem meam. Satis
ſuperq; furit gladius Turcicus, reconden-
dus eſt tandem in uaginam, & quia exceſ-
ſit terminos iræ diuinæ crudelius ſæuien-
do in Chriſtianos,quam ratio ſocietatis hu
manæ permittit,& cū hoc Turcæ ſunt ſcę-
leratiſſimi, in omnem beluinam luxuriam
propenſiſſimi, ut nec beſtijs parcant, impij
& iniurioſiſſimi in Chriſtum:& in ſumma
apud eos quod libet licet, nulla uel hone-
ſtatis uel iuſtitiæ habita ratione: Manebūt
ne tot tyrannides, tot homicidia, tot rapi-
nę tot oppreſſiones, tot flagicia, & oīs ge-
neris incontinentiæ inultæ? nonne domi-
nus tandem uiſitabit in gladio quoq; ſcele- Pſalm.9
ra eorum,& uibrabit gladiū ſuum in Tur- Eſa.43
cam, & arcum ſuum parabit, & uindicabit Exo. 15
honorem nominis ſui ſancti: Non eſt enim 1.Reg.17
pax impijs, dicit dominus: Suffocetur er- Iudic.9
go tandem Turca, ſicut alter Pharao, qui Iudith. 13
perſequitur populum domini, ſicut alter 1.Reg.15
Golias occidatur, quia exprobrauit aciem 4. Re. 19
dei uiuentis. Fiat ei ſicut Holoferni, ſicut Danie.5
Senacherib, ſicut Adoniſech, ſicut Agag, 2. Mac. 7
ſicut Nabuchodonoſor, ſicut Balthaſari, ſi Actu.12
cut Antiocho, ſicut Herodi. Et quemad- Ioſue. 10
modum quinq; regibus Amorreorum cō-
tra Ioſue pugnantibus, pluit dominus la-
pides ſuper eos,ut plures morerentur lapi-
dibus ꝙ gladio: ſic libera populum tuum
domine de manibus Turcæ, & benedic hę
reditati tuæ.

Porro ubi Abacuc deſcripſit uictorias Abac.1
& prædas Chaldæorum, mox ſubiungit:
Ipſe ſuper omnem munitionem ridebit &
comportabit aggerem, & capiet eam.
Tunc mutabitur ſpiritus & pertranſibit &
corruet, quomodo non ſperandum eſt eti-
am in Turca mutari ſpiritum, & eum cor-
ruere, cū ſuis Baſſis & Timarcinis ac lani-

ceris: qui etſi iam triumphent & glorietur
tamen & ipſi præcipitabuntur, uelut Da-
Danie. 12 niel ait: Filij quocꝫ præuaricatorum popu
li tui extollentur, ut impleant uiſionem,
& corruent. Quod ſi repugnas, caſurum
quidem Turcā, ſed non modo propter ini-
quitates noſtras? Reſpondeo: Si peccata
noſtra impedient caſum Turcæ: tunc cum
illa ſemper creſcent uſqꝫ ad aduentum an-
tichriſti: cōſectarium eſſet ipſum nunꝙ ca-
Matth. 24 ſurum: quoniam multi ſcandaliſabuntur:
& multi pſeudoprophetæ ſurgent & ſedu-
cent multos: quoniam habundabit iniqui
tas: refrigeſcet charitas multorum: Infra:
Erit tunc tribulatio magna, qualis nō fuit
ab initio mundi uſqꝫ modo, neqꝫ fiet. Et
niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſal-
ua omnis caro. Et per analogiam propor
tionis eliditur hęc contradictio: nam Iudęi
ob peccata ſunt ducti in captiuitatem Ba-
bylonicam: ſicut totus Hieremias hoc cla-
mat, & tamen liberabantur ex illa captiui-
tate adhuc peccātes: quia immiſcuerunt ſe
1. Eſd. 9 abominationibus Iebuſæi & Ammonita-
rū: adeo ut ſacerdotes quocꝫ ducerent uxo-
res alienigenas, repudiatis Iudæis: quod
Malach. 2 & dominus exprobrat eis apud Malachiā
Quia dominus teſtificatus eſt inter te, &
uxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexi-
ſti: Sicuti ergo peccata Iudæorum nō im-
pediuerunt eorum liberationem a Babylo
nijs: ita nec impedient liberationem noſtrā
a filia Babylonis Turcia.

Roborantur ſuperiora per uerba Chriſti
apud Lucam dicētis: Erit preſſura magna
ſuper terram, & ira populo huic: & cadent
in ore gladij: & captiui ducentur in omnes
gentes: Et Hieruſalem calcabitur a genti-
bus, donec impleantur tempora nationū:
Vbi liquido apparet: Gentes non ſemper
obtenturas Hieruſalem, ſed ſolum uſqꝫ dū
impleantur tempora nationum: quibus
expletis reditura eſt Hieroſolyma iterum
ad manus CHRISTIANORVM. Nō
attinet in præſentia referre, quoties perdita
Hieroſolyma. Illud certum eſt Iudæos
nunꝙ ibi recturos, iuxta prophetiam A-
Amos. 2 mos: Super tribus ſceleribus Iſraël: & ſu-
per quatuor non conuertam eum: pro eo
quod uendiderit pro argento iuſtum &
pauperem pro calciamentis. Amiſſa eſt
autem Hieroſolyma nouiſſime a Chriſtia-
nis, Anno gratiæ 1187. duodecima die
Iulij: & ſic præterierunt anni 345. tot ēm
annis occupatur a Saracenis & Turcis,
quis modo nouit, an tempora nationum
ſint impleta? Impleta eſſe intelligo, dum
ſatis ſcelerum ac flagitiorū admiſerint Tur
cæ, latrones, homicidæ, blaſphemi, perſe-
cutores Chriſti in membris ſuis. Sic enim
ait dominus ad Abraham: exponens cauſ-
ſam, cur non daret mox ſemini ſuo terram Gene. 15
Chananeorum. Nec dum enim, inquit,
completæ ſunt iniquitates Amorreorum,
uſqꝫ ad præſens tempus: poſſet aptari præ-
dictio prophetica Eſaiæ de caſu Babylon. Eſa. 21
Et quod meminit ſeſſoris aſini & cameli,
per quem Romanorū Imperator deſigne-
tur, qui primo tardus & piger erit ad ulci-
ſcendum Chriſtianos contra hoſtes Tur-
cas: ſed irritatus ut camelus, cum ingenti
furore uindictam ſumet de Turcis: ſed bre-
uitatis ſtudio illa miſſa faciamꝰ. Sic quocꝫ Ezech. 15
Ezechiel aperte uidetur prædicere deſtru-
ctionem Turciæ, & cum ſanguinem ode-
rit Chriſtianorum, ſanguis Chriſtianorum
perſequetur Turciam, ſed iſta miſſa faci-
mus.

Et concludendo hanc rationem, ſpera-
mus prope eſſe deſtructionem Turciæ per
ſignum ſancto Methodio datum. (Scio
quid Picus dicat de Methodio) Qui dum Picus
prædixiſſet uictorias filiorum Iſmaëlis (per Methodi.
quos intelligit Turcas) Quod nō erit gens
aut regnum ſub cœlo, ꝙ poſſit cum eis in
prelio confligendo ſuperare eos, uſqꝫ ad nu
merum temporis octo ſeptimanarum an-
norum, Et inferius inquit: Et tolletur ho-
nor a ſacerdotibus, & ſupprimetur mini-
ſterium dei: & quieſcet omne ſacrificium
ab Eccleſijs: & erunt ſacerdotes ſicut & po
pulus in ſeptimo hebdomadico tempore.
Statim poſt ſubdit: quomodo ſuper filios
Iſmaël ſubito inſurget rex Romanorum
in furore magno, & expergiſcitur tanꝙ ho Methodi.
mo a ſomno uini, quem æſtimabant homi-
nes tanꝙ mortuū eſſe: & in nihilo utilem
profeciſſe, hic uincet eos. Cum autem ex-
periamur (ꝙ dolenter referimus) ceſſaſſe ſa-
crificium miſſæ in pluribus locis: Honorē

a clero ablatum, ſperare debemus, poſt iſta mala, ſecutura multa bona, deſtructionem ſcilicet Turciæ. Et potiſſimum cum idem uir ſanctus uideatur affirmare Turcam nõ ſuperaturũ Germaniam & Italiam, & cum iam immineat Germaniæ, profecto profligandus eſt Turca, qui alioquin quietis impatiens, nunq̃ niſi uictus dabit pacẽ Germaniæ. Nos autem flexis genibus ore & corde ſupplices clamemus ad dominum:
Pſal. 93 Deus ultionum dominus, deus ultionum libere egit: Exaltare qui iudicas terrã, redde retributionem ſuperbis. Vſq; quo peccatores domine, uſq; quo peccatores gloriabuntur: Effabuntur & loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iuſtitiam: populum tuum domine humiliauerunt, & hæreditatem tuam uexauerunt. Viduam & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt, Captabunt in animã iuſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt. Et factus eſt mihi dñs in refugium, & deus meus in adiutorium ſpei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipſorum, & in ma-
Pſal. 82 licia eorũ diſperdet eos: diſperdet illos dominus Deus noſter: fac illis ſicut Madian & Syſare, ſicut Iabin in torrente Ciſon, pone principes eorum: ſicut Oreb & Zeb & Zebee, & Salmanã: Omnes principes eorum, qui dixerũt, hæreditate poſſideamus ſanctuarium dei. Deus meus pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem uenti: ſicut ignis qui comburit ſyluã, & ſicut flamma conburens montes. Ita perſequeris illos in tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos.

Saluum fac populum tuum domine, Amen.

Homilia tertia.

Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet &c.

Etſi nomen deo dederimus in baptiſmo, cruceq; fuerimus ſignati & gratia ſpũs ſancti inuncti, attñ quia denuo adhæremus diabolo & pompis eius, cui renunciauimus: ideo ſententia dñi uenit in nos: q̃m ſeruus qui cognouit uoluntatem dñi ſui, & nõ fecit ſecundum Lucæ. 12
uoluntatem eius, plagis uapulabit multis: ubi recte colligit fideles delinquẽtes grauius puniri infidelib⁹, ſequit̃ ẽm: Qui autem nõ cognouit & fecit digna plagis uapulabit paucis. Ideo nõ miremur, ſi deus hactenus afflixit Chriſtianos, Turcis & Saracenis triumphantib⁹ & uincentib⁹, quia iuſtitia dei clamat uindictã ſuper Chriſtianos: & deus nos punit in profectum noſtrum citius quã infideles, ſicut ſcriptum eſt: Non 2. Mac. 6
ſicut in alijs nationib⁹ dñs patienter expectat, ut eas cũ iudicij dies aduenerit in plenitudine peccatorũ puniat. Sic quoq; ait
per prophetam: Tantummõ uos cognoui Amos. 3
ex oibus cognationib⁹ terræ: idcirco uiſitabo ſuper uos oẽs iniquitates ur̃as. Nihil apertius poterat dicere, niſi quia ille erat populus dei, eo magis uiſitandus in iniquitatibus. Ita cõquerebat̃ dñs per Hiere. de Iu Hiere. 6
dæis: Ecce incircumciſi aures eorũ, & audire non poſſunt: ecce uerbum dñi factũ eſt eis in opprobriũ, non ſuſcipient illud: idcirco furore dñi plenus ſum. At e regione citius deus miſerebitur populo ſuo, & miſericordiam ſuam nõ diſperget ab eo, ſicut Eſa. 26
ait per Eſaiã: Vade populus meus, abſcondere modicum ad momentum, donec pertranſeat indignatio mea. Vtcunq; ergo propter peccata noſtra deus affligat Chriſtianitatem per Turcam: tamen ſperandũ eſt de miſericordia dei, Chriſtianum populum non dereliquentis: ſicut in Machabæ-
is inquit: Nunq̃ a nobis miſericordiam ſu- 2. Mac. 6
am amouet: corripiens uero in aduerſis populum non derelinquit, & adoleſcentior ex Machabæis inquit: Etſi nobis propter increpationem & correptionem dominus Deus noſter modicum iratus eſt, ſed iterũ reconcilietur ſeruis ſuis. Qđ ut nobis Chriſtianis faciat deus, excuſſo Turcæ duriſſimo iugo, ſedulis p̃cibus a deo poſtulemus ut aliq̃n fugato & uicto Turca dicere poſſimus gaudẽtes: Filia Babylonis miſera &c. Quod ut deus faciat & cito inclinate corda & capita ueſtra, & humiliamini ſub brachio dei excelſi dicentes: Pater noſter.

Homilia quinta de ſpe. victo:

Lucæ.19 In tanta rerum perturbatione, dilectiſſimi, diximus uirum timentum deum merito expaueſcere, attentis peccatis & flagitijs noſtris, ne Turca flagello ſuo etiam premat colla Germanorum: eo quod nō cognouimus diem uiſitationis noſtræ, ſicut nec Hieruſalem: ſed ſicut per prophetā inquit dominus: Percuſſi uos uento urenti, & aurugine & grādine omnia opera manuum ueſtrarum, & non fuit in uobis qui reuerteretur: quare non ſine formidine uir bonus & prudens timet deum iratum etiam flagella ſua immittere Germaniæ, ſicut Hieremias inquit: Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum ueniet, cum reuertet furor domini uſq; dum faciat, & uſq; dum compleat cogitationē cordis ſui. Ideo trepidat, ne furor domini per Turcam progrediatur contra Germaniam, quod reuera timendum eſt. At oculum habentes ad miſericordiam dei ſperamus potius uictoriam a deo aduerſus Turcam, qui etſi attentet Germaniam, non tamen eam ſuperabit, cōtra falſam ex Merlino deſumptā prædictionem, quod in Colonia Agrippinæ primū debeat Turca ſuccumbere.

Aggæ.2

Hiere.13

Et præter motiuum præcedenti Homilia allatum, iam ſecundo loco hanc afferamus rationem: unde ſperanda ſit nobis uictoria aduerſus Turcam. Nā dum ſciamus ſub Turca in regnis & prouincijs ſuis adhuc reſtare maximum numerum Chriſtianorum, ut in Bulgaria, in Seruia, in Boſna in Romania &c. qui patienter ferunt flagellum Turcicum a deo inflictum, licet cū magna anguſtia ſpiritus, expectantes redemptionem. Hi cum miris modis opprimantur a Turcis, non ſolum in tributis & præſtationibus, ſed & iniurijs & contumelijs omnis generis ut etiā leuiſſima de cauſſa uita ſpolientur: quanto autē ſunt in maiori tribulatione, tanto orant feruentius & deuotius: ſicut Dauid inquit: Ad dominū cum tribularer clamaui. Vnde pulchre Grego. in Homilia 37. ſup uerbo compelle intrare, ſic inquit: Homines cum ſe frangi in deſyderijs ſuis aduerſante mundo cōſpiciunt; quid de ſe authori ſuo debebant, commemorantur. Tota enim ſacra ſcriptura nobis indicat, quomodo per tribulationes deus homines ad ſe uenire compellat, Ita inquit Dauid: Imple facies eorū ignominia. Et iterum: Cognoſcetur dominus iudicia faciens. Vnde ſicut multis nimia fortuna eſt occaſio ruinæ & lapſus: ita tribulatio e regione plures humiliat, & compellit recurrere ad deum, tanq; ad tutiſſimum aſylum & refugium. Nam de ijs qui nimia fortuna intumeſcunt, teſtatur Dauid: In labore hominum non ſunt, & cum hominibus nō flagellabuntur: ideo tenuit eos ſuperbia, & operti ſunt iniquitate, & impietate ſua. At pauperes Chriſtiani qui ſub ſeruitute Turcica degunt, profuſis lachrymis, deuotiſſimis orationibus, in ieiunio, cinere & cilicio clamāt ad deum, ſicut Eſaias inquit: Domine in anguſtia requiſierunt te, & expectāt cōſolationē omnipotētis dei: ubiq; in ſacris literis repromiſſam quoniā etſi multæ ſint tribulationes iuſtorum: de his tn̄ liberabit eos dn̄s. Quam ſæpe nunc illum, nunc alium locū ſcripturæ, multis ſuſpirijs & gemitibus reuoluunt, Iam enim apud Eſdrā legunt, quō deus populum Chriſtianum preſſum alloquit: Cōfide Iſraël, & noli triſtari tu domus Iacob eſt enim memoria ueſtra corā altiſſimo: & fortis deus nō eſt oblitus ueſtri in tentatione. Et infra: Audite dilecti mei, dicit dominus. Ecce adſunt dies tribulationis: & de his liberabo uos, ne timeatis, nec hæſitetis, quoniam deus dux ueſter eſt.

Pſal. 119

Gregori.

Pſal. 82

Pſalm. 9

Pſal. 72

Eſa. 26

4. Eſdr. 12

4. Eſd. 16

O quot innocentes pueri Chriſtiani, q̄t uirgines incorruptæ, quot religioſi Monachi & anachoritæ, die & nocte cultui diuino dediti, pro redemptione deo ſupplicāt, & præcipue in loco, qui dicitur. ἅγιος ὄρος mons ſanctus. Quot uiduæ & maritatæ, uiri: iuuenes & ſenes quotidie fletibus orarigant, & deum cœli pro conſolatione & liberatione, magnis eiulatibus inuocant, ut excuſſo Turcico iugo, libere deo ſeruire poſſint. Conuerſus eſt furor tuus, conſolatus es nos. Quam ſæpe mitiſſimi Dei uerba rumināt, quādo ad Moyſem ait: Vidit afflictionē populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui. Et infra: Clamor filiorum

Eſa. 13

Exod. 3

rum Iſraël uenit ad me: undiq; afflictionē
eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur.
Si ergo audiuit clamorem filiorum Iſraël,
quis deſperet deum clementiſſimum nō ex
auditurum clamorē pauperū Chriſtiano-
Pſalm.33 rum oppreſſorum a Turca, & ecce plusq;
Pharao hic. Nonne aliquando ſperandum
Pſal.19 eſt, ut aures dñi ſint in preces eorū, clamantium & ſupplicantium perpetuis lachry-
miſ: exaudi nos dñe in die qua inuocaueri
Proue.15 mus te: quando ergo, quando exaudiet do
minus orationes iuſtorum. Cum tam ſępe
ſit dominus pollicitus ſe exauditurum pre-
Hiere.29 ces orantium, ſicut per Hieremiam inquit:
Ego ſcio cogitationes quas ego cogito ſu-
per uos, ait dominus, cogitationes pacis &
non afflictionis, ut dem uobis finem & pa
tientiam, & inuocabitis me, & uiuetis, &
orabitis me, & ego exaudiam uos, quære-
tis me & inuenietis.

Porro captiuitas Babylonica, eo quod
aliqui boni erant inter eos Daniel, Thobi-
as, Eſdras, & quidam alij: licet maior pars
inter eos eſſet mala, tamen miſericordiam
ſuam deus non in æternum diſperſitab eis
ſed in ſeptuageſimo anno eos liberauit, ſi-
Hiere.25 cut prædixit per Hiere. prophetam: Cum
impleti fuerint ſeptuaginta anni, uiſitabo
ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem il
lam, dicit dominus, iniquitatem eorum, &
ſup terrā Chaldæorū. Et uerba Hieremiæ
Danie.9 intellexit Daniel, ut cōplerentur deſolati-
ones Hieruſalem ſeptuaginta anni. Cur er
go non eſſet ſperandum de pijſſimo ſalua-
tore noſtro, ut miſeros illos Chriſtianos, q
integerrime fidem Chriſtianam ſub Turca
obſeruant, non aliquando liberare ab eius
turpiſſima ac ſæuiſſima ſeruitute, qui non
minus feruide quam Iudæi clamant ad do
Pſal.37 miū: Vt quid deus repuliſti in finem, ira-
tus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ,
memor eſto congregationis tuę, quam poſ-
ſediſti ab initio. Gloriati ſunt qui oderunt
te, in medio ſolennitatis tuæ: incenderunt
igni ſanctuarium tuum: in terra polluerūt
tabernaculum nominis tui. Vſq; quo dñe
improperabit inimicus, irritat aduerſarius
nomen tuum in finem. Ad inſtantiſſimas
itaq; preces Chriſtianorum ſub Turca mi-
ſerrime uiuentium, quis non ſperaret cōſo-
lationem diuinam, aliquando eis affuturā
ſicut per Eſaiam promiſit: Cōſolamini cō- Eſa.40
ſolamini popule meus: ego ego ipſe conſo- Eſa.51
labor uos, gaudium & lætitiam tenebunt,
fugiet dolor & gemitus: fide itaq; ſtabiles
Chriſtiani per Bulgariam, Macedoniam,
Epirum &c. nihil minus timeant, quā do-
minum dormire in tantis procellis tribula- Math.8
tionum & tempeſtate bellorū, ſed pro libe-
ratione iugiter ad deum clamant: De⁹ no-
ſter refugium & uirtus, adiutor in tribula- Pſalm.45
tionibus, quæ inuenerunt nos nimis. Hoc
adiutorium promiſit deus afflictis ſuis oui-
bus per Ezechielem prophetam: Hæc di-
cit dominus deus: Ecce ego ipſe requiram Ezec.44
oues meas, & uiſitabo eas, ſicut uiſitat pa-
ſtor gregem ſuum, in die, quando fuerit in
medio ouiū ſuarū diſſipatarū, ſic uiſitabo
oues meas, & liberabo eas de omnibus lo-
cis, in quibus diſperſæ fuerant. Si ergo de
us peccatis noſtris iraſcitur, tamen fideles
ſuos ſub Turca non deſeret in finem, ſed li-
berabit eos. Nouit enim deus pios de ten-
tatione eripere: ait ſ. Petrus: Iniquos uero 2. Pet.2
in diem iudicij reſeruare cruciandos. Quod
ſi dixeris Non omnes Chriſtianos ſub Tur
ca eſſe bonos, ſed iuxta quod Dauid inqt: Pſal.105
Et commixti ſunt inter gentes, & didice-
runt opera eorum, & ſeruierūt ſculptilibus
eorum, & factum eſt illis in ſcandalum. Et
ſicut in Machabæis legitur de Iudæis, qui 1. Mac.4
Græcorum literas optimas arbitrabantur
& eorum inſtituta emulabātur, ac per om-
nia his conſimiles eſſe cupiebant, quos ho-
ſtes & peremptores habuerant. Hoc equi-
dem negare non poſſumus, quin multi a
fide Chriſtiana apoſtatantes, Turcis con-
iungantur, & legittima eorū faciant. Quē-
admodum nō eſt minimum grauamen pa-
rentibus Chriſtianis in Turcia degentib⁹,
quod filios in diſciplina honeſtatis nō ſem-
per retinere poſſunt: ſed quādo cum eis du
riuſcule agere nituntur, eoſq; ad normam
honeſtatis & fidei cohercere, mox diſcipli-
næ uirgam abijcientes ad Turcarum pręſi-
des deficiunt, a quibus in rebellione & in-
obedientia parentum defenduntur. At ta
les etiam fuerunt in captiuitate Babyloni-
ca, qui comedebant ex cibis gentilium, du Tob.1
xerunt etiam alienigenas, ut Eſdras & Ma-

lachias conqueruntur: Quod etſi aliqui ex ijs declinauerint, tamen magna pars ex eis eſt fidei tenax & conſtans in ſancta religione, quorũ miſerebitur deus. Vnde ſi domi
Gene. 18 nus uolebat parcere Sodomæ, propter decem uiros iuſtos in ea repertos, quanto magis miſericordiam faciet cum tot millibus Chriſtianis ſub iugo Turciæ gementibus & deum inuocantibus, qui non minus firmiter & fideliter obſeruant ſacræ fidei in
Tob. 1 ſtituta ac myſteria, quã Thobias & alij Iudæi in captiuitate Babylonica legittima ueteris teſtamenti obſeruabant.

Quare bene ſperandũ eſt exercitum Chriſtianum triumphaturum de Turca & hoſtibus fidei, deo auxilium prebente ob preces tot iuſtoꝝ in Turcia pro uictoria Chri
Exod. 17 ſtianorum orantium, ſicut Ioſue uincebat Amalechitas, orante Moyſe: O quoties expandunt manus ad creatorem cœli, cõquerentes, & dicentes: Deus uenerunt gentes
Pſal. 78 in hæreditatem tuam, polluerunt templũ ſanctum tuũ: poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam: poſuerunt morticina ſeruorum tuorũ eſcas uolatilibus cœli, carnes ſanctorum tuoꝝ beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem ipſorum tanꝙ in circuitu Hieruſalẽ, & nõ erat qui ſepeliret: facti ſumus obprobrium uicinis noſtris: ſubſannatio & illuſio his qui in circuitu noſtro ſunt. Vſqꝫ quo dñe iraſceris in finem: accendetur uelut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes, quæ te nõ nouerunt, & in regna quę nomen tuũ non inuocauerunt. Adiuua nos deus ſalutaris, & propter gloriam nominis tui dñe libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomẽ tuum ſanctum. Ne forte dicant in gentibus, ubi eſt deus eorum, & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris. Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt, introeat in conſpectu tuo gemitus compeditoꝝ. Et redde uicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: improperium ipſoꝝ, quod exprobrauerunt tibi domine: Excita potentiam tuam & ueni, ut ſalues nos.

Eſa. 33 Domine miſerere noſtri, te em̃ expectauimus: eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in die tribulationis, Domine deus noſter, domini poſſederunt nos abſqꝫ te, tantum in te recordamur nominis tui. Eſa. 26
Et ſimilia multa quotidie profundunt coram deo miſeri captiui: ſicut Daniel in ca- Danie. 9
ptiuitate Babylonica: ſicut Ioſaphat cir- 2. Par. 20
cundatus ab infidelibus: ſicut Iudith in af- Iudith. 9
flictione Holofernis: Sicut Hieremias pro Hiere. 32
auxilio cõtra Chaldæos: Sicut Iudas Ma- 1. Mac. 4
chabæus aduerſus multitudinem Lyſiæ. Similiter quando fuit circundatus a Nica- 1. Mac. 15
nore (Inducat cõcionaturus unam ex his quã uoluerit) Cum aũt ſit miſericors & miſerator dominus, non diſperget ab eis miſericordiam ſuam: clamantibus ergo Chriſtianis in ſeruitute Turcica in cœlum. Vſqꝫ Pſal. 12
quo domine obliuiſceris noſtri in finem? Pſal. 144
Vſqꝫ quo auertis faciem tuã a nobis? Vſqꝫ Pſal. 9
quo exaltabiť inimicus noſter ſuper nos? Pſal. 16
prope eſt dominus inuocantibꝰ eum in ueritate, & deſyderium pauperum exaudiet dominus, ut ſic liberati confiteantur domino & laudent dominum deum noſtrum, qui eripuit eos de internitionibus & de inimicis eoꝝ fortiſſimis, & exprobrent Turciæ, filia Babylonis miſera &cæ. Quod ut fiat, ſimul cũ eis rogemus dominum pro eorum liberatione.

Homilia quarta.

Filia Babylonis miſera, beatus &c. Pſal. lxxxviij.

NEmo eſt qui non timore concutiatur (cui ſaltem mens ſana fuerit) cum audierit confratres noſtros Chriſtianos Turciæ, non modo conterminos, ſed etiam remotiores, gladio, cœdibus rapinis, uinculis & incendijs, & omnium rerum uaſtitate, confici, impugnari & deſtrui, ꝙ etſi iam plus centum annis (quãdo Imp. Sigiſmundus Belgradum a Deſpota Seruiæ emit) Hungariã habuimus ante murale, tamen experti ſumus, quantũ Turca ſaltum fecerit breui tempore: & tranſita Pannonia inferiori, ſuperiorem, hoc eſt Auſtriam infeſtat, uillas incendit, arces diripit, bona prędatur uirgines deflorat, uim

infert mulieribus, uiros occidit, pueros ad parietes excarnificat innocentem ſanguinem, ingentem multitudinem utriuſq; ſexus in perpetuam ſeruitutem abducit.

Hoc omnes animarum curati iam pro contione plebi inculcare debent, & Stentorea uoce cohortari ad pœnitentiam & emendationem uitæ, ut D. O. M. flagellũ iſtud a nobis auertat: alioquin non erit iuſtus ſed reus huiuſmodi raucus paſtor clamare non ualens: cui dominus per Ezechi-

Ezec. 33 elem cõminatur: Si uiderit ſpeculator gladium uenientem, & nõ inſonuerit buccina & populus ſe nõ cuſtodierit, ueneritq; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requirã. Ra-

Hiere. 36 tionem huius reddit dominus apud Hieremiam: Si forte audiẽte domo Iuda, uniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur unuſquiſq; a uia ſua peſſima: & propitius ero iniquitati & peccato eorum: quoniam magnus furor & indignatio eſt quã locutꝰ eſt dominus aduerſus populũ hunc. Quãdo ergo uidebitur animarum curato immi-

Iohel. 2 nere flagellum Dei, omnem populum admonere debet, & ad orandum, ieiunandũ ac humiliandum animare. Sic enim pręcipitur ſacerdotibus: Canite tuba in Syon ſignificate ieiunium, uocate cætum, cõgregate populum, ſanctificate Eccleſiam, coadunate ſenes, congregate paruulos & ſugentes ubera. Quid autẽ facere debent, ſequitur Orabunt & dicent: Parce domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominẽtur eis na-

Iudit. 4 tiones. Quod ſi iuxta monita Eliachim ſacerdotis fecerint. Scitote, inquit, quoniam exaudiet dominus preces ueſtras, ſi manẽtes perſeueraueritis in ieiunijs & orationibus in cõſpectu domini. Et futurum eſt ꝙ

Iohe. 2 Iohel ait: Zelatus eſt dominus ſuper terram ſuam, & pepercit populo ſuo. Imiten-

Pſalm. 24 tur Dauidem dicentem: Ad te domine leuaui animam meam, deus meus in te confido, non erubeſcam neq; irrideant me inimici mei: etenim uniuerſi qui ſuſtinent te, non confundentur. Suggeret itaq; paſtor

Eſa. 33 populo, ut clamet ad deum cũ Eſaia: Domine miſerere noſtri: te em̃ expectauimus eſto brachium noſtrũ in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis: quis ſcit, an miſerebitur deus, & conuertatur & ignoſcat & dicat populo Chriſtiano: Liberabo te de manu peſſimorum, & redimam te de *Hiere. 15* manu fortium: ut ſic illudentes Turciæ dicere poſſimus: Filia Babylonis miſera &c. Quod ut deus miſericors & benignus faciat, & cito, ore & corde dicatis omnes.

Pater noſter. Aue Maria.

Hoc uoluimus ſaxũ, an ex ſacris literis ſpes aliqua hauriri poſſit, ut uictoriam de Turca habeamus, & populus Chriſtianus aliquando audire mereatur illud Sophoniæ: Abſtulit dominus iudicium tuum, a- *Sopho. 3* uertit inimicos tuos: Rex Iſraël in medio tui, non timebis malum ultra, dominus deus tuus in medio tui fortis ipſe ſaluabit. Suaſimus propinquam uictoriam in ſermone ſuperiore, ex Chriſtianis hodie uiuẽtibus & afflictis in Turcia: Idem iam ſuadere conabimur a Chriſtianis mortuis ſanctiſſimis illis uiris, martyribus & confeſſoribus atq; adeo ipſis apoſtolis pro uictoria Chriſtianorum orantibus: quod ut credibile fiat, adfero uiſum Iudæ Machabæi, *2. Mac. 15* quando uidit Oniam protendentem manus, & orare pro omni populo Iudæorum alium item apparuiſſe uirum, ætate & gloria mirabilem, de quo Onias dixit: Hic eſt fratrũ amator & populi Iſraël: Hic eſt qui multũ orat pro populo & uniuerſa ciuitate ſancta Hieremias propheta dei. Quod ſi Hieremias & Onias orauerunt deum pro populo Iudaico, quanto magis orabunt ſancti apoſtoli Andreas, Paulus, Barnabas, Lucas, Titus. Chryſoſtomus, itẽ Policarpus, Baſilius, Nazianzenus, Niceta, Tecla, Dionyſius, Philippus diaconꝰ, Georgius, Damaſcenus, Ignatius, Nicolaus, Blaſius, Theophylactꝰ, Theodorus, Chriſtophorꝰ, Methodius, & multa millia martyrũ & cõfeſſorũ orientalis & Grecę eccleſiæ ꝓ reſtituẽda & liberãda illa a ſeruitute Turcica: ꝗ & baſilicas ibi haberẽt, & quorũ

ueneranturin hūc diem reliquias: quid nō
ſuſtinuit Paulus pro fratribus uiuus, pro
Corinthijs, pro Philippenſibus &cæ.
Cur non iam optaret eorum ſalutem, cum
Chriſto regnans in cœlo: Ita orabat pro
2. Theſſ. 1 Theſſaloniceñ.ut deus dignaretur eos ſua
Coloſſ. 1 uocatione. Similiter orat pro Coloſſenſi-
bus & poſtulat, ut impleantur agnitione
1. Cor. 33 uoluntatis dei. Corinthijs quoq; ſcribit:
Oramus autem deum, ut nihil mali facia-
tis. Quis modo ita deſipit, ut exiſtimet S.
Hierony. Paulum hodie beneuolentia non proſequi
con. Vigi. ſuos Græcos in Turcia miſere degentes.
Quod ſi deus nollet exaudire modo uiuen
tes, flecteretur ſaltem precibus mortuorū:
id quod ex multis iam faciemus probabi-
Proue. 15 le. Nam Sapiens de eis inquit: eorum uota
Pſal. 149 eſſe placabilia. Et Dauid de eis teſtat̃, qui
ſunt beati, hoc eſt, in Eccleſia triumphan-
te. Exultabunt ſancti in gloria, & gladij an
cipites in manibus eorum, ad faciendā uin
dictam in nationibus, increpationes in po
pulis, ad alligandos reges eorum in cōpe-
dibus, & nobiles eorum in manicis ferreis:
ut faciant in eis iudicium conſcriptum: ꝙ
ſi unq̃ Regi alicui hæc intulerunt, Turca
in primis meruit ſic alligari.
His accedit, quod dum iratus dominus
Gene. 19 deus pluit ſuper Sodomam & Gomorram
ſulphur & ignem: ait textus: Cum ſubuer
teret dominus ciuitates regionis illius, re-
cordatus eſt Abrahæ, & liberauit Loth
de ſubuerſione urbium, in quibus habita-
uerat. Quod ſi hic Loth fuit liberatus ob-
tutu Abrahæ amici Dei, quis non ſperet
Chriſtianos ſub Turca aliquando & breui
liberandos ob interceſſionem ſanctorum,
qui Eccleſijs illis uel præfuerunt aut patro
ni deputati, illarum cuſtodiam & curā ge-
3. Reg. 11 runt? Sic quando minabatur Salomoni
ſciſſionem regni, ait ad eum: Veruntamē
in diebus tuis non faciam, propter Dauid
4. Reg. 8 patrem tuum. Ita de Ioram rege legit̃: No
luit autem dominus diſperdere Iudā, pro
pter Dauid ſeruum ſuum. Et tempore E-
4. Reg. 19 zechiæ quando Aſſirij inuaſerant Iudæā,
dixit dominus per Eſaiam: Protegam ur-
bem hanc, & ſaluabo eam propter me, &
propter Dauid ſeruum meum. Si ergo
deus protexit Hieruſalem, & non diſper-
didit Iudæam propter Dauid, qui nondū
tamen erat beatus: nondum eſſentia frue-
batur diuina: nondum apertis ianuis tran-
ſierat in regnum cœlorū: quid facturi ſunt
ſanctiſſimi apoſtoli & diſcipuli domini?
quid tot millia martyrum? tot ſancti patri
archæ & Epiſcopi? non orabunt pro ſedi-
bus ſuis, ut his reſtituātur Catholici? S. Io-
hannes pro Epheſo, S. Andreas pro Ach
aijs, S. Paulus pro Corinthijs, & alijs. Di-
onyſius pro Athenienſib⁹. Lucas pro An-
tiochenis. S. Georgius pro Berythinis, S.
Chryſoſtomus pro Conſtantinopolitanis
& ſic alij cœleſtes principes, pro alijs ſuis
clientulis orabunt, non minus q̃ Dauid ꝓ
Hieroſolyma.

Et ut maior ſpes uictoriæ habeatur, ac-
cedit etiam continua angelorum oratio, &
archangelorum ac principatuum, quorum
cuſtodiæ & curæ hæ prouinciæ ſunt depu-
tatæ: iuxta illud Sapiētis: In unamquāq;
gentem præpoſuit rectorem: & pars Dei Eccleſi. 17
Iſraël facta eſt manifeſta: quid hic per re-
ctorem intelligit, niſi angelos regimini pro
uinciarum deputatos, qui aduigilant ſtre-
nue ſuper populo eis commiſſo, ut dirigan
tur in uiam ſalutis æternæ. Et hanc expla-
nationem eſſe ueram, præter hoc ꝙ com-
muniter recepta eſt a ſanctis patribus, ro-
boratur tamen ex illo Deutero. Quando Deut 32
diuidebat altiſſimus gentes, quando ſepa-
rabat filios Adam, conſtituit terminos po-
pulorum iuxta numerum filiorum Iſraël,
pro quo legunt ſep. ἔςησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀ-
ριθμὸν ἀγγελῶν θεοῦ Conſtituit terminos
gentium iuxta numerum angelorum dei.
Singulis ergo prouincijs, ſinguli attributi
ſunt angeli. Hæc omnia indubitatam reci-
piunt fidem ex Daniele, ubi dilucide atte- Danie. 10
ſtatur: Angelos preliari & orare pro popu
lo ſibi commiſſo: quando em̄ angelus ap-
paruit ei & dixit: Princeps regni Perſarum
reſtitit mihi uiginti & uno diebus, & ecce
Michaël unus de principibus primis uenit
in adiutoriū meū, & ego remanſi ibi iuxta
regē Perſarū. Et īfra: Nūc reuertar, ut ꝑlier
aduerſum pricipē Perſarū, cū.n. egrederer
apparuit

apparuit princeps Græcorum ueniens, & nemo eſt adiutor meus in his omnibus, niſi Michaël princeps ueſter. Hæc Danielis uerba, quæ altius expenſa, intẽtum noſtrũ locuplete probant: Et ea expendit b. Grego. & inquit: *Li.17 mo. cap.7* Quia certa angelorũ miniſteria, diſpenſandis ſingulis quibuſq; gentibꝰ ſunt prælata, cum ſubiectorũ mores aduerſum ſe uiciſſim p̄poſitorum ſpirituũ opem merentur, ipſi qui præſunt ſpũs, contra ſe uenire referunt. Is namq; angelus qui Danieli loquebatur, captiuis Iſraëlitici populi in Perſide conſtitutis, prælatus agnoſcit: Michaël autem eorum, qui ex eadem plebe in Iudææ terra remanſerant, prępoſitus inuenitur. *Hierony.* Subſcribit b. Hiero. Principes autem primos archangelos intelligimus. Videbimus autẽ hic amicabilem pugnam angelorũ, cum unus pro una certat prouincia: alius pro alia: neq; tamen adeo ſibi aduerſantur, quin omnes ſe diuinę conformẽt uoluntati. Neq; exiſtimet aliquis ita archãgelum Perſarum infidelibus addictum, ut mallet illorum uictorijs fauere, q̃ Iudæorum liberationi, *Hierony.* ut pulchræ Hiero. innuit: ſed quia multa bona fiebant in Perſide, & propter magnitudinem miraculorum, plures gentilium ueniebant ad agnitionẽ uniꝰ ueri dei uiui. Hinc archangelus Perſarum reſtitit Michaëli, reſtitit archãgelo populi Iudaici, impediendo liberationẽ, ut ex Perſis plures animas lucrifaceret deo. Sufficiat nobis commonſtraſſe ex ſacris literis, archangelos habere cuſtodiam prouinciarum: qui etiam orent: & tam inſtanter orent, ut dicantur pręliari pro ſalute habitatorum in prouincijs eorum.

Eſa.62 Hinc Euangelicus propheta archangelos appellat cuſtodes murorũ: ait eñ Eſa. Super muros Hieruſalẽ cõſtitui cuſtodes: tota die & nocte, perpetuo non tacebunt, *Hierony.* ubi per cuſtodes intelligi angelos Hieron. non abnuit: & gloſſa expreſſe teſtatur, adducens illud Pauli: Omnes ſunt adminiſtratorij ſpũs, propter eos miſſi, qui hęreditatem capiunt ſalutis. *Heb.1* Et frequens eſt explanatio, ut per muros intelligant̃ prælati: & per cuſtodes angeli ſuper intendentes rectoribus Eccleſiæ, ut egregie inquit beatus Bernhardus: Benignus es domine, qui non es contentus noſtrorũ fragilitate murorum, ſed ipſis hominum cuſtodibus, angelicam ſuperponis cuſtodiam. Si ergo die ac nocte non tacebunt perpetuo: certũ eſt, quod non tacent laudem Hieruſalem: non tacent laudem dei: tamen nec ceſſant die ac nocte orare pro cuſtoditis, ut eos dirigere ualeant in uitam ſalutis æternæ: & idcirco ſignificanter dictum eſt a Paulo: *Hæb.1* Propter eos miſſi, qui hæreditatem capiũt ſalutis. Cum ergo archangeli a deo deputati ſint pro cuſtodia Thraciæ, Moreæ, Euboeæ, Peloponeſi, Myſiæ, Daciæ &c. etiã ſi eis reſiſtat princeps regni Turcarum, & iam reſtiterit per multos annos: tamen ipſi pro miſeris Chriſtianis captiuis deputati, inceſſanter orant pro eorum redemptione Neq; princeps angelus regni Turciæ orat pro eis, niſi in quantum tendunt ad fœlicitatem æternam, & gloriam dei. Et profecto temerarius eſt, qui contemnit cuſtodiã angeli ſui, & iudicio meo exili, culpabiles ſunt prædicatores & curati, qui non ſæpiſſime adhortantur plebem, ut recurrant & refugium quærant ab angelis cuſtodibus, tũ priuatis, tum publicis uel perſonis uel locis attributis. Vnde omnes Chriſtiani inuocare debent S. Michaëlem aduerſus hoſtilem exercitum Turcæ: Ipſe enim princeps fuit primæ militiæ, Eccleſiæ militantis in cœlo: Iohannes in Apocalipſi uidit, dum ait: *Apoc.12* Et factum eſt prælium magnum in cœlo, Michaël & angeli eius præliabantur cũ dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non ualuerunt: neq; locus eorum inuentus eſt amplius in cœlo. Ipſe eſt qui pugnauit pro Iſraëlitis aduerſus Aegyptios: nam dum multis malis affeciſſet Aegyptios: *Exod.12* dicit ſacra ſcriptura: Tollenſq; ſe angelus domini, qui præcedebat caſtra Iſraël, abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, poſt tergum ſtetit inter caſtra Aegyptiorum q̃ caſtra Iſraël. Ipſe eſt qui pugnauit pro corpore Moyſi occultando, ne Iudæis præberetur occaſio Idololatriæ, ut Iudas apoſtolus teſtat̃: Ipſe eſt qui pugnauit pro Iudæa aduerſus

principē Perſarū, ueluti iā audiuim⁹ ex Da
Danie. 10 niele: & ita p̄fuit Synagogæ, uti ex ante di
ctis colligitur. Et ita modo præeſt Eccleſię
Eccleſia catholicæ: quare Eccleſia uocat eum meri-
to iure præpoſitum paradiſi: Sicut ergo ue
nit in adiutorium angelo prælato Iudæis
captiuis in Babylonia, quis deſperet eum
uenire in adiutorium angelis, qui pro cu-
ſtodia deputati ſunt Chriſtianis per Bulga
riam, Albaniam, Moream &cę. conſtitu.
tis: unde & ſignifer ab eccleſia dicitur, qua
re merito omnes aduerſus Turcam pugna
turi, eius interceſſionem implorare debent
& eius imaginem in ſignis ferre. Vnde cū
2. Theſ. 2 ipſe pugnaturus ſit contra antichriſtum:
quis non ſperet eum quoq; contra antichri
ſti membrum Turcam pugnaturum, qua
re & ſæpe & multum S. Michaëlis implo-
randum eſt auxilium. Hinc intelligimus:
Iob. 3 cur uerba b. Iob: Requieſcerem cum regi-
Gregori. bus & conſulibus terræ, Intelligat Grego.
de angelis. Terra inquit, aëre fæcundatur
aër autem ex cœli qualitate diſponitur: ſic
iumentis homines, hominib⁹ angeli, arch-
angeli uero angelis præſunt.

At hinc mihi alia occurrit ratio, ut ſpe-
randam arbitrer uictoriam ex Turcis, pro-
pter interceſſionem ſanctorum & angelo-
rum, ſpecialem curam ſuper Chriſtianos
1. Cor. 15 in Turcia habentium. Diuus Paulus in
quit: Alia claritas ſolis: alia claritas lunæ:
alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella
differt in claritate: ſic & reſurrectio mortu
orum. Hic S. Paulus ſanctos comparat
ſtellis: at ſtellarum eſt influere in hæc infe-
riora, motuq; & lumine ea quæ in terris
ſunt uegetare & alere atq; conſeruare: qua
re hoc idem non facerent lucidiſſimæ ſtel-
læ ſpiritales, magna illa ſydera ante deum
lucentia, patroni Eccleſiarum in Turcia
exiſtentium: ſimiliter angelici ſpiritus &
archangeli eis in cuſtodiam deputati, in-
fluerent interceſſionis radios in pauperes
& captiuos Chriſtianos, maxima ſeruitu-
te a Turcis preſſos qui eiulant & plorant
Pſal. 55 ante dominum: Miſerere mei deus, quo-
niam conculcauit me homo tota die impu-
gnans tribulauit me: Colculcauerunt me
inimici mei tota die, quoniam multi bellā-
tes aduerſum me. Eripe me de inimicis me
is deus meus, & ab inſurgentibus in me li- Pſal. 58
bera me. Eripe me de operantibus iniqui-
tatem, & de uiris ſanguinum ſalua me.
Diſperge illos in uirtute tua, & depone e-
os protector meus domine. Oſtendiſti po- Pſal. 59
pulo tuo dura, potaſti nos uino compun- Pſal. 43
ctionis. Dediſti nos tanq; oues eſcarum, &
in gentibus diſperſiſti nos. Vendidiſti po
pulum tuum ſine precio, & non fuit multi
tudo in commutationibus eorum. Poſui- Pſal. 69
ſti nos opprobrium uicinis noſtris, ſabſan-
nationem & deriſum his, qui ſunt in circui- Pſal. 9
tu noſtro. Exurge deus & diſſipentur ini- Pſal. 73
mici tui, & fugiant qui oderunt te a facie Pſal. 43
tua. Exurge domine deus, & exaltetur ma
nus tua ne obliuiſcaris pauperum tuorū-
Exurge domine, & iudica cauſſam tuam, Pſal. 64
memor eſto improperiorum tuorum, eorū
quæ ab inſipiente ſunt tota die. Exurge Pſal. 19
quare obdormis domine, exurge domine
& ne repellas in finem. Exurge domine Pſal. 142.
adiuua nos, & redime nos propter nomen
tuum. Exaudi nos Deus ſalutaris noſter,
exaudi nos in die qua inuocauerimus te,
uelociter exaudi nos domine. Fiat bone
Ieſu fiat, Amen.

Homilia quinta.

Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet &c.

MAgna eſt ira dei ſuper populum
Chriſtianum, quæ tot annis per
mittit illum uinci a Turca, ſpolia-
ri & occidi. Eleuauit dominus hoſtes Ra-
ſin ſuper eum, & inimicos in tumultū uer-
tit. Siriam ab oriente & Philiſtim ab occi-
dente, & deuorauerunt Iſraël toto ore, & Hiere. 11
uere in Chriſtianos competit, q dixit Hie-
remias: Ecce ego uiſitabo ſuper eos: iuue-
nes morientur in gladio: filij eorum & filię
morientur fame, foris uaſtabit eos gladius
& intus pauor, iuuenem ſimul ac uirginē,
lactantē cum hoie ſene. Cōcluſit in gladio
populū ſuū, & hæreditatem ſuam ſpreuit:
Iuuenes noſtros commedit ignis, & uirgi-
nes

Deute. 32 nes eorum non ſunt lamentatæ: Sacerdotes noſtri in gladio ceciderunt, *Pſal. 77* & uiduę nō plorauerunt. Durauit hoc malū iā multis annis, & tot regna & tot ꝓuincias Chriſtianitati Turca ademit, ut pene oblitus noſtri uideatur deus & quaſi noſtri nolit mi- *Eſa. 9* ſereri: ſicut per Eſaiam inquit: Non eſt po- *Hiere. 11* pulus ſapiens, propterea non miſerebitur *Hiere. 13* eius. Et quod per Hieremiam inquit: Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt: clamabunt ad me, & ego non exaudiā eos. Non parcam & non concedam neq; miſerebor, ut non diſperdā eos. Peccata noſtra & ſcelera hæc mereri, nemo pius ſine gemitu agnoſcit: ideoq; ueretur iudicium dei: ſperat tamen in dei miſericordiam quam non diſpergat a populo ſuo: neq; prophanabit teſtamentum ſuū unde clamant deuoti ad dominū: Vbi ſunt miſericordiæ antiquæ domine, ſicut iura- *Pſal. 88* ſti Dauid in ueritate tua: Memor eſto domine opprobrij ſeruorum tuorum, ꝙ continui in ſinu meo multarū gentium: Quod *1. Mac. 4* exprobrauerunt inimici tui domine. Quis ſcit ſi dominus conuertatur & ſciant omēs gentes, quia deus eſt qui redimat & liberet Iſraēl. Et Salymānus Turca comprehen- *Iudi. 1* ſus lamentetur cum Adonibezech. Septuaginta reges amputatis manuum ac pedū ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias, ſicut feci: ſic reddidit mihi dominus: Vt ſic exultantes Turciæ dicere poſſimꝰ: Filia Babylonis miſera &c.

Pater noſter. Aue Maria.

Magnum & diuturnum eſt flagellum, quo nos deus per Turcam affligit, & cum nullus ſit peccatorum noſtrorum finis, ti- *2. Theſſ. 4* mere debemꝰ deum uindicem omnibꝰ peccatis, effundere ſuper nos indignationem & omnem iram furoris ſui. Sic em̄ commi- *Sopho. 3* natur nobis deus per Sapientē: Impij qui *Sapi. 19* nō agunt pœnitentiam, uſq; in nouiſſimū ſine miſericordia ira ſuperueniet. Prædixit etiam per Hieremiam prophetam: Nō po- *Hiere. 44* terat dominus ultra portare propter malitiam ſtudiorum ueſtrorum, & propter abominationes quas feciſtis: & facta eſt terra ueſtra in deſolationem & in ſtuporem, & in maledictum. Vtcunq; tamen peccauerimus, anniſi ſumus tamen ſpem dare uictoriæ aduerſus Turcam, & in breui quidem motiua huiuſmodi ſpei aperuimus, reſtat ut aliud & poſtremum adijciamus, non tamen parui momenti, imo apud me eſt potiſſimum. Quoties em̄ populus dei a uero eius cultu in fide deſciuit, toties aliū populum fidelem ſibi deus in alio loco ſuſcitauit. Cum autem per nouas ſectas Lutheranorum, Zuingliorum, Parabaptiſtarum, Chriſtus plures animas amittit, quæ mittuntur cateruatim in orcum ad parentem omnis ſciſmatis & diſcordiæ, in æternam damnationem, ut magnæ ciuitates, magni ducatus & dominia inficiantur huiuſmodi peſte, ubi iacet neglecta religio, cultus dei aboletur, ſancti dei contemnuntur, templa prophanantur, deſtruuntur altaria: & monaſteria in uſus prophanos & armamentaria uſurpantur: Deus autem non uult propterea carere ſeruitoribus & cultoribus: unde iam fide Chriſtiana incipiente deficere in Germania, in Dacia, in Noruuegia, in Pruſſia &c. alicubi deus ſuſcitabit ſibi populum fidelem, qui ſine ſchiſmate & hæreſibꝰ ei integre deſeruiat. Quare pluribus de uictoria aduerſus Turcam deſperantibus propter ſectiones, ſchiſmata & hæreſes Germaniæ, mihi ſemper contra uiſum eſt, hoc urgere uictoriam, ut ſemen *Eſa. 1* ſit nobis reliquum, ne efficiamur ſicut Sodoma. Hoc primum Byblicis ſcripturis roborabimus. Et primo quidem exigit hoc ratio diuinæ prudentiæ, quæ diſpoſuit ruinam angelorum ſupplere per homines, ue- lut Dauid inquit: Iudicabit in nationibus. *Pſal. 109* impleuit ruinas. ſ. angelorum: cum autem draco lucifer tertiam partem ſtellarum ſecum traxerit: uelut Iohannes teſtatur, tot *Apoc. 12* ruinæ ſupplendæ ſunt. Quod ſi in multis locis Germaniæ exulat fides & religio, ut ex his deus non poteſt ſupplere ruinas cœlicas, inquirendus eſt deo alius populus & ſuſcitandus. Hunc autē futurum eum arbitramur, qui modo ſub Turca eſt. Porro Symeon ait: Ecce poſitus eſt hic in ruinā & reſurrectionem multorum in Iſraēl. Chriſtus itaq; ruentibus aliquibus & deficientibus, reſurrectio eſt alterius populi, cum quo DEVS pangit fœdus,

ut ſit illis in deum, & ipſi ei in populum.
Ioãnis. 9 Addo uerbum Chriſti: Vt qui non uident
uideant, & qui uident, cœci fiant: quid ſibi
aliud uult, quam hoc eſſe iudicium dei, ut
qui non uident per ueram fidem, uideant,
lumen fidei accipiant & fideles efficiantur.
Contra uero qui uident, qui fidem accepe-
rant, & ea abutũtur, uel per ſciſma, uel per
hæreſim, illi efficiantur cœci, & proijciant
a deo, quia ipſi proiecerunt fidem. Cum er
gò per Germaniam a paucis annis tot ui-
dentes facti ſint cœci, ut nihil omnino mi-
2.Theſ.2 rer, quomodo Antichriſtus in tam breui
tempore, mundum peruertet, mendacibꝰ
ſignis, potentia, & diuitijs. Cum Luther
antichriſti membrum & pręcurſor, ſine mi
raculis, ſine diuitijs (puta qui ex mendican
tibus fuit, & hodie eleemoſinas pro famu-
lis dei a fidelibus datas reformationi Au-
guſtinianæ abligurit) ſine armis, tot millia
hominũ ſubuerterit. Hoc eſt ergo iudiciũ
dei, ut dum uidentes in Germania & Da-
cia cœci facti ſunt, ut deus per Bulgariam
Myſiam, Macedoniam &c. faciat cęcos ui-
dere, & incredulos credere. Ita futurũ, non
præteriuit prophetas. Nam de infidelibus
Pſal.17 eleuandis dixit Dauid: Populus quem nõ
cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obe
diuit mihi. Sequitur autem de fidelibus
collapſis, filij alieni, hoc eſt, a me alienati ꝑ
hæreſes, mentiti ſunt mihi: omnis enim hę
reticorũ doctrina mendacijs ſcatet, & Lu-
ther omnium eſt mendaciſſimus: filij alie-
ni inueterati ſunt, occalluerunt in erroribꝰ.
Tit.3 Hominem enim hæreticum poſt unam &
alteram admonitionem deuita, ſciens quia
ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt: & claudi
cauerunt a ſemitis ſuis per ſciſmata, qui eñ
prius perficiebant greſſus ſuos in ſemitis
rectis, dum Eccleſiam dei ueram derelin-
quunt, & ad hæreticorum declinant latibu
la, claudicant in ueritate fidei, propterea
Pſal.16 confitebor tibi in nationibus domine, &
pſalmum dicam nomini tuo.

Hanc fidei ſeu populi fidelis translatio
Apoc.2 nem Iohannes in Apoca. appellauit moti-
onem candelabri, dum ait: Memor eſto un
de excideris, & age pœnitentiam, & prima
opera fac. Sin autem uenio tibi, & moue-
bo candelabrum tuũ de loco ſuo, niſi pœ-
nitentiam egeris. Id de Germanis quoq;
noſtris dici poteſt a fide & Eccleſia apoſta-
tantibus: ſi non memores fuerint unde ex-
ciderunt, ab unitate Eccleſiæ & congrega
tione fidelium, deus mouebit cãdelabrum
eorum, in quo eſt lumen fidei, de loco ſuo,
& aduocabit ſibi alias gentes quas illumi-
nabit per fidem. Et implebitur quod do-
minus prædixit per Eſaiam: Ecce gentem Eſa.55
quam neſciebas, uocabis, & gentes quæ te
non cognouerunt, ad te current. Et profe-
cto hæc eſt mutatio dexteræ excelſi, quod
homines electos & populum peculiarem
deus proijcit, & eleuat populum ignotum
hoc eſt, eum qui non nouit legem Dei, ad
agnitionem ueritatis ſua gratia perducit.
Quod ſi nihil ſcripturarũ haberemus, ſuffi-
ceret nobis Chriſti parabola de uinea, ubi Math. 21
contra malos operarios duram fert ſenten-
tiam: Malos male perdet, & uineam ſuam
locabit alijs agricolis, qui reddũt & fructũ
temporibus ſuis: quod etſi de uniuerſali ui
nea domini uerificetur quæ primo in ſyna-
goga fuit, ut ſæpe meminerunt prophetæ:
Dauid enim dicit: Vineam de Aegypto Pſalm. 79
tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eã.
Illam autem fore populum Iſraëliticum: Eſa.5
Hieremias & Eſaias ſæpe nobis ſignifica- Hiere.2
runt: uinea domini exercituũ domus Iſraël
eſt, quæ translata eſt in Eccleſiam, & alijs
agricolis locata, de quibus dominus dixit:
Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc Ioan. 10
ouili: & illas oportet me adducere, & uocẽ
meam audient.

Quod ſi pergamus in ſacris literis uide
re illam tranſlationem inuenimus S. Pau- Actu.13
lum conſtanter Iudæis, dicentem: Vobis
oportebat primum loqui uerbum dei: ſed
quoniam repellitis illud, & indignos uos
iudicatis æternæ uitæ: ecce cõuertimur ad Eſa. 49
gentes. Sic enim præcepit nobis dominus
Poſui te in lucem gentium, ut ſis in ſalutẽ
uſq; ad extremum terræ. Hoc idem teſta-
tum reliquit Romanis dum ſcriberet: Cœ Roma.11
citas ex parte contigit in Iſraël, donec ple-
nitudo gentium intraret, quod ergo conti-
git in uniuerſali Eccleſia ſemel, contigit ſę-
pe in particularibus Eccleſijs. Cum itaq;
cæcitas cõtigit in multis Eccleſijs particu-
laribus Germaniæ, Daciæ, Pruſſiæ &cę.

Subinde uocabit dominus alium populū,
qui ingredietur eccleſiam, nam adhuc lo-
cus eſt in regno cœlorum, ideo ſi uiri qui
uocati ſunt, nolunt guſtare cœnam domi-
ni, ſed, malunt hæreſibus adhærere, tunc
dominus dicet ſeruo: Exi in uias & ſepes
Grego. & cōpelle intrare: ubi Gregorius inquit:
Cum conuiuas ſuos colligi ex uijs & ſepi-
bus præcipit, nimirum agreſtem populū
colligere, id eſt, gentilem quęrit. Nō enim
patitur deus ob maliciam noſtram, regnū
ſuum mancū eſſe aut incolis deſtitutum,
Ioan. 14 ſed manſiones multæ quæ in domo patris
ſunt, oportet impleri: propterea ſcripſit Io
Apoc. 3 hannes angelo Eccleſiæ Philadelphiæ:
Tene quod habes, ut nemo accipiat coro-
nam tuam. Si ergo Chriſtiani ſacri baptiſ-
matis aqua perfuſi nolunt tenere ꝙ habēt,
ſed gaudent nouis erroribus, ſchiſmatibꝰ.
Lutheri, Zuinglij, Baldaſaris &cæ. ne-
ceſſe eſt, ut alij accipiāt coronam illorum,
qui ex gentibus ad fidem uocantur, & ſur-
rogantur in locū malorum Chriſtianorū,
Matth. 3 quoniam potens eſt deus, ut baptiſta ait:
De lapidib. iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

Hæc omnia roborantur per expreſſa uer
ba ſacræ ſcripturæ: ita enim loquitur domi
nus: Quid tibi faciam Iacob? noluiſti obe
4. Eſd. 1 dire Iuda, transferam me ad alias gentes,
& dabo eis nomen meum, ut cuſtodiant
legittima mea: quoniam me dereliquiſtis,
& ego uos derelinquā: petentibus uobis a
me miſericordiam non miſerebor, quādo
inuocabitis me, ego non exaudiam, quid
apertius dici poterat, ꝙ quod Deus trāſ-
ferat ſe ad gētes, quādo Iacob & Iuda no-
lunt eum audire, ſicut iam ſchiſmatici no-
lunt audire Chriſtum per Eccleſiam ſpon
ſam ſuam loquentem, ſed eā contemnunt,
nouam ſibi fingentes, & facientes eccleſiā:
ideo dominus alias gentes ſuſcipiet, quib.
dabit nomen ſuum, ut a Chriſto Chriſtia-
ni dicantur, qui cuſtodient legittima & cę
remonias legis Euangelicæ, quæ ſchiſma-
tici ab unitate eccleſiæ diſcedentes, obſer-
uare contemnūt. Et erit ꝙ dominus dixit:
Matth. 8 Multi ab oriente & occidente uenient, &
recumbent in regno cœlorum, filij autem
regni eijcientur in tenebras exteriores:
quod etſi dictum ſit de malis Iudæis, uti
Auguſt. Chryſoſtomus & Hieronymus
explicant: tamen cur non intelligatur quo- *Aug. con*
que de malis Chriſtianis non uideo. Cum *tra Fauſt.*
Chriſtiani ſint filij regni, eijciendi propter
hæreſim in tenebras exteriores, ut dolen-
ter de eis dicant ueri Chriſtiani, ex nobis *1. Ioan. 2*
prodierunt, ſed non erant ex nobis. Qui-
bus omnibus recte expenſis & trutinatis,
uidebor non in iuſte concluſiſſe, Luthera-
niſmum, Capharnaitarum & Anabapti-
ſtarum horrendas blaſphemias, adeo non
obſtare uictoriæ aduerſus Turcam, ut etiā
hinc oriatur magna fiducia, terras Turcæ
recuperandi, & plantandi rurſus fidem
Chriſtianam in gentibus.

Quibus omnibus accedat uaticinium
Oſeæ dicentis: Et miſerebor eius (terræ) *Oſæ. 2*
quæ fuit abſq; miſericordia: Et dicam non
populo meo populus meus es tu, & ipſe
dicet, deus meus es tu. Vtinam hoc fiat in
diebus noſtris, quod & S. Paulus repetijt *Roma. 9*
Romanis: Vocabo non plebem meā, ple-
bem meā, & nō dilectā, dilectā, non miſe-
ricodiā conſecutā, miſericordiam conſecu-
tam: quis enim uirtutem dei auſus eſt di-
cere effetam, quod non etiam hodie poſſit
uocare non plebem ſuam, ut ad eum con-
uerterentur, & efficerentur filij dei hi qui
crederent in nomine eius, ſicut per eundē
prophetam inquit dominus: Et erit in lo- *Iohel. 1*
co, ubi dicetur eis: Non populus meus
uos, dicetur eis filij uiuentis. His autem
qui a uera fide deficiunt, & ad hæreticorū
cryptas confugiunt, dicit dominus: Vos *Oſæ. 1*
non populus meus, & ego non ero deus
ueſter. Niſi uererer ne faſtidium parerem,
rem etiam exemplis & experientia com-
probarem: Nam abiectis Iudęis deus gen-
tes ſuſcepit, cum in Aſia maiori & Aphri-
ca homines a fide defecerunt, Germania
quæ adhuc in tenebris uerſabatur Idolola-
triæ, fidē Chriſti ſuſcepit, Bonifacio, Ru-
perto, Kiliano, Corbiniano, Gallo & alijs
prædicatoribus fidem plantantibus, cir-
ca annum domini 700. Quando Aſia mi-
nor & Syria ſpurcicijs Mahumeti fuerunt
infecti. Hungaria, Morauia & Bohemia
fidem Chriſti ſuſceperunt, & mox Polo-
nia circa annum domini milleſimum, ubi
magna pars Gręciæ ſe ab eccleſia ſciderat.

Etquid opus eſt pluribus, dum Bohemia
& Morauia per hæreſim a Roma recede-
ret, Lituania &c. Chriſtum agnouerūt, ſi-
cut olim Pruſſia & Liuonia, quādo amiſ-
ſa fuit Ptolomais.

Hæc ita compendio adduximus, ne
Chriſtiani ex tot uictorijs Turcæ omnino
deſperent ei poſſe fieri reſiſtentiam, & pu-
ſillanimes nō recurrant ad Deum pijs &
deuotis orationibus, quin potius per ſupe-
riora animati, confidenter clament ad deū
pro auxilio, ut Turcam, ſuum & Chriſtia-
ni nominis hoſtem proſternat, iuxta quod
Eſa.6. per Eſaiam dicit: Gens & regnum quod
non ſeruierit deo, peribit.

Recte itaq; ſingulis ſermonibus The-
Eſa.10 ma illud ex Pſalmiſtis præfiximus. Filia
Babylonis miſera &cæ. FILIAM
Babylonis iure dicimus Turciam, quæ af-
fligit filios dei & populum electum, ſicut
Aſſyrij & rex Babylonis olim diuexabant
& opprimebant filios Iſraël: ideo merito
diximus Turcam eſſe uirgam Aſſur, quā-
do itaq; deo uolente ſuccumbet Turca, de
ſolabitur Imperium eius, tunc Chriſtiani
in hymnis & canticis laudabunt deum, &
illudentes Turcæ dicturi ſunt. Filia Ba-
bylonis miſera, beatus qui retribuet tibi re-
tributionem quā retribuiſti nobis: Vtinā
beatus ille iam uiuat, utinam beat⁹ ille iam
regnet, ſiue Carolus ſit Imperator, ſiue
Ferdinandus Rex, per quem DEVS
liberet populum Chriſtianum a Turcica
Iudi.3 captiuitate, ſitq; noſter Othoniel & ſalua-
tor. Domine deus exercituū, tibi ſuppli-
cat plebs deuota per Chriſtianum orbem
profuſis lachrymis, ut quod per puerum
tuum Danielem prædixiſti, iam impleas
per famulos tuos Carolum & Ferdinan-
Danie. 11 dum, ubi inquit: Conuertetur Rex aqui-
lonis, & præparabit multitudinem multo
maiorem q̄ prius, & in fine temporum an-
norumq;, ueniet properans cum exercitu
magno & opibus nimijs, Et in tempori-
bus illis multi conſurgent aduerſus regem
Auſtri: Et ueniet Rex Aquilonis, & com
portabit aggerem, & capiet urbes nouiſſi-
mas, & brachia Auſtri nō ſuſtinebunt. Et
conſurgent electi eius ad reſiſtendum, &
non erit fortitudo, & faciet ueniens ſuper
eum iuxta placitum ſuum, & non erit qui
ſtet contra faciem eius. Et ſtabit in terra
inclyta, & conſumetur in manu eius, po-
nat faciem ſuam, ut ueniat ad tenendum
uniuerſum regnū eius. Quod fac bone &
pijſſime deus & cito, Amen.

Tempore belli: frag-
mentum homiliæ.

Prout ipſi placet, deus dat dignis
uictoriam.ij.Mach.xv.

QVando omne datū optimū & do- Iac.1
num perfectū deſcendat deſuper
a patre luminum, utiq; & uicto- Gene. 14
riā a deo eſſe neceſſe eſt, ſic Abraham.4.re Exod. 17
gib.uictis patruum ſuū Loth elegit, ſic Io- Iudic. 6
ſue triumphauit de Amalech Moyſe ex- 11.15
panſis ad deum manib. orante, Ex gratia 1. Reg.17
dei Samſon, Gedeon, Iepte quoq; ſæpius
uicerunt Philiſtæos, In auxilio & manu
dei Dauid puſillus quum eſſet gigantē ui-
cit Goliam, Eodem exemplo rex Ioſaphat
Ammonitas ſuperauit, neq; ſemel tantum
Iudas Machabæus uictor abijt adiuuante 1. Mac. 3
deo. Conſtantinus magnus conſpicatus in
cœlo ſignū crucis audiuit uocē ſibi dicen-
tē, In hoc ſigno ſuperabis, quod & factum
eſt, qn̄ deinceps uniuerſum exercitum re-
gis Perſarū Coſroę ſtrauit, Miro q̄dam mō
fratres Teutonici deuicerunt Prutenos in-
fideles, Hiſtoriæ quoq; bellorū Hiſpanico Chronica
rum multos habēt triumphos quos habue Polonorū
runt de cœlo contra Sarhacenos, donec
eos ex Hiſpanijs eiecerunt, Maxime uero
q̄ & S. Iacobus apparuit annos a Chriſto
nato. 822. ſub rege Ramiro, quando ultra
ſeptuaginta milia Sarhacenorum occide-
runt, Et ab illo tempore cæpit initium or-
do fratrū militariū S. Iacobi, Hinc quoq;
originē duxit illa militū acclamatio ut in
cōflictu proxime poſt deum implorēt etiā
S. Iacobū, Vnde ueriſſimū eſſe conſtat q̄
omnis uictoria ſit a deo, & ſicut Iudas in 2. Mac.15
quit, qm̄ nō ſecundū armorum potentiam,
ſed prout ipſi placet, deus dat dignis uicto
riam, &cæ,

Euange.

Euange. Matth. 24

Quum audieritis.

PRiuſq; circa illa Iudæ Machabæi
uerba conſolatoria ita ut cępimus,
porro aliquid dicere proſequamur
operæprecium eſt pactionem quandam
Mar. ult. p̄mittere huius homiliæ, Chriſtus. n. quū
emitteret apoſtolos ſuos in opus Euange-
lizandi iuſſit eos prædicare euangelium
omni creaturæ: Quamobrem ſciant præ-
dicatores Euangelium ſibi eſſe prædican-
dum, nuncium lætum, quicquid omnino
faciat ad animarum ſalutē, quod homines
prouocet ad opera bona, circa ea nimirū
Grego. omnis uerſari debet prædicatoris intentio
ſicut pulchre docet Greg. Cauendum igi-
tur & ſolerter elaborandum eſt prædicato
ri ut modeſte agat omnia, ne dum uitia
corripit, perſonæ hominum mordeantur,
unde plus ſcandali q; emendationis conſe-
queretur, niſi forte exprimēdi ex nomine
eſſent aliqui, quos nō poſſent uitare ſimpli-
Apoc. 2 ces, ſicut Iohannes nominatim exprimit
Nicolaitas, & Cyprianus Nouatū: Atha-
naſius Arrium, Auguſtinus Pelagium,
2. Tim. ul. Paulus Alexandrum & Hymenæū: Hoc
eo libuit præmitere, ut ſimul uelut ex pa-
ctione cōuenirē, ſi quid in hac homilia ad-
uerſus illuſtriſſ. principem &cæ. N dice-
rem, conſtet non eam mihi eſſe uoluntatē
neq; adfectum, quaſi illuſtrem ipſius celſi-
tudinem per hoc uelim reprehenſam ſiue
cōtemptam, ſiquidem illud neq; officium
meum exigit, neque eius rei aliqua mihi
eſt commiſſio: Crediderim quoq; ſi id fa-
cerem ex improuiſo, illuſtriſſimo principi
noſtro id non placiturum, quoniam hoc
omnes teſtantur hiſtoriæ ꝙ principes alij
cum alijs bella geſſerunt, alij aliorum ſub
ditos perdiderunt & offenderunt, ſine ta-
men mutua ducalis honoris & dignitatis
offenſa. Tantum hic animus eſt uobis in-
dicare quātum incommodi, perditionis, &
excidij poſſit in publico bello ab hoſtibus
ueſtris inferri, ſimulq; uos exhortari ad or-
randum & inuocandum deum, ut iram
ſuam a uobis auertat, neq; hoſtibus ueſtris
permittat dura expeditione belli uos gra-
uare, regionem terraq; ueſtrā deperdere.
Quin potius deus Opti. Max. dignetur
illuſtriſſimo principi noſtro gratiam ſuā,
potentiam, uirtutem ſimul & ſapientiam
conferre, ut ille uos omnes ſuaq; ditionem
totā in pace queat & tranquillitate guber
nare. Inducta ſunt poſtmodum, quo pa-
cto preces deuotæ poſſunt repellere ho-
ſtē & minas belli, ſicut teſtatur Samuel
1. Reg. 7. Ioſaphat. 2. Paral. 20. & Achab
humiliatus. 3. Reg. 21. poſtea inductum
eſt quomodo bellare ſit licitum Chriſtia-
nis, de quo tomo. 1. fol. 57. & 58. Atque
quod ad iuſtum bellum requirantur. ſ. au-
toritas, iuſta cauſſa & iuſta intentio.

Diceres: Accipio eum qui uelit gere-
re bellum debere habere intentionē dextrā
& honeſtam, ne uel uindictā appetat, uel
inuidiæ ſtimulis uel honore excitetur, uel
etiam quia aliena bona concupiſcat, quā-
obrē & cauſſam eū habere oportet æquiſſi
mam: Quid igitur oratione opus, ubi quis
cauſſam antea iuſtam habet? Reſpondetur
ꝙ fit non raro ut quis cauſſam ſibi uidea-
tur habere iuſtiſſimam & tamen fallitur ſi
aduerſarium interrogemus forte reſponſu-
rus & ipſe eſſet cauſſam ſe iuſtā tueri, atq;
ſic rei ſuæ prætextum quæſiturus optimū
Atqui nec mihi nec tibi cōceſſum eſt belli
cauſſas excutere quæ nō cuiuis ſunt aper-
tæ, imo uix pauciſſimi norūt unde ſit enа-
ta belli occaſio, ſatis interim eſt hoc tibi, ut
q; diu contrarium non cōſtat, credas prin-
cipem tuum cauſſam habere iuſtiorem, &
ſic faciant ſubditi ſingulorum principum.
Porro quod obijcitur nihil eſt, quaſi proti-
nus ideo non ſit orandum ꝙ quis cauſſam
iuſtam habeat: Aut quis unq; cauſſam uel
uidit uel habuit ipſe iuſtiorem quā Macha
bæi, & ij tamē quoties clamauerunt ad do-
minum, quoties cæſi ſunt a Turcis Chri-
ſtiani, qui tamen cauſſam fidei habent iu-
ſtiſſimam: Quomodo filij Beniamin bis
uicerunt uniuerſum populum Iſraël cauſ-
ſam tuentes falſam & iniquam: Multi ſa- Iudi. 19
ne ſunt in unica belli expeditione homi-
nes nequam, quos quid mirum ſi propo-
nat deus affligere, ut ſimul cum eis aliorū
multa milia perirent. Oremus.

Homilia in exequijs Funebrib. Glorioſiſſimi inuictiſſimiq; D. D. Maximiliani laudatiſſimæ ſemper memoriç, qui Romanorũ fuit imperator ſemper Auguſtus, Archidux Auſtriæ, dux Burgũdiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Karinthiæ &c. Marchio Morauiæ, Burgauu, Comes Tyrolis, Flandriæ, Habſpurgi, Hohenbergi, Cyliæ, Kyburbi &cæ. natuſq; eſt princeps ille perpetua memoria digniſſimus anno domini. 1459. in die cœnç dñi, inde Baptizat⁹ die ſancto paſchæ: Mortuus eſt in oppido quod dicitur Vuelſ. anno. 1519. die. 12. Ianuarij Vixit Annis. 59. Menſib. 9. diebus. 19.

Memor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuum: Mihi heri & tibi hodie Eccle. 38.

DEus Opti. Maxi. prouidentiſſimus rerum omnium gubernator q; nihil negligit quod neceſſariũ uel utile ſit nobis ad animarum ſalutẽ, ita uarijs modis nos inſtruit nunc ſcripturis, nunc uiuentiũ admonitionib. interdũ tacito ſuo inſtinctu, aliquando etiam miraculis, alias flagellis iracundiæ ſuç, ſic Niniuitas corripuit per Ionam, regem Saulẽ per Samuelẽ, & Heli per Samuelẽ puerum, Achab rurſus per Heliam, Hieroboam, per uirũ dei: Et ne quid intermittat, ipſos mortuos introducit per ſapientem loquentes: Quiſquis ergo es homo mortalis qui iamiam moreris: Te inquam appello o homo qui quottidie in tabem reſolueris & corrumperis, creatura uiliſſima, propone tibi in animo tuo, & præ oculis cordis tui præfige inuictiſſimũ illũ quondã imperatorẽ Maximilianũ, quẽ utiq; multi ex uobis uiderũt, certe nemo ueſtrũ eſt qui non plurima de tanto principe audierit: Ecce ille ĩperiũ exornauit Romanũ, tot regna, tot ducatus, comitatus, & ſimiles ditiones, tot regiones, ciuitates, arces quoq; (& quid deniq; non) illuſtrauit, ab oriente per Danubiũ uſq; in forũ Iuliũ, Goriciũ & Tyrolim, uerſus occidentẽ: Hegauu, ſyluã Herciniã, Suntgauu, Briſgoiam, Mortnau & Elſatiam, Rhenũ uero uerſus ſeptentrionẽ Brabantiã, Hollandiã, Phryſiam Lutzelburgũ, Hennegauu, Flandriã & cæt. Hic ille Maximilianus qui tãtum bellorũ geſſit aduerſus Pãnonios, Venetos, ipſumq; Galliarũ regẽ aduerſus Flãmneos, Heluetios & Galrios: Hic inquã ille Maximilianus quẽ tot principes & optimates formidarunt, imo ex cuius ſolo nomine plurimi cum tremore exhorruerũt: Quid obſecro iã eſt, terra, puluis & umbra, eſca uermiũ, receptaculũ Bufonũ, incola terræ, fimus, putre, exangue & ſine noĩe corpus: Atq; exhortatur iam oẽs hoĩes, ut & ipſi huiuſmodi finem expectẽt: Iam ergo clamat ad nos, ad oẽs imperij quõdam ſui homines, inq; omnibus hæreditarijs ſuis prouincijs per illa ſapientis uerba: O homo memor eſto iudicij mei, ſic enim erit & tuũ, mihi heri & tibi hodie &cæ.

Euãge. Iohan. 5. uide in die animarũ.

NEc nulla nec ſane exigua cauſſa eſt mortuorũ cõmemoratio, dilectiſſimi, qua nos etiã commoneamur mortẽ noſtrã recolere: Et O fœlicem quiſquis hoc frequẽter facit, quantum ille peccatorũ intermittet: quã uero humiliabit ſe & omnẽ gloriã tẽporalẽ, pompã, ſuperbiã, diuitias & uoluptates contemnet: ſic enim ſapiens ait, homo memorare nouiſſima tua & inæternũ nõ peccabis: *Eccle. 7* Quapropter & ſapiẽtes ex gentib. ſolo naturæ lumine ducti exiſtimarũt p̃cipuã hãc eſſe Philoſo. partẽ ſedulã mortis cõtemplationẽ, unde Plato dixit oẽm ſapiẽtium uitam *Plato* mortis eſſe meditationẽ. Præclare ſcribit B. Hieron. ad Heliodorum de lachrymis Xerxis qui ualidiſſimũ eduxerat exercitũ in Grçciã terra mariq; decies & ſepties centena milia peditum, & ultra octoginta milia equitũ, ſine cæteris adminiculatoribus In Abydone quũ uideret tantã hominum multitudinẽ, flere cœpitq; poſt 100. annos nullus eorũ uicturus eſſet imo poſt quinquenniũ nõ multi eis ex erant ſuperſtites, ſic ergo ait Hierony. Si poſſemus ſuper *Hierony.* talem aſcẽdere ſpeculã de qua uniuerſam terrã ſub pedib. cerneremus, iam tibi oſtenderẽ totius mundi ruinas, gentes gẽtibus, reges regib. regna regnis colliſa, alios torqueri, alios necari, alios abſorberi fluctibus alios in ſeruitutẽ trahi, hic nuptias, ibi plã-

ctum

ctum, illos naſci, iſtos mori, alios affluere
diuitijs, alios mendicare, & nō tm̄ Xerxis
exercitū ſed totius mundi hoīes qui nunc
uiuunt in breui ſpatio defuturos; Sermo
ipſa rei magnitudine ſuperat̃, neq; tm̄ elo-
qui poſſimus, igitur quiſq; ad ſe reuerſus
cogitet, qn̄ infans, puer, adoleſcēs aut uir
fuerit, qn̄ conſenuerit, ecce quottidie mori
mur, dilabimur, mutamur, & ea tn̄ ſumus
ueſania ut ſic in diē uiuamus quaſi perpe-
tuo uicturi; Ipſum ecce intuere Maximi-
lianū quondā imperatorē quē tot⁹ cogno-
uit orbis, Itali, Hiſpani, Galli, Angli, Boē-
mi, Pannonij, Poloni, Dani, Moſchouitæ
Græci, Turcæ & Aethyopes oēs illum co
gnouerūt, quid autē iam eſt? cadauer pu-
tridū, corpus mortuū, in quo iam uermes
naſcuntur; Magnū hoc eſt, conſurgamus
ergo ad altiora; Ille qui oēs totius imperij
principes iudicauit, ecce & ipſe iudicio ſi-
ſtitur, ſolus aſtat ante tribunal iudicis, ſe-
motis omnib. eius conſiliarijs, doctoribus
Falconarijs, uenatorib. ducibus quoq; &
alijs; Id adeo iam optimus princeps uos
commonefacit dicēs: Memor eſto iudicij
mei, ſic.n. erit & tuum. Sed quo maxime
nos iudicij huius Maximiliani memineri-
mus, ſane & in duob. & propter duo: Prin-
cipio ut ipſe quoq; cogites te eſſe mortalē,
hinc ad mortē te præpares, quia non habe-
mus hic manētē ciuitatē ſed futurā iniqui-
Heb 13 rimus (potes hic extendere latiſſime de co-
gitatione mortis.) Vide Gerſonē & Kem-
pis de teſtamento & meditatione mortis.
2. Meminerimus iudicij Maximiliani
etiā ſua gratia: Vere.n. multa habet de qui
bus nunc reddit rationē, ſicuti plus nouit
diuina iuſticia q̄ dijudicare poteſt noſtra
cęcitas, neſcio dicā magis an temeritas, pro
pter nos quoq; recordemur mortis ſuæ,
miſereat nos miſera communis hominum
omniū, propter peccatū adductorū in an-
guſtiā mortis, quia per unū hominem pec
Roma. 5 catū introiuit in mundū & per peccatum
Chryſoſt. mors, ſic ergo ait Chryſo. Quod ſi cum la-
Iohan. 11 chrymis infremuit in ſpiritu Chriſtus La-
zarū reſuſcitaturus, miſertus nunc generis
humani, quod præceps corruit in mortē
per peccatum Adæ, quid nos facere æquū
3. Etic. erit, Mors inquit, Ariſt. terribiliū omniū
terribiliſſimū eſt, tam amara ſane & acer-
ba illa eſt, ut unico homini morituro tot⁹
debeat condolere orbis terrarū, quāto ma-
gis dolēdum eſt nobis quod oēs mori de-
bemus: Extra iocum ſane res hæc agitur,
& inepte rem ſeriam uertunt in luſum qui
dicūt, rurſus alicui excidiſſe coclear, ſignifi
ficantes eum eſſe mortuū; Imo memento
potius iudicij ſui quia ſic erit & tuū. Mo-
ritur ſenex, compatere illi, q nisi amara par
te nō poteſt grauem ſenectutis ſarcinā de-
ponere; Moritur infantulus, & hic triſta-
re quia neminem offendit, ſed uix uiſa lucę
rapitur in mortē. Moritur uir, mulier aut
uirgo maturæ ætatis, hic quoq; condole-
to, qm̄ uix acquiſito ætatis flore concidit,
O mors q̄ amara eſt memoria tua, quum Eccle. 40
omnia quæ ex terra prognata ſunt rurſus & 41
debeāt in terrā reſolui, ſiquidem unus oib. Sap. 7
ad uitā ingreſſus & exitus eſt; Omnib. ita Eccle. 22
que compatiamur, quia ſapiens nos iubet
flere ſup mortuum. Quod autē uiduā flere
uetuit dn̄s, aliud erat, quia tunc ſtatim ille
defunctū iuuenē reſuſcitare uolebat, neq;
nos ita multum doleremus ſi noſtri mor-
tui tam cito reſurgerent.
2. Etſi condolere debeamus omni in
uniuerſum omniū hominū morti, plus tū
& ſpecialius dolēdum nobis eſt ex lauda-
tiſſimi imperatoris morte, & ſunt adhuc
quidā adeo rudes ut dicant: Quid mihi cū
imperatore, nō ſic, imo quū quiſq; teneat̃
pro ſuis magiſtratib. deū rogare, quod in
p̄cepto illo includere de honore parētum, Auguſt.
ut ſentit Aug. quia quā patri tuo obedien-
tiā debes & reuerētiam, eādē quoq; debes
Imperatori, regi tuo, prælato, principi, &
nobili, deinde & ſi quis ad imperiū a prin-
cipib. electorib. deligatur, princeps ab im-
peratore inſtituatur, nobilis ab imperato-
re uel principe a quo tandē feuda percipit
ea tn̄ ordinatio a deo eſt, ſic Paulus inquit: Rom. 13
Omnis anima poteſtatibus ſublimiorib.
ſubdita ſit, qm̄ nō eſt poteſtas niſi a deo, a
quo quicquid ordinatū eſt nō poteſt non
eſſe ordinatiſſimū, ideo quiſquis poteſtati
reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit, & infra, qm̄ 1. Pet. 2
princeps uicarius eſt & miniſter dei: Ordo
hic ſubiectionis etiā cōmiſeratione requi-
rit. Ad hæc filij ſum⁹ eccleſiæ, ſequamur

ergo matrē quæ in omnibus officijs miſſæ pro imperatore orat, in canone, & in lætania, ſimiliter & precib. qñ dicitur: Oremus pro rege noſtro, dñe ſaluū fac regem, ſic in die paraſceues ſpecialiter pro eo orari ſolet, in fine homiliarū auditis ipſi pro utroque ſtatu ſæculari & ſpirituali fieri obſecrationes, ſicut hoc didicit eccleſia a Paulo, qui admonet prę omnibus fieri obſecrationes & gratiarūactiones pro omnib. hominib. pro regibus & in ſublimitate conſtitutis.

Quęras quæ ſit eius rei cauſſa, en eam tibi, pfecto ubi tentatio maior eſt, ibi plus diligentiæ impendendum eſt, ſcit autem diabolus ꝙ ubi imperatorem aut principē ad peccatū adduxerit, multa per hoc hominum milia peritura, in rebus bellicis maxime, id præuenire ſtudens eccleſia pro magiſtratibus tanta diligentia precatur, deinde qui magiſtratu funguntˀ, tenentur iuſtitiam adminiſtrare, iuuare, tueriq; & defendere oēs ſuos ſubditos: Quur ergo recuſes tu uiciſſim te aliquid ei debere? Ecce ſi Imperator ille uiliſſimū aliquādo imperij ſui mācipium uel oppreſſit uel inique tractauit, iam pro eo cogitur reddere rationem, Contra ſi iuſte ſuo fungatur officio, multū meretur, ut ait Greg. 25. ſuper Iob in moral. Magna eſt potētia temporalis quæ habet apud deū meritū ſuū de bona adminiſtratiōe regiminis: Oia poſſunt extēdi, ſed uolo manere, ſicut feci ſermonē ab initio.

Multa de inclyto & inuictiſſimo illo imperatore dici deberēt & poſſent, electus enim eſt anno. 1486. die: 16. Februarij, PRIMIS adhuc ANNIS captus eſt ab incolis Pruck Germaniæ inferioris, bella geſſit plurima propter uxorem ſuā quæ. Caroli ultimi ducis Burgundiorum unica fuit filia: Diu multūq; cogitauit quō communem moueret expeditionem aduerſus Turcā pro defenſione Chriſtianorum, ſed ſuſtinere apud alios optimates & principes ob emergentes bellorū iniurias non potuit: Magnus fuit amator iuſticiæ, ſubditos quātumuis abiectæ cōditionis clementer audiuit, clerū ſupra modum fouit, maxime uero fratres in monaſterijs: Timuit deū magnāq; ſemper pœnitentiā egit & continentiſſimę uixit in ſeptimana magna paſſionis dñicæ ſæpenumero etiā ob conſcientiā tutandā ad ſe accerſiuit uirū clariſſi. D. D. Ioannem Kayſerſbergiū prædicatorē Argentineñ in multis quoq; rebus & cauſſis conſcientiæ uſus eſt reuerendo patre Geogorio Reuſchio Priore Carthuſiæ Friburgi Briſgoiæ, qui & autor eſt non pœnitendi operis quod inſcribitur margarita philoſophica: Eundē etiā ad ſe accerſiuit ad oppidum Vuelſſ. quū iam decumberet grauiter ęgrotˀ, ſicut & ad eū uenit: Vitam porro ille ſuā finiuit longe fœliciſſime, omnibus eccleſiæ ſacramentis pie præmunitus & ad iter fœlicitatis æternæ inſtructus, ꝗuis maluerit ſemper in acie & conflictu emori pugnando aduerſus impium & cruētum hoſtē Turcam, ſed hoc ſuperis uiſum eſt, quod ipſe etiam dei beneplacitū gratus accepit, ſacroſanctā Chriſti fidem in extremo etiam ſpiritu ſuo cōſtantiſſime confeſſus: Cuius animæ uos ſedulo bene precantes, nunc quoq; in conſolationē & auxilium pia mente dicite orationem dominicam, & ſymboli apoſtolici confeſſionem.

Chriſto laus & gloria, Amen.

Homiliæ de Sanctis Iohan. Eckij fœliciter finem habēt, ad laudem dei ac omnium ſanctorum, & fidelium in eccleſia Catholica ędificationem, Sub ſed. ap. ac piorum benigna correctione

SOLI DEO GLORIA.

Clemente Papa. 7. Carolo. 5. Ferdinando. 1. orbem Chriſtianum moderantibus.

Alexander Vueyſſenhorn Typographus Auguſtanus excudebat.

SVCCINCTA COMPLEXIO EORVM QVAE IN EPISTOLA GERmanica continentur, ad Reuerendiſſimum principem Electorem D. Iohannem a Metzenhauſen, Archiepiſcopū Treuerenſem.

IN HOC TEMPORE PERICVLOSISSIMO ADMOdum neceſſaria eſt p̄latis, Paulina admonitio Epheſijs facta, attendite uobis & uniuerſo gregi: in quib. poſuit uos ſpirit⁹ ſanct⁹ epiſcopos &c. Ego ſcio quoniam intrabūt poſt diſceſſionem meam Lupi rapaces, nō parcentes gregi: Quid enim aliud ſunt Lutherani, Capharnaitæ, Iconoclaſtæ, parabaptiſtę, q̃ truces rapaciſſimiq; Lupi: Imo Lupis ueſpertinis, ut Abacuck inquit, uelociores, tam breui tempore, omnes fere Germaniæ angulos infecerunt: Et ſacrum officiū miſſæ in pluribus locis, pluſq; Turca fecerit in uniuerſa Grecia, funditus cum ſacris aris deleuerunt.

Et profecto nimis temeraria & ſtulta eſt eorū præſumptio, nam ſi quid eis p̄cipitur a Cæſare, poteſtate a deo ordinata, recuſant id facere, conſcientiæ prętextu: cū tn̄ ipſi ſub poteſtate Cæſaris conſtituti, nihil iuris habeant, niſi ꝙ Cæſaris clementia ut uaſalli obtinent: audent tn̄ tam imperioſe ſubditis contra Bullā apoſtolicā, & Cæſaris ædictū nouas & antiquas hæreſes imponere: quantūuis ſubditi ſe grauatos aſſerant, & ſuperiorū mandatis, ac propriæ remorſu conſcientiæ, atq; adeo iuri aduerſantur nobis congenito, Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, Iuſte profecto dei iudicio, poteſtate qua abutuntur, priuarentur.

Humilitatē porro fictā iactitant, dū rectius ex ſcripturis edoceri petunt, qđ ſi pio aīo fiat, furijs agunt, ſcripturas lacerāt, aut oīa iugulant, patrib. iniuriantur, & libellos famoſos emittūt, ut ſciamus uerìſſimū eſſe, ꝙ Chriſtus dixit, Nolite ſanctū dare canib. Canes enim ſunt hæretici ut S. Paulus inquit, uidete canes uidete, malos oparios, uidete conciſionē: p̄dicatores eorꝝ ſunt filij Herodis puericidæ, ꝗ diligēter q̃rebat de puero, quaſi ip̄m eſſet adoraturus: & tn̄ nihil aliud parabat, quā Ieſum atrociter iugulare: Ad eū modū iſti ueritatē fidei q̃rūt, nō ut amplectātur, ſed ut paratiores eſſe queāt ad īpugnādū.

Auari enim ſunt & cupidi, ut uerìſſime de eis dixit Paulus: nam totus ferme fidei eorū ſcopus eſt, ut cænobiorū, Collegiorū ac beneficiorū bona diripiant: Superbi ſunt qui plus eruditionis & iudicij ſibi tribuūt, q̃ uniuerſis cōcilijs, ſanctis patrib. & toti eccleſiæ Catholicæ, blaſphemi ſunt in Chriſtū & ſuū Sacramentū, in ſctōs oēs ac imagines eorū, Inobedientes ſunt, cū pontificios ac Cæſareos iuſſos cōtemnāt: Quā autē uoluptati ſeruiant facile eſt uidere in eorū ſacerdotib. qui horas canonicas negligūt, nō ieiunant, non orant, nō celebrant, nō cōfitent̄, nec cōtinent nec abſtinēt: & in ſūma uelut Menelaus, nihil in ſe habent ſacerdotio dignum: Vt mirum ſit quomodo Magiſtratus iſtorū leuitatē ferre poſſit: Quam inconſtantes ſint, toties mutatæ ordinationes monſtrant.

Nulla ſpes de hæreſiarchis reducendis eſt reliqua: quia ut Paulus inquit, Mali homines & ſeductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes, Verum ut plebs Baioariæ in fide Catholica cōſeruaret̄: Illuſ. principes mei Vuilhelmus & Ludauicus bono zelo moti, iuſſerūt, ut Homilias facerē, auertendis hereſib. cōmodas, abſoluti ſunt tomi priores duo de tempore, Iam uero tomus tertius prodit Reuerendiſſimæ amplitudini tuæ dicatus, quā a DEO uocatā arbitror ad hunc dignitatis apicē: ut labenti cauſæ fidei, ſua autoritate & ſingulari prudentia ſubueniat, cui me cōmendo: & te Deus ſoſpitem ac incolumem ſeruet.

SOLI DEO GLORIA.

B. 298


23.